BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES & DE ROME

PUBLIÉE

SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

2e SÉRIE. IV, 1.

LES

REGISTRES DE BONIFACE VIII

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DES ARCHIVES DU VATICAN

PAR

GEORGES DIGARD, MAURICE FAUCON & ANTOINE THOMAS

ANCIENS ÉLÈVES DE L'ÉCOLE DES CHARTES, MEMBRES DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

PREMIER FASCICULE

PUBLIÉ PAR

ANTOINE THOMAS

PARIS

ERNEST THORIN, ÉDITEUR

LIBRAIRE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME, DU COLLÈGE DE FRANCE

ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE

Rue de Médicis, 7.

SEPTEMBRE 1884

MODE DE PUBLICATION

Les *Registres de Boniface VIII* formeront trois beaux volumes grand in-4° cavalier, à deux colonnes, en beaux caractères neufs. Il sera publié en fascicules de 15 à 20 feuilles environ, de 8 pages chacune, avec couverture imprimée. Le prix est fixé à 60 centimes par chaque feuille de texte et à *un franc* par chaque planche de *fac-simile* qui pourra être publiée. Aucun fascicule ne sera vendu séparément. Tout souscripteur s'engage à retirer les livraisons au fur et à mesure qu'elles paraîtront. L'ouvrage complet se composera de 250 à 260 feuilles environ.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM PRIMI ANNI

DOMINI BONIFATII PAPE VIII.

1 Latran, 24 janvier 1295.

« Littera coronationis. » (fol. 1.)

Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Senonensi et ejus suffraganeis. Gloriosus et mirabilis in operibus suis Deus, qui cum sit in misericordia copiosus, in hujus orbis orbita plena malis, conferta dissidiis, innumeras miserationes exercet, Ecclesiam suam, quam ipse summus opifex rerum instituit ac supra fidei firmam petram alta et solida fabrica stabilivit, opportunis favoribus prosequi non desistit. Assistit enim illi miserator et propitiator assiduus, non obdormiens nec dormitans, in suorum opportunitatum eventibus pervigil custos ejus. Ipse siquidem sibi est in turbatione pacatio, in tribulatione solamen, in necessitate succursus, tuncque maxime in adjutorium ejus sua pietas larga diffunditur, cum adversus illam mundi nubila tempore caligante levantur, que inter molestias et afflictiones intrepida, colligens in vexatione vigorem, in ipsa malorum instantia convalescit. Nam divino semper munita presidio, nec comminationum strepitu deterretur, nec adversitatum superatur incursu, sed in terroribus tutior et constantior in adversis pressa prevalet, passa triumphat. Hec est arca que per confluentias et multiplicationes aquarum elevatur in altum et subactis culminibus montium libera et secura profundas importuosi diluvii calcat undas. Hec est utique navis que vento contrario irruente strepentis maris furibundis motibus agitatur, firma tamen et solida fragoribus non dissipatur equoris, nec marini furoris rapiditate sorbetur, sed elatas procellas obruens ac spumosa et tumida freta sternens, triumphanter exequitur sue navigationis incessum; que ad vitalem crucis salvifice arborem recte intentionis alis totaliter elevatis, in celum semper intenta, procellosum intrepide mundi pelagus peragrat, eo quod secum habet seduli gubernatoris auxilium, marium preceptoris. Unde regente illo et dirigente salubriter ac spiritu sancto flante, adversitatum quarumlibet nebulis dissipatis, victoriosa peregrinationis liberum agit iter, ad patrie celestis portum supernis nutibus feliciter perducenda. Cumque sic adversis innumeris prematur et turbetur Ecclesia illa, in intimis ipsam acerbius sauciat duriusque ferit adversitas, cum pastore utili et provido viduatur. Sed licet sepius Ecclesia eadem pastoris regimine destituta longe viduitatis lamenta protraxerit, expectando gemebunda diutius consolationem plenariam successoris, in hujusmodi tamen meroris nubilo signanter illi clementia divine pietatis illuxit, doloribus et necessitatibus suis opportune subveniens per substitutionem oblatam et delectabilem novi sponsi, ac eam de amissione prioris interdum inutilis per promotionem mulcebrem accommodi successoris instaurans. Sane vacante Romana ecclesia per liberam et spontaneam dilecti filii fratris Petri de Murrone, olim Romani pontificis, cessionem coram venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis nostris presbiteris et diaconis cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, ex certis rationabilibus et legitimis causis factam ab ipso, in festo beate Lucie virginis proximo preterito, et a cardinalibus predictis admissam, cum illam posse sic legitime fieri et priorum gesta pontificum et constitutio declarent apertius et ad eam etiam faciendam expressus accesserit cardinalium predictorum assensus, cardinales ipsi considerantes attentius quam sit onusta dispendiis, quam gravia malorum incommoda secum trahat prolixa ecclesie memorate vacatio et propterea votis ardentibus cupientes per efficacia et accelerata remedia hujusmodi periculis obviare, die jovis x kal. januarii post festum subsequente predictum, missarum solemniis ad honorem sancti Spiritus celebratis, hymnoque solito cum devotione cantata, se in quodam conclavi apud Castrum novum civitati

Neapolitane contiguum, ubi tunc frater Petrus cum sua residebat familia, incluserunt ut per mutui commoditatem colloquii ecclesie predicte provisio, superna cooperante virtute, celerius proveniret. Die vero veneris immediate sequente, prefati cardinales, mentis oculis erecti ad Dominum pia desideria benignius prosequentem, in electionis negocio per viam scrutinii ferventibus studiis, ut predicta vitarentur incommoda, procedentes et tandem, cum divina clementia ecclesie prelibate compatiens eam nollet ulterioris vacationis periculis subjacere, ad personam nostram, licet immeritam, intentum animum dirigentes, quanquam inter eos quamplures magis idonei et digniores etiam haberentur, Nos, tunc tituli sancti Martini presbiterum cardinalem, in summum pontificem canonice elegerunt, gravis oneris sarcinam nostris debilibus humeris imponendo. Nos autem profunda et sedula meditatione pensantes difficultatem officii pastoralis, continui laboris angustias et precellentiam apostolice dignitatis que, sicut honoris titulis altioris attollit, sic magnitudine ponderis deprimit gravioris, attendentes insuper nostre multiplicis imperfectionis instantiam, expavimus et hesitavimus vehementer nimioque concussum extitit stupore cor nostrum; nam cum ad tollerandas particulares vigilias vix nobis possibilitas nostra sufficiat, ad universalis specule sollicitudinem vocabamur et intolerabile apostolici ministerii jugum inferebatur instanter debilitatis nostre cervici jugiter supportandum, ac meritorum non suffulti presidio ad suscipiendas apostolorum principis Petri claves et gerendum super omnes ligandi et solvendi pontificium angebamur. Verumtamen ne divine providentie opus impedire forsitan videremur aut nolle nostre voluntatis arbitrium suo beneplacito conformare, ac etiam ne corda electorum concordia per nostre dissensionis objectum ad discordiam verteremus, voluntatibus tandem acquievimus eorumdem, ad subeundum jugum hujusmodi nostros impotentes humeros submittendo, non quod de aliqua nostre probitatis virtute fiduciam habeamus, set quia in Ejus speramus clementia, qui confidentes in se non deserit, set eis propitius opportunis auxiliis semper adest, quique de sublimi polorum solio Ecclesiam sponsam suam intuetur misericorditer et tuetur sueque illam exaltare non desinit copiosis beneficiis pietatis. Vestris igitur et aliorum suffragiis propter imperfectum nostrum propensius indigentes, universitatem vestram affectuose rogamus, hortamur attentius et requirimus confidenter quatenus assidua nos apud eterni Regis clementiam intercessione juvetis, humilitatem nostram sibi devotis supplicationibus commendando, ut super nos gratie sue dona multiplicet et rorem uberem solite benignitatis effundat, ut actus nostros ad ipsum devotissime dirigentes Ecclesiam suam, quam nobis committi voluit, salubriter regere ac de universo ipsius grege nostre vigilantie credito curam gerere debitam, sicut expedit, valeamus. Nos vero stabiliter in animo gerimus vobis et vestris ecclesiis benignis adesse presidiis ac vestrum et earum profectum condignis favoribus promovere. Dat. Laterani, VIII kal. februarii, pontificatus nostri anno primo.

In eundem modum carissimo in Christo filio Phy. regi Francie illustri. Gloriosus etc., ut in proxima superiori, usque *beneficiis pietatis*. Ideoque celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente ac obsecramus in Domino Jhesu Christo quatenus diligenti meditatione considerans quod juditium diligit regis honor, metas justitie curiosus observes illamque sincere diligere studeas, equitatem non deserens, clementiam non omittens, ut subjectus tibi populus in pacis pulcritudine sedeat et in requie opulenta quiescat, Ecclesiam insuper matrem tuam et ipsius prelatos, nostri utique Salvatoris ministros, ceterasque personas ecclesiasticas ejus obsequiis dedicatas, quin potius in illis regem celorum et dominum, per quem regnas et regeris, incessanter et solerter honorans, ipsos regii favoris ope confoveas et in plenitudine libertatum aliorumque suorum jurium efficaciter protegere studeas et tueri, sicque in hiis tamquam filius benedictionis et gratie te geras et dirigas, quod clare memorie progenitores tuos, qui erga prefatam ecclesiam summe devotionis et reverentie titulis, dum viverent, claruerunt non solum imitari sollicite, set etiam evidenter excedere dinoscaris ad laudem et gloriam Dei patris et celebre magnumque tui honoris et nominis incrementum. De nobis autem utpote patre benivolo et sincero, qui te in minori etiam officio constituti affectuose diliximus et diligere non cessamus, spem certam et fiduciam firmam gerens, in tuis et ejusdem regni negotiis et oportunitatibus que occurrent ad nos recurrere non postponas; nam in hiis super quibus ex parte regia fuerimus requisiti libenter, quantum cum Deo poterimus, votis regiis annuemus, tuam et ejusdem regni prosperitatem omnimodam non solum studiis conservare sollicitis set etiam plenis augmentare favoribus intendentes. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecte in Christo filie nobili mulieri Blance uxori dilecti filii nobilis viri Eadmundi nati clare memorie H. regis Anglie. Gloriosus etc., usque *pietatis*. Ideoque nobilitatem tuam —. Dat. ut supra [1].

(POTTHAST, *Regesta pontificum romanorum*, n° 24020.)

1. Le scribe a laissé un blanc considérable, destiné sans doute à la transcription d'autres *in eundem modum*, entre le n° 1 et le n° 2; mais il a oublié cette transcription.

2 Latran, 9 février 1295.

« Indulgentia concessa hospitali sancte Marie de Tornodoro, Lingonensis diocesis. » (fol. 2 v°.)

Universis Christi fidelibus etc. Sanctorum meritis inclita gaudia —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa fidelibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam hospitalis sancte Marie de Tornodoro, de novo constructam, in Annuntiationis, Nativitatis, Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis, omnium sanctorum, Nativitatis beati Johannis Baptiste et beatorum Petri et Pauli apostolorum festivitatibus, ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes accesserint annuatim.

Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

3 Latran, 10 février 1295.

« Pensio concessa Henrico de Vilars V^c librarum turonensium in monasterio Cluniacensi et ejus membris. » (fol. 2 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi, salutem et apostolicam benedictionem. Nobilitas generis et grandia probitatis merita que dilecto filio Henrico de Vilars, canonico et camerario ecclesie Lugdunensis, capellano nostro, suffragari novimus, nos inducunt ut personam suam condignis foveamus favoribus et precipuis provisionibus ecclesiasticis honoremus. Cum itaque dictus Henricus jamdudum in prosecutione jurium ecclesie supradicte tam apud sedem apostolicam quam extra illam graves labores pertulerit et expensas — neque de proventibus suis ecclesiasticis possit juxta conditionem sui status comode substentari, nos — mandamus quatenus eidem Henrico annuam pensionem quingentarum librarum turonensium parvorum in bonis monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, seu membrorum ipsius monasterii — assignare procures, tamdiu percipiendam ab ipso donec dilectus filius.. abbas dicti monasterii, vel ejus successor, de uno vel pluribus prioratibus seu beneficiis ecclesiasticis — consuetis clericis secularibus assignari, cujus seu quorum fructus, redditus et proventus quingentarum librarum turonensium parvorum annui valoris existant, sibi duxerit providendum, non obstantibus —. Dat. Laterani, IIII id. februarii, anno primo.

4 Latran, 25 février 1295.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (fol. 2 v°.)

Magistro Guillelmo Agarini, canonico et sacriste ecclesie Forojuliensis [1]. Sincere caritatis affectus —.

Dispensatur cum eo regis Sicilie obtentu, cujus clericus et procurator in curia Romana existit, ut sacristiam ecclesie Forojuliensis, per mortem Berengarii de Figanneria vacantem, possit retinere, quamvis jam ecclesiam de Roccabruna, Forojuliensis diocesis, et canonicatus et prebendas in Attrebatensi et Cavallicensi ecclesiis obtineat.

Dat. Laterani, v kal. martii, anno primo.

5 Latran, 15 février 1295.

« Indulgentia concessa capelle beate Virginis in ecclesia sancti Martini Turonensis. » (fol. 3.)

Universis presentes litteras inspecturis salutem. Vite perennis gloria —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa vere penitentibus et confessis qui capellam beate Marie virginis in ecclesia sancti Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, in ejusdem Virginis Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis festivitatibus, ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

Dat. Laterani, xv kal. martii, anno primo.

6 Latran, 15 février 1295.

« In eundem modum conceditur capelle sancti Martini in eadem ecclesia sancti Martini Turonensis. » (fol. 3.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria —.

Indulgentia ut supra concessa capelle sancti Martini, in ecclesia sancti Martini Turonensis, in singulis ejusdem Martini festivitatibus ac per octo dies sequentes.

Dat. Laterani, xv kal. martii, anno primo.

7 Latran, 9 février 1295.

Licentia construendi et dotandi capellas et oratoria in hospitali sancte Marie de Tornodoro. (fol. 3.)

Carissime in Christo filie Margarete regine Sicilie illustri, vidue relicte clare memorie C. regis Sicilie. Cum, sicut lecta nobis petitio continebat, proponas firmiter, ut pro transitorii mansura sine fine recipias, quasdam capellas et oratoria de novo in hospitali pauperum sancte Marie castri de Tornodoro, de novo constructo, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, Lingonensis diocesis, quod de bonis propriis construxisti pariter et dotasti, construere, ac de bonis tuis dotes congruas assignare, ita quod collatio capellarum et oratoriorum hujusmodi pertineat ad .. magistrum hospitalis ejusdem, nobis humiliter supplicasti ut construendi capellas et oratoria predicta in hospitali

1. Le manuscrit porte *foroliuiensis* dans la rubrique, mais *foroiuliensis* dans le texte même de la bulle.

prefato licentiam tibi concedere dignaremur. Nos — tibi — concedimus postulatum, non obstante privillegio quod monasterio seu .. abbati et conventui sancti Michaelis predicti castri a sede apostolica dicitur esse concessum, ut nullus in eodem castro ecclesiam vel oratorium construere valeat sine speciali mandato sedis ejusdem. — Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

8 Latran, 9 février 1295.

Indultum pro hospitali Tornodorensi. (fol. 3 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie de Tornodoro de novo constructi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis diocesis. Vestre pacis querentes —.

Ut inviti non possint extra suam diocesim in judicium trahi per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem.

Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

(Laporte du Theil, Paris, Bibl. nat. fonds *Moreau*, n° 1228, fol. 1).

9 Latran, 9 février 1295.

Exemptio pro hospitali Tornodorensi. (fol. 3 v°.)

Eisdem. Ad hospitale vestrum quod carissima in Christo filia nostra Margareta regina Sicilie illustris — propriis sumptibus in honore beate Marie virginis fundasse asseritur in loco qui dicitur Fontenilles, — gerentes affectum, — hospitale vestrum — eximimus — ab omnibus diocesanarum et aliarum tam ecclesiasticarum quam secularium personarum — jurisdictionibus, potestatibus et dominiis ac talliis, collectis et exactionibus quibuscumque, ita quod nec ad ea teneamini nec ad aliquas subventiones vel provisiones sive subsidia, nisi solum pro Romana ecclesia vel ejus legatis et nuntiis. — In signum autem dominii ejusdem Romane ecclesie et percepte a sede apostolica libertatis, censum unius marce argenti in resurrectionis Domini festo camere nostre annis singulis persolvetis. — Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

10 Latran, 19 février 1295.

Pro fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. (fol. 3 v°.)

Dilectis filiis .. generali aliisque provintialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. Ad consequendam gloriam —.

Ut nulli liceat de Minorum, Predicatorum, Penitentie Jesu Christi, sancte Marie de Monte Carmelo, sancte Clare aliisque ordinibus in paupertate fundatis nullique mulierum de predictis aliquod monasterium, ecclesiam vel oratorium edificare infra spatium CXL cannarum ab Heremitarum ecclesiis mensurandarum per aerem.

Dat. Laterani, XI kal. martii, anno primo.

(Potthast, 24028.)

11 Latran, 9 février 1295.

Concessio cimiterii hospitali Tornodorensi. (fol. 4.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie de Tornodoro, de novo constructi —. Pia vota personarum —.

Conceditur eis, obtentu Margarete regine Sicilie illustris, ut in prefato hospitali possint habere cimiterium, in quo dicta regina, heredes et successores illius, ac ipsi et familiares ipsorum nec non pauperes decedentes ibidem sepeliri libere valeant.

Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 2.)

12 Latran, 9 février 1295.

Exemptio visitationis pro hospitali Tornodorensi. (fol. 4.)

Carissime in Christo filie Margarete regine Sicilie illustri. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod — hospitale sancte Marie de castro Tornodori — construxisti. — Ne .. Lingonensis episcopus qui pro tempore fuerit neve alius judex ordinarius ad predictum hospitale causa visitationis accedat nec a .. magistro et fratribus ejus aliquam procurationem ratione visitationis exigere vel extorquere presumat, maxime cum de consuetudine in regno Francie dicatur obtentum ut nullus ordinarius visitationem exerceat seu procurationem recipiat in aliquo hospitali pauperum vel domo Dei regni ejusdem. — Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 3).

13 Latran, 9 février 1295.

Privilegium pro Margareta regina Sicilie. (fol. 4.)

Eidem. Speciali prosequi —.

Ut non possit excommunicari ab aliquo delegato vel subdelegato apostolice sedis sine speciali mandato dicte sedis.

Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

14 Latran, 9 février 1295.

Aliud privilegium pro eadem. (fol. 4.)

Eidem. Benigno sunt tibi —.

Ut possit sibi eligere confessorem.

Dat. ut supra in proxima.

15 Latran, 9 février 1295.

Aliud privilegium pro eadem. (fol. 4.)

Eidem. Personam tuam —.

Ut quoties alicui predicationi interfuerit, ipsa et omnes alii penitentes et confessi habeant indulgentiam centum dierum.

Dat. ut supra.

16 Latran, 9 février 1295.

Aliud privilegium pro eadem. (fol. 4.)

Dilectis filiis .. decano sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis, et .. cantori ac subdecano sancti Aniani Aurelianensis ecclesiarum. Inducunt nos —.

Ut possint, ipsi et quilibet ipsorum, ballivos et officiales Margarete regine Sicilie ab excommunicationis sententia, si quam forsitan incurrerint, absolvere, dummodo satisfaciant et eorum non sit adeo gravis excessus ut sint ad sedem apostolicam mittendi.

Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 4.)

17 Latran, 13 février 1295.

Privilegium pro fratribus ordinis sancti Guillelmi. (fol. 4.)

Dilectis filiis .. generali ac aliis prioribus et fratribus ordinis Sancti Guillelmi, etc. Paterno considerantes affectu —. Ut igitur affectio quam in minori constituti officio ad eundem ordinem, cujus curam gessimus specialem, eidem ordini proveniat gratiosa, quod ecclesias et alia ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, que obtinetis impresentiarum vel in posterum vos contigerit obtinere, per fratres vestri ordinis gubernare et parochianis vestris ministrare sacramenta ecclesia libere valeatis — indulgemus. — Dat. Laterani, id. februarii, anno primo.

18 13 février 1295.

Licentia retinendi ad vitam quasdam terras. (fol. 4.)

Dilecto filio Petro de Ferreriis, decano ecclesie Aniciensis, juris civilis professori. Meritis tue probitatis inducimur ut te gratiosa benevolentia prosequamur. Hinc est quod nos — indulgemus ut terras consistentes in locis dictis d'Issarlies et de Bidagiis et de Charbonerio, Vivariensis et Aniciensis diocesium, — vacantes ad presens per obitum quondam Raymundi decani Aniciensis ecclesie, qui terras predictas, per decanum ipsius ecclesie qui est pro tempore cum certo numero canonicorum conferri aliis consuetas, ex concessione sedis apostolice tenebat, ad manus tuas quamdiu vixeris licite valeas retinere. — Dat. Laterani, ut in precedenti.

19 Latran, 20 février 1295.

De abbate sancti Laurentii de Monte confirmando. (fol. 4 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi, salutem. Significarunt nobis dilecti filii conventus monasterii sancti Laurentii de Monte, ordinis sancti Benedicti, Barchinonensis diocesis, quod, monasterio ipso per obitum quondam Bernardi de Vallibus Romanis, dicti monasterii abbatis, regimine destituto, ipsi convenientes in unum Petrum Bonifilii, ejusdem monasterii monachum, — in eorum abbatem concorditer elegerunt. Verum quia provisiones monasteriorum vacantium terre regis Aragonie, de quo monasterium predictum existit, sedes apostolica sibi dicitur reservasse, —. Dat. Laterani, x kal. martii, anno primo.

20 Latran, 13 février 1295.

De legato Johannis sancte Cecilie presbiteri cardinalis Carolo Alenzonis et Andegavie comiti solvendo. (fol. 5.)

Venerabili fratri Symoni episcopo Penestrino. Lecta nobis dilecti filii nobilis viri Caroli nati clare memorie Phylippi regis Francorum, Alenzonis et Andegavie comitis, petitio continebat quod olim bone memorie Johannes tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis dicto nobili, pro acquisitione terrarum et regnorum Aragonie et Valentie, sex milia librarum turonensium parvorum de bonis ad eundem cardinalem spectantibus sub certis conditionibus in suo testamento — legavit. — Quare dictus nobilis nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse sit ydonee cavere paratus de hujusmodi conditionibus observandis, exhiberi sibi legatum hujusmodi per executores predicti testamenti — faceremus. Nos autem — fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si legitime tibi de legato constiterit memorato, — facias — tradi liberaliter et persolvi. — Dat. Laterani, id. februarii, anno primo.

21 Latran, 9 février 1295.

Pro hospitali Tornodorensi. (fol. 5.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis pauperum sancte Marie de Tornodoro de novo contructi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, Lingonensis diocesis. Carissime in Christo —.

Ut oblationes et alia dona eidem hospitali concessa convertantur in usum pauperum dicti hospitalis.

Dat. Laterani, v id. februarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 5.)

22 Latran, 1er mars 1295.

Officialis Carnotensis citatio ad curiam. (fol. 5.)

Dilecto filio .. cancellario Parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia multiplicata relatione didicimus quod dudum ante promotionem nostram ad apostolatus apicem Nicolaus de Luisarches, officialis Carnotensis, metam commisse sibi jurisdictionis egrediens, diversa gravamina, molestias et injurias super archidiaconatu Pisciacensi, quem obtinebamus in ecclesia Carnotensi, ac juribus et pertinentiis suis, nobis tunc ac etiam .. vicario et .. procuratori nostris in archidiaconatu predicto, necnon clericis et personis ecclesiasticis archidiaconatus ejusdem injuste ac improvide inferre presumpsit, eundem Nicolaum ab omni offitio et benefitio ac ab executione officialitatis usque ad beneplacitum nostrum duximus suspendendum; quocirca —.

Ut prefatum Nicolaum citet personaliter ad curiam Romanam, infra unius mensis spatium post receptas litteras compariturum.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 7.)

23 [Latran], 2 mars 1295.

Concessio possessionum Romane ecclesie in diocesi Bononiensi pertinentium. (fol. 5.)

Dilecto filio magistro Anselmo de Pergamo, artis physice professori, etc. Affectus pure devotionis —.

Conceduntur ei ad vitam possessiones *donicate* vulgariter appellate que in castro et territorio Medicine, Bononiensis diocesis, ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur, cum omnibus juribus suis, ea conditione ut sine licentia apostolice sedis eas non possit alienare et ut quinque solidos bononiensium annuatim infra quindenam Nativitatis dominice camere apostolice persolvat.

Dat. vi non. martii, anno primo.

24 Latran, 1er mars 1295.

« De divisione Romane provincie per Predicatores. » (fol. 5 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Attendentes ab olim —.

Romane provincie ordinis fratrum Predicatorum in duas provincias divisio, ita ut earum altera regnum Sicilie ultra citraque Farum contineat, altera vero totam Campaniam, Maritimam, Romam et Tusciam comprehendat.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

(Potthast, 24034.)

25 Latran, 20 février 1295.

« Littere exceptionis et immunitatis concesse abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis ad instar Gregorii pape VIII. » (fol. 6.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis per Turonensem, Remensem, Burdegalensem et Senonensem provintias constitutis ad quos littere iste pervenerint. Non absque dolore cordis —. Dat. Laterani, x kal. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 10.)

26 Latran, 1er mars 1295.

« Renunciatio quarumdam concessionum factarum per dominum Celestinum magistro Matheo de Neapoli. » (fol. 6.)

Ad futuram rei memoriam. In communem notitiam tenore volumus devenire presentium quod cum dilectus filius magister Matheus de Neapoli, notarius noster, a dilecto filio fratre Petro de Murrone, dum apostolatus imminebat officio, quasdam decimas que a carissimo in Christo filio nostro Carolo rege Sicilie illustri ecclesie Neapolitane debentur, ac etiam sancte Marie de Caritate et sancti Angeli ad Cofinum ecclesias, cum ipsarum pertinentiis, quas venerabilis frater noster Phy. Neapolitanus archiepiscopus, utpote ad mensam ejus spectantes, hactenus tenuit et ad presens tenere dinoscitur, impetrasset, tandem prefatus notarius, obtentu ejusdem archiepiscopi et ob reverentiam ecclesie supradicte, apostolicis litteris super premissis obtentis ac omni juri quod sibi competere poterat in decimis et ecclesiis memoratis in nostra presentia, cum essemus Neapoli, renuntiavit expresse, litteras ipsas sponte ac libere in nostris manibus resignando. Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

27 Latran, 15 mars 1295.

Licentia vendendi quasdam possessiones (fol. 6 v°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Casamarii, Cisterciensis ordinis, Verulane diocesis. Credite nobis dispensationis —.

Cum quondam Tholomeus et Guido de Pileo, clerici, quasdam possessiones juxta castrum et in castro Pilei et ejus territorio concesserint sub certis conditionibus onerosis dicto monasterio, « ita quod certus monachorum et aliorum fratrum inibi Deo servientium numerus haberetur, quodque bona hujusmodi nullo tempore — alienarentur et, si secus fieret, monasterium ipsum caderet a jure quod obtinet in eisdem et ad hospitale sancti Spiritus in Saxia de Urbe devolvantur, » que conditiones servari non possint « tum quia —, tum etiam quia monachi ac persone ibidem degentes propter vicinitatem dicti castri et ineptitudinem loci ubi domus ipse sunt posite vix aut nunquam possunt in eis, propter concursum mulierum que ad fontem ibidem propinquum accedunt, aquam auriunt, pannos abluunt et alias suas opportunitates exercent, absque vite indecentia permanere, » conceditur dicto conventui ut possint predicta bona nobili viro Petro de Pileo, jus sibi in ea vindicanti, pretio viginti duorum centenariorum librarum vendere, dummodo dictum pretium in acquirendis aliis possessionibus fideliter convertatur.

Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

28 Latran, 25 février 1295.

Absolutio excommunicationis. (fol. 7.)

Dilecto filio Joffrido de Haus, diacono Cathalaunensis diocesis. Exposita nobis petitionis —.

Ab excommunicationis sententia absolvitur, quam incurrerat falsas litteras apostolicas conficiendo, quarum auxilio cum quadam vidua Remensis diocesis matrimonium contraxerat, quod matrimonium ab archiepiscopo Remensi per difinitivam sententiam nullum esse pronuntiatum est.

Dat. Laterani, v kal. martii, anno primo.

29 Latran, 15 février 1295.

Committitur dispensatio in causa mátrimonii. (fol. 7.)

Venerabili fratri .. episcopo Noviomensi. Petitio dilecti filii —.

Quod dispenset cum Guidone de Pessiaco, milite, et Katerina uxore ejusdem, ut in contracto matrimonio possint remanere, quamvis quarta consanguinitatis linea se contingant.

Dat. Laterani, xv kal. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 12.)

30 Latran, 15 février 1295.

De monialibus monasterii Bellimontis. (fol. 7.)

Dilecto filio .. abbati Majoris Monasterii Turonensis. Ex parte dilecti filii Johannis subdecani ecclesie sancti Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, nobis extitit intimatum quod monasterium monialium Bellimontis ad predictam ecclesiam pertinens, ordinis sancti Benedicti, Turonensis diocesis, quosdam obtinet prioratus in quorum singulis non nisi due vel tres moniales tantummodo commorantur; quare petebat a nobis humiliter ut, cum id religionis non congruat honestati quod hujusmodi moniales sine plurium sororum consortio in talibus locis debeant remanere, moniales predictas ad ipsarum conventum predicti monasterii revocari vel collocari eas in aliis locis conventualibus ejusdem ordinis mandaremus; quocirca —.

Ut inquisita veritate circa dictas maniales statuat quod earum saluti et religionis honestati expedire viderit.

Dat. Laterani, xv kal. martii, anno primo.

31 Latran, 4 mars 1295.

Dispensatio super mutatione ordinis. (fol. 7 v°.)

Fratri Thadeo de Riccia, monacho monasterii sancte Marie de Valle Josaphat in Jerusalem, ordinis sancti Benedicti, etc. Personam tuam quam, prout a fide dignis accepimus, multiplici litterarum scientia et variis gratiarum muneribus virtutum Dominus insignivit diligentes, — libenter petitionibus tuis accomodamus auditum. — Tua petitio continebat quod tu olim in annis adolescentie constitutus, qui Matheus tunc temporis vocabaris, ordinem fueris fratrum Predicatorum ingressus, voto in eo regularis professionis emisso. Cum autem processu temporis affectum tuum ipsius asperitatibus ordinis applicare non posses, abiciens ejusdem ordinis habitum et ab eo proprio motu recedens, ordinem beati Benedicti et habitum assumpsisti alio tibi, quo nunc vocari, nomine commutato, —.

Conceditur ei ut possit in ordine beati Benedicti licite remanere, obtentu C. regis Sicilie, cujus familiaris est.

Dat. Laterani, IIII non. martii, anno primo.

32 Latran, 9 mars 1295.

Committitur dispensatio in causa matrimonii. (fol. 7 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Andegavensi. Decus et decorem —.

Quod dispenset cum Girardo de Socella et Mathea uxore ejus, ut possint in contracto matrimonio remanere, non obstante

quod quondam Johanna uxor dicti Girardi predictam Matheam quarto consanguinitatis gradu attigerat.

Dat. Laterani, vii id. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 14.)

33 Latran, 15 mars 1295.

Collatio decanatus Carnotensis. (fol. 7 v°.)

Venerabili fratri S. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Dum virtutes multiplices quibus dilectus filius magister Reginaldus de Montiaco, archidiaconus Blesensis in ecclesia Carnotensi, decoratus agnoscitur sedula meditatione pensamus et recogitamus attentius magne devotionis affectum quem erga nos ante nostre promotionis gessit auspicia, ipsum benivolo favore prosequimur. — Sane didicimus quod inter dilectos filios Guillelmum de Narbona, capellanum nostrum, et magistrum Robertum de Silvaneto, ecclesie prelibate canonicos, super decanatu ipsius ecclesie, in quo uterque ipsorum se jus habere proponit, questio est exorta, licet neutri eorum, prout fide dignorum habet assertio, jus competat in eodem. —

Provisio dicto Reginaldo de dicta dignitate, ita ut, postquam eam pacifice fuerit assecutus, archidiaconatum omnino dimittere teneatur.

Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

34 Latran, 30 mars 1295.

« Exemptio ecclesie Dolensis ab ecclesia Turonensi. » (fol. 8.)

Ad futuram rei memoriam. In supreme dignitatis fastigio —. Sane jamdudum ante nostre promotionis auspitia et post etiam, fame divulgantis affatibus et fide dignorum inculcata multotiens nostris auribus relatione didicimus quod, a tempore quo apostolica sedes pio ducta proposito et ad mundi tranquillitatem intenta, occasione periculose discordie tunc inter Gallicos et Britones, inimico homine superseminante zizaniam, suscitate ac etiam ex aliis certis causis, quas ejusdem temporis qualitas rationi consonans innuebat, Dolensem ecclesiam duxit Turonensi ecclesie submittendam, archiepiscopi Turonenses qui postmodum extiterunt suis finibus non contenti, sed quasi ad exterminium et conculcationem omnimodam ipsius Dolensis ecclesie indebite aspirantes, molestias, injurias, vexationes et persecutiones multiplices episcopis et ecclesie predicte Dolensibus intulerunt : propter quod episcopus et ecclesia supradicti labores innumeros, afflictiones graves, profluvia sumptuum et dampna pertulisse non modica dinoscuntur, quodque procella persecutionis hujus non solum non quiescit hoc tempore, immo potius augmentatur; preterea hujusmodi submissionis pretextu, ab ipsius fere primordio, inter gentes metropolis Turonensis et civitatis ac diocesis Dolensis incolas multe dissentionis exorta materia et inimicitiarum ac odii flamma succensa, frequenter, immo frequentius ad rixas, contentiones et scandala que, sicut asseritur, furentibus partium animis, instigante pacis emulo jugiter invalescunt, manibus extensis ad scelera devenerunt, non levibus exinde corporum et animarum dispendiis subsecutis; alia quoque non facile numeranda discrimina ob ejusdem submissionis instantiam, retroactis contigere temporibus et ne contingant in posterum verisimiliter formidatur; quod si (quod absit) accideret, tanto molestius et amarius nostris redderetur affectibus et turbaret acerbius mentem nostram, quanto id in majorem divine majestatis offensam ac nostrum et apostolice sedis contemptum dicteque Dolensis ecclesie gravius prejudicium redundaret. Nos itaque — cupientes hujusmodi morbo — acceleratis remediis obviare, considerantes etiam quod talis et tam infesta persecutio fore dinoscitur personalis, cum ex parte venerabilis fratris nostri Theobaldi Dolensis episcopi propter varia et diversa gravamina sibi per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Turonensem vel ejus officiales illata, nonnulle appellationes sint ad sedem apostolicam interjecte, hujusmodi negotium ad sedem ipsam presentium auctoritate reducimus et totaliter revocamus, — et ut liberius et efficacius procedi valeat in eodem, nos predictum Theobaldum Dolensem episcopum a juramento fidelitatis quo eidem archiepiscopo et ejus ecclesie tenetur astrictus auctoritate apostolica ex nunc absolventes, omnino episcopum ipsum et ecclesiam suam Dolensem cum omnibus et singulis bonis — ac etiam civitatem et diocesim Dolensem ab omnimoda jurisdictione, potestate ac dominio spirituali et temporali archiepiscopi et ecclesie Turonensis predictorum, quamdiu episcopus vixerit memoratus, eadem auctoritate prorsus eximimus et totaliter liberamus, ita quod archiepiscopo et ecclesie Turonensi prelibatis respondere in aliquo nullatenus tenea[n]tur, sed interim omnimode, precise, immediate et absolute Romane ecclesie sint subjecti. — Dat. Laterani, iii kal. aprilis, anno primo.

35 Latran, 30 mars 1295.

« Datur executor super exemptione ecclesie Dolensis episcopus Abrincensis. » (fol. 8 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Abrincensi, salutem, etc. In supreme etc. ut supra. — Mandamus quatenus per te vel alium episcopum et ecclesiam Dolensem predictos non permittas contra hujus absolutionis, exemptionis, liberationis et constitutionis nostre tenorem indebite molestari. — Dat ut supra.

36 Latran, 5 mars 1295.

« Committitur administratio monasterii sancti Ilarii de Galiata, Ravennatis diocesis, ad triennium. » (fol. 8 v°.)

Venerabili fratri Uberto episcopo Feretrano. Sinceritas devotionis et fidei —. Tua petitio continebat quod felicis recordationis Nicolaus papa IIII, predecessor noster, diligenter attendens quod propter devotionem quam habere ad eandem ecclesiam dinosceris et etiam propter labores et expensas multiplices quos pro defensione ac recuperatione possessionum, jurium et bonorum monasterii sancti Ilarii de Galiata, ordinis sancti Benedicti, Ravennatis diocesis, pertulisti, tibi duxit per suas litteras concedendum ut administrationem ipsius monasterii tam in spiritualibus quam temporalibus tibi per bone memorie Portuensem episcopum, tunc in partibus illis apostolice sedis legatum, apostolica auctoritate commissam, licite retinere valeres, donec per eandem sedem aliud in hac parte contingeret ordinari. Cum autem occasione turbationum et guerrarum illarum partium ecclesie tue redditus et proventus sint, prout asseris, adeo diminuti quod ex eis sicut decet pontificalis dignitatis honorem non potes aliquatenus substentari, nec expensarum honera que tibi cum pro custodia castrorum ejusdem ecclesie, tum etiam pro defensione jurium predicti monasterii continuo imminent, sustinere, —. Dat. Laterani, III non. martii, anno primo.

37 Latran, 29 mars 1295.

Committitur inquisitio de heresi fratris Pagani de Petra Sancta. (fol. 9.)

Dilectis filiis .. ministro provintie Minorum et .. priori Predicatorum fratrum ordinum ac .. preposito ecclesie sancti Ambrosii Mediolanensibus. Exposuit nobis dilectus —.

Inquisitionis discussio contra fratrem Paganum de Petra Sancta de crimine heresis postulatum, determinatio factique relatio eis committuntur.

Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

(POTTHAST, 24053.)

38 Latran, 16 mars 1295.

Committitur dispensatio super detentione ecclesiarum. (fol. 9 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholosano. Petitio dilecti filii Raymundi dicti Costa, rectoris ecclesiarum de Sparsaco et de Juniaco, quarum una dependet ab altera, tue diocesis, nobis exposita continebat quod licet ipse ecclesias predictas per collationem tuam canonice fuerit assecutus et diu possederit et adhuc possideat pacifice et quiete, in retentione tamen ipsarum ex eo habet conscientiam remordentem quod tempore collationis a te sibi facte de illis, a priore de Cuccomonte, ejusdem diocesis, ordinis Cluniacensis, ad quem presentatio rectoris ad eas cum vacant pertinere dicitur, quanquam non sit memoria quod idem prior ad eas aliquo tempore personam aliquam presentarit, tibi non extitit presentatus. — Dat. Laterani, XVII kal. aprilis, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 13.)

39 Latran, 5 avril 1295.

Collatio prepositure Brugensis. (fol. 9 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sabinensi et dilectis filiis Grimerio thesaurario Baiocensis ac Thedisio Malocello, canonico Cameracensis ecclesiarum. Attendentes conditiones et merita —. Cum itaque prepositura ecclesie Brugensis, Tornacensis diocesis, per mortem quondam Johannis ipsius ecclesie prepositi, qui nuper apud sedem apostolicam debitum nature persolvit, tunc nosceretur vacare, — nos benignius attendentes grandia probitatis merita quibus dilectus filius Leonardus de Flisco, prepositus ipsius ecclesie Brugensis, capellanus noster, pollere dignoscitur— ac propter hoc, necnon consideratione felicis recordationis Adriani pape predecessoris nostri, cujus idem Leonardus nepos extitit, quique nobis olim in minori constitutis offitio sibique familiariter adherentibus extitit multipliciter gratiosus, — predictam preposituram cum omnibus juribus et pertinentiis suis sibi, canonicatus et prebendas quos in Parisiensi, Carnotensi, Cameracensi, Baiocensi, Lexoviensi, Constancienci et Abrincensi ecclesiis, quarum erat canonicus, et prioratum secularis ecclesie Sancti Cosme de Monte, Constanciensis diocesis, sine cura, quem obtinebat, sponte ac libere in nostris manibus resignanti, apostolica auctoritate contulimus — ac ipsum per nostrum anulum investivimus personaliter de eisdem, — non obstantibus —, seu quod ipse Leonardus in Januensi ecclesia canonicatum et prebendam et preposituram ecclesie sancti Salvatoris de Lavania, Januensis

diocesis, curam animarum habentem, ac quamdam annuam pensionem quadraginta marcarum sterlingorum a priore et conventu Vintoniensis ecclesie noscitur obtinere.

Ut ipsi eum vel procuratorem suum in possessionem dicte prepositure Brugensis ecclesie inducant.

Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

Dilecto filio Leonardo de Flisco, preposito ecclesie Brugensis, Tornacensis diocesis. capellano nostro. Attendentes conditiones etc. ut in alia. — Dat. ut in proxima superiori.

40 Latran, 16 mars 1295.

Committitur dispensatio super detentione ecclesie sancte Marie de Bleda. (fol. 10.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi. Petitio dilecti filii Ferrerii rectoris ecclesie sancte Marie de Bleda, diaconi tue diocesis, nobis exhibita continebat quod ipse olim post novissimum generale concilium Lugdunense ecclesiam predictam curam animarum habentem fuit canonice assecutus, sed pro eo quod regnum Aragonie, in quo ecclesia ipsa consistit, ecclesiastico subjacet interdicto, se non fecit propter remorsum conscientie infra annum, juxta tenorem constitutionis in eodem concilio edite, in presbiterum promoveri, ac nichilominus ecclesiam ipsam retinuit et adhuc tenet. —

Ut ipse episcopus dispenset cum dicto Ferrerio super retentione predicte ecclesie, ita ut infra annum se faciat in presbiterum promoveri.

Dat. Laterani, XVII kal. aprilis, anno primo.

41 Latran, 28 mars 1295.

Provisio episcopi ecclesie Convenarum. (fol. 10 v°.)

Venerabili fratri Bertrando dicto del Got, electo Convenarum. Ad universalis ecclesie regimen —. Dudum siquidem ecclesia Convenarum per obitum bone memorie B. episcopi Convenarum pastoris solatio destituta, due fuerunt electiones in ea, una videlicet de venerabili fratre nostro Geraldo episcopo Ilerdensi, tunc ejusdem ecclesie archidiacono, reliqua vero de dilecto filio Arnaldo Mascaronis, canonico Tholosano, in discordia celebrate; quarum electionum negotio ad sedem apostolicam legitime devoluto, post nonnullos processus apud sedem ipsam habitos in eisdem, felicis recordationis Nicolaus papa IIII, predecessor noster, prefatum Geraldum Ilerdensi eclsie tunc vacanti prefecit auctoritate apostolica in episcopum et pastorem, ac prefatus Arnaldus, post nostre promotionis auspitia, jus si quod sibi ex electione hujusmodi de se facta competebat in nostris manibus sponte ac libere resignavit. Nos itaque — te, tunc canonicum Agennensem, capellanum notrum, — in ejusdem ecclesie Convenarum episcopum prefecimus. — Dat. Laterani, v kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Convenarum.
In e. m. clero civitatis et diocesis Convenarum.
In e. m. populo Convenarum.
In e. m. universis vassallis ecclesie Convenarum.

42 Latran, 28 mars 1295.

« Committitur ordinatio et consecratio electi Convenarum. » (fol. 10 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi, sedis apostolice nuntio. Nuper de fratrum nostrorum consilio —. Dat. ut supra.

43 Latran, 1er mars 1295.

De fructibus ecclesie Convenarum episcopo tradendis. (fol. 11.)

Venerabili fratri .. episcopo Carcassonensi et dilectis filiis .. majori et Gamaiensi, Vasatensis ecclesie, archidiaconis. Nuper de fratrum —.

Ut fructus et redditus ecclesie Convenarum tempore vacationis ipsius perceptos faciant Bertrando del God, electo Convenarum, postquam fuerit in episcopum consecratus, integre exhiberi, dummodo de jure nulli alii debeantur.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

44 Latran, 10 février 1295.

Licentia conferendi canonicatum cum prebenda in ecclesia sancti Severini Burdegalensi. (fol. 11.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi, sedis apostolice nuntio. Cum, sicut accepimus, canonicatus et prebenda per mortem quondam Johannis de Galhano, decani ecclesie sancti Severini Burdegalensis, qui dictos canonicatum et prebendam decanatui ejusdem ecclesie non annexos in ea, dum viveret, obtinebat, de quibus quondam Guillelmo Galhardi, clerico, auctoritate apostolica post obitum dicti decani dicitur fuisse provisum, qui postmodum est viam universe carnis ingressus, vacare noscantur ad presens, et de jure alicui non deberi, —. Dat. Laterani, IIII id. februarii, anno primo.

45 Latran, 25 février 1295.

Licentia celebrandi missam antequam illucescat. (fol. 11.)

Carissime in Christo filie Margarite regine Sicilie illustri, vidue relicte clare memorie C. regis Sicilie. Grandis devotionis affectus —.

Ut possit missam facere celebrari sibi et familie sue per capellanum proprium antequam illucescat.

Dat. Laterani, v kal. martii, anno primo.

46 Latran, 25 février 1295.

Pro hospitali de Meteleyo. (fol. 11 v°.)

Eidem. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, apud locum de Meteleyo, Carnotensis diocesis, in fundo proprio quoddam hospitale pro tuorum et progenitorum tuorum remissione peccatorum ac susceptione ac refectione pauperum de bonis propriis construi feceris et dotari, nos —.

Ut oblationes et alia bona dicto hospitali obvenientia persone ipsius hospitalis valeant retinere, in utilitatem pauperum integraliter convertenda.

Dat. ut supra.

47 Latran, 25 février 1295.

Licentia eligendi confessoris. (fol. 11 v°.)

Eidem. Benigne sunt tibi illa concedenda —.

Ut ipsa et familiares ejus domestici utriusque sexus possint sibi eligere confessores.

Dat. ut supra.

48 Latran, 25 février 1295.

Licentia construendi oratorium. (fol. 11 v°.)

Eidem. Devotionis tue meretur honestas —.

Ut possit in hospitali apud Mateleyum (*sic*) ab ipsa fundato oratorium seu capellam construere, primario lapide per diocesanum vel alium episcopum, prout moris est, prius ad hoc benedicto, et de ipsa capella quando vacaverit disponere.

Dat. ut supra.

49 Latran, 1er mars 1295.

Indulgentia pro ecclesia sancte Katerine Faventina. (fol. 11 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem. Vite perennis gloria —.

Indulgentia centum dierum concessa accedentibus ad ecclesiam dilectarum in Christo filiarum .. priorisse et conventus monasterii sancte Katerine Faventini, per priorissam soliti gubernari secundum iustitutum ordinis fratrum predicatorum, in festivitatibus beate Katerine, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beate Marie virginis, ac per octo dies sequentes.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

49 (*bis*) Latran, 3 mars 1295.

Indulgentia pro ecclesia Sancte Crucis Senensis. (fol. 11 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa accedentibus ad ecclesiam dilectorum filiorum.. prioris et fratrum monasterii sancte Crucis Senensis, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini in singulis ipsius sancte Crucis festivitatibus.

Dat. Laterani, v non. martii, anno primo.

50 [Latran], 28 février 1295.

Committitur dispensatio super defectu natalium. (fol. 11 v°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii Balmensis, ordinis sancti Benedicti, Bisuntine diocesis. Regularis ordinis —.

Ut dispenset super defectu natalium cum Johanne presbitero, monacho dicti monasterii, de soluto et soluta genito.

Dat. II kal. martii, anno primo.

51 Latran, 10 mars 1295.

Pro rege Cypri. (fol. 12.)

Dilecto filio .. priori provintiali fratrum ordinis Predicatorum in Cypro. Grandis affectus —.

Ut concedat regi Cypri duos fratres sui ordinis.

Dat. Laterani, VI idus martii, anno primo.

In eundem modum scribitur .. ministro provintiali ordinis minorum in Cypro. Grandis affectus, etc. ut in alia per totum.

(POTTHAST, 24038.)

52 Latran, 10 mars 1295.

Pro eodem. (fol. 12.)

Carissimo in Christo filio Henrico regi Cypri illustri. Ut per Regis eterni —.

Ut tempore generalis interdicti liceat ei ejusque matri et fratribus in capella propria officia divina facere celebrari.

Dat. Laterani, VI id. martii, anno primo.

(POTTHAST, 24039.)

53 Latran, 10 mars 1295.

Pro eodem. (fol. 12.)

Eidem. Grandis affectus quem ad nos —.

Ut possit assumere duos ex Predicatorum et duos ex Minorum ordinibus fratres eosque ad sua obsequia retinere.

Dat. Laterani, VI id. martii, anno primo.

(POTTHAST, 24037.)

54 Latran, 4 mars 1295.

« Indulgentia sancti Spiritus Aquilensis. » (fol. 12.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa accedentibus ad ecclesiam hospitalis sancti Spiritus Aquilensis in sancti Angeli, sancti Bartholomei et Sancte Crucis festivitatibus et per octo dies sequentes.

Dat. Laterani, IIII non. martii, pontificatus nostri anno primo.

55 [Latran], 3 mars 1295.

Pro reedificatione ecclesie de Fighino. (fol. 12.)

Dilecto filio Alexandro rectori ecclesie sancte Marie de Fighino vallis Arni, Fesulane diocesis, salutem, etc. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, ecclesiam de Fichino dudum propter guerras illarum partium dirutam rehedificare inceperis opere sumptuoso, nec ad id ejusdem ecclesie suppetant facultates, nos — ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis ab hominibus consistentibus in plebatu ecclesie sancte Marie de Fighino, si edictis in locis competentibus publice propositis hii quibus horum restitutio fieri debeat sciri vel inveniri non possint, usque ad quantitatem trecentarum marcharum argenti in opus hujusmodi totaliter convertendam, dummodo similem alias ab apostolica sede gratiam non fueris assecutus, percipere possis auctoritate presentium indulgemus. — Dat. V non. martii, anno primo.

56 Latran, 24 février 1295.

Licentia habendi altaris portatilis. (fol. 12 v°.)

Dilecto filio nobili viro Arturo Johannis ducis Britannie primogenito, vicecomiti Lemovicensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ut erga sedem apostolicam —. Dat. Laterani, VI kal. martii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 16.)

57 Latran, 16 avril 1295.

Concessio jurisdictionis supra quemdam locum episcopatus Sabinensis. (fol. 12 v°.)

Venerabili fratri Gerardo episcopo Sabinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nobis tua fraternitas hiis diebus oraculo vive vocis insinuare curavit, ecclesia Sabinensis in locorum et proprii situs circumstantiis continua conjunctione vicinis adeo intemperie aeris periculose afficitur et turbatur, quod habitatorum propterea solatio desolata, canonici et alii qui memorate ecclesie servitiis sunt astricti, ne ipsius aeris incommoda propter habitationem continuam dispendiose sentire cogantur, in locis remotis et magis sanis mansiones habentes, in ecclesia ipsa oportuno tempore cum difficultate conveniunt, et sepius turbatione temporis et pluviarum copia gravius excrescente, remanendo in domiciliis propriis a divinorum compelluntur cultu desistere et ea[n]dem ecclesia[m] forte contra vota propria debitis obsequiis defraudare; propter quod providentie tue grata sinceritas — quendam locum competenter sanum et ecclesie memorate vicinum, quem incole illius regionis vulgariter Podium episcopi vocant, derelictum hactenus et destructum, de novo circumdari muro fecisti, in quo canonicorum et servitorum ipsorum mansionem ac aliorum habitatorum centum focolaria pro utilitate ipsius ecclesie tue, hominum eorumdem comodis et totius contrate salute ordinare disponis. —

Conceditur ei et successoribus suis spiritualis et temporalis jurisdictio supra locum et habitatores predictos, ad hoc quod homines ad habitationem loci illius inducantur, reservata tamen apostolice sedi cognitione appellationum.

Dat. Laterani, XVI kal. maii, anno primo.

58 Latran, 28 mars 1295.

Nominatio episcopi Nivernensis. (fol. 12 v°.)

Dilecto filio Johanni electo Nivernensi, salutem. Regimini universalis ecclesie —. Dudum siquidem ecclesia Nivernensi per obitum bone memorie Egidii episcopi Nivernensis sponsi solatio destituta, dilectus filius fra-

ter Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, predecessor noster, cupiens eidem ecclesie de ydoneo provideri pastore, provisionem et ordinationem ipsius ecclesie ea vice dispositioni sedis apostolice reservavit. — Licet autem dilecti filii capitulum ipsius ecclesie duas in eadem ecclesia electiones, unam videlicet de magistro Guidone de Caritate, succentore Aurelianensis, aliam vero de magistro Johanne de Guallandia, subdecano Carnotensis ecclesiarum, in discordia celebrarint, ipsi tamen electi, diligentius attendentes quod electiones eedem invalide, utpote que contra reservationem et decretum predicta, fuerant attemptate, electiones ipsas prosequi non curarunt. Nos vero, ad ipsius ecclesie Nivernensis provisionem diligentius intendentes, ad te, tunc canonium Carnotensem, capellanum nostrum, quem tuis exigentibus meritis prerogativa prosequimur benivolentie specialis, direximus aciem nostre mentis, teque de fratrum nostrorum consilio eidem ecclesie Nivernensi in episcopum preficimus et pastorem. — Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Nivernensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Nivernensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Nivernensis.

In e. m. vassallis ecclesie Nivernensis.

In e. m. archiepiscopo Senonensi.

In e. m. regi Francie illustri.

(Laporte du Theil, fol. 18.)

59 Latran, 28 mars 1295.

De provisione abbatis monasterio sancti Sulpicii Bituricensi facienda. (fol. 13.)

Venerabili fratri S. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio, salutem. Cum monasterium Sancti Sulpicii Bituricense, ordinis sancti Benedicti, per promotionem dilecti fratris Johannis abbatis monasterii sancte Columbe Senonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, predicti ordinis, tunc abbatis predicti monasterii sancti Sulpicii, quem ad regimen prefati monasterii sancte Columbe tunc vacantis auctoritate apostolica duximus promovendum, sit ad presens abbatis regimine destitutum, —.

Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

60 Latran, 8 avril 1295.

« Committitur cura et administratio ecclesie Larinensis. » (fol. 13 v°.)

Venerabili fratri Sabe episcopo Militensi. Significasti nobis quod bone memorie Berardus episcopus Penestrinus auctoritate litterarum felicis recordationis N. pape IIII, predecessoris nostri, tibi propter fidelitatem ecclesie Romane servatam exilium patienti, primo usque ad suum et postmodo, eo sublato de medio, idem predecessor usque ad apostolice sedis beneplacitum, ecclesie Larinensis, pastoris ministerio destitute, curam et administrationem spiritualiter et temporaliter duxerunt committendas. —

Ut servet dictam administrationem usque ad beneplacitum sedis apostolice.

Dat. Laterani, vi id. aprilis, anno primo.

61 Latran, 28 mars 1295.

« Provisio monasterii sancte Columbe Senonensis. » (fol. 13 v°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancte Columbe Senonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Rationis oculis—. Dudum siquidem monasterio sancte Columbe Senonensi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis sancti Benedicti, per mortem quondam Johannis abbatis ejusdem monasterii, vacante, conventus ipsius monasterii — quondam fratrem Johannem de Voys, monachum et prepositum dicti monasterii, in eorum abbatem canonice et concorditer elegerunt, ac idem Johannes hujusmodi electioni de se facte consentiens, personaliter ad apostolicam sedem accessit, confirmationis electionis hujusmodi gratiam petiturus. Verum predicto fratre Johanne interim apud eandem sedem nature debitum persolvente, — nos — te, tunc abbatem monasterii sancti Sulpicii Bituricensis, predicti ordinis, virum utique probate vite, — preficimus in abbatem. — Dat. Laterani, v kal. martii, anno primo.

In eundem modum priori et conventui monasterii sancte Columbe Senonensis.

In e. m. universis vassallis monasterii sancte Columbe.

In e. m. episcopo Parisiensi.

In e. m. regi Francie illustri.

(Laporte du Theil, fol. 22).

62 Latran, 30 mars 1295.

Nominatio episcopi Valvensis. (fol. 14.)

Dilecto filio Frederico Reamundi de Lecto, electo Valvensi. Ad universalis ecclesie regimen —. Sane cum dudum dilectus filius noster P. tituli sancte Crucis in Jerusalem presbiter cardinalis, tunc electus Valvensis, per sedem apostolicam confirmatus in cardinalem ecclesie Romane fuisset assumptus, dilectus filius Petrus de

Murrone, olim Celestinus papa quintus, antecessor noster, primo, et nos postmodum, postquam idem frater Petrus Romani papatus renuntiavit oneri et honori, licet immeriti ad apicem summi apostolatus assumpti, ejusdem ecclesie Valvensis sic vacantis provisionem ea vice dicte sedis dispositioni duximus reservandam. Ne igitur —. Dat. Laterani, III kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Valvensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Valvensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Valvensis.
In e. m. populo diocesis Valvensis.

63 Latran, 20 avril 1295.

Nominatio archiepiscopi Ebredunensis. (fol. 14 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo archiepiscopo Ebredunensi. Summi dispositione Pastoris —. Ecclesia siquidem Ebredunensi per obitum bone memorie Raymundi Ebredunensis archiepiscopi pastoris solatio destituta, et ipsius corpore tradito sepulture ecclesiastice, dilecti filii capitulum dicte ecclesie, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, venerabilem fratrem nostrum Lantelmum episcopum Grassensem in Ebredunensem archiepiscopum postularunt. Nos autem postulationem hujusmodi nobis presentatam certis ex causis de fratrum nostrorum consilio non duximus admittendam. Verum quia interest nostra ut hominem in ecclesia supradicta ponamus qui, ad ymaginem et similitudinem Dei factus, donis videlicet sit dotatus naturalibus et gratuitis insignitus habensque spiraculum Domini, ecclesiam custodiat, — te tunc notarium nostrum, virum profecto secundum cor nostrum, propter prerogativam morum et scientie super quibus tibi, tanquam qui diu apud sedem apostolicam es laudabiliter conversatus, laudabile testimonium perhibemus, ipsi ecclesie — in archiepiscopum prefecimus. — Dat. Laterani, XII kal. maii, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. preposito et capitulo Ebredunensis ecclesie. — Dat. ut supra.

64 Latran, 28 mars 1295.

Nominatio episcopi Atrebatensis. (fol. 15.)

Venerabili fratri Gerardo episcopo Atrebatensi. Romani pontificis —. Dudum siquidem Atrebatensi ecclesia per promotionem dilecti filii nostri Johannis tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiteri cardinalis, olim electi Atrebatensis, ad cardinalatus dignitatem pastoris solatio destituta, licet dilectus filius Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V^{tus}, predecessor noster, qui demum apostolatus regimini sponte cessit, eidem ecclesie de dilecto filio Petro Sorra, canonico Cameracensi, capellano nostro, duxerit providendum, nos tamen postmodum ad apicem predicti apostolatus assumpti provisionem eandem ex certis causis, non tamen vitio persone ipsius Petri, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica irritantes, ordinationem ipsius Atrebatensis ecclesie sedi apostolice duximus specialiter reservandam, — ac tandem — in te tunc ecclesie Spoletane regimini presidentem, cui eminentem scientiam litterarum, honestatem vite, morum maturitatem, spiritualium et temporalium providentiam aliaque virtutum merita per familiarem experientiam novimus suffragari, direximus oculos nostre mentis ; quapropter — te a vinculo quo tenebaris predicte Spoletane ecclesie absolventes, ad prefatam ecclesiam Atrebatensem transferimus et concedimus te ipsi Atrebatensi ecclesie in episcopum et pastorem. — Dat. Laterani, V kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Atrebatensis. — Dat. ut supra.

65 Latran, 28 mars et 24 avril 1295.

Nominatio episcopi Eugubini. (fol. 15.)

Dilecto filio Venture electo Eugubino. In supreme dignitatis specula —. Dudum siquidem ecclesia Eugubina per mortem bone memorie Benvenuti episcopi Eugubini pastoris regimine destituta, et dilectis filiis canonicis ejusdem ecclesie insimul convenientibus ad tractandum de futuri substitutione prelati ac in diversos dividentibus vota sua, nonnulli de ipsis venerabilem fratrem nostrum J. Forosinfroniensem episcopum postularunt, reliqui vero dilectum filium Octavianum abbatem monasterii sancti Petri ad Aram Neapolitani, ordinis sancti Augustini, elegerunt in episcopum Eugubinum; postmodum autem nobis decretis postulationis et electionis hujusmodi presentatis, nos postulationem eandem tanquam minus canonicam non duximus admittendam, dictusque Octavianus sponte ac libere in manibus nostris cessit omni juri, si quod ex predicta electione sibi fuerit acquisitum ; et deinde sollicite de ordinatione ipsius ecclesie cogitantes, — in te, tunc priorem plebis de Rupino, Spoletane diocesis, — direximus aciem mentis nostre : quapropter — te preficimus ipsi ecclesie Eugubine in episcopum. — Dat. Laterani, V kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Eugubine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Eugubine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Eugubine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Eugubine.

Simili modo fuit sibi scriptum tanquam episcopo post munus consecrationis sibi impensum per dominum Matheum episcopum Portuensem, sub data Laterani, VIII kal. maii, anno primo.

66 Latran, 28 mars 1295.

Nominatio episcopi Spoletani. (fol. 15 v°.)

Venerabili fratri Francisco episcopo Spoletano, etc. Ecclesiarum omnium curam —. Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

(POTTHAST, 24051.)

67 Latran, 24 mars 1295.

Nominatio episcopi Esini. (fol. 16.)

Venerabili fratri Leonardo episcopo Esino. In dispensatione ministeriorum —.

Transfertur de ecclesia Alatrina ad ipsam sedem Esinam, vacantem per translationem nuper factam Johannis episcopi Esini ad episcopatum Auximanum.

Dat. Laterani, VIIII kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Esine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Esine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Esine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Esine.

68 Latran, 8 avril 1295.

Nominatio episcopi Terracinensis. (fol. 16 v°.)

Venerabili fratri Theobaldo episcopo Terracinensi. In dispensatione ministeriorum —.

Transfertur de ecclesia Stabiensi ad ipsam ecclesiam Terracinensem vacantem per translationem F. ad sedem Avellinam.

Dat. Laterani, VI id. aprilis, anno primo.

In eundem modum archipresbitero et capitulo ecclesie Terracinensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Terracinensis.

69 Latran, 17 avril 1295.

Nominatio abbatis sancti Michaelis de Coxano. (fol. 16 v°.)

Dilecto filio Guillelmo Martini, abbati monasterii sancti Michaelis de Coxano, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Elnensis diocesis. Debitum officii nostri —.

Vacante abbatia per mortem Berengarii ultimi abbatis, conventus commisit potestatem eligendi novi abbatis Raymundo de Bolvirio, majori preposito, Petro de Aridena, elemosinario et Pontio de Columbario, refectuario predicti monasterii, qui tres unanimiter in dictum Guillelmum camerarium monasterii vota sua direxerunt: confirmatur in abbatem, examinatione electionis et persone prius facta per H. episcopum Ostiensem, Johannem tituli sancti Vitalis presbiterum, tunc viventem, et Guillelmum sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinales, et Johannem tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiterum cardinalem, dicto cardinali sancti Vitalis post mortem ejus subrogatum.

Dat. Laterani, xv kal. maii, anno primo.

In eundem modum universis vassallis monasterii sancti Michaelis de Coxano.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 25.)

70 Latran, 25 avril 1295.

Nominatio archiepiscopi Bituricensis. (fol. 17.)

Venerabili fratri Egidio archiepiscopo Bituricensi. Apostolatus officium —. Sane Bituricensis ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri S. episcopi Penestrini, olim archiepiscopi Bituricensis, — pastoris solatio destituta, licet frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, predecessor noster, — eidem Bituricensi ecclesie de dilecto filio magistro Johanni de Savigneyo duxerit providendum, nos tamen postmodum provisionem eandem ex certis causis, non tamen vitio persone ipsius magistri Johannis, — irritantes, — in te, tunc priorem generalem fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini, noster animus requievit. — Dat. Laterani, VII kal. maii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Bituricensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Bituricensis.
In e. m. suffraganeis ecclesie Bituricensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Bituricensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Bituricensis.
In e. m. Philippo regi Francie illustri.

71 Latran, 20 avril 1295.

De ordine sacerdotali electo Valvensi conferendo. (fol. 17 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Theatino, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum dilecto filio nostro P. tituli sancte Crucis in Jerusalem presbitero cardinali, tunc Valvensi electo et confirmato, in ecclesie Romane cardinalem assumpto, nos dilectum filium Fredericum de Lecto, electum Valvensem, in diaconatus ordinem cons-

titutum, ipsi ecclesie Valvensi sic tunc vacanti de fratrum nostrorum consilio prefecimus. —

Ut ipsum Fredericum in sacerdotem promoveri procuret et ab eo recipiat, nomine ecclesie Romane, fidelitatis solitum juramentum.

Dat. Laterani, XII kal. maii, anno primo.

72 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio abbatis sancti Georgii de Venetiis. (fol. 18.)

Dilecto filio Saladino dicto Dandalo, abbati majoris monasterii sancti Georgii de Venetiis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis, salutem, etc. Rationis oculis intuentes —.

Confirmatur electio de ipso, tunc monacho, in abbatem dicti monasterii canonice facta.

Dat. Laterani, XIIII kal. maii, anno primo.

In eundem modum priori et conventui ejusdem monasterii.

73 Latran, 11 avril 1295.

Indulgentia pro ecclesia sancti Herasmi Verulana. (fol. 18.)

Dilecto filio .. abbati secularis ecclesie sancti Herasmi Verulane. Ex debito pastoralis officii —.

Conceditur indulgentia quadraginta dierum accedentibus ad ipsam ecclesiam in certis festivitatibus, quando ipsum abbatem verbum Dei proponere ac missarum sollempnia celebrare contigerit.

Dat. Laterani, III id. aprilis, anno primo.

74 Latran, 11 avril 1295.

Unio perpetua quarumdam capellarum mense et cellario ecclesie sancti Herasmi Verulane.

Dilectis filiis .. abbati et capitulo ejusdem ecclesie. Exhibita nobis vestra petitio continebat quod ecclesia vestra sancti Herasmi Verulani infrascriptas capellas rurales videlicet sancti Stephani de Pignano, sancti de Bartholomei de Murata, sancti Benedicti de Virano, sancti Syri in Macena, sancti Cesarii in Contrata et sancti Christofori in Montibus, sitas in territorio Verulano, in proprios usus obtinet. — Dat. Laterani, ut in precedenti.

75 Latran, 17 avril 1295.

Nominatio episcopi Lemovicensis. (fol. 18 v°.)

Venerabili fratri Raynaldo episcopo Lemovicensi. Inter sollicitudines varias —. Vacante siquidem ecclesia Lemovicensi per obitum bone memorie G. Lemovicensis episcopi, decanus et capitulum ipsius ecclesie, die ad hoc prefixa, convenientes in unum pro futuri substitutione pastoris, dilectum filium magistrum Petrum de Ciperia, canonicum Ebroicensem, in Lemovicensem episcopum elegerunt, qui electioni hujusmodi de se facte noluit consentire. Licet autem postmodum dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, antecessor noster, provisionem et ordinationem dicte ecclesie ea vice dispositioni sedis apostolice reservaverit, decernens extunc irritum et inane quicquid contra reservationem et decretum hujusmodi per quoscumque scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ipsi tamen decanus et capitulum reservationem — ignorantes, — quibusdam de dicto capitulo providendi ea vice dicte ecclesie de pastore concesserunt sub certa forma plenariam potestatem, qui quidem compromissarii te, tunc archidiaconum Combralie in eadem ecclesia, in Lemovicensem episcopum concorditer et communiter elegerunt, ac demum hujusmodi electio de te facta, priusquam de reservatione et decreto predictis ad tuam notitiam pervenisset, auctoritate metropolitana extitit confirmata. Nos autem —.

Cassata prius electione a capitulo facta, eligitur iterum ab ipso papa qui eum propriis manibus consecratum preficit in episcopum Lemovicensem.

Dat. Laterani, XV kal. maii, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Lemovicensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Lemovicensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Lemovicensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Lemovicensis.
In e. m. regi Francie illustri.

76 Latran, 28 mars 1295.

Nominatio episcopi Auximani. (fol. 19.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Auximano. Dudum Auximana ecclesia per obitum bone memorie Monaldi episcopi Auximani pastore vacante, vocatis omnibus —, post diversas electiones de diversis personis et etiam diversis temporibus per canonicos ipsius ecclesie inibi in discordia celebratas, que ad debitum non pervenerunt effectum, tandem quibusdam ex eisdem canonicis Leopardum canonicum ipsius ecclesie eligentibus, quibusdam vero te, tunc Esinum episcopum, in prefate Auximane ecclesie episcopum postulantibus, — dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa, antecessor noster, — venerabilem fratrem J. Tusculanum episcopum concessit in hujusmodi negotio partibus auditorem;

— Verum — prefatus Leopardus jus quod sibi ex electione hujusmodi de se facta quesitum fuerat in nostris manibus libere resignavit. — Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Auximane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Auximane.
In e. m. universis vassallis ecclesie Auximane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Auximane.

(Cf. Potthast, * 24048, sub die 24 martii, errante auctore Ughellio.)

77 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio episcopi Papiensis. (fol. 19 v°.)

Venerabili fratri Guidoni de Langusco, episcopo Papiensi, salutem et apostolicam [benedictionem]. Ad universalis ecclesie —. Dudum siquidem Papiensi ecclesia per obitum bone memorie G. Papiensis episcopi pastoris solatio destituta, capitulum ejusdem ecclesie quondam Ottonem ejusdem ecclesie canonicum in suum episcopum elegerunt; verum cum idem O., electionis hujusmodi confirmatione non obtenta, diem apud sedem apostolicam clausisset extremum, dilectus filius frater Petrus de Murrone — primo, et nos postmodo provisionem dicte ecclesie apostolice sedi duximus reservandam. —

Preficitur in episcopum Papiensem, qui prius capellanus G. Sabinensis episcopi fuerat.

Dat. Laterani, xiiii kal. maii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Papiensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Papiensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Papiensis.
In e. m. potestati, capitaneo, consilio et comuni Papiensibus.

(Cf. Potthast, * 24041.)

78 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio abbatis sancti Laurentii Adversani. (fol. 20.)

Dilecto filio fratri Guillelmo abbati monasterii sancti Laurentii Adversani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Ad ecclesiarum, monasteriorum —.

Vacante abbatia, prior et conventus dicti monasterii compromiserunt in summum pontificem, ut sibi de persona utili in abbatem providere dignaretur; preficitur in abbatem dictus Guillelmus, prius sancti Victoris Massiliensis monachus et elemosinarius.

Dat. Laterani, xiiii kal. maii, anno primo.

In eundem modum priori et conventui monasterii sancti Laurentii Adversani.
In e. m. universis vassallis monasterii sancti Laurentii Adversani.

79 Latran, 28 mars 1295.

Nominatio episcopi Aquinatis. (fol. 20 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Aquinati. Romani pontificis —.

Vacante dudum ecclesia Aquinate, Nicolaus IIII ipsius ordinationem sedi apostolice reservavit, et Celestinus V de fratre Berardo, tunc decano monasterii Cassinensis, in episcopum Aquinatem providit; revocata ex justa causa ipsa provisione, predictus Guillelmus, antea episcopus Callensis, in episcopum Aquinatem preficitur.

Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Aquinatis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Aquinatis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Aquinatis.

80 Latran, 29 mars 1295.

Nominatio archiepiscopi Amalfitani. (fol. 20 v°.)

Venerabili fratri Andree archiepiscopo Amalfitano. Dudum Amalfitana ecclesia per obitum bone memorie Phy. archiepiscopi Amalfitani pastore destituta, due fuerunt electiones per canonicos ipsius ecclesie, una videlicet de dilecto filio magistro Petro de Piperno, sancte Romane ecclesie vicecancellario, capellano nostro, et alia de te, tunc ipsius ecclesie Amalfitane canonico, in discordia celebrate; sed eodem magistro Petro electionem de se factam prosequi non curante, tu electioni de te facte consentiens ad sedem apostolicam accessisti. —

Primo resignatione facta in manibus Celestini V summi pontificis, nichilominus ab ipso fuit in archiepiscopum Amalfitanum prefectus; iterum preficitur in archiepiscopum dicte ecclesie, provisione facta a Celestino V prius ex certis causis cassata.

Dat. Laterani, iiii kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Amalfitane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Amalfitane.

81 Latran, 15 mars 1295.

« Indulgentia concessa ecclesie beate Marie Viterbiensi in loco Predicatorum. » (fol. 21.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Dum precelsa meritorum —.

Indulgentia centum dierum concessa accedentibus ad ecclesiam prioris et fratrum ordinis Predicatorum Viterbiensem, in honore Virginis constructam, singulis diebus dominicis et a quarta feria Cinerum usque ad octavas Resurrectionis dominice.

Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

82 Latran, 24 avril 1295.

Dispensatio super canonicatu et beneficio retinendis. (fol. 21.)

Dilecto filio Soffredo Benecti, canonico plebis sancte Marie de Massa vallis Nebule, Lucane diocesis. Meritis tue devotionis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu olim, instigante humani generis inimico, quondam Fatio de Sorana, presbitero, unicum vulnus irato animo intulisti, qui ex pluribus aliis vulneribus per alios sibi illatis ultimum diem clausit; tu vero postmodum penitentia ductus, confessus es crimen et tandem auctoritate nostra, sicut fuit expediens, absolutus egisti tibi impositam penitentiam. —

Ut possit retinere canonicatum et prebendam quos in plebe sancte Marie de Massa vallis Nebule et beneficium quod in ecclesia sancti Fridiani de Malochio, Lucane diocesis, hactenus obtinebat.

Dat. Laterani, VIII kal. maii, anno primo.

83 Latran, 17 mars 1295.

« Indulgentia concessa ecclesie Maguntine in honore sancti Martini. » (fol. 21 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum —.

Indulgentia unius anni et XL dierum concessa accedentibus ad ecclesiam Maguntinam in honorem sancti Martini in ejusdem sancti et Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis dominice, ac Pentecoste et in singulis beate Marie virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, necnon anniversario die dedicationis ejusdem.

Dat. Laterani, XVI kal. aprilis, anno primo.

84 Latran, 17 avril 1295.

Nominatio episcopi Theatini. (fol. 21 v°.)

Venerabili fratri Raynaldo episcopo Theatino. Etsi juxta pastoralis officii debitum —. Sane dudum ecclesia Theatina per obitum bone memorie Thome episcopi Theatini, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, solatio destituta pastoris, licet — frater Petrus de Murrone — antecessor noster — de dilecto filio Francisco de Adria, tunc archipresbitero ecclesie de Orthon., Theatine diocesis, providisse dicatur —.

Revocata dicta provisione, preficitur in episcopum Theatinum prefatus Raynaldus, ordinis fratrum Predicatorum.

Dat. Laterani, XV kal. maii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Theatine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Theatine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Theatine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Theatine.
(Cf. Potthast, * 24082.)

85 Latran, 15 mars 1295.

Committitur dispensatio super collatione ordinum. (fol. 22.)

Dilecto filio .. guardiano fratrum Minorum de Insula, Cavallicensis diocesis. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Petrus Raybaudi, sacrista secularis ecclesie Insulensis, Cavallicensis diocesis —.

Ut dispenset cum dicto Petro, cui Bertrandus episcopus Cavallicensis eadem die minores et subdiaconatus contulerat ordines.

Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

(Potthast, 24044.)

86 Latran, 13 mars 1295.

Commissio recipiendi CCC libras in subsidium Terre Sancte. (fol. 22.)

Venerabili fratri .. episcopo Constanciensi. Ex parte dilecte in Christo filie nobilis mulieris Johanne vicecomitisse de Castro Eraudi, Pictaviensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod ipsa zelo fidei ac devotionis accensa intendit assumere vivifice crucis signaculum ac in Terre Sancte subsidium unum bellatorem ydoneum in suis sumptibus destinare vel trecentas libras turonensium parvorum pro hujusmodi subsidio juxta nostrum beneplacitum exhibere. —

Ut recipiat nomine ecclesie Romane predictas CCC libras et concedat predicte vicecomitisse indulgentiam peccatorum suorum que transfretantibus in Terre Sancte subsidium in generali concilio est concessa.

Dat. Laterani, III id. martii, anno primo.

87 Latran, 13 mars 1295.

Licentia ingrediendi monasteria Cisterciensis ordinis. (fol. 22.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne vicecomitisse de Castro Eraudi, Pictavensis diocesis. Desideriis tuis —.

Ut cum quinque honestis matronis monasteria Cisterciensis ordinis causa devotionis ingredi valeat.

Dat. Laterani, III id. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 30.)

88 Latran, 13 mars 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 22.)

Eidem. Ut eo libentius —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 34.)

89 Latran, 13 mars 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 22.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 31 v°.)

90 Latran, 5 mars 1295.

Committitur dispensatio super defectu natalium. (fol. 22.)

Venerabili fratri .. episcopo Saresbiriensi. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Willelmus de Vicumbe, presbiter, perpetuus vicarius ecclesie beate Marie de Nutherbur., curam animarum habentis, tue diocesis, nobis humiliter supplicavit ut cum eo super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, quod hujusmodi non obstante defectu in subsceptis ordinibus ministrare ac perpetuam vicariam quam in dicta ecclesia se canonice proponit adeptum licite retinere valeat dispensare misericorditer curaremus. —

Ut dicte vicarie resignatione recepta et penitentia imposita dispenset cum eo, et iterum ei dictam vicariam conferat.

Dat. Laterani, III non. martii, anno primo.

91 Latran, 26 avril 1295.

Committitur provisio decem clericis in ecclesia Brugensi facienda. (fol. 22 v°.)

Dilecto filio Leonardo de Flisco, preposito secularis ecclesie Brugensis, Tornacensis diocesis. Devotionis ac probitatis tue —.

Ut in dicta ecclesia Brugensi decem clericis, etiam alias prebendatis, providere possit auctoritate apostolica.

Dat. Laterani, VI kal. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 32.)

92 Latran, 26 avril 1295.

Licentia conferendi prebendas aliis quam sacerdotibus. (fol. 22 v°.)

Eidem. Inducunt nos —.

Ut prebendas in ecclesia Brugensi vacantes personis idoneis, etiam non in sacerdotali ordine constitutis, dummodo infra annum dictum ordinem recipiant, conferre possit.

Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 34 v°.)

93 Latran, 15 février 1295.

Licentia vendendi quendam locum nomine ecclesie Romane in civitate Barchinonensi. (fol. 22 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi. Petitio dilectorum filiorum .. prioris et conventus monasterii sancte Eulalie de Campo Barchinonensis, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, nobis exhibita continebat quod tanta est aeris intemperies predicti loci de Campo, ubi situm est monasterium prelibatum, quod fratres ipsius monasterii graves propter hoc infirmitates et mortis periculum frequenter incurrunt, propter quod ipsi, nequeuntes ibidem sine gravi personarum periculo remanere, ad locum quem olim in civitate Barchinonensi habuerunt fratres de Penitentia Jesu Christi desiderant se transferre. — Cum autem ipsi fratres de Penitentia Jesu Christi locum eorum predictum reliquerint, nullis ex eis ibi remanentibus, qui jam predicti ordinis sancti Augustini regulam et habitum susceperunt, —.

Ut vendat dictis priori et conventui, nomine ecclesie Romane, prefatum locum dispositioni sedis apostolice reservatum secundum constitutionem a Gregorio X in concilio Lugdunensi factam.

Dat. Laterani, XV kal. martii, anno primo.

94 Latran, 7 mars 1295.

Pro leprosis Placentinis. (fol. 23.)

Dilectis filiis leprosis domus sancti Lazari Placentine. Quanto vos manus Domini —.

Ut possint annis singulis aliquos viros idoneos, qui fideliter bona sua et ejusdem hospitalis procurent, constituere.

Dat. Laterani, non. martii, anno primo.

95 Latran, 28 avril 1295.

Committitur provisio abbatie de Cormeliaco. (fol. 23.)

Dilectis filiis .. de Monte sancte Marie et de Balerna monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis, Bisuntine dio-

cesis. Dudum monasterio sancti Pauli de Cormeliaco, ordinis sancti Benedicti, Turonensis diocesis, abbatis regimine destituto, due electiones, una videlicet de Guillelmo priore prioratus sancte Marie de Pontibus supra Secanam, et alia de quondam Guillelmo sacrista, monachis ipsius monasterii, fuerunt in predicto monasterio a conventu ejusdem in discordia celebrate; hujusmodi autem electionum negotio per appellationem ex parte ipsius prioris factam ad sedem apostolicam legitime devoluto, dilectus frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, antecessor noster, venerabilem fratrem nostrum H. episcopum Hostiensem dedit in dicto negotio partibus auditorem; verum apud sedem ipsam dicto pendente negotio, idem sacrista apud eandem sedem diem clausit extremum dictusque prior — auctoritate nostra in manibus dilecti filii nostri J. sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis libere ac sponte renuntiavit omni juri —.

Ut ipsi monasterio de persona idonea provideant in abbatem, ita ut dicta persona, postquam in abbatem fuerit assumpta, solitum fidelitatis juramentum prestare Turonensi ecclesie teneatur.

Dat. Laterani, IIII kal. maii, anno primo.

96 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio abbatis Cassinensis. (fol. 23.)

Dilecto filio Beraudo abbati monasterii Cassinensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Venerabile monasterium —.

Revocata provisione facta a Celestino papa quinto de fratre Angelerio monacho monasterii sancti Spiritus de Magella, ordinis sancti Benedicti, Valvensis diocesis, preficitur in abbatem Cassinensem ipse Beraudus, antea prior prioratus de Pontida, Pergamensis diocesis.

Dat. Laterani, XIIII kal. maii, anno primo.

In eundem modum conventui monasterii Cassinensis.

In e. m. universis vassallis monasterii Cassinensis.

97 Latran, 22 avril 1295.

Exemptio annui census prioratui sancti Martini de Campis Parisiensi solvendi. (fol. 23 v°.)

Dilecto filio Francisco dicto Gaitano de Anagnia, nepoti nostro, canonico Parisiensi. Cum nuper dilectus filius Leonardus de Flisco prioratum sancti Cosme de Monte, Constantiensis diocesis, cui cura non imminet animarum, Cluniacensi, ut dicitur, abbati subjectum et consuetum quinque clericis secularibus assignari, quem Leonardus ipse tunc obtinebat, libere in nostris manibus resignasset, nosque duxerimus resignationem hujusmodi admittendam, sicque prioratus ipse apud sedem apostolicam tunc vacaret, nos volentes tibi gratiam facere specialem tibi de prioratu predicto per nostras duximus sub certa forma litteras providendum. — Quia vero, sicut accepimus, illi qui dictum prioratum retroactis temporibus tenuerunt consueverunt pro prioratu ipso priori prioratus sancti Martini de Campis Parisiensis, Cluniacensis ordinis, quinquaginta libras turonensium parvorum nomine census annis singulis exhibere, —.

Eximitur a prestatione dicti census quandiu ipsum prioratum tenuerit.

Dat. Laterani, X kal. maii, anno primo.

98 Latran, 7 mars 1295.

Pro leprosis Placentinis. (fol. 24.)

Dilectis filiis leprosis domus sancti Lazari Placentine. Paterno vobis —.

Ut possint possessiones et alia bona sibi per testamentum vel donationem inter vivos a fidelibus concessa recipere et in usus suos convertere.

Dat. Laterani, non. martii, anno primo.

99 Latran, 24 avril 1295.

Nominatio archiepiscopi Nicosiensis. (fol. 24.)

Venerabili fratri Gerardo archiepiscopo Nicosiensi. Onerosa pastoralis officii —.

Preficitur in archiepiscopum Nicosiensem, qui fuerat prius decanus ecclesie Lingonensis, ipso archiepiscopatu vacante per translationem J. tunc Nicosiensis, nunc Turritani archiepiscopi.

Dat. Laterani, VIII kal. maii, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Nicosiensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Nicosiensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Nicosiensis.

In e. m. universis episcopis suffraganeis ecclesie Nicosiensis.

In e. m. regi Cypri.

100 Latran, 8 mars 1295.

Pro monachis Parisius studentibus. (fol. 24 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Religionis vestre —. Ex parte siquidem vestra fuit nobis humiliter supplicatum quod cum vos frequenter monasterii vestri monachos ad Parisiense studium transmittatis ad studendum in liberali-

bus artibus et theologica facultate, nec domos proprias pro eis congruas habeatis ibidem, in quibus iidem monachi sic studentes, prout religionis vestre congruit honestati, degere comode valeant in communi, providere super hoc vobis — dignaremur. —

Ut possint in dicta civitate domos seu plateas ad edificandas domos in cujusvis monasterii censu vel dominio emere et possidere.

Dat. Laterani, VIII id. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 36.)

101 Latran, 7 mars 1295.

Licentia vendendi locum olim a fratribus Penitentie Jesu Christi occupatum. (fol. 24 v°.)

Dilecto filio .. priori ordinis fratrum Predicatorum Lucano. Sua nobis dilecti filii .. rector et fratres hospitalis pauperum sancti Pelegrini de Alpibus, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucane diocesis, petitione monstrarunt quod locus quem fratres de Penitentia Jesu Christi, quorum ordo per sedem apostolicam cassatus extitit juxta constitutionem editam in generali concilio Lugdunensi, in civitate Lucana obtinebant est ab eis penitus derelictus et per hoc locus ipse in libera dispositione sedis predicte consistit. —

Ut vendat eis nomine ecclesie Romane prefatum locum, ubi intendunt quoddam hospitale ad opus infirmorum et pauperum construere.

Dat. Laterani, non. martii, anno primo.

102 Latran, 16 avril 1295.

Nominatio episcopi Bisinianensis. (fol. 24 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Bisinianensi, salutem, etc. Ad ecclesiarum omnium —.

Vacante ipsa ecclesia per obitum Goffridi quondam episcopi, capitulum ejusdem compromisit in tres canonicos, videlicet Gaufridum Peregrini, Rogerium et Scribanum de Tarento, ad eligendum episcopum, qui tres ipsum Guillelmum, tunc archidiaconum ipsius ecclesie, unanimiter elegerunt; examinata electione a Matheo episcopo Portuensi, Petro tituli sancte Crucis in Jerusalem presbitero, et Landulfo sancti Angeli diacono cardinalibus, ipse Guillelmus preficitur in episcopum Bisinianensem.

Dat. Laterani, XVI kal. maii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Bisinianensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Bisinianensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Bisinianensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Bisinianensis.

103 Latran, 17 avril 1295.

Indulgentia pro quatuor clericis fructus beneficiorum in absentia percipiendi. (fol. 25.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Tornacensi, salutem, etc. Exigentibus tue devotionis —. Dat. Laterani, XV kal. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 38.)

104 Latran, 28 février 1295.

Licentia celebrandi tempore generalis interdicti. (fol. 25 v°.)

Dilecto filio magistro Johanni de Ausona [1], *rectori ecclesie de Wimbeldone, Wintoniensis diocesis.* Sicut petitio tua nobis exhibita continebat, quondam magister Petrus de Assana, Bisuntine diocesis, clericus clare memorie regine Anglie dum viveret, ad reparationem vie publice juxta flumen Saone, propter impetum ejusdem fluminis sic destructe ut nonnulli exinde transeuntes propter hoc periclitari solebant, quoddam edifitium, quod cauciata vulgariter appellatur, incepit opere sumptuoso, tuque quandam capellam ad honorem sancte Marie virginis in eadem calciata prope villam de Ausona [2], de qua te asseris oriundum, de novo propriis sumptibus construxisti; unde nonnulli fideles illarum partium, attendentes quod dictum edifitium ipsius calciate non poterat sine magnis impendiis consumari, quandam propter hoc confratriam devotis affectibus facientes, quod eorum quilibet ad consumationem ejusdem edificii competens subsidium impenderent ordinarunt. —

Ut tempore generalis interdicti dicti fratres possint in dicta capella et cimiterio ejus cum celebratione divinorum sepeliri.

Dat. Laterani, II kal. martii, anno primo.

105 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio episcopi Nivernensis. (fol. 26 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Nivernensi, salutem, etc. Regimini universalis ecclesie —. Dat. Laterani, XIIII kal. maii, anno primo.

In eundem modum archiepiscopo Senonensi.
In e. m. decano et capitulo ecclesie Nivernensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Nivernensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Nivernensis.
In e. m. Philippo regi Francie illustri.

(Laporte du Theil, fol. 40; *cf. supra*, n° 58.)

1. *Ms.* ausone.
2. *Ms.* ausona.

106 Latran, 17 avril 1295.

Quod non possit excommunicari absque mandato sedis apostolice speciali. (fol. 26.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Tornacensi, etc. Tue pacis querentes —. Dat. Laterani, xv kal. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 44.)

107 Latran, 18 avril 1295.

Nominatio archiepiscopi Rigensis. (fol. 26.)

Venerabili fratri Johanni [*archi*]*episcopo Rigensi.* In supreme dignitatis —.

Vacante dicta ecclesia, compromissum fuit in quinque ex ipso capitulo ad eligendum archiepiscopum, videlicet Wedekinum prepositum, Johannem priorem, Johannem de Ponte, Nicolaum et Ludolfum canonicos, qui dictum Johannem, tunc ecclesie Zverinensis thesaurarium, elegerunt; ipse ad sedem apostolicam accedens in manibus summi pontificis resignavit: preficitur auctoritate apostolica in archiepiscopum Rigensem.

Dat. Laterani, xiiii kal. maii, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Rigensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Rigensis.
In e. m. suffraganeis ecclesie Rigensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Rigensis.

108 Latran, 6 avril 1295.

Exemptio ecclesie sancti Maximini, Aquensis diocesis. (fol. 26 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Ob tuorum excellentiam —. Dat. Laterani, viii id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24057.)

109 Latran, 8 avril 1295.

Executoria super institutione ecclesie sancti Maximini in prioratu. (fol. 27.)

Venerabili fratri .. episcopo Cistaricensi. Cum ecclesiam prioratus —. Dat. Laterani, vi id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24065.)

110 Latran, 7 avril 1295.

Ordinatio ecclesie sancti Maximini in prioratu sub ordine fratrum Predicatorum, et provisio de priore. (fol. 27.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Desideriis tuis —. Dat. Laterani, vii id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24058.)

111 Latran, 7 avril 1295.

« Quod inducat in possessionem episcopum Sistaricensem nomine regis de predicto prioratu et aliis. » (fol. 27 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Massiliensi. Ob excellentiam meritorum —. Dat. ut in proxima.

(Potthast, 24059.)

112 Latran, 8 mars 1295.

De capiceriatu in ecclesia de Guerandia instituendo. (fol. 28.)

Venerabili fratri H. episcopo Nivernensi, salutem, etc. Romana ecclesia —.

Ut in ecclesia de Guerandia, cujus prebendarum collatio ad ipsum pertinet, dignitatem capiceriatus instituere et eidem dignitati duas prebendas in perpetuum annectere possit.

Dat. Laterani, viii id. martii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 46.)

113 Latran, 22 avril 1295.

Nominatio patriarche Jerosolimitani. (fol. 28.)

Venerabili fratri Landulfo patriarche Jerosolimitano. Licet ad cunctas —.

Vacante ecclesia Jerosolimitana, capitulum provisionem ipsius ad sedem apostolicam remisit et Celestinus papa quintus de prefato Landulfo, penitentiario suo, eidem providit, qui postea ab archiepiscopo Rothomagensi munus consecrationis recepit; revocata primo ex certis causis dicta provisione, iterum preficitur ipse Landulfus in patriarcham.

Dat. Laterani, x kal. maii, anno primo.

In eundem modum priori et capitulo ecclesie Jerosolimitane.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Jerosolimitane.
In e. m. regi Cipri.
In e. m. regi Armenie.

114 Latran, 10 avril 1295.

Concessio jurisdictionis. (fol. 28 v°.)

Carissimo in Christo filio C. regi Sicilie illustri. Claris tue celsitudinis —.

Ut cancellarius seu vicecancellarius aut alius ab ipso rege

ad officium cancellarie sue exercendum deputatus, dum sit persona ecclesiastica, habeat jurisdictionem in capellanos et clericos dicti regis et officialium et familiarium ejus.

Dat. Laterani, IIII id. aprilis, anno primo.

115 Latran, 15 mars 1295.

De homagio ab episcopo Vapincensi regi Sicilie faciendo. (fol. 28 v°.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis prebitero cardinali. Pro parte carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris et venerabilis fratris nostri Gaufridi episcopi Vapincensis fuit nobis expositum quod quondam Otto episcopus Vapincensis, ante constitutionem factam in Lugdunensi concilio per felicis recordationis G. papam X, predecessorem nostrum, certis pactis et conventionibus initis inter ipsum episcopum ex una parte et .. tunc senescalcum in comitatibus Provincie et Forcalquerii pro clare memorie Carolo rege et Beatrice regina Sicilie, consorte ipsius, ex altera, nichilominus per regem eundem postmodum confirmatis, recognovit se tenere sub dominio et segnoria regis ejusdem civitatem Vapincensem et terram quam temporaliter ipsa tenet ecclesia, in premissis conventionibus designatam, pro quibus idem Ottho prefato regi fecit homagium et fidelitatis prestitit sacramentum, ad hoc ut ipse rex defenderet et juvaret prefatam ecclesiam que a vasallis ejusdem ecclesie sibi rebellibus et aliis malignorum incursibus sic dure et immaniter premebatur quod vergebat omnino ad extreme desolationis dispendia. — Idem vero Gaufridus episcopus per officiales ejusdem regis Sicilie requisitus ut servaret conventiones predictas et prestaret prefato regi recognitionem, — propter metum constitutionis ipsius — homagium facere regi jam dicto usque ad hec tempora prorogavit. —

Ut permittat dicto episcopo conventiones predictas adimplere, si debita indagatione compererit eis non ledi ecclesiam.

Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

116 Latran, 15 mars 1295.

De officialibus civitatis Massilie ab excommunicatione relaxandis. (fol. 29.)

Eidem. Carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris supplicationibus annuentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus excommunicationis sententiam latam in officiales tunc civitatis Massiliensis et quasdam alias singulares personas civitatis ejusdem per dilectum filium magistrum Albertum de Grandula de Parma, tunc in illis partibus specialem nuntium sedis apostolice, pro eo quod ipsi censum, pro parte ecclesie Romane petitum ab universitate civitatis ipsius, prefato nuntio non solverunt, per te vel alium — relasses (*sic*). — Dat. ut supra.

117 Latran, 17 février 1295.

Homagium regis Sicilie ecclesie Romane. (fol. 29.)

Carissimo in Christo filio Caroli regi Sicilie illustri. Ne imposterum rei geste memoriam diuturnitas temporis forsan obliteret, litterarum nostrarum presentium insinuatione testamur te ligium homagium et fidelitatis juramentum ratione regni Sicilie et terre citra Farum, excepta civitate Beneventana cum toto territorio et omnibus districtibus et pertinentiis suis, secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum et districtus civitatis ejusdem per Romanos pontifices distinctos vel in posterum distinguendos, clare memorie Carolo regi Sicilie, patri tuo et heredibus suis, cujus tu heres existis, a Romana ecclesia concessorum, nobis fecisse ac prestitisse in forma subscripta, super hoc litteris formam eandem exprimentibus bullatis aurea tua bulla concessis, quarum tenor talis est :

« In nomine Domini. Amen. Ego Carolus Secundus
» Dei gratia rex Sicilie, — ligium homagium facio tibi
» domino meo Bonifatio pape octavo, tuisque successo-
» ribus canonice intrantibus —. Dat. Rome apud sanc-
» tam Sabinam, per manum Bartholomei de Capua,
» militis, regni Sicilie prothonotarii et magne curie
» nostre magistri rationalis, anno Domini millesimo du-
» centesimo nonagesimo quinto, die XVII mensis februa-
» rii, octave indictionis, regnorum nostrorum anno un-
» decimo. Feliciter. Amen. » —

Dat. Laterani, XIII kal. martii, anno primo.

118 Latran, 25 mars 1295.

Absolutio excommunicationis. (fol. 33.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Benignitas alme matris —. Sane nobis et fratribus —.

Absolvitur ab excommunicationum sententiis, si quas forsan incurrerit propter conditiones, conventiones et pacta inter Romanam ecclesiam et clare memorie Carolum regem Sicilie, patrem ejus, in concessione regni Sicilie per eamdem ecclesiam habita et in nonnullis articulis forsan minus bene servata.

Dat. Laterani, VIII kal. aprilis, anno primo.

(POTTHAST, 24410.)

119 Latran, 25 avril 1295.

Confirmatio cujusdam concessionis a Celestino papa V facte. (fol. 33.)

Dilecto filio nobili viro Roberto de Fontana Rosa, nepoti dilecti filii nobilis viri Bartholomei de Capua, regni Sicilie prothonotarii. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod te dudum exponente dilecto filio fratri Petro de Murrone, olim Celestino papa V°, antecessori nostro, — quod quondam R. pater et alii progenitores tui ab antiquo in civitate Beneventana tenuerant et possederant quandam curtim que *cossina de pede* vulgariter appellatur et quod eadem curtis sive cossina dirruta fuerat tempore quo quondam Fredericus olim Romanorum imperator, persecutor Ecclesie manifestus, civitatem predictam noscitur distruxisse, ac supplicante dicto nostro antecessori ut cum ipsam curtim sive cossinam reedifficare absque magnis sumptibus non valeres, transferendi hujusmodi cossinam ac jus ejus ad quasdam alias domos tuas sitas in civitate predicta licentiam concedere dignaretur, idem antecessor licentiam ipsam tibi — concessit. — Dat Laterani, VII kal. maii, anno primo.

In eumdem modum dilecto filio .. rectori civitatis Beneventane. — Dat. ut supra.

120 Latran, 13 avril 1295.

Pro monasterio sancti Dyonisii in Francia. (fol. 33 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis in quorum civitatibus et diocesibus monasterium sancti Dyonisii in Francia prioratus aut preposituras habet. Quanto cenobium — .

Quod monachi dicti monasterii et ejus membrorum non possint excommunicari neque ad judicium extra suam diocesim trahi absque speciali mandato sedis apostolice.

Dat. Laterani, id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24073; Laporte du Theil, fol. 48)

121 Latran, 13 avril 1295.

« Confirmatio privilegii ad instar aliorum. » (fol. 33 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Dyonisii in Francia, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24072; Laporte du Theil, fol. 45.)

122 Latran, 13 avril 1295.

Privilegium de monachis illegitime genitis non recipiendis. (fol. 33 v°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Dionisii in Francia, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis. Ex parte tua — Dat. Laterani, id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24071; Laporte du Theil, fol. 50.)

123 Latran, 24 avril 1295.

Exemptio hospitalis Famagustani ab ordinaria jurisdictione. (fol. 34.)

Carissimo in Christo filio .. regi Cypri illustri, salutem. Grandis devotionis —. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis quod tu in civitate Famagustana in fundo proprio quoddam hospitale ad usus infirmorum et pauperum bonis regalibus construxisti pariter et dotasti. — Dat. Laterani, VIII kal. maii, anno primo.

124 Latran, 24 avril 1295.

Prolongatio indulgentie a Nicolao papa IV pro subsidio Acconensis civitatis concesse. (fol. 34.)

Eidem. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod dudum felicis recordationis Nicolaus papa IIII[tus], predecessor noster, credens civitatis Acconensis subsidio providere, omnibus qui tunc crucis assumpto signaculo infra certum temporis spatium irent in dicte civitatis succursum certam indulgentiam duxit per suas litteras concedendam, sicque cupiens tibi per hoc pretextu hujusmodi indulgentie aliquam tuorum peccaminum veniam procurare, cum decenti bellatorum comitiva ad ipsius civitatis succursum, assumpto tibi signaculo sancte crucis, non tamen infra tempus hujusmodi, accessisti. — Dat. ut supra.

125 Latran, 24 avril 1295.

Licentia disponendi de pecunia aliis legata. (fol. 34.)

Eidem. Ex parte tua —.

Ut possit ordinare ac disponere de pecunia quam Joannes rex, frater ejus, fratribus Predicatorum, Minorum et sancte Marie de Monte Carmeli ordinum legaverat, quamque iidem fratres, pretextu conditionum in testamento defuncti adjectarum, recipere renuerant.

Dat. Laterani, VIII kal. maii, anno primo.

(Potthast, 24083.)

126 Latran, 27 avril 1295.

Dispensatio super mutatione ordinis. (fol. 34 v°.)

Dilecto filio fratri Roberto de Murrone Caserte presbi-

tero, monacho monasterii sancti Laurentii Adversani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Ex parte tua —.

Ut possit in dicto ordine, ad quem jam ante decem annos transiverat, ordine fratrum Minorum in quo primo per quadrennium moram fecerat relicto, permanere et ad omnes dignitates assumi.

Dat. Laterani, v kal. maii, anno primo.

127 Latran, 22 avril 1295.

Dispensatio de non residendo, studii litterarum gratia. (fol. 34 v°.)

Dilecto filio Nicolao de sancto Eustachio, canonico Belvacensi. Circa virtutum studia —. Cum itaque litterarum studio desideres immorari, nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut insistendo studio litterarum ubi illud vigeat generale, vel morando apud sedem apostolicam, sive in Belvacensi aut Furnensi vel Nivellensi, Morinensis et Noviomensis diocesium ecclesiis, quarum te canonicum asseris, personaliter residendo, possis fructus, redditus et proventus prebendarum tuarum quas in eisdem ecclesiis obtines — percipere. — Dat. Laterani, x kal. maii, anno primo.

128 Latran, 6 février 1295.

Dilatio solutionis census ecclesie Romane debiti. (fol. 34 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Pridem dum essemus Neapoli, in vigilia Nativitatis dominice preterite proximo, die videlicet qua dispositione divina fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, nobis cum devota instantia supplicasti ut, cum viginti quatuor milia unciarum auri ad generale pondus regni Sicilie pro tribus annis preteritis, terminatis in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli proximo precedente, per te nobis et Romane ecclesie pro ipsius regni censu debita, et etiam sedecim milia unciarum ad idem pondus que nobis et eidem ecclesie pro duobus annis terminandis in festo apostolorum ipsorum secundo venturo, quod erit anno Domini millesimo cc°lxxxxvi°, pro eodem censu debita[1], ante festum ipsum secundo venturum solvere nequeas, neque te solvere posse confidas, propter guerrarum strepitus et varia diversaque incumbentia tibi negotia necnon et propter gravia onera expensarum que te subire oportuit et oportet, dilationem solutionis omnium predictarum quadraginta milium unciarum usque ad prefatum festum apostolorum secundo venturum benigne concedere dignaremur. —

1. *Ms.* debitis.

Conceditur ei petitio sua, ita tamen ut conventiones habite inter Romanam ecclesiam et patrem dicti regis et ipsum regem nullam sentiant innovationis variationem.

Dat. Laterani, viii id. februarii, anno primo.

129 Latran, 23 avril 1295.

Committitur administratio monasterii de Padolirone. (fol. 35.)

Venerabili fratri Philippo episcopo Tridentino. Cum favorem devotio —.

Administratio monasterii sancti Benedicti de Padolirone, ordinis sancti Benedicti, Mantuane diocesis, quam Nicolaus IV ei concesserat quousque foret a sede apostolica aliter ordinatum, iterum conceditur ei in eadem forma.

Dat. Laterani, viiii kal. maii, anno primo.

130 Latran, 22 avril 1295.

Dispensatio super defectu corporis. (fol. 35.)

Dilecto filio Jacobo clerico, nato nobilis viri Johannis Judicis de Clausura, civis Romani. Petitio tua—. Cum autem, sicut accepimus, postmodum juris civilis per quinquennium insistens studio, in eo laudabiliter profecisse noscaris, —.

Dispensatur cum eo super defectu quem patitur, cum sit sine manu dextera ortus, ut possit ad omnes ordines minores promoveri et ecclesiasticum beneficium sine animarum cura obtinere.

Dat. Laterani, x kal. maii, anno primo.

131 Saint Paul de Rome, 9 mai 1295.

Confirmatio collationis a Celestino papa V facte. (fol. 35.)

Dilecto filio Guillelmo Bandonini, rectori ecclesie de Senillaco, Vivariensis diocesis. Exposuit nobis venerabilis frater noster Guillelmus archiepiscopus Ebredunensis, quod vacante dudum parrochiali ecclesia de Senillaco per mortem quondam Guidonis rectoris ejusdem ecclesie, de qua nullus absque auctoritate sedis apostolice disponere poterat pro eo quod sedes Vivariensis pastore carebat, ad cujus collationem eadem ecclesia noscitur pertinere, dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, — ecclesiam ipsam — tibi contulit. — Verum cum nos in quadam constitutione a nobis nuper edita mandaverimus quod omnes littere super quibuscumque gratiis et concessionibus gratiosis que per nos alias non fuerant revocate, quarum effectum ex tunc ex certis causis duximus suspendendum quousque per ipsam sedem apostolicam ex certa scientia essent

approbato, nobis et eidem sedi presentari deberent, —.

Confirmatur collatio dicto Guillelmo facta, quamvis litteras non potuerit presentare, et hoc ad supplicationem archiepiscopi Ebredunensis, cujus ipse Guillelmus est familiaris et cum quo a curia Romana jam est recessurus.

Dat. Rome, apud sanctum Paulum, VII id. maii, anno primo.

132 Anagni, 13 juin 1295.

Committitur dispensatio super defectu natalium. (fol. 35 v°.)

Dilecto filio .. decano Lingonensi, salutem, etc. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Aymo de Anrivilla, presbiter Lingonensis diocesis, nobis humiliter supplicavit ut cum eo super defectu natalium quem patitur, de presbitero genitus et conversa, — dispensare misericorditer curaremus. — Dat. Anagnie, non. junii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 51.)

133 Latran, 22 avril 1295.

« Indulgentia pro ecclesia sancti Pauli Januensis. » (fol. 35 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis —.

Indulgentia unius anni et XL dierum concessa accedentibus ad ecclesiam sancti Pauli Januensis in Conversionis et commemorationis ipsius festivitatibus et per octo dies sequentes.

Dat. Laterani, X kal. maii, anno primo.

134 Latran, 1er mars 1295.

Confirmatio privilegii ab Eugenio papa III concessi. (fol. 35 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Petri de Burgo, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis. Devotionis vestre —.

Transcribitur ad servandum jus antiquum privilegium « quod jam incepit vetustate consumi » concessum dicto monasterio ab Eugenio papa III, « datum Viterbii, per manum Guidonis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XVI° kal. januarii, indictione Xma, incarnationis dominice anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, pontificatus vero domini Eugenii IIItii pape anno secundo », quo possessiones dicti monasterii enumerando confirmat.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

135 Latran, 10 mars 1295.

Confirmatio dotalicii a Guidone comite Flandrie Beatrici filie sue concessi. (fol. 36.)

Dilecto filio nobili viro Hugoni comiti et dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici ejus uxori, comitisse Blesensi, Carnotensis diocesis. Petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim clare memorie Alexander rex Scotie, tempore quo quondam Alexander ipsius regis primogenitus et nobilis mulier Margareta filia nobilis viri Guidonis comitis Flandrie matrimonium ad invicem contraxerunt, statuit ac etiam ordinavit quod si dicta Margareta superviveret primogenito supradicto, post obitum primogeniti ejusdem prima die mensis augusti, eadem Margareta, in quocumque statu ipsam fore contingeret, dum viveret mille et trecentas marcas sterlingorum de proventibus ville de Bervic in Scocia, tunc ad regem ipsum spectantibus, necnon et ducentas marcas sterlingorum de manerio suo de Linlichen, sancti Andree diocesis, cujus proventus annui ducentarum marcharum sterlingorum esse dicebantur, in dotalitium seu donationem propter nuptias perciperet. — Dedit insuper eidem primogenito potestatem de predictis omnibus eandem Margaretam dotandi seu sibi eadem in donationem propter nuptias concedendi, quod postmodum idem primogenitus — adimplevit; dictus quoque rex supplicavit hoc per Romanum Pontificem confirmari, prout in patentibus litteris inde confectis dictorum regis et primogeniti sigillis signatis plenius dicitur contineri. —

Decedente dicto primogenito et eadem Margareta petente ab Honorio papa IIII° dictum dotalitium confirmatione sedis apostolice communiri, dictus papa hoc confirmavit, et episcopum Dunelmensem ac priorem provincialem fratrum ordinis Predicatorum in Anglia dedit executores. Postmodum vero dicta Margareta de assensu nobilis viri .. comitis Guerrensis, mariti sui, prefatum dotalitium prelibato Guidoni, patri suo, tradidit et demum idem comes Flandrie jus et actiones sibi ita tradita filie sue suprascripte Beatrici, tempore quo matrimonium contraxit cum suprascripto comite Blesensi, in dotalitium, dotem seu donationem propter nuptias concessit. Confirmatur dicta concessio.

Dat. Laterani, VI id. martii, anno primo.

In e. m. venerabili fratri .. episcopo Dunelmensi et dilecto filio .. priori provintiali fratrum ordinis Predicatorum in Anglia.

136 Latran, 1er mars 1295.

Confirmatio donationis Bangorensium episcoporum. (fol. 36 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancte Marie de Strata Florida, Cisterciensis ordinis, Menevensis diocesis. Cum a nobis petitur —.

Confirmatur cessio facta eidem monasterio ecclesie de Lan-

gyric in Arvestly, Bangorensis diocesis, a bone memorie C. et R., successore ejus, episcopis Bangorensibus.

Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

137 Latran, 15 mars 1295.

Dispensatio super diaconatus et presbiteratus ordinibus tardius susceptis. (fol. 36 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ruthenensi, salutem, etc. Petitio dilecti filii Michaelis dicti Blanc, rectoris ecclesie de Tesco, tue diocesis, nobis exhibita continebat quod ipse olim ecclesiam ipsam, curam animarum habentem, post generale concilium Lugdunense novissime celebratum, fuit canonice assecutus et subdiaconatus ordinem successive suscepit. — Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

138 Velletri, 25 mai 1295.

Exemptio monasterii. (fol. 36 v°.)

Dilectis filiis Silvestro abbati et conventui monasterii sancti Theodori Gaietani, ordinis sancti Benedicti. Etsi universe orbis —. Dat. Velletri, VIII kal. junii, anno primo.

139 Velletri, 25 mai 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 37.)

Dilecto filio nobili viro Nicolao de sancto Audomaro, marescalco principatus Achaye, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Guillelme nate nobilis viri Richardi comitis Cephalonensis, uxori ejus. Exhibita nobis —.

Dispensatur cum eis super quarto consanguinitatis gradu, Margareta quondam dicti Nicolai uxore dicte Guillelme tertio consanguinitatis gradu attinente.

Dat. Velletri, VIII kal. junii, anno primo.

140 Velletri, 23 mai 1295.

Indulgentia pro quatuor clericis beneficiorum fructibus in absentia percipiendi. (fol. 37.)

Dilecto nobili viro Johanni de Acone, butticulario Francie. Devotionis tue —. Dat. Velletri, X kal. junii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 54.)

141 Velletri, 23 mai 1295.

Licentia comedendi carnes. (fol. 37.)

Eidem. Habet in nobis —.

Ut religiosis qui familiariter suis assistunt obsequiis licentiam comedendi carnes auctoritate apostolica concedere valeat.

Dat. ut in proxima.

(Laporte du Theil, fol. 55 v°.)

142 Velletri, 23 mai 1295.

« Ut non possit per aliquem excommunicari sine mandato sedis apostolice. » (fol. 37 v°.)

Eidem. Eximie devotionis —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 56 v°.)

143 Velletri, 23 mai 1295.

« Ut cum interfuerit alicui predicationi, alii adstantes habeant indulgentiam. » (fol. 37 v°.)

Eidem. Habet in nobis —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 57.)

144 Velletri, 23 mai 1295.

« Quod possit habere altare portatile. » (fol. 37 v°.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 58.)

145 Latran, 17 avril 1295.

Committitur citatio episcopi Carnotensis. (fol. 37 v°.)

Dilectis filiis .. sancti Martini in Valle et .. de Parvoloco de suburbio Carnotensi prioribus, ordinis sancti Benedicti, ac Johanni dicto de Gratia, thesaurario Meldensis ecclesie, salutem, etc. Exposuit nobis dilectus filius noster Guillelmus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis quod, vacantibus dudum apud sedem apostolicam canonicatu et prebenda in ecclesia Carnotensi per promotionem factam apud eandem sedem de venerabile fratre nostro Stephano de Chars, tunc canonico Carnotensi, in archiepiscopum Senonensem, dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa V, — canonicatum et prebendam eosdem — dicto cardinali, tunc capellano ipsius, auctoritate apostolica contulit. —

Ut citent ad sedem apostolicam episcopum Carnotensem et Guillelmum de Murello, clericum et familiarem ejus, cui dictam prebendam prefatus episcopus dicitur contulisse, in prejudicium dicti cardinalis et ecclesie Romane contemptum.

Dat. Laterani, XV kal. maii, anno primo.

146 Latran, 17 avril 1295.

Collatio prioratus de Strata. (fol. 38.)

Dilecto filio Johanni Giffardi, priori prioratus de Strata ville sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis. Quanto sollicitus morum —.

Conferuntur ei, monacho sancti Dionisii existenti, dictus prioratus et prepositura ecclesie de Ruolio, ejusdem diocesis, cum omnibus eorum fructibus, ita tamen ut sex monachos dicti monasterii secum retinere continuo teneatur.

Dat. Laterani, xv kal. maii, anno primo.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Silvanectensi ac dilectis filiis .. decano Carnotensis et magistro Petro de Turrice, capellano nostro, canonico Autisiodorensis ecclesiarum. — Dat. ut supra.

147 Latran, 17 avril 1295.

Committitur sententia in causa matrimonii ferenda. (fol. 38 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parmensi. Ex parte dilecti filii Eduardi de Camilla, civis Januensis, fuit propositum coram nobis quod, licet ipse matrimonium contrahere cupiat, — quedam mulier que se facit vocari nomine Flordeliza, levis opinionis, male conversationis et vite, et que per seculum evagatur, falso se ipsius Eduardi uxorem legitimam publice asseverans, ipsum hujusmodi occasione quominus cum aliqua statui suo congruente matrimonium contrahere valeat contra justitiam impedire presumit. —

Ut ipsam mulierem peremptorie citet ad dicendum de jure suo et sine strepitu judicii procedens decernat quod canonicum fuerit.

Dat. Laterani, xv kal. maii, anno primo.

148 Latran, 7 mars 1295.

Pro leprosis. (fol. 38 v°.)

Dilecto filio Guillelmo archipresbitero plebis de Sparoara, Placentine diocesis, etc. Ex parte dilectorum —.

Ut domum leprosorum sancti Lazari de Florenzola, Placentine diocesis, ab ipsis leprosis penitus derelicta, leprosis domus sancti Lazari Placentine cum juribus et bonis suis conferre et assignare procuret.

Dat. Laterani, non. martii, anno primo.

149 Velletri, 23 mai 1295.

Indulgentia. (fol. 38 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Cum ad promerenda —.

Indulgentia centum dierum concessa accedentibus ad ecclesiam beate Marie Regalis juxta Pontisaram, Cisterciensis ordinis, Parisiensis diocesis, in Purificationis, Annuntiatiouis, Assumptionis et Nativitatis beate Marie festivitatibus et die anniversario dedicationis dicte ecclesie ac per octo dies sequentes.

Dat. Velletri, x kal. junii, anno primo.

150 Velletri, 23 mai 1295.

« Commutatur votum. » (fol. 38 v°.)

Dilecto filio nobili viro Johanni de Acone, buticulario Francie. Desideriis tuis —.

Ut confessor ejus vota que hactenus ipse fecerit, tribus tamen, scilicet Jerosolimitano religionis et castitatis, exceptis, commutare possit.

Dat. Velletri, x kal. junii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 59.)

151 Velletri, 23 mai 1295.

Licentia celebrandi in locis interdictis. (fol. 38 v°.)

Eidem. Eximie devotionis —. Dat. ut in proxima.

(Laporte du Theil, fol. 59 v°.)

152 Velletri, 23 mai 1295.

Licentia eligendi confessoris. (fol. 39.)

Eidem. Desideriis tuis —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 60 v°.)

153 Anagni, 7 juin 1295.

Nominatio abbatis Agerensis. (fol. 39.)

Dilecto filio Andree Boterii, abbati monasterii sancti Petri Agerensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Urgellensis diocesis. Rationis oculis intuentes —.

Preficitur in abbatem dicti monasterii, qui antea canonicus Terraconensis erat, loco Petri ultimi abbatis defuncti, non obstante quod clericalem tonsuram tantum neque ullum alium ordinem recepit, quodque defectum etatis, cum jam vicesimum quartum annum attigerit, patitur.

Dat. Anagnie, vii id. junii, pontificatus nostri anno primo.

In eundem modum conventui monasterii sancti Petri Agerensis.

In e. m. universis vassallis monasterii sancti Petri Agerensis.

154 Anagni, 7 juin 1295.

Dantur executores bulle precedenti. (fol. 39.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii sanctarum Crucum, Terraconensis diocesis, et .. sacriste ecclesie Terraconensis ac Pontio Hugonis de Intensa, canonico Ilerdensi. Cum nos nuper —. Dat. ut supra.

155 Anagni, 7 juin 1295.

Licentia recipiendi ordines et benedictionis munus a quocumque antistite. (fol. 39.)

Dilecto filio Andree Boterii, abbati monasterii sancti Petri Agerensis, —. Cum nuper te —. Dat. ut supra.

156 Anagni, 7 juin 1295.

Collatio thesaurarie cum canonicatu et prebenda in ecclesia Turonensi. (fol. 39 v°.)

Dilecto filio magistro Guidoni de Caritate, juris civilis professori, thesaurario et canonico ecclesie Turonensis, capellano nostro, clerico carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francorum illustris. Viros litterarum scientia preditos —. Cum itaque nuper in ecclesia Turonensi thesauraria, canonicatus et prebenda per mortem quondam magistri Berardi de Camerino, olim ipsius ecclesie thesaurarii et canonici, qui de partibus Sicilie, ad quas pro quibusdam Romane ecclesie negotiis de mandato nostro accesserat, ad sedem apostolicam redeundo apud civitatem Insulanam diem clausit extremum vacavisse noscatur, —. Non obstantibus, — aut quod in Aurelianensi succentoriam et in eadem ac Ambianensi, Carnotensi, sancti Aniani Aurelianensi et de Francyo, Nivernensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere. — Dat. Anagnie, VII id. junii, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. archidiacono de Virtuto in ecclesia Cathalaunensi et .. decano ac .. cantori ecclesie Jergoliensis, Aurelianensis diocesis, etc. — Dat. ut supra.

157 Anagni, 27 juin 1295.

Indulgentia absolutionem omnium delictorum a proprio confessore recipiendi. (fol. 40.)

Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. Quia personam tuam —. Dat. Anagnie, V kal. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 62.)

158 Anagni, 27 juin 1295.

« Quod fratres comedentes possint loqui in mensa. » (fol. 40.)

Eidem. Tue devotionis merita —. Dat. ut supra.

(Potthast, 24115; Laporte du Theil, fol. 63.)

159 Anagni, 27 juin 1295.

« Quod rex, regina et filii non possint excommunicari sine licentia apostolice sedis. » (fol. 40.)

Eidem. Ob excellentiam tuorum —. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecto filio .. abbati monasterii sancti Dyonisii in Francia, Parisiensis diocesis. Ob excellentiam meritorum —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 63 v°.)

160 Anagni, 27 juin 1295.

« Commutatur votum magistro Petro de Condeto, archidiacono Suessionensi. » (fol. 40.)

Venerabili fratri .. episcopo Aurelianensi, salutem et benedictionem. Apostolice sedis —. Sane pro parte dilecti filii magistri Petri de Condeto, archidiaconi Suessionensis, crucesignati, fuit expositum coram nobis quod cum ipse, qui olim ad partes Tunisii vivifice crucis assumpto signaculo cum clare memorie Lodovico rege Francie accessit, in eundo, stando et redeundo non sine magnis sumptibus diutius laboravit, votum quod vovit Domino de proficiscendo in Terre sancte subsidium personaliter exequi nequeat, senio jam confractus, provideri sibi super hoc per apostolice sedis remedium humiliter postulavit. —

Conceditur episcopo predicto libera facultas prefatum Petrum a voto absolvendi, dummodo de bonis suis ipse Petrus congruam partem juxta ejus discretionis arbitrium in ipsius Terre subsidium deputaverit.

Dat. ut supra.

(Bullam edidimus in *Les lettres à la cour des papes*, Rome 1884, p. 4.

161 Anagni, 17 juin 1295.

Contra occupationem ville Appamiarum a comite Fuxi. (fol. 40.)

Dilecto filio nobili viro Rogerio comiti Fusi (sic), *salutem et apostolicam benedictionem.* Nuper ad nostrum pervenit auditum quod tu, ad occupationem ville Appamiarum

non sine detrimento proprie salutis aspirans, litteras carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francorum illustris senescallo regio in partibus Carcassonensibus constituto dirigi procurasti, quarum occasione seu auctoritate villam ipsam ingressus, juramenta fidelitatis ab officialibus dilecti filii B. abbatis monasterii sancti Antonini ejusdem loci, capellani nostri, nomine universitatis hominum dicte ville recipere studuisti. —

Ut predictam villam et possessionem ipsius dimittat et sublata restituat, sub pena excommunicationis.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno primo.

In eundem modum venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Auxitano et .. episcopo Carcassonensi. —

Quod cogant dictum comitem ut mandatis sedis apostolice pareat, excommunicationis in personam et interdicti in terram ejus sententias ferendo.

Dat. ut supra.

In eundem modum dilectis filiis consulibus et universis hominibus ville Appamiarum, Tholosane diocesis. — Quocirca universitati vestre — mandamus quatenus memorato comiti vel eorum officialibus nullatenus intendatis nec in aliquo pareatis eisdem, — non obstante juramento fidelitatis quod eidem comiti, sicut asseritur, prestitistis, a quo vos auctoritate apostolica duximus absolvendos ; alioquin in vos singulariter excommunicationis sententiam ferimus et predictam villam Appamiarum ecclesiastico supponimus interdicto. — Dat. ut supra.

162 Anagni, 17 juin 1295.

Eadem de re. (fol. 40 v°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri. Ex affectu sincerissime caritatis qua personam regiam in Christo prosequimur, evenit quod cum de tuis actibus grata nova percipimus, uberibus utique perfundimur gaudiis et ingenti letitia exultamus, et cum aliqua nostris referuntur auribus que claris nominis regii titulis derogant, turbamur in intimis et graves sentimus in pectoris archana puncturas, pati equanimiter non valentes quin te a talibus revocare sollicite studeamus. Olim siquidem, prout notitiam —. Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24104; edita est bulla a Dupuy, sed absque preambulo hic a nobis inserto).

163 Anagni, 22 juin 1295.

De pace inter Aragonum et Francorum reges. (fol. 41.)

Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. Dilecta pax —.

Certior fit de his que sui nuncii, videlicet Gilibertus de Cruillis, Guillelmus Durfortis, Petrus Costa et Guillelmus Galvani, apud sanctam sedem cum nunciis regis Francorum et comitis Alanzonis tractavernnt. Idem habes, mutatis mutandis, in epistola *Letamur* huic immediate subsequente.

Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

(Cf. Potthast, 24108, qui epistolam a Baluzio ex authentico editam refert, idem principium habentem, sed Jacobo regi Majoricarum directam).

164 Anagni, 20 juin 1295.

Eadem de re (fol. 41 v°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francorum illustris, etc. Letamur in te, fili benedictionis et gratie, quod de manuum tuarum operibus fructus pacis colligimus et placide caritatis dulcedinem probatis effectibus degustamus. Hos quidem fructus talis arbor debet natura producere, quum genus tuum fide preclarum, sinceritate prelucens, devotos ad Christum et sanctam Ecclesiam sponsam suam fundatores in orbem quietis amene produxit et zelatores fervidos status prosperi totius fidei christiane lactavit. Sane pro consummatione prospera tractatus pacis habiti inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilie regem illustrem et Jacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum, venerabilis frater P. Aurelianensis episcopus et dilectus filius J. abbas sancti Germani de Pratis, tui procuratores et nuncii et dilecti filii Caroli Alanzonis et Valesii comitis, fratris tui, ex parte vestra renuntiaverunt nuper in manibus nostris pure et sine [1] conditionis adjectu, non sine motu consilii, regnis Aragonie, Valentie et comitatui Barcilonie ac omni juri vobis in illis quomodolibet competenti. Quo fit ut soluto nodo pacis ejusdem ad laudem divini honoris et nominis aperta sit via quieti paratior, et eidem regi Sicilie, consanguineo vestro, debite compassionis amplexu affectus vester exhibitus amabilis caritatis. Verum cum circa perfectionem pacis ejusdem super facto vallis de Arany anfractus incideret, quam idem Jacobus ad se asserens de jure spectare petebat sibi restitui, precipue cum post motam guerram per utriusque parentes ipsius vallis se dicat possessione privatum, iidemque nuntii tui, affirmantes contrarium ex adverso, de illius restitutione a vobis potestatem se dicerent non habere, post diversas discussiones et tractatus, ne tanti boni orditum principium per obstaculum hujusmodi in-

1. *Ms.* sub.

terjecti prepedii infelicem sortiretur eventum, suasit rationabilis cautela consilii quod cetera pacis capitula per ordinem debitum ponerentur in terminis et dicte vallis articulus, de ipsorum nuntiorum assensu, per modum qui sequitur, a censura equi bonique non devium, ponatur in statu, ut dilectus filius noster G. tituli sancti Clementis presbiter cardinalis, quem pro ipsius tractatus executione votiva in ultramontanas partes destinamus ad presens, celeriter et solerter inquirat de spoliatione seu destitutione vallis ejusdem, et si quidem compererit dictum Jacobum vel prefatum quondam Petrum parentem ipsius post commotionem guerre jam dicte per clare memorie Philippum regem Francorum illustrem, tuum genitorem, aut te dicte vallis fore possessione privatus, ipsi Jacobo sine dilationis obstaculo restituatur vallis memorate possessio, in ea tibi non in forma vel figura judicii in omnibus dominii jure salvo; si vero de prefata non potuerit destitutione constare, ipsa possessio ad te sine dilatione restituta perveniat, jure proprietatis in ea modo premisso similiter eidem Jacobo reservato. Et ut amabilius procedat ipsius vallis negotium, in quo nuntii dicti Jacobi difficultatem ingerunt, cum de pacis amabilitate tractetur, excellentiam regiam hortamur attente et cum interna cordis affectione rogamus quatenus pro nostra et apostolice sedis reverentia et dicto regi Sicilie debita caritate, donec per cardinalem ipsum fiat dicta inquisitio super possessione prefata et ejus terminatio subsequatur, possessionem vallis ejusdem in manu dicti cardinalis, quem scimus te interne diligere, gratuita amabilitate sequestres. Inconveniens quippe tibi, mundo damnosum, et exempli pernitiosi res foret, si per tam modice rei objectum, facta jam refutatione de magnis, tua caritas propalata frigesceret, si tam utilis et Deo placide pacis alligate jam vinculum dissolutionis, quod absit, dispendium sustineret. Pretores etenim, apud quos viguit rerum summa prudentia non curavere de modicis, nec lesis minoribus, quibus specialis favor a jure tribuitur, in restitutione rei modice, si majori prejudicium afferat, restitutionis beneficium indulserunt. Super facto vero restitutionis regni Majoricarum, insularum Evice et Minoricarum et aliorum locorum faciende per dictum Jacobum carissimo in Christo filio nostro Jacobo regi Majoricarum illustri, cum nuntii dicti Jacobi dicerent se potestatem aliquam non habere ac per consequens eidem tractatui discrimen dissolutionis instaret, ne tractatus tam Deo placidus mundoque proficuus perduceretur incassum, quo multa periculosa discrimina sequi possent, negotium restitutionis ejusdem cum satis expressa conniventia nuntiorum prefati Jacobi per nostre prosecutionis remedium assumpsimus, Deo propitio, pe modum qui sequitur promovendum: quod predictus Jacobus restituat et restitui faciat dicto regi Majoricarum prefatum regnum Majoricarum et insulas cum ceteris omnibus immobilibus sive stabilibus occupatis per prefatum Jacobum et suos de terris, villis et possessionibus regis Majoricarum predicti, tenenda et possidenda per ipsum regem Majoricarum eo modo per omnia quo ipse tenebat ea tempore mote guerre prefate, ita quod per hoc nullum jus dictis regi Majoricarum vel Jacobo crescat in aliquo vel decrescat, salvo quod Saraceni qui de ipsa insula Minoricarum [1] per dictum Jacobum et suos ejecti fuerunt non reponentur ibidem, set de habitatoribus christianis ipsius insule, si aliqui sunt quos idem rex Majoricarum suspectos habeat vel odiosos ex rationabili causa, quam arbitrari habebit cardinalis predictus, usque ad certum numerum moderandum per cardinalem eundem, de insula prefata recedent, et si nollent recedere ministrorum manibus expellentur; verum poterunt, si quas in eadem insula possessiones emerint, vendere et secum portare precium cum ceteris mobilibus eorumdem, et ad hoc faciendum dabitur eis certus terminus juxta ipsius cardinalis arbitrium statuendus; ceteri christiani quibus dicta insula Minoricarum populata est in subjectione dicti regis Majoricarum ibi si voluerint remanebunt, sic tamen quod si per antedictum Jacobum aut quondam Alfonsum fratrem suum ipsorumve mandatum in eadem insula Minoricarum alique possessiones tradite fuerint in feudum aut emphyteusim vel ad censum pro minori servitio aut valore vel censu notabiliter quam valeant et equum aut rationabile censeatur, quod judicari debet tempore contractus inspecto, ad equum et rationabile juxta dicti cardinalis arbitrium reducetur; donationes autem simplices facte per eundem Jacobum, dictum quondam Alfonsum, officiales seu ipsorum factores in predictis et de predictis possessionibus omnifariam irritentur. Rogatibus itaque nostris hortationibusque paternis circa sequestrationem vallis predicte tua filialis et sincera devotio aurem prebeat, cor inclinet [2], tenens et sentiens quod ex complemento prefati tractatus, quatenus ad te spectare dignoscitur, preter id quod Eterno Regi te gratum, nobis et Romane ecclesie matri tue placidum et favorabilem exhibebis, per diversos mundi circuitus exurgent laudis tue sonora preconia, quod dicto regi Sicilie sanguinis tibi identitate conjuncto circa reparationem status ipsius auxiliaria et precipua impenderis juvamenta [3]. Dat. Anagnie, XII kal. julii, anno primo.

(POTTHAST, 24105.)

1. *Ms.* maioricarum. 2. *Ms.* inquinet. 3. *Ms.* iuramenta.

165 Anagni, 24 juin 1295.

Revocatio unionis regni Majoricarum comitatui Barcinonie. (fol. 42.)

Ad eternam rei memoriam. Obligationes turpes —. Sane post occupationem insule Majoricarum factam per quondam Alfonsum natum quondam Petri olim regis Aragonum, certe conventiones, homagiorum prestationes et juramenta intervenisse noscuntur inter Jacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum, antecessores[1] suos, barones, milites atque cives Catalonie et Majoricarum, quod regnum Majoricarum cum aliis sibi adjacentibus insulis sic comitatui Barcinonie perpetuo uniretur ut sub eodem dominio ac unione inseparabiliter remaneret. Nos igitur qui veri Pastoris vices portamus in terris, ad cujus curam specialiter pertinet colligationes iniquitatis dissolvere, — memoratis Jacobo, baronibus, militibus atque civibus Catalonie et quibuscumque aliis obligatis ad hoc expresse precipimus et districtius inhibemus ne de predictis aliquod compleant vel observent. — Dat. Anagnie, VIII kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24112.)

166 Anagni, 24 juin 1295.

Annullatio promissi matrimonii. (fol. 42 v°.)

Ad eternam rei memoriam. Obligationes turpes, etc. usque discernat ut supra. Sane inter Jacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum et clare memorie Sanctium regem Castelle ab olim tractatus fuit habitus de Isabella filia regis ejusdem, dicto Jacobo tertio consanguinitatis gradu conjuncta, sibi putativo matrimonio copulanda, pro firmitate ipsius penis adjectis, homagiis prestitis et interpositis sacramentis. Nos igitur —. Dat. ut supra.

167 Anagni, 27 juin 1295.

Approbatio tractatus inter Francorum et Aragonum reges habiti. (fol. 42 v°.)

Ad eternam rei memoriam. Pacis amene semina —. Sane tractatum pacis habitum et firmatum inter carissimum in Christo filium nostrum Phylippum Francorum regem illustrem, dilectum filium nobilem virum Carolum Alançonis et Valesii comitem, fratrem ejus, et Jacobum natum quondam P. olim regis Aragonum, per sollempnes nuntios et procuratores ipsorum, eo potius ratum habentes et gratum quo per eum toti Christiane fidei potiora credimus tranquillitatis commoda proventura, ipsum integraliter et in omnibus suis partibus acceptamus, laudamus et approbamus. — Dat. Anagnie, v kal. julii, anno primo.

1. *Sic in regesto; corr.* aut factores suos?

168 Anagni, 23 juin 1295.

Vidue ac filiorum Petri quondam regis Aragonum cum Ecclesia reconciliatio. (fol. 42 v°.)

Ad notitiam presentium et memoriam futurorum. Fructus pacis Deo propitio seminare disponentes ubilibet ac misereri potius quam ulcisci, Constantiam relictam quondam Petri olim regis Aragonum viduam, Jacobum, Fredericum et Petrum, natos ipsorum, ac valitores, adjutores, fautores et ministros eorum ad sinum gratie nostre et sancte Romane matris ecclesie clementer recipimus eisque omnes injurias, offensas et dampna irrogata per ipsos et predecessores eorum eidem Ecclesie gratiose remittimus. — Dat. Anagnie, VIIII kal. julii, anno primo.

169 Anagni, 23 juin 1295.

Siculorum cum Ecclesia reconciliatio. (fol. 43.)

Ad eternam rei memoriam. Conditionis humane —. Sane — omnes et singulos de insula Sicilie et insulis ei adjacentibus ac aliis locis regni Sicilie qui se publice tenuerunt cum quondam Petro olim regi Aragonum vel Jacobo nato ejus, aut adheserunt eis, prestando ipsis auxilium vel favorem, ad benignitatis nostre gratiam et sancte Romane matris ecclesie clementer recipimus. — Dat. ut supra.

170 Anagni, 21 juin 1295.

Approbatio renuntiationis regni Aragonie. (fol. 43.)

Ad perpetuam rei memoriam, etc. Diligentes pacis comoda —. Renuntiationem jam factam in manibus nostris per carissimum in Christo filium nostrum Francorum regem illustrem et dilectum filium nobilem virum Carolum fratrem ejus, Alançoni et Valesii comitem, de regnis

Aragonum et Valentie ac comitatu Barcinonie que felicis recordationis Martinus papa IIIItus, predecessor noster, clare memorie Phylippo regi Francorum, ipsorum parenti, et eidem Carolo comiti electo ad dictorum regnorum et comitatus regimen a prefato rege genitore ipsius, per ministerium seu deputationem bone memorie Johannis tituli sancte Cecilie presbiteri cardinalis prehabita deliberatione concessit, acceptamus de fratrum nostrorum consilio et assensu. — Dat. Anagnie, XI kal. julii, anno primo.

171 Anagni, 24 juin 1295.

Licentia dispensandi cum irregularibus regni Aragonie. (fol. 43.)

Venerabili fratri .. episcopo Valentino, salutem, etc. Amamus utique puro corde clementiam —.

Ut ad requisitionem Guillelmi tituli sancti Clementis presbiteri cardinalis possit dispensare cum irregularibus in [regnis Aragonum, Valentie et Majoricarum ac comitatu Barcinonie qui, predictis terris interdicto subjectis, interdictum scienter violaverunt.

Dat. Anagnie, VIII kal. julii, anno primo.

172 Anagni, 21 juin 1295.

Gratia regi Aragonum facta tractatus observationi subjicitur. (fol. 43.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Etsi propter pacem —.

Ut significet Jacobo regi Aragonum, misericordiam et gratiam ei a sede apostolica factam ejusque complicibus et fautoribus, penitus subjectam esse observationi tractatus pacis; quem si non observaverit, ipse, complices et terre in sententias et penas spirituales et temporales latas a sede apostolica ipso facto relabentur.

Dat. Anagnie, XI kal. julii, anno primo.

173 Anagni, 22 juin 1295.

De restitutione regni Majoricarum. (fol. 43 v°.)

Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. Inest cordi nostro —. Sane super restitutione regni Majoricarum et aliarum insularum ei adjacentium facienda per te carissimo in Christo filio nostro Jacobo regi Majoricarum illustri, patruo tuo, certam ordinationem per nos habitam per alias litteras nostras tibi describimus seriose; verum ut nullum in ea dubitationis aut obscuritatis prepedium per ingestum alicujus alterationis emergat, declaramus apertius — quod in restitutione dictorum regni et insularum idem rex tibi tuque sibi faciatis invicem recognitiones, firmitates et homagia juxta modum et formam in instrumento publico facto de conventionibus initis inter predictos regem Majoricarum et Petrum olim regem Aragonum, patrem tuum, quodque castra et alia quecumque bona stabilia occupata per dictum regem Majoricarum — de terris et aliis quibuscumque bonis stabilibus tuis —, postquam guerra insule Sicilie extitit inchoata, tibi — per eundem regem Majoricarum sine contradictione reddantur, et versa vice. — Dat. Anagnie, X kal. julii, anno primo.

174 Anagni, 21 juin 1295.

Gratia regi Aragonum facta tractatus observationi subjicitur. (fol. 43 v°.)

Eidem. Etsi propter pacem —.

Certior fit de his que supra in bulla 172, mutatis mutandis, explicata habes.

Dat. Anagnie, XI kal. julii, anno primo.

175 Anagni, 22 juin 1295.

Licentia relaxandi excommunicationes occasione guerre Sicilie latas. (fol. 44.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Amamus utique puro —.

Datur ei, ad partes ultramontanas pro perfectione tractatus pacis destinato, amplissima potestas relaxandi, per se vel per alium, omnes sententias excommunicationis, suspensionis, interdicti et alias quaslibet latas a sede apostolica occasione guerre Sicilie.

Dat. Anagnie, X kal. julii, anno primo.

176 Anagni, 27 juin 1295.

Licentia absolvendi irregulares regni Aragonie. (fol. 44.)

Eidem. Amamus utique puro corde etc., usque destinemus —.

Ut absolvat per se vel per alium irregulares in regnis Aragonum, Valentie et Majoricarum ac comitatu Barcinonie, qui excommunicati se divinis immiscuerunt.

Dat. Anagnie, V kal. julii, anno primo.

177 Anagni, 22 juin 1295.

Eadem de re. (fol. 44.)

Venerabili fratri .. episcopo Valentino. Amamus utique, etc. —

Ut ad requisitionem Guillelmi tituli sancti Clementis cardinalis omnes sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti et quaslibet alias latas a sede apostolica occasione belli Sicilie per se vel alium valeat relaxare.

Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

178 Anagni, 21 juin 1295.

Gratia regi Aragonum facta tractatus observationi subjicitur. (fol. 44.)

Ad perpetuam rei memoriam. Etsi propter pacem —. Idem habes, mutatis mutandis, sub n° 172 necnon 174.

Dat. Anagnie, xi kal. julii, anno primo.

179 Anagni, 21 juin 1295.

Duplicatio bulle precedentis. (fol. 44 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam, etc. Etsi propter pacem quam desideramus in terris, cujus fructus ubilibet spargere delectamur, ex spe cujusdam tractatus pacis habiti et firmati inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Sicilie regem illustrem, etc. usque in finem ut in proxima precedenti.

180 Anagni, 25 juin 1295.

Dispensatio matrimonii inter Blankam regis Sicilie filiam et Jacobum Aragonum regem. (fol. 44 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo Sicilie regi illustri. Etsi inter illos qui consanguinitatis —. Dat. Anagnie, vii kal. julii, anno primo.

181 Anagni, 25 juin 1295.

Duplicatio bulle precedentis. (fol. 44 v°.)

Jacobo regi Aragonum illustri. Etsi inter illos etc. Dat. ut supra.

182 Anagni, 22 juin 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 45.)

Dilecto filio nobili viro Alfonso primogenito quondam Ferrandi primogeniti clare memorie Alfonsi regis Castelle, ac dilecte in Christo filie Iolande nate quondam Petri olim regis Aragonum. Etsi inter illos, etc. usque indulget. — Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

183 Anagni, 22 juin 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 45.)

Dilecto filio nobili viro Petro nato quondam Petri olim regis Aragonum, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Guillelme nate quondam nobilis Gastonis de Bearne, uxori ejus. Etsi inter illos, etc. — Dat. ut supra.

184 Anagni, 21 juin 1295.

Notificatio tractatus inter Francorum, Aragonum et Sicilie reges habiti. (fol. 45.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum, etc. Splendor glorie et figura substantie Dei patris, in cujus lumine lumen inspicitur, operoso misterio lenitatem pacis amare nos instruit et quodam exemplari speculo fragilitati nostre viam humane miserationis ostendit. Sane propter injustitiam manifestam quondam Petri olim regis Aragonum circa occupationem insule Sicilie, terre peculiaris Ecclesie, variosque conatus et insidias ad alias partes regni Sicilie occupandas, seditionem in ea insula motam, commotionem et concitationem populi factam inibi contra rempublicam ecclesiamve Romanam et clare memorie Carolum regem Sicilie, non absque strage et occisione multorum, felicis recordationis Martinus papa IIII, predecessor noster, regnum Aragonie ceterasque terras Petri prefati exponens de fratrum suorum consilio ipsum Petrum dudum regem Aragonum eisdem regno et terris regioque honore sententialiter justitia exigente privavit, et privans exposuit eadem regnum et terras occupanda catholicis de quibus et prout sedes apostolica duceret providendum. Postmodum vero idem regnum Aragonie atque Valentie et comitatum Barcinonie, que sunt de terris expositis, que olim fuerant dicti Petri, clare memorie Philippo regi Francorum et dilecto filio nobili viro Carolo nato ejus, Alanzonis et Valesii comiti, electo ad dictorum regnorum et comitatus regimen a rege prefato, per ministerium seu deputationem bone memorie Johannis tituli sancte Cecilie presbiteri cardinalis de ipsorum fratrum consilio prehabita deliberatione concessit. Verum prefato Petro sublato de medio, post varios tractatus pacis habitos inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilie regem illustrem ejusdemque Petri posteros sibi successores in vitium, Qui facit con-

cordiam in sublimibus suis Jacobi de Aragonia, prefati quondam Petri olim regis Aragonum filii, precipue succedentis in culpam, prefatam insulam et nonnulla alia loca in regno Sicilie citra Farum occupata tenentis, hostis Ecclesie regisque dictorum, ut insinuatio nobis et fratribus nostris facta continet, animum convertit ad pacem. Sicque inter jam dictos regem et Jacobum tractatus pacis est habitus et firmatus, in quo ex parte prefati Jacobi illa inter cetera sunt conventa, quod insula memorata Sicilie cum omnibus, terris et castris, cassalibus, fortelitiis, insula Malte, aliisque omnibus insulis eidem insule Sicilie adjacentibus ubicumque sint, sicut bone memorie prefatus rex Sicilie ante rebellionem insule prenominate tenebat, juxta nostri determinationem arbitrii, per eundem Jacobum Romane restitueretur Ecclesie, aliis locis et insulis que per ipsum Jacobum, valitores, fautores, complices et ministros ipsius citra Farum occupata tenentur restituendis prefato Carolo regi viventi, juxta nostre provisionis arbitrium, nec non liberis et aliis obsidibus dicti regis quos idem Jacobus apud se detinet, juxta formam in serie prefati tractatus annexam, certis hinc inde pro firmiori pacis nexu et caritatis mutue matrimoniis copulandis. Nos itaque cernentes frementia undique mundi pericula et que instant pre foribus ruinam minantia gravia detrimenta, super Terram sanctam desertam incolis Christi fidelibus ipsorumque destitutam suffragiis flentes amare, cum catholicis principibus distractis ad bella civilia non sit qui consoletur eam ex omnibus caris suis, ac misericordiam potius quam judicium cantare cupientes Altissimo, ad reparationem quoque status prefati regis Sicilie, filii specialis Ecclesie, specialem habentes considerationis intuitum, et memoratum tractatum pacis paterne caritatis bracchiis amplectentes, facta jam in manibus nostris per carissimum in Christo filium nostrum Philippum Francorum regem illustrem et dilectum filium nobilem virum Carolum fratrem ejus, Alanzoni et Valesii comitem, renunciatione legitima et solemni de predictis regnis et comitatu Barcinonie clare memorie predicto Philippo regi Francorum, eorum parenti, et eidem Carolo comiti, ut premittitur, per Ecclesiam ipsam concessis, omnique jure et actione eis competente pro illis, eidem Jacobo et suis heredibus de fratrum nostrorum consilio et assensu restituimus, reddimus atque concedimus jam dicta regna Aragonum et Valentie ac comitatuus Barcinonie, honorem regium ac omnia et singula que sententia dicte sedis apostolice lata contra dictum Petrum olim regem Aragonum patrem suum, continebat expresse, et ea ad que [1] verba sententie [2] vel effectus ejusdem sententie se extendunt, ut ea habeant et teneant eo modo quo habebat et tenebat dictus Petrus quondam rex Aragonum, pater suus, antequam Romanam ecclesiam offendisset in aliquo et de predictis regnis et comitatu in quondam Alfonsum primogenitum ejus donationem, ut dicitur, contulisset. Nec intendimus quod per predictas restitutionem, redditionem et concessionem nobis vel ipsi Ecclesie jus aliquod acquiratur, nec retineatur in illis occasione retentionis seu reservationis quam fecit Ecclesia in dictis regnis et comitatu cum ipsa predicto quondam Philippo Francorum regi concessit, nec ratione concessionis facte de ipsis per Romanam ecclesiam dicto Carolo comiti, aut renunciationis seu resignationis prefate facte in manibus nostris per eosdem regem Francorum et Carolum comitem fratrem ejus, set eidem Jacobo suisque successoribus in eisdem regnis, comitatu seu terris sua jura firma et illibata persistant nec ex eis sibi vel suis in aliquo prejuditium generetur, sed ea habeant et teneant, ut predicitur, eo modo quo habebat et tenebat dictus Petrus antequam Romanam ecclesiam in aliquo offendisset et de prefatis regnis et comitatu contulisset donationem in Alfonsum, ut dicitur, memoratum, investientes per nostrum anulum de predictis omnibus et singulis ejusdem Jacobi et heredum suorum nomine dilectum filium nostrum Guillelmum tituli sancti Clementis presbiterum cardinalem, quem pro votiva perfectione tractatus ejusdem versus partes ultramontanas presentialiter destinamus. Nulli ergo etc., nostre restitutionis, redditionis, concessionis et investiture, etc. Si quis autem etc.

1. *Ms.* atque.
2. *Ms.* sententia.

Ego Bonifatius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (*hic bulla figurata est.*)

† Ego Gerardus episcopus Sabinensis ss.

† Ego Johannes Tusculanus episcopus ss.

† Ego frater Matheus Portuensis et Sancte Rufine episcopus ss.

† Ego frater Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

† Ego Petrus tituli sancti Marci pbr. card. cum per me non possem, per Petrum Bonegentis capellanum meum me ss.

† Ego frater Thomas tituli sancte Cicilie pbr. card. ss.

† Ego Johannes tituli sanctorum Marcellini et Petri pbr. card. ss.

† Ego Guillelmus tituli sancti Clementis pbr. card. ss.

† Ego Nicolaus tituli sancti Laurentii in Damaso pbr. card. ss.

† Ego frater Robertus tituli sancte Potentiane pbr. card. ss.

† Ego frater Symon tituli sancte Balbine pbr. card. ss.

† Ego Matheus sancte Marie in Porticu diaconus card. ss.

† Ego Jacobus sancte Marie in Via Lata diaconus card. ss.

† Ego Neapoleo sancti Adriani diaconus card. ss.

† Ego Petrus sancti Eustachii diaconus card. ss.

† Ego Guillelmus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus card. ss.

† Ego Benedictus sanctorum Cosme et Damiani diaconus card. ss.

Dat. Anagnie per manum magistri Petri de Piperno, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, XI kal. julii, indictione VIII^a^, incarnationis dominice anno M° CC° LXXXXV°, pontificatus vero dompni Bonifatii pape VIII anno primo.

(POTTHAST, 24106.)

185 Anagni, 21 juin 1295.

Duplicatio bulle precedentis, quibusdam adjectis. (fol. 45 v°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Splendor glorie et figura substantie, etc., usque *omnique jure et actione eis competente pro illis*, sub illius tamen conditionis adjectu, si conventa et promissa in eodem tractatu per sollempnes nuntios dicti Jacobi ex potestate eis ab ipso tradita per prefatum Jacobum et eos ad quos res ipsa spectabit efficaciter compleantur et ordinata per nos super facto regni Majoricarum, insularum Evice et Minorcarum, que non devenerunt in tractatu predicto, per eundem Jacobum et eos ad quos ea res pertinebit ad debitum perducatur effectum, eidem Jacobo et suis heredibus, etc., usque in finem sicut in precedenti cum subscriptionibus et aliis et sub eadem data.

186 Anagni, 27 juin 1295.

Committitur cujusdam permutationis confirmatio. (fol. 46.)

Venerabili fratri .. episcopo Morinensi. Petitio dilecti filii nobilis viri Hugonis de Bovilla, militis, domini de Miliaco in Gastineto, Senonensis diocesis, nobis exhibita continebat quod ipse quendam annuum et perpetuum redditum quem annis singulis percipiebat Parisius apud Templum in thesauro carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris, tunc ad eum spectantem, cum dilectis filiis provisoribus et sororibus domus filiorum Dei Parisiensis pro quibusdam decimis ac aliis proventibus, redditibus atque rebus in villa et terris ac pertinentiis de Miliaco in Gastineto existentibus — permutaverit —. Dat. Anagnie, V kal. julii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 66.)

187 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia celebrandi in locis interdictis. (fol. 46.)

Venerabili fratri Petro episcopo Aurelianensi. Meritis tue devotionis —. Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 68.)

188 Anagni, 30 juin 1295.

De tabellionatus officio concedendo. (fol. 46.)

Eidem. Tue merita devotionis —.

[Ut tabellionatus officium quatuor personis concedere, et ab eis juramentum sub forma in littera ipsa inclusa recipere valeat.

Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 69.)

189 Anagni, 27 juin 1295.

Licentia resignationem beneficiorum recipiendi. (fol. 46 v°.)

Eidem. Carissimo in Christo filio nostro Philippo regi Francie illustri super hoc nobis cum instantia supplicanti gratificari volentes, —.

Ut possit recipere liberam renuntiationem a decem canonicis ecclesiarum regni, ipsius regis clericis, et decem canonicatus sic vacantes aliis regis clericis conferre.

Dat. Anagnie, V kal. julii, anno primo.

190 Anagni, 27 juin 1295.

Indulgentia beneficiorum fructus in absentia percipiendi. (fol. 46 v°.)

Dilecto filio magistro Egidio Camelini, decano ecclesie Meldensis. Devotionis affectus quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, necnon et consideratio carissimi in Christo filii Philippi regis Francie illustris, cujus existis

clericus, nos inducunt ut petitionibus tuis favorabiliter annuamus. —

Ut residendo in ecclesia Meldensi, in qua obtinet decanatum, fructus ipsius decanatus et duorum aliorum beneficiorum que possidet ex integritate percipere possit.

Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 72.)

191 Anagni, 27 juin 1295.

« Conceduntur fructus beneficiorum fabrice ecclesie Aurelianensis. » (fol. 46 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Aurelianensibus. Vestre devotionis merita necnon et affectus quem ad Aurelianensem ecclesiam gerimus nos inducunt ut vos dictamque ecclesiam gratia prosequamur que vestris et ipsius ecclesie dinoscitur necessitatibus oportuna. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos eandem ecclesiam nimia vetustate consumptam rehedificare inceperitis opere plurimum sumptuoso et ad ipsius operis consummationem proprie dicte ecclesie non suppetant facultates, nos cupientes ut tam pium opus fine laudabili consummatur, — ut quartam partem fructuum, reddituum et proventuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etsi personatus vel dignitates existant, que a proximis futuris kalendis julii usque ad quatuor annos immediate sequentes in civitate et diocesi Aurelianensibus vacare contigerit, illius videlicet anni quo illis, qui beneficia, personatus et dignitates hujusmodi obtinebant, fructus hujusmodi debebuntur, auctoritate apostolica vobis concedimus in ipsius ecclesie fabricam convertendos. — Dat. Anagnie ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 74.)

192 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia fructus beneficii ante hommagium percipiendi. (fol. 47.)

Dilecto filio Guidoni de Caritate, legum professori, capellano nostro, thesaurario ecclesie Turonensis, clerico et familiari carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francorum illustris. Laudabilibus tue probitatis meritis nobis utique non ignotis et consideratione carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francorum illustris —. Attendentes quod tu per eundem regem ad sedem apostolicam destinatus habes circa commissa tibi vacare negotia, —.

Ut possit percipere fructus thesaurarie Turonensis, jam ante hommagium archiepiscopo Turonensi ab ipso personaliter prestandum.

Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

193 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia eligendi confessoris. (fol. 47.)

Eidem. Desideriis tuis —. Dat. ut supra.

194 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia absolvendi excommunicatos. (fol. 47.)

Venerabili fratri P. episcopo Aurelianensi. Tuam volentes honorare personam —.

Ut possit absolvere excommunicatos a judicibus viam universe carnis ingressis, vel quorum jurisdictio expiravit.

Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 76.)

195 Anagni, 30 juin 1295.

« Quod non possit excommunicari sine mandato apostolice sedis. » (fol. 47.)

Eidem. Apostolice sedis benignitas —. Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 77.)

196 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia concedendi indulgentias. (fol. 47, v°.)

Eidem. Ut spiritualium largitione —.

Ut indulgentias sexaginta dierum in sua diocesi et quadraginta in aliena illis qui missis aut predicationibus suis interfuerint concedere possit.

Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 78.)

197 Anagni, 30 juin 1295.

« Quod possit conferre beneficia clericorum suorum cedentium vel decedentium. » (fol. 47 v°.)

Eidem. Tuam volentes honorare —. Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 78 v°.)

198 Anagni, 24 juin 1295.

Provisio ecclesie sancti Eligii de Ferreriis. (fol. 47 v°.)

Eidem. Cum [1], sicut accepimus, Guillelmus de Bosco, rector ecclesie sancti Eligii de Ferreriis, Senonensis diocesis, ecclesiam ipsam renuntiare intendat ex eo quod senectute et proprii corporis debilitate gravatus ipsius ecclesie nequit onera supportare, —.

Provisio dicte ecclesie magistro Guillelmo de Ferreriis, clerico, eo non obstante inter cetera quod jam in ecclesia sancti Petri virorum Aurelianensi canonicatum et prebendam ipse Guillelmus noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, VIII kal. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 80, ubi bulla II kal. julii perperam tribuitur.)

199 Anagni, 30 juin 1295.

Indulgentia pro decem clericis beneficiorum fructus in absentia percipiendi. (fol. 47 v°.)

Eidem. Personam tuam —. Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Parisiensi, et .. abbati monasterii sancti Benedicti Floriacensis, Aurelianensis diocesis, ac .. priori sancti Paterni Aurelianensis. Personam etc. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 82.)

200 Anagni, 28 juin 1295.

Pro episcopo Carcassonensi, in subsidium Terre Sancte. (fol. 48.)

Venerabili fratri P. episcopo Carcassonensi. Petitiones tuas —.

Datur ei licentia eligendi confessorem, et ipsi confessori indulgetur ut dicto episcopo, de bonis suis aliquam competentem quantitatem pecunie in Terre Sancte subsidium, juxta taxationem faciendam per episcopum Parisiensem, erogare parato, indulgentiam transfretantibus in Terram sanctam concessam elargiri possit.

Dat. Anagnie, IIII kal. julii, anno primo.

201 Anagni, 1er juillet 1295.

Licentia capellam fundandi, capellanum instituendi et patronatum retinendi. (fol. 48.)

Dilecto filio Villelmo de Erqueto, canonico Laudunensi, clerico carissimi in Christo filii Phylippi regis Francorum illustris, etc. Merita tue devotionis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu quandam capellam apud Erquetum, Belvacensis diocesis, propriis sumptibus fundare desideras et ei pro substentatione capellani perpetuo inibi servituri de bonis ad te ratione persone tue spectantibus annuum redditum quadraginta librarum parvorum turonensium assignare. — Dat. Anagnie, kal. julii, anno primo.

202 Anagni, 30 juin 1295.

De pecunia decimali Philippo III Francorum regi assignata. (fol. 48.)

Dilecto filio Johanni thesaurario domus Militie Templi Parisiensis. Per venerabilem fratrem nostrum P. Aurelianensem episcopum ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, licet dudum quadraginta octo milia librarum turonensium parvorum per abbates Cisterciensis ordinis deposita penes domum Militie Templi Parisiensem de pecunia decimali clare memorie Phylippo regi Francorum pro subsidio negotii Aragonie de mandato felicis recordationis Martini pape IIII, predecessoris nostri, super hoc facto, specialiter assignasses, prout de assignatione hujusmodi per litteras dicti regis ipsius sigillo munitas, in quibus idem rex se recognovit a te, nomine Romane ecclesie, ipsam pecuniam recepisse, ac ad requisitionem ecclesie prefate promisit se redditurum eandem, dicitur apparere, tamen Celestinus papa Vus, antecessor noster, te postmodum compelli mandavit per certos executores ab eo super hoc deputatos ad eandem pecuniam assignandam certis mercatoribus Florentinis, quare petebatur humiliter ut providere tibi super hoc — dignaremur. —

Ut usque ad sedis apostolice beneplacitum super receptione pecunie predicte molestari vel ad restitutionem compelli a nullo possit.

Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

203 Anagni, 30 juin 1295.

Licentia omnium beneficiorum fructus percipiendi, in uno residendo. (fol. 48 v°.)

Dilecto filio Guidoni de Caritate, legum professori —. (Cf. n° 192) Laudabilia tue —. Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

In eundem modum dilecto filio .. abbati monasterii

1. *Ms.* Tum.

sancti Evurcii, et .. priori sancti Laurentii Aurelianensis. — Dat. ut supra.

204 Anagni, 27 juin 1295.

Collatio parrochialis ecclesie insule Minoricarum. (fol. 48 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Villanova, preposito ecclesie Minoricarum. Petitio tua nobis exhibita continebat quod quondam Alfonsus natus quondam Petri olim regis Aragonum insulam Minoricarum que detinebatur a Saracenis, blasfemis nominis Christiani, manu potenti de manibus ipsorum Saracenorum eripiens et ad cultum Christianorum redigens, demum pro conservatione ac ampliatione cultus ejusdem quandam parrochialem ecclesiam, que prepositura vulgariter appellatur, in honorem beate Marie virginis in insula predicta construxit; sed in cujus dicta insula existat diocesi non est certum, cum tam Majoricensis quam Barcinonensis episcopi eandem insulam in sua consistere diocesi assererent, dictamque ecclesiam prefatus Alfonsus primo Johanni Sabata et postmodum quondam Arnaldo de Sarriano, clericis suis, successive de facto contulit et etiam assignavit; demum autem dicto Arnaldo viam universe carnis ingresso, Jacobus frater ejusdem Alfonsi predictam ecclesiam tibi quantum in eo extitit de facto, ut premittitur, conferre curarit, quam per tres annos te possedisse asseris. —

Confirmatur ei dicta ecclesia auctoritate apostolica, non obstante quod in Barcinonensi canonicatum et prebendam et quasdam capellanias perpetuas sive prestimonia in de Campanhano et sancti Juliani dal Fon, Barcinonensis diocesis, ecclesiis et quasdam pensiones a prefato episcopo ac archidiacono Barcinonensibus noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, v kal. julii, anno primo.

204 *bis*. Anagni, 2 juillet 1295.

Collatio ecclesie sancti Caprasii Agennensis. (fol. 49.)

Dilecto filio Guiliberto nato dilecti filii nobilis viri Guiliberti de Crudiliis, priori secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis. Dum conditiones et merita —. Cum igitur prioratus secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis per mortem quondam Bernardi Petrilia, ejusdem ecclesie prioris, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacavisse noscatur, — nos — consideratione dilecti filii nobilis viri Guiliberti de Crudiliis, patris tui, pro te nobis in hac parte cum instancia supplicantis,— prioratum ipsum — conferimus tibi et providemus de illo ac dilectum filium magistrum Petrum Ispanum, camere nostre clericum, canonicum Carnotensem, de ipso per nostrum anulum tuo nomine presentialiter investimus, — non obstantibus — et quod in sancti Felicis sacristiam et in eadem ac in majori Gerundensi canonicatus et prebendas et in sancti Juliani de Virginibus ac de Begurio, Gerundensis diocesis, perpetuas capellanias sine cura ecclesiis nosceris obtinere. — Dat. Anagnie, vi non. julii, anno primo.

205 Anagni, 27 juin 1295.

Collatio abbatie Fuxensis. (fol. 49.)

Dilecto filio Gaufrido de Cruillis, abbati monasterii Fuxensis, ordinis sancti Augustini, Tholosane diocesis. Debitum officii nostri —. Dat. Anagnie, v kal. julii, anno primo.

206 Anagni, 28 juin 1295.

Licentia archidiaconatum cum abbatia retinendi. (fol. 49 v°.)

Eidem. Cum nuper te —.

Ut archidiaconatum Terraconensem cum abbatia Fuxensi possit retinere ei conceditur, obtentu nobilis viri Guileberti de Cruillis, patris ejus.

Dat. Anagnie, iiii kal. julii, anno primo.

207 Anagni, 1er juillet 1295.

Reservatio prime dignitatis in ecclesiis civitatis et diocesis Treverensis vacature. (fol. 49 v° et 50.)

Dilecto filio Gerlaco nato nobilis viri Gerlaci domini de Isemburg, canonico ecclesie sancti Symonis Treverensis. Apostolice sedis benignitas —. Dat Anagnie, kal. julii, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. sancti Petri Maguntini et .. sancti Florini in Confluentia prepositis, ac magistro Huguitoni de Vercellis, capellano nostro, canonico sancti Donatiani Brugensis ecclesiarum, Treverensis et Tornacensis diocesium. — Dat. ut supra.

208 Anagni, 20 juin 1295.

« De tractatu pacis, ut supra capitulo CLXIIII°. » (fol. 50.)

Carissimo in Christo filio Phy. regi Francie illustri. Letamur in te —. usque in finem sicut est in alia superius capitulo CLXIIII°.

209 Anagni, 2 juin 1295.

Donatio regi Aragonum facta. (fol. 50 v°.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. In tractatu olim —.

Jacobo regi Aragonum duodecim millia librarum turonensium parvorum nomine ecclesie Romane donantur, pro eo quod ipse rex et ejus nuntii consentierunt ut insulam Siciliam ecclesie Romane, citius quam in tractatu pacis conventum erat, traderent.

Dat. Anagnie, vi non. julii, anno primo.

209 *bis.* Anagni, 3 juillet 1295.

Forma restitutionis insule Sicilie. (fol. 50 v°.)

Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum sanioris consilii. In tractatu pacis —.

Declaratur forma in qua insula Sicilie a dicto Jacobo sancte Sedi debeat restitui : postquam matrimonium inter ipsum et Blancam natam Caroli Sicilie regis per verba de presenti fuerit firmatum et dos viginti quinque milium marcharum argenti numerata, ipse a sententia excommunicationis absolutus, cum irregularibus dispensatum, privilegia de restitutione regnorum Aragonie et Valentie et comitatus Barcinonie ipsi assignata, tunc ipse insulam predictam bona fide relinquens, omnes gentes et officiales suos ab ipsa revocabit, habitatoribus mandans expresse ut ecclesie Romane pareant. « Quod si forte — predicti gentes, officiales, adjutores et valitores tui — tuis nollent hobedire mandatis, per penas multas et banna coercendo, detinendo et puniendo, ac per quecumque alia juris scripti vel non scripti remedia contra ipsos procedes et procedi facies, sine guerra tamen facienda per te, in quantum plus poteris, tue terre consuetudine non offensa. »

Dat. Anagnie, v non. julii, anno primo.

Similis facta est perpetua verbis competenter mutatis, sub titulo : *Ad perpetuam rei memoriam.*

210 Anagni, 3 juillet 1295.

Forma restitutionis castrorum et insularum citra Farum. (fol. 51.)

Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. In tractatu pacis —.

Declaratur forma in qua ab ipso Jacobo Carolo regi Sicilie restitutio debeat fieri « fortelitiarum et castrorum que tu, valitores tui, adjutores, complices seu ministri tenetis in tota Calabria, Valle Gratis, terra Jordana, Principatu, omniumque insularum que sunt citra Farum, videlicet Iscle, Procide, Capri, omniumque aliarum terrarum citra Farum, » ut in precedenti.

Dat. ut supra.

Similis facta est perpetua, verbis competenter mutatis, sub titulo : *Ad perpetuam rei memoriam.*

211 Anagni, 21 juin 1295.

Gratie regi Aragonum facte amplior declaratio. (fol. 51.)

Eidem. Romana mater ecclesia —. Nostre intentionis existit quod misericordia et gratia que fiunt per nos et Romanam ecclesiam tibi et dictis Aragonensibus, Cathalaunis (*sic*), Majoricanis, Siculis et aliis valitoribus, fautoribus et complicibus tuis et predicti olim Petri patris tui, sive sint in relaxando, dispensando, restituendo, reddendo, concedendo, remittendo, absolvendo, quietando et recipiendo sive quocumque modo alio faciendo, ita demum locum habeant et consequantur effectum si per te et illos ad quos ea res pertinebit conventa et promissa per te in ipso tractatu necnon et ordinata per nos extra predicti tractatus seriem super restitutione regni Majoricarum — bone fidei puritate servata firmiter observentur. Verum ne propter modicum forsitan tanto tractatui prejuditium afferatur, de ipsorum fratrum assensu et consilio declaramus quod si tu vel illi ad quos ea res pertinebit principalia et substantialia dicti tractatus et ordinationis nostre duxeritis ad effectum, licet in aliquibus particularibus non substantialibus vel principalibus sit defectum, — non per hoc prefatarum gratie ac misericordie — tolli aut impediri efficatiam volumus ; tu tamen et illi — ad complenda defecta non principalia — jure communi et ex vigore tractatus ejusdem sitis efficaciter obligati. — Dat. Anagnie, xi kal. julii, anno primo.

In eundem modum dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali, — verbis competenter mutatis.

212 Anagni, 2 juillet 1295.

Obligatio bonorum ordinum sancti Joannis et Templi pro dote Blance filie regis Sicilie solvenda. (fol. 51 v°.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Provisi juris potestas —.

Cum, tractatu pacis habito, Carolus rex Sicilie septuaginta quinque milia marcharum argenti, ratione dotis filie sue Blance, Jacobo regi Aragonum assignare debeat, nec possit ad presens, summus pontifex in se, nomine ecclesie Romane, hanc obligationem transfert, et dictam pecuniam infra triennium prefato Jacobo solvendam spondet, « pro cujus quan-

titate pecunie solvenda per nos et Romanam ecclesiam eidem Jacobo et successoribus suis bona omnia stabilia que domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sacre Militie Templi habent et possident in regnis Aragonie, Valentie et comitatu Barchinonie prenominato Jacobo et suis heredibus pro tam necessaria et utili causa de fratrum nostrorum consilio et assensu expresse et specialiter obligamus. »

Dat. Anagnie, vi non. julii, anno primo.

In eundem modum scribitur dilecto filio .. Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Aragonie et Valentie regnis et comitatu Barchinonie priori. — Dat. ut supra.

In eundem modum scribitur dilecto filio .. domus Militie Templi in Aragonie et Valentie regnis et comitatu Barchinonie magistro. — Dat. ut supra.

213 Anagni, 30 juin 1295.

Cardinalis sancti Clementis in partes ultramontanas missio pro tractatus pacis inter Francorum et Aragonum reges perfectione. (fol. 52.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Rex pacificus —. Sicut te oraculo vive vocis instruximus, ubicunque circa explicationem tractatus ejusdem aliquis se nodus dubitationis ingesserit qui te forsitan in perplexo deduceret, oculos convertens ad Christum, quantum cum ipso poteris conformes tue conscientie gremium ad id potius quod predicte perfectioni proficiat quam quod ipsam per obstaculum alicujus ingesti prepedii aliquo modo ledat. — Dat. Anagnie, ii kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24118.)

214 Anagni, 1er juillet 1295.

De completi tractatus recognitione Jacobo regi Aragonum facienda. (fol. 52 v°.)

Eidem. Ex spe cujusdam tractatus —.

Cum gratia facta Jacobo regi Aragonum demum effectum habere debeat, si tractatum pacis fideliter observaverit, datur predicto cardinali plena potestas ut « pro parte nostra et Romane ecclesie eidem Jacobo pro se ac suis heredibus de completis per eum prefatis conventis et ordinatis per nos, vel de consensu partium, ut premittitur, immutatis, recognitionem seu confessionem et quamcunque cautelam aliam quam melius poteris lucide facias, ne de observatione ac complemento eorundem conventorum, ordinatorum et immutatorum possit in posterum dubitari. »

Dat. Anagnie, kal. julii, anno primo.

215 Anagni, 3 juillet 1295.

De tractatus predicti defectibus, si qui fuerint, ulterius per papales litteras corrigendis. (fol. 52 v°.)

Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. Pia mater Ecclesia —. Ne forte quod per errorem aut ignorantiam actum est in tuum vel predictorum omnium aut aliquorum ex eis dispendium prejudicet veritati, volumus quod si in predictis litteris nostris aliquis defectus appareat qui tibi vel eis causam probabilis dubitationis inducat, rei geste servata substantia et effectu per convenientes papales litteras sicut expedit corrigatur. Dat. Anagnie, v non. julii, anno primo.

216 Anagni, 3 juillet 1295.

De defectu in litteris Alançonis comitis corrigendo. (fol. 53.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Pridem dilectus filius nobilis vir Carolus Alançonis et Valesie comes venerabilem fratrem P. Aurelianensem episcopum et dilectum filium religiosum virum J. abbatem sancti Germani de Pratis prope Parisius constituit suos procuratores et nuntios, dans eis per suas patentes litteras inter cetera potestatem quod iidem procuratores et nuntii pro parte ipsius regnis Aragonie, Valentie et comitatui Barcinonie — renuntiare valerent, in quibus procuratoriis litteris notabatur per aliquos adesse defectus, qui est in predictis litteris corrigendus. Volumus igitur et discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, postquam dictus defectus correctus fuerit, pretactam renuntiationem nomine nostro et Romane ecclesie per tuas patentes litteras ratifices et acceptes. Dat. ut supra.

217 Anagni, 2 juillet 1295.

De mutuo regi Sicilie faciendo. (fol. 53.)

Eidem. Necessitatibus carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris humano et paterno compatientes affectu, viginti quinque milia marcarum argenti, que sibi ad presens oportuna plurimum dinoscuntur, eidem mutuare decrevimus, ipsaque tibi per mercatores de societate Clarentinorum de Pistorio instantius exhiberi. Volumus igitur quod predictam quantitatem pecunie a prefatis mercatoribus recipias et convertas illam in oportunitates predictas, prout es a nobis oraculo vive vocis instructus, de restitutione predicti mutui facienda nobis et ecclesie Romane per ipsum regem et heredes

suos cautelam ab eodem rege per suas patentes litteras recepturus. Dat. Anagnie, vi non. julii, anno primo.

218 Anagni, 1er juillet 1295.

De dispensatione matrimonii inter natum regis Francorum et natam comitis Burgundie sine speciali mandato nulli exhibenda. (fol. 53.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Nuper certis ex causis in consideratione deductis, dispensative concessimus quod .. natus carissimi in Christo filii nostri Phy. Francorum regis illustris et dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna nata dilecti filii nobilis viri comitis Burgundie, non obstante consanguinitatis gradu quo junguntur, ad invicem possint licite matrimonialiter copulari, super hoc litteris nostris confectis, quas tibi presentialiter tradimus, sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurras si secus feceris, injungentes et nichilominus sub virtute sacramenti et fidelitatis quibus nobis et ecclesie Romane teneris quatenus predictas litteras nobis viventibus sine speciali mandato nostro nulli debeas exhibere. Dat. Anagnie, kal. julii, anno primo.

219 Anagni, 7 juillet 1295.

De provisione quorumdam monasteriorum in Catalonia. (fol. 53.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Apostolice sedis sollicitudo —.

Ut provideat regimini monasteriorum monialium ad presens vacantium sancti Petri Barchinonensis et sancti Danielis Gerundensis, sancti Benedicti, ac sancte Margarite Majoricensis, sancti Augustini ordinum.

Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

220 Anagni, 8 juillet 1295.

De collatione sacristie sancti Johannis de Abbatissis. (fol. 53.)

Eidem. Cum in monasterio sancti Johannis de Abbatissis, Vicensis diocesis, officium sacristie per mortem quondam fratris Raymundi de Monte Rubeo, sacriste ipsius monasterii, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacare noscatur, —.

Ut dictum officium conferat fratri Berengario de Miraliis, canonico ejusdem monasterii, vel alii.

Dat. Anagnie, viii id. julii, anno primo.

221 Anagni, 22 juin 1295.

Licentia recipiendi presbiteratus ordinem a quocunque antistite. (fol. 53 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Ferreriis, decano ecclesie Anitiensis, capellano nostro, etc. Exigentibus tue devotionis —. — non obstante quod a nobis in subdiaconum et a venerabili fratre nostro M. episcopo Portuensi fuisti de mandato nostro in diaconum ordinatus. — Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

(Bullam edidimus in *Les lettres à la cour des papes*, p. 11).

222 Anagni, 22 juin 1295.

Concessio tabellionatus officii. (fol. 53 v°.)

Dilecto filio Johanni de Combris, clerico Ruthenensis diocesis, etc. Ne contractuum memoriam —. Dat. ut supra.

In eundem modum conceditur pro Petro Fabri, clerico Petragoricensis diocesis.

223 Anagni, 22 juin 1295.

Contra commune civitatis inferioris Massiliensis. (fol. 53 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi et .. episcopo Cavallicensi. Movet animum mentemque — . Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod consilium et comune civitatis inferioris Massiliensis, que consuevit civitas seu villa vicecomitalis vulgariter appellari, propriis non contenti limitibus et ad gravamina ecclesiarum ipsius civitatis temere aspirantes, in odium, dampnum et prejudicium ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum motu proprio ordinarunt et etiam statuerunt ut nullus subditus tunc vel etiam in futurum jurisdictioni regie dicte civitatis audeat possessionem aliquam seu rem liberam vel annexam alicui servituti, infra dictam civitatem vel extra in territorio ipsius vel etiam civitatis superioris Massiliensis, alienare, vel censum sive census seu aliquam annuam prestationem vel jura aliqua in ultima voluntate seu inter vivos relinquere, aut etiam quocunque alio alienationis titulo, in aliquem vel aliquos non subditum vel subditos in totum regie jurisdictioni predicte vel curie regie civitatis prefate transferre seu pignori obligare, nisi sit civis et habitator dicte civitatis Massiliensis et talis conditionis quod possit sine exemptione[1] aliqua subire onera civitatis ejusdem et in eisdem oneribus contribuat. —

1. *Ms.* qui possit sine exactione.

Quod predicta statuta revocari et in quibuscunque libris vel chartis aboleri faciant, ipsum consilium ad id, si necesse fuerit, per censuram apostolicam appellatione remota compellendo et auxilium brachii secularis invocando.

Dat. ut supra.

224 Anagni, 27 juin 1295.

Contra invasores bonorum episcopatus Massiliensis. (fol. 54.)

Venerabili fratri .. episcopo Massiliensi. Specialis dilectio —.

Quod possit censuram ecclesiasticam exercere in clericos et laicos qui de sancto Canato et de Malamorte et quedam alia castra ad episcopalem sedem Massiliensem spectantia, extra suam diocesim, invadunt.

Dat. Anagni, v kal. julii, anno primo.

225 Anagni, 27 juin 1295.

Indulgentia pro ecclesia sancti Clementis de Urbe. (fol. 54.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Inter cetera sacramenta — . Cupientes itaque ut ecclesia sancti Clementis de Urbe, quam consecrandam duximus, congruis honoribus frequentetur, — . Dat. ut supra.

226 Anagni, 5 juillet 1295.

De provisione abbatie sancti Johannis de Abbatissis facienda. (fol. 54.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Sollicitudinis apostolice — .

Ut provideat de abbate monasterio sancti Johannis de Abbatissis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis sancti Augustini, Vicensis diocesis, monasterio ipso vacante per obitum quondam Berengarii abbatis, et deinde Raymundi de Monte-Rubeo, ipsius monasterii sacriste, a conventu concorditer electi, qui ad apostolicam sedem accedens, ibidem, nondum ejusdem electionis discusso negotio, expiravit.

Dat. Anagnie, III non. julii, anno primo.

227 Anagni, 28 juin 1295.

De provisione abbatie sancti Honorati Lirinensis facienda. (fol. 54 v°)

Eidem. Inter sollicitudines alias — . Sane vacante olim monasterio sancti Honorati Lirinensi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis sancti Benedicti, Grassensis diocesis, per obitum quondam Petri abbatis, — conventus — Bonifacio de Amirato, Raymundo de Faientia, et Guillelmo Baydelli, monacis monasterii prefati, eligendi — abbatem contulerunt liberam potestatem; predicti vero monachi fratrem Tarionum, dicti monasterii monachum, in illius abbatem concorditer elegerunt; cumque hujusmodi electio nobis presentata fuisset ac frater Bertrandus de Albarico, predicti monasterii monacus, electioni predicte se duceret opponendum, dictus frater Tarionus — in nostris manibus renuntiavit — . Dat. Anagnie, IIII kal. julii, anno primo.

228 Latran, 28 mars 1295.

Restitutio bonorum ecclesie Romane commissorum. (fol. 54 v°.)

Dilecto filio Francisco et dilecte in Christo filie Marie filiis et heredibus quondam Judicis Jacobi de Cajacia. Exposita nobis vestra petitio continebat quod quondam Judex Jacobus de Cajacia, pater vester, in egritudinis lecto decumbens condidit testamentum, vobis in eo inter cetera sibi heredibus institutis, et metuens ne quis ad bona ejus mobilia et immobilia manus occupatrices extenderet, predicta bona Romane ecclesie in eodem testamento reliquid. — Dat. Laterani, v kal. aprilis, anno primo.

229 Anagni, 11 juillet 1295.

Unio cujusdam ecclesie basilice sancti Nicolai Barensi. (fol. 54 v°.)

Dilecto filio Guillelmo sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali. Cetera sanctorum miracula — .

Basilice beati Nicolai Barensi, cujus ipse cardinalis rector existit, unitur ecclesia Omnium Sanctorum in Insula territorii Barensis, cum omnibus juribus suis, ita ut « cedente vel decedente venerabile fratre nostro .. archiepiscopo sancte Severine, cui predicta ecclesia Omnium Sanctorum per Romanam ecclesiam extitit commendata, unus tantum rector in basilica et ecclesia supradictis existat qui — sub nomine rectoris sancti Nicolai eas perpetuo gubernet. »

Dat. Anagnie, v id. julii, anno primo.

230 Latran, 22 avril 1295.

Susceptio monasterii sub sancte sedis protectione. (fol. 55.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii de Regali Valle, Cisterciensis ordinis, Nolane diocesis. Monasterium

vestrum, quod clare memorie Carolus rex Sicilie ad honorem beate Marie virginis de bonis regalibus fundavit pariter et dotavit, sincera diligenter in Domino caritate, —. Dat. Laterani, x kal. maii, anno primo.

231 Latran, 6 avril 1295.

Concessio ecclesie in usus monasterii. (fol. 55.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii de domo Gratie beate Marie virginis extra muros Londonienses, ordinis sancte Clare. Vestre religionis — .

Una de ecclesiis in quibus Edmundus frater Eduardi regis Anglie, una cum B. regina Navarre uxore sua dicti monasterii fundator, jus obtinet patronatus, in proprios usus conceditur.

Dat. Laterani, VIII id. aprilis, anno primo.

(POTTHAST, 24056.)

232 Anagni, 28 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 55.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Capuano, salutem et apostolicam benedictionem. Regularis ordinis professoribus — .

Dispensatur cum fratre Theobaldo presbitero, monacho monasterii sancti Angeli in Formis Capuanis, super defectu natalium quem patitur, de soluto genitus et soluta.

Dat. Anagnie, IIII kal. julii, anno primo.

33 Anagni, 17 juin 1295.

De licentia alienandi ecclesiastica bona concedenda. (fol. 55.)

Venerabilibus fratribus .. Albensi et Saonensi episcopis. Exposuit nobis venerabilis frater Nicolaus episcopus Albiganensis, quod ipse ac Albiganensis ecclesia in valle Unelie, Albiganensis diocesis, quedam castra quasdamque villas obtinent, in quibus et in homines et vasallos eorum jurisdictionem habent temporalem, et ex quibus, pro eo quod nobiles viri Manuel marchio Caravesane et comites Vigintimilienses eidem episcopo super castris, villis, hominibus et vasallis prefatis [1] movent sepius questionem et guerram, modica utilitas episcopo et ecclesie predictis noscitur provenire, cum idem episcopus jurisdictionem predictam — non possit libere exercere. — Dat. Anagnie, XV kal. julii, anno primo.

1. *Ms.* prestatis.

234 Anagni, 11 juillet 1295.

Citatio archiepiscopi Remensis. (fol. 55.)

Dilectis filiis .. sancti Petri Corbeiensis, Ambianensis diocesis, et .. sancti Medardi Suessionensis monasteriorum abbatibus, ac magistro Gualtero de sancto Ricario, canonico Ebroicensi. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de sancto Walerico, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis, petitione monstrarunt quod venerabilis frater noster P. archiepiscopus Remensis ipsos super jurisdictione ecclesiastica ad monasterium ipsum in ejus parrochia et secretario pertinente necnon et super libertatibus et immunitatibus eisdem abbati et conventui per specialia privilegia exemptionis sibi ab apostolica sede concessa competentibus contra justiciam et eorundem privilegiorum tenorem multipliciter impetit et molestat, propter quod ex parte dictorum abbatis et conventus ad eandem sedem est pluries appellatum ; at dictus archiepiscopus, appellationibus hujusmodi vilipensis, in eosdem abbatem et quosdam monachos ejusdem monasterii diversas excommunicationis sententias promulgavit, alia ipsis plurima gravamina inferendo ; quare idem abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum propter archiepiscopi predicti potentiam non confidant se posse super hiis in illis partibus obtinere justicie complementum et cum super privilegiis apostolicis agitur non nisi per sedem apostolicam debeat judicari, faceremus eis apud eandem sedem super premissis justiciam exhiberi. —

Dicto archiepiscopo jam pluries in audientia publica coram M. Portuensi episcopo, cui causa commissa est, citato, nec comparere curante, iterum mandatur executoribus ut eum peremptorie citent, infra tres menses personaliter vel per procuratorem idoneum se apostolico conspectui presentaturum.

Dat. Anagnie, V id. julii, anno primo.

235 Anagni, 10 mars 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 55 v°.)

Dilecto filio .. Oddoni abbati monasterii sancti Nicasii Remensis, ordinis sancti Benedicti. Desideriis tuis — . Dat. Laterani, VI id. martii, anno primo.

In eundem modum conceditur dilecto filio Theobaldo abbati monasterii sancti Petri ad Montes Cathalaunensis, ordinis sancti Benedicti.

236 Anagni, 15 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 55 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tullensi. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Arnulphus de Boneyo, clericus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit ut cum eo super defectu natalium quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod hujusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoveri possit, dispensare misericorditer curaremus. — Dat. Anagnie, xvii kal. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 87.)

236 *bis*. Anagni, 7 juillet 1295.

Licentia emendi decimas a laicis. (fol. 55 v°.)

Venerabili fratri Raymundo episcopo Petragoricensi. Sincere devotionis affectus —.

Ut decimas a nobilibus emere seu quolibet modo recipere et episcopali mense assignare valeat, usque ad valorem quinquaginta librarum turonensium parvorum.

Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 88.)

237 Latran, 26 avril 1295.

Dispensatio super ordine relicto. (fol. 56.)

Dilecto filio Vive Egidii, presbitero Civitatensi, salutem. Ex parte tua —.

Conceditur dicto presbitero, ordinem fratrum Minorum sine licentia egresso et ad seculum reverso, ut possit transire ad aliquem alium ordinem approbatum.

Dat. Laterani, vi kal. maii, anno primo.

238 Anagni, 2 juillet et 30 juin 1295.

Confirmatio abbatis de Podio Boniçi. (fol. 56.)

Dilecto filio Raynerio abbati monasterii sancti Michaelis de Podio Boniçi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Florentine diocesis. Licet ea que de mandato nostro —.

Ad relationem Hugonis Hostiensis et Velletrensis episcopi, Simonis sancte Balbine presbiteri, et Landulfi sancti Angeli diaconi cardinalium, electionis examinatorum, quorum littera integre inscritur, confirmatur in abbatem dicti monasterii vacantis per obitum quondam Guinizelli abbatis.

Dat. Anagnie, vi non. julii, anno primo.

In eundem modum conventui monasterii sancti Michaelis de Podio Boniçi. — Dat. Anagnie, ii kal. julii.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Pistoriensi. —

Quod dicto abbati, postquam in diaconum et presbiterum fuerit ordinatus, benedictionis munus impendat et juramentum fidelitatis ab eo recipiat.

Dat. ut supra.

239 Anagni, 18 juin 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 56 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Nuemburgensi. Petitio dilecti filii nobilis viri Frederici de Sconburhc (*sic*) et dilecte in Christo filie Matildis ejus uxoris, tue diocesis, nobis exhibita continebat quod ipsi olim ad sedandas graves inimicitias — ad invicem matrimonium contraxerunt et tandem carnali copula subsecuta prolem etiam procrearunt; verum quia postmodum compertum extitit quod ipsi quarta consanguinitatis linea se contingunt, —. Dat. Anagnie, xiiii kal. julii, anno primo.

240 Latran, 26 mars 1295.

Licentia condendi testamenti. (fol. 56 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Adurensi. Quia presentis vite —. Dat Laterani, vii kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum conceditur venerabili fratri Arnaldo episcopo Aquensi. — Dat. ut supra.

241 Latran, 30 avril 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 57.)

Dilecto in Christo filie nobili mulieri Blanche uxori nobilis viri Phy. primogeniti dilecti filii nobilis viri comitis Atrebatensis. Quia Deo et Ecclesie —. Dat. Laterani, ii kal. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 90.)

242 Latran, 30 avril 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 57.)

Eidem. Devotionis affectus —. Dat. Laterani, ii kal. maii [1], anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 91.)

1. *Ms.* martii; *cf. bullas precedentem et subsequentem, necnon* n° 251.

243 Latran, 30 avril 1295.

Privilegium de excommunicatione sine mandato apostolice sedis non incurrenda. (fol. 57.)

Dilecto filio nobili viro Phy. primogenito dilecti filii nobilis viri comitis Atrebatensis, crucesignato. Ut erga sedem —. Dat. Laterani, II kal. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 92.)

244 Latran, 30 avril 1295.

Licentia fundandi duas capellas et dotandi. (fol. 57.)

Eidem. Desideriis tuis —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 93.)

245 Anagni, 17 juin 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 57.)

Dilecto filio nobili viro Umberto nato nobilis viri Humberti de Villariis, et dilecto in Christo filie Elienori nate nobilis viri Lodovici de Bellojoco, Lugdunensis diocesis. Apostolice sedis clementia —.

Dispensatur cum eis ut possint matrimonialiter copulari, pacis gratia inter eorum patres firmande, quamvis sint quarta linea consanguinitatis conjuncti.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno primo.

246 Anagni, 19 juin 1295.

Licentia dividendi prebendas. (fol. 57 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Visensibus, salutem. Illa benigne —.

Ut possint quinque prebendas, cum vacaverint in ipsa ecclesia, in decem dividere, et dictis decem portionibus perpetuis portionarios admittere.

Dat. Anagnie, XIII kal. julii, anno primo.

247 Anagni, 19 juin 1295.

De unione quarumdam ecclesiarum mense capituli Colimbriensis post inquisitionem confirmanda. (fol. 57, v°.)

Dilecto filio electo Bracharensi. Petitio dilectorum filiorum .. decani et capituli Colimbriensium nobis exhibita continebat quod venerabilis frater noster Aymericus Colimbriensis episcopus, attente considerans quod propter tenuitatem reddituum capituli ecclesie Colimbriensis canonici et alii ejusdem ecclesie divinis officiis inibi servitores de illis non poterant comode substentari, — de Petrogano, de Avoo, de Touraaes et de Mortedy ecclesias, Colimbriensis diocesis, — usibus mense dicti capituli de ipsorum consensu concessit. — Dat. ut supra.

248 Anagni, 22 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 57, v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Astoricensi, salutem et apostolicam benedictionem. Bonorum merita considerantes —.

Quod dispenset cum Guterrio Fernandi, presbitero, canonico monasterii de Podiobono, sue diocesis, super defectu natalium quem patitur, de soluto genitus et soluta.

Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

249 Anagni, 19 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 57, v° 58.)

Venerabili fratri .. [archi]episcopo Cantuariensi. Petitio dilecti filii fratris Thome de Seleforde, prioris ecclesie Roffensis, ordinis sancti Benedicti, nobis exhibita continebat quod olim secum ante religionis ingressum fuit auctoritate apostolica dispensatum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri —.

Quod concedat ipsi Thome licentiam prioratum suum retinendi, quem adeptus est nulla super obtinendo administrationem seu prioratum sui ordinis ab apostolica sede dispensatione obtenta.

Dat. Anagnie, XIII kal. julii, anno primo.

250 Anagni, 2 juillet 1295.

Unio ecclesiarum mense monasterii de Celsen. (fol. 58.)

Dilecto filio Petro preposito monasterii de Celsen., per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Urgellensis diocesis. Cum a nobis petitur —.

Confirmatur unio facta mense ejusdem prepositure a bone memorie P. Urgellensi episcopo ecclesiarum de Albesia, de Menargis, castri de Celsen., et de Clivis, predicte diocesis.

Dat. Anagnie, VI non. julii, anno primo.

251 Latran, 30 avril 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 58.)

Dilecto filio nobili viro Phy. primogenito dilecti filii no-

bilis viri comitis Atrebatensis, crucesignato. Circa ea que tibi —. Dat. Laterani, II kal. maii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 89.)

252 Anagni, 16 juin 1295.

De electione decani sancti Petri Lovaniensis examinanda et auctoritate apostolica confirmanda. (fol. 58.)

Dilecto filio abbati monasterii de Parco Dominorum, Leodiensis diocesis, etc. Porrecta nobis ex parte dilecti filii Henrici dicti Piliser, canonici ecclesie sancti Petri Lovaniensis, Leodiensis diocesis, petitio continebat quod licet ipse, vacante dudum decanatu ipsius ecclesie per mortem quondam magistri Arnaldi ecclesie predicte decani, a capitulo ejusdem ecclesie — electus fuerit canonice in decanum, — Leodiensi tamen ecclesia pastore vacante, ad quam hujusmodi electionum confirmatio — pertinet, idem Henricus, cum due fuerint in predicta Leodiensi ecclesia electiones in discordia celebrate, confirmationem electionis ipsius propter discordiam hujusmodi nondum potuit obtinere. — Dat. Anagnie, XVI kal. julii, anno primo.

253 Anagni, 19 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 58 v°.)

Dilecto filio Bandino nato nobilis viri Paganini de Paganinis, clerico Faventine diocesis. Licet illegitime geniti —.

Cum Nicolaus papa IIII jam cum eo dispensaverit, de soluto et soluta genito, ut ad omnes ordines posset promoveri, conceditur ei obtentu nobilis viri Mainardi de Paganinis, cujus nepos est, ut ecclesiasticam dignitatem, etiam episcopalem, possit obtinere.

Dat. Anagnie, XIII kal. jullii, anno primo.

254 Latran, 19 et 6 mars 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 58 v°.)

Venerabili fratri Gualtero episcopo Pictavensi. Quia presentis vite —. Dat. Laterani, XIIII kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum conceditur venerabili fratri Nicolao episcopo Paphensi. Dat. Laterani, II non. martii, anno primo.

255 Anagni, 17 juillet 1295.

Confirmatio feudi ab episcopo Vicentino concessi. (fol. 58 v°.)

Dilecto filio nobili viro Johanni Saraceno, civi Romano, nepoti bone memorie Petri episcopi Vicentini. Sicut nobis exponere —.

Conceditur ei et heredibus ejus in feudum quoddam molendinum ad Marturam vulgariter nominatum, situm in pertinentiis Brendularum, Vicentine diocesis, ad episcopalem sedem Vicentinam pertinens, quod patruus suus ei in vita sua jam concesserat, non obstante quod ecclesia Vicentina pastore vacat ad presens.

Dat. Anagnie, XVI kal. augusti, anno primo.

In eundem modum scribitur dilectis filiis .. priori sancti Viti et magistris Angelo de Putegniano, Vicentine, ac Buacano de Mantua, Paduane ecclesiarum canonicis. — Dat. ut supra.

256 Anagni, 11 juillet 1295.

Concessio vicesime abbati Cluniacensi. (fol. 59.)

Dilecto filio .. abbati monasterii Cluniacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Petitio tua —.

Ad solutionem debitorum monasterii prorogatur ad quinquennium concessio facta ipsi abbati a Nicolao IIII, ut vicesimam partem omnium proventuum priorum et domorum Cluniacensium percipere valeat, « ita quod vicesima ipsa per .. de Celsciniis [1], .. de Cryspeio et .. de Martigniaco prioratuum priores, Cluniacensis ordinis, ac .. camerarium sancti Martini de Campis Parisiensis, ejusdem ordinis, colligatur, per eos aut duos eorum in solutione dictorum debitorum integre convertenda, tuque de prefata vicesima a te jam percepta tenearis coram eis, ac ipsi de hujusmodi vicesima recipienda per eos coram te ac .. majore vel .. claustrali prioribus dicti monasterii Cluniacensis et sociis in ordine, annis singulis teneantur reddere rationem. »

Dat. Anagnie, v id. julii, anno primo.

In eundem modum scribitur judicibus dilectis filiis .. de Rivis, Claromontensis, et .. sancte Margarete in Helincuria, Belvacensis, ac .. de Caroloco, Matisconensis diocesium, prioratuum prioribus —. Dat. ut supra.

(Cf. POTTHAST, 24131.)

257 (CCLVI) Anagni, 11 juillet 1295.

Licentia absolvendi excommunicatos ratione vicesime abbati Cluniacensi concesse. (fol. 59.)

In eundem modum scribitur eisdem judicibus. Exposuit nobis —. Dat. ut supra.

(Cf. bullam precedentem)

1. *Ms.* celserniis.

258 (CCLVII) Anagni, 10 juillet 1295.

Licentia excommunicatos absolvendi. (fol. 59.)

Dilecto filio .. abbati monasterii Cluniacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Volentes aliqua tibi —.

Ut possit absolvere monachos sui ordinis qui hactenus incurrerunt vel deinceps usque ad quinquennium incurrent excommunicationis sententias.

Dat. Anagnie, VI id. julii, anno primo.

259 (CCLVIII) Anagni, 15 juillet 1295.

De statutis Cluniacensis ordinis corrigendis. (fol. 59 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Valentino et dilectis filiis Cluniacensis, Matisconensis, Moysiacensis et Figiacensis, Caturcensis, et Tyernensis, Claromontensis, monasteriorum abbatibus, ac .. sancti Martini de Campis, Parisiensis, de Celsciniis et de Rivis, predicte Claromontensis, ac de Martigniaco, Eduensis diocesium, prioratuum prioribus, Cluniacensis ordinis. Felicis recordationis Nicolaus papa IIII[tus], predecessor noster, ad reformationem ordinis et monasterii Cluniacensis ac personarum ipsorum intendens, quedam statuta in ordine ipso edidit perpetuis temporibus observanda. — Cum autem per statuta hujusmodi status abbatum, priorum ac quarundam aliarum personarum ejusdem ordinis esset lesus enormiter et multipliciter conquassatus, nos — aliqua de ipsis statutis que importabilia evidentius apparebant duximus revocanda. —

Ut alia que in dictis statutis continentur examinent, ea que corrigenda sibi visa fuerint corrigant, et quidquid fecerint sedi apostolice per patentes suas litteras intiment.

Dat. Anagnie, id. julii, anno primo.

260 Anagni, 23 juillet 1295.

Nominatio archiepiscopi Ravennatis. (fol. 59 v°.)

Venerabili fratri Opizoni episcopo quondam Parmensi, in archiepiscopum Ravennatem electo. Pridem Ravennate ecclesia —. Dat. Anagnie, X kal. augusti, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Ravennatis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Ravennatis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Ravennatis.
In e. m. universis vasallis ecclesie Ravennatis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Ravennatis.

(Cf. POTTHAST, 24149 et 24152.)

261 Anagni, 23 juillet 1295.

Ut episcopus quondam Parmensis sine mora se personaliter ad ecclesiam Ravennatem transferat. (fol. 60.)

Venerabili fratri Opizoni episcopo quondam Parmensi, in archiepiscopum Ravennatem electo. Sicut tibi per alias —. Dat. ut supra.

262 Anagni, 13 juillet 1295.

Nominatio electi Lugdunensis. (fol. 60.)

Dilecto filio Henrico de Villariis, electo Lugdunensi, salutem. Romani pontificis —. Dudum siquidem Lugdunensi ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri B. Albanensis episcopi, tunc Lugdunensis archiepiscopi, factam ad Albanensem ecclesiam, pastoris solatio destituta, dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa quintus, antecessor noster, qui demum apostolatus regimine sponte cessit, ad ejusdem ecclesie statum prosperum et tranquillum intendens, ordinationem et dispositionem ipsius hac vice provisioni sedis apostolice reservavit. — Nos autem post cessionem antecessoris ejusdem ad apicem apostolice dignitatis assumpti, — de statu ejusdem Lugdunensis ecclesie cepimus sollicite cogitare, ad diversos et varios mentis aciem extendentes, ut eidem ecclesie multe nobilitatis titulis insignite, de viro juxta cor nostrum possemus in archiepiscopum providere, ac tandem post discussionis attente studium et multiplicis cogitationis excursum, ad te nostros convertimus oculos, — te, tunc ipsius Lugdunensis ecclesie camerarium et capellanum nostrum, licet in sacris ordinibus minime constitutum, de ipsorum fratrum nostrorum consilio eidem Lugdunensi ecclesie dispensative in archiepiscopum preficimus. — Dat. Anagnie, III id. julii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Lugdunensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Lugdunensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Lugdunensis.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 94.)

263 Anagni, 14 juillet 1295.

De administratione ecclesie Lugdunensis novo electo tradenda. (fol. 60 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi, etc. Ad statum felicem et prosperum ecclesie Lugdunensis, de cujus gremio fuimus dum minori fungebamur officio, —.

Quod desistat ab administratione ecclesie Lugdunensis, quam, prout predecessores sui consueverant, tempore vacationis exercuerat, et fructus et proventus novo electo ministrari faciat.

Dat. Anagnie, II id. julii, anno primo.

264 Anagni, 9 juillet 1295.

Unio monasterii Turris Majoris domui Militie Templi. (fol. 60 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani. Superni roris ordo vester benedictione perfusus viros producere consuevit catholice fidei cultores, industrios pudicicie, nitore preclaros, argumentose probitatis gratia preditos. — Vos quidem athlete Domini et bellatores intrepidi contra Crucis blasfemos, in pharetra fidelitatis bajulantes sagittas Potentis acutas in Terra nostre redemptionis irrigata cruore, Agarenica severitate impulsa, cum Agarenis in campo certaminis diebus istis preteritis usque ad mortem fideliter certavistis, sed proth dolor! Christum confitentium forsan promerentibus culpis, vobis triumphi novercante successu, viros ex vobis sanctissimos utique ac Christicolas alios sub belli constitutos eventu prostravit ferus gladius impiorum, castris eversis et aliis bonis vestris in terra ipsa inventis totaliter dissipatis. —

Unitur eorum domui monasterium Turris Majoris, ordinis sancti Benedicti, Civitatensis diocesis, una cum castris sancti Severii, sancti Andree, de Scarcia Rivali et cassali ipsius monasterii.

Dat. Anagnie, VII id. julii, anno primo.

265 Anagni, 22 juin 1295.

Concessio regule beati Benedicti. (fol. 61.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus ecclesie sancti Georgii de Monte Anagnine, ordinis sancti Benedicti. Petitio vestra —. Dat. Anagnie, X kal. julii, anno primo.

266 Anagni, 19 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 61.)

Dilecto filio M. electo Bracharensi. Virtutum merita —.

Quod dispenset cum Roderico Johannis, presbitero, canonico monasterii de Balneo, sue diocesis, super defectu quem patitur, de soluto genitus et soluta.

Dat. Anagnie, XIII kal. julii, anno primo.

267 Anagni, 20 juin 1295.

Licentia condendi testamenti. (fol. 61.)

Dilecto filio Guillelmo Amelii, rectori ecclesie de Mirapisce, Tholosane diocesis. Quia presentis vite —. Dat. Anagnie, XII kal. julii, anno primo.

In eundem modum conceditur Hugoni de Romengosio, rectori ecclesie de Selhalenchis, Tholosane diocesis.

268 Anagni, 7 juillet 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 61.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Accedens ad presentiam —.

Ut dispenset cum Guillelmo quondam Simonis de Salvagiis, clerico sue diocesis, super defectu quem patitur, de conjugato genitus et soluta.

Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

269 Anagni, 11 juillet 1295.

Licentia construendi capellas seu oratoria. (fol. 61 v°.)

Dilectis filiis fratribus et dilectis in Christo filiabus sororibus ordinis de Penitentia beati Francisci in Alamania superiori. Cupientes cultum —. Dat. Anagnie, V id. julii, anno primo.

(Potthast, 24128.)

270 Anagni, 7 juillet 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 61 v°.)

Dilecto filio Cinthio dicto Gavatio, et dilecte in Christo filie Theodore nate quondam Gregorii Cerini, civibus Remensibus. Statum pacificum —. Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

271 Anagni, 6 juillet 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 61 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Lupigniaco, presbitero Redonensis diocesis. Illegitime genitos —.

Dispensatur cum eo, respectu et obtentu archiepiscopi Turonensis, ut non obstante defectu natalium quem patitur, de diacono genitus et soluta, possit ad omnes ordines promoveri.

Dat. Anagnie, II non. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 98.)

272 Anagni, 29 juillet 1295.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 61 v°.)

Dilecto filio Nicolao Theopulo, archipresbitero ecclesie Castellane. Licet ne quis —.

Ut dictum archipresbiteratum una cum plebanatu plebis sancti Geremie de Venetiis, Castellane diocesis, et prebendis suis in eadem Castellana et sancti Marci de Venetiis, predicte diocesis, ecclesiis possit retinere.

Dat. Anagnie, III kal. augusti, anno primo.

273 Anagni, 29 juillet 1295.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 62.)

Dilecto filio Marino Cuirario, plebano plebis sancte Margarite de Venetiis, Castellane diocesis. Licet ne quis, etc., —.

Ut possit retinere dictum plebanatum sancte Margarite, una cum plebanatu plebis sancte Marie Formose, ac canonicatibus et prebendis quas in ecclesiis Gradensi, Castellana, Akironensi et sancti Marci ejusdem loci de Venetiis, quarum existit canonicus, obtinet.

Dat. ut supra.

274 Anagni, 28 juillet 1295.

« Quod possint sibi eligere priorem undecumque voluerint. » (fol. 62.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus hospitalis ordinis Cruciferorum de Venetiis, Castellane diocesis. Illa vobis libenter —. Dat. Anagnie, v kal. augusti, anno primo.

275 Anagni, 23 juillet 1295.

« Indulgentia hospitali predicto concessa. » (fol. 62.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum omnium —.

Conceditur indulgentia unius anni et quadraginta dierum in festivitatibus beate Marie virginis et quadraginta dierum tantum per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes ecclesie hospitalis sancte Marie virginis Cruciferorum de Venetiis, Castellane diocesis.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

276 Anagni, 17 juillet 1295.

Confirmatio donationis episcopi Vicentini. (fol. 62.)

Dilecto filio Joanni Sarraceno, civi Romano, nepoti bone memorie P. episcopi Vicentini. Peticio tua nobis —.

Confirmatur ei feudum a dicto episcopo concessum, de proventibus decimarum terre Bassani consistens.

Dat. Anagnie, XVI kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24138.)

277 Latran, 17 mars 1295.

Licentia intrandi monasterium. (fol. 62 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Catherine de Monluel, domine de Montrun, Bisuntine diocesis. Ut quod a nobis —.

Conceditur ei ut cum quinque vel quatuor honestis matronis monasterium de Bullone, Cisterciensis ordinis, Bisuntine diœcesis, in quo parentum suorum corpora asserit esse sepulta, intrare possit in ipsorum parentum anniversariis.

Dat. Laterani [1], XVI kal. aprilis, anno primo.

278 Latran, 20 avril 1295.

« Quod non possit extra suam diocesim in judicium evocari. » (fol. 62 v°.)

Venerabili fratri Symoni episcopo Parisiensi. Tue merita sinceritatis —. Dat. Laterani, XII kal. maii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 100.)

279 Anagni, 30 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 62 v°.)

Dilecto filio .. priori ecclesie Urgellensis, salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus in presentia nostra —.

Ut dispenset cum Bernardo de Casis, acolito ecclesie Urgellensis, super defectu quem patitur, de presbitero genitus et soluta.

Dat. Anagnie, II kal. julii, anno primo.

280 Latran, 30 avril 1295.

Licentia intrandi aliqua monasteria. (fol. 62 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche uxori nobilis viri Philippi primogeniti dilecti filii nobilis viri comitis Atrebatensis. Provenit ex devotionis —. Dat. Laterani, II kal. maii, anno primo.

(POTTHAST, 24087; LAPORTE DU THEIL, fol. 101.)

1. *Ms* : Anagnie.

281 Anagni, 30 juin 1295.

Dispensationes super defectu natalium. (fol. 62 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Gerundensi, salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus —.

Ut dispenset cum Bernardo Tudini, clerico sue diocesis, super defectu quem patitur, de presbitero genitus et soluta.

Dat. Ananie, II kal. julii, anno primo.

In eundem modum scribitur dilecto filio .. priori ecclesie Urgellensis, ipsa ecclesia pastore vacante, pro Bernardo de Podio Terriz, de presbitero genito [1] et soluta, ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

282 Anagni, 4 juin 1295.

Licentia dotandi capellam et patronatum retinendi. (fol. 62 v°.)

Dilecto filio nobili viro Nicolao domino de Cerbonia et de Altreio et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelle uxori ejus, Remensis diocesis. Petitio vestra nobis exhibita continebat quod vos in manerio vestro de Brulcliis, Remensis diocesis, quandam capellam de novo in honorem beate Marie virginis construxistis, quam parati estis de bonis propriis sic dotare, quod cappellanus in ea perpetuo serviturus possit exinde comode sustentari. — Dat. Anagnie, II non. junii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 102.)

283 Anagni, 27 juillet 1295.

De reformatione monasterii sancte Marie de Virginibus de Venetiis. (fol. 63.)

Dilecto filio .. plebano ecclesie sancti Bartholomei de Venetiis, Castellane diocesis. Cum ex injuncto nobis —. Ad audientiam siquidem nostri apostolatus fide dignorum relatione pervenit quod in monasterio sancte Marie de Virginibus de Venetiis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, Castellane diocesis, duo conventus, unus videlicet monialium, et alius prioris et fratrum ordinis sancti Marci Mantuani, existere dinoscuntur, hiidemque .. prior et fratres curam et sollicitudinem earundem monialium debent gerere ac ministrare ipsis ecclesiastica sacramenta, et quod ea occasione quod dicti prior et fratres, qui sunt inhoneste conversationis et vite, in eodem monasterio cum dictis monialibus commorantur, discordie et scandala gravia frequenter in dicto monasterio suscitantur. —

1. *Ms* : genitus.

Quod inquisita veritate de predictis, fratres a dicto monasterio amoveat, statuat ut monasterium deinceps ab abbatissa gubernetur, electionem ipsius abbatisse a conventu monialium faciendam approbet, et juramentum ejus nomine apostolice sedis recipiat.

Dat. Anagnie, VI kal. augusti, anno primo.

284 Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia pro monasterio sancte Euphemie de Majorbio. (fol. 63.)

Universis presentes litteras inspecturis. Quoniam, ut ait Apostolus —.

Conceditur indulgentia quadraginta dierum vere penitentibus et confessis qui elemosinam contulerint monasterio monialium sancte Euphemie de Majorbio, ordinis sancti Benedicti, Torcellane diocesis, rerum temporalium egestate oppresso.

Dat. Anagnie, X kal. augusti, anno primo.

285 Anagni, 23 juillet 1295.

Eadem indulgentia pro hospitali sancte Marie Cruciferorum de Venetiis. (fol. 63 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Quoniam, ut ait Apostolus. — Dat. ut supra.

286 Anagni, 17 juin 1295.

Licentia intrandi ordinem sancti Augustini. (fol. 63 v°.)

Dilecto filio Marco clerico, nato Marci civis Pensauriensis, utriusque juris professoris. Petitio tua —.

Ei cum superiorum licentia ordinem fratrum Predicatorum, cujus asperitatem tolerare non poterat, egresso ita ut ad Cisterciensem, Camaldulensem, Vallumbrose vel Cartusiensem ordinem se transferret, conceditur ut possit ordinem sancti Augustini intrare.

Dat. Anagnie, XV kal. julii, anno primo.

287 Latran, 23 mars 1295.

De pecunia a monasterio de Bellovidere restituenda. (fol. 63 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Petitio dilecti filii Nicolai de Portu Veneris, conversi, et Marinette, converse, ordinis sancti Augustini, Januensis diocesis, nobis exhibita continebat quod ipsi dudum conjuges ad

frugem melioris vite pro viribus aspirantes, ad monasterium de Bellovidere, ejusdem ordinis, dicte diocesis, accesserunt, petentes se a fratribus et sororibus dictis monasterii ad regularem vitam recipi in eodem ; verum .. prior et fratres, .. priorissa et sorores predicti monasterii dictos conjuges aliter recipere noluerunt, nisi prius ipsi promitterent pro receptione sua ac solverent ipsis certam pecunie quantitatem —.

Ut summam predictam restitui faciat, et dictum Nicolaum ad seculum reversum dictamque Marinettam in ipso monasterio violenter retentam in aliquo alio monasterio ejusdem vel sancti Benedicti ordinis collocet.

Dat. Laterani, x kal. aprilis, anno primo.

288 Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia pro ecclesia sancti Andree de Littore de Venetiis. (fol. 64.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet Is de cujus —.

Indulgentia concessa ecclesie monasterii sancti Andree de Littore de Venetiis, ordinis sancti Augustini, Castellane diocesis, que in honore ipsius sancti dicitur esse constructa, et quam intendunt auctore Domino in brevi facere dedicari, unius anni et quadraginta dierum in dedicationis et ipsius sancti festivitatibus, et quadraginta dierum in anniversario dedicationis et per octo dies dictum anniversarium et dictum sancti Andree festum immediate sequentes.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

289 Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia pro ecclesia sancti Angeli de Campango. (fol. 64.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Cum ad promerenda —.

Indulgentia concessa ecclesie monasterii sancti Angeli de Campango, ordinis sancti Benedicti, Torcellane diœcesis, unius anni et quadraginta dierum in festo ejusdem sancti Michaelis archangeli, et quadraginta dierum in anniversario dedicationis ipsius ecclesie ac per octo dies dictum festum sancti Michaelis immediate sequentes.

Dat. ut in precedenti.

290 Anagni, 23 juillet 1295.

Eadem indulgentia pro ecclesia sancti Marci de Venetiis. (fol. 64.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum omnium —. Dat. ut supra.

291 Anagni, 23 juillet 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 64.)

Dilecto filio nobili viri Andree Geno, civi Venetiarum. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

292 Anagni, 13 juillet 1295.

« Revocatur in pristinum statum id quod fuit factum ordini Cluniacensi per Nicolaum papam IIII. » (fol. 64.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Cluniacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. In nostra proposuisti presentia —. Dat. Anagnie, III id. julii, anno primo.

(Potthast, 24133.)

293 Anagni, 21 juin 1295.

Prorogatio debitorum mercatoribus Senensibus solvendorum. (fol. 64 v°.)

Eidem. Sicut nobis exponere curavisti tu Nicolao nato quondam Bonifacii de Bonsignoris de Senis, civi Senensi, de societate filiorum Bonsignoris de Senis, Bindo Henrici, Raynerio Johannis, Bonaventure Bernardini, Ture Bartholomei, Venture Bonamici, Jacobo Tomasii, Andree Christophori, Christophoro Bonsignoris, Rosso Benegrate, et aliis eorum sociis, civibus et mercatoribus Senensibus de societate predicta, magnis debitis fore dinosceris obligatus, que certo termino ad hoc prefixo exolvere mercatoribus ipsis teneris. —

Prefatus terminus auctoritate apostolica usque ad triennium a festo nativitatis beati Johannis Baptiste numerandum prorogatur.

Dat. Anagnie, XI kal. julii, anno primo.

294 Anagni, 12 juillet 1295.

Confirmatio prioris de Caritate, questione juris tamen reservata. (fol. 64 v°.)

Dilecto filio Bertrando priori prioratus de Caritate, Cluniacensis ordinis, Autissiodorensis diocesis. Dudum prioratu de Caritate, Cluniacensis ordinis, Autissiodorensis diocesis, per promotionem dilecti filii nostri Symonis tituli

sancte Balbine presbiteri cardinalis, tunc ipsius prioratus prioris, vacante, dilectus filius G. abbas monasterii Cluniacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, nuper apud sedem apostolicam moram trahens, cum te in priorem jam dicto prioratui prefecisset, requisito prius humiliter nostre beneplacito voluntatis, nonnulli priores et monachi ejusdem ordinis tunc apud sedem constituti predictam et a conventu prioratus ejusdem, ut dicitur, destinati, asserentes fore a longis retro temporibus inconcusse ac inviolabiliter observatum quod cum prioratum ipsum vacare contingit, idem conventus tres personas ordinis ejusdem ydoneas abbati Cluniacensi qui est pro tempore nominat et presentat eidem, ut unam ex illis quam preferendam viderit in priorem preficiat prioratui memorato, provisioni hujusmodi de te facte, cum hoc in provisione ipsa servatum non fuerit, se opponunt. — Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno primo.

In eundem modum conventui prioratus de Caritate.

In eundem modum episcopo Eduensi et abbati monasterii de sancto Rigaldo, Matisconensis diocesis, ut partes citent ad curiam cum omnibus juribus et munimentis suis comparituras infra duos menses.

(Laporte du Theil, fol. 104.)

295 Anagni, 7 août 1295.

Confirmatio abbatis sancti Effrodisii Biterrensii. (fol. 65.)

Dilecto filio Johanni Aycelini, abbati secularis ecclesie sancti Effrodisii Bitterensis, germano venerabilis fratris nostri H. Ostiensis episcopi. Lecta coram nobis —.

Confirmatur ei abbatia Sancti Effrodisii Biterrensis, quam vacantem promotione Berengarii ad episcopatum Bitterrensem jam ei contulerat E. archiepiscopus Narbonensis e privilegio Celestini V pape, non obstante quod jam obtinet Majoris et sancti Genesii Claromontensium ecclesiarum secularium abbatias, quibus animarum cura non imminet, et in eisdem ac Camelarie, Ursivallis, Biliomensi et Laudosii, Claromontensis diocesis, necnon in Belvacensi, Narbonensi et Aniciensi ecclesiis canonicatus et prebendas.

Dat. Anagnie, VII id. augusti, anno primo.

296 Anagni, 3 août 1295.

Confirmatio concessionis a Celestino papa V facte. (fol. 65 v°.)

Venerabili fratri H. Ostiensi et Velletrensi episcopo. Olim dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, antecessor noster, tibi sancte Sabine et sancte Praxedis de Urbe ecclesias, cardinalibus propriis tunc carentes, cum capellis, domibus ac omnibus juribus — commisit — . Dat. Anagnie, III non. augusti, anno primo.

297 Anagni, 3 août 1295.

Confirmatio concessionis a Celestino papa V facte de visitatione provincie. (fol. 65 v°.)

Venerabili fratri E. archiepiscopo Narbonensi. Sicut nobis significare curasti, dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa quintus, antecessor noster, intellecto quod ad sedandum dissensiones et scandala que in illis partibus nonnunquam pacis Emulus suscitabat, te de loco ad locum transferre sepius oportebat, necnon ad curiam carissimi in Christo filii nostri regis Francie illustris, cujus existis consiliarius, frequenter accedere pro executione obsequiorum dicti regis et etiam pro negotiis ecclesie ac provincie Narbonensis in eadem curia utiliter promovendis et defendendis, et sic per te ipsum non posses provinciam tuam comode visitare, tibi per litteras suas sub certa forma concessit ut usque ad triennium quotiens dictam provinciam visitando aliquam ipsius provincie diocesim, quam visitare inceperis, contingeret te exire, visitatione hujusmodi non completa, libere posses redire ad illam vel ad aliam, prout tibi necessarium videretur, et visitationem perficere sic inceptam, constitutione a felicis recordationis Innocentio papa quarto, predecessore nostro, super hoc edita et qualibet alia contraria non obstante. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 106.)

298 Anagni, 4 août 1295.

Alia confirmatio de eodem. (fol. 65 v°.)

Eidem. Petitio tua — .

Quod possit per alium visitare et in pecunia procurationes recipere.

Dat. Anagnie, II non. augusti, anno primo.

299 Anagni, 3 août 1295.

Alia confirmatio, de vicario instituendo. (fol. 66)

Eidem. Nuper ex parte tua — .

Quod assignata certa parte de fructibus et proventibus ecclesie de Archis in Reddocio superiori, Narbonensis diocesis, ad

collationem ipsius archiepiscopi spectantis, vicario in eadem perpetuo servituro, et curam animarum et omnia alia onera dicte ecclesie recepturo, ecclesiam ipsam ab omni cura et onere liberam alicui persone idonee conferre possit.

Dat. Anagnie, III non. augusti, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 110.)

300 Anagni, 4 août 1295.

Alia confirmatio, de canonicatu et archidiaconatu de Tornodoro. (fol. 66.)

Dilecto filio Arberto Aycelini, canonico et archidiacono de Tornodoro in ecclesia Lingonensi. Dilectus filius — .

Confirmatur ei obtentu episcopi cardinalis Ostiensis, cujus frater est, possessio dictorum canonicatus et archidiaconatus, quos vacantes morte magistri Raynerii de Pisis, apostolice sedis notarii, apud ipsam sedem defuncti, Celestinus V ante suam consecrationem jam ei contulerat, etsi in ordinibus et etate defectum patiebatur.

Dat. Anagnie, II non. augusti, anno primo.

301 Anagni, 4 août 1295.

Confirmatio dispensationis Celestini V super studio juris civilis. (fol. 66.)

Dilecto filio Rolando preposito ecclesie Claromontensis, nepoti venerabilis fratris nostri Hugonis episcopi Ostiensis. Petitio tua nobis exhibita continebat quod cum tu olim contra tenorem constitutionis felicis recordationis Honorii pape III, predecessoris nostri, studio juris civilis insistens excommunicationis propter hoc sententiam incurrisses et sic ligatus divina officia celebrando et te ipsis officiis immiscendo irregularitatis inde maculam contraxisses, demum te rite ab eadem excommunicationis sententia absoluto, dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa quintus, predecessor noster, tecum super irregularitate eadem — dispensavit. — Dat. ut supra.

302 Anagni, 4 août 1295.

Confirmatio dispensationis ejusdem super pluralitate beneficiorum. (fol. 66 v°.)

Eidem. Sicut ex parte tua —. Ut preter preposituram ecclesie Claromontensis, quam obtines et cui est ipsius ecclesie archidiaconatus annexus, unicum aliud beneficium, etiam si dignitas vel personatus existeret, et curam animarum haberet, libere posses recipere, ac insimul cum dictis prepositura et archidiaconatu et canonicatibus et prebendis quos in eadem ac Lexoviensi et Laudosii et Ursivallis, Claromontensis diocesis, ecclesiis obtines licite retinere — . Dat ut supra.

303 Anagni, 6 août 1295.

Licentia mutuandi usque ad summam MD marcarum argenti. (fol. 66 v°.)

Venerabili fratri Martino archiepiscopo Bracharensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, tam pro tuis necessariis quam pro ecclesie Bracharensis negotiis expediendis utiliter apud sedem apostolicam te subire oporteat magna onera expensarum, — . Dat. Anagnie, VIII id. augusti, anno primo.

304 Anagni, 17 juin 1295.

Licentia creandi duos notarios. (fol. 67.)

Venerabili fratri G. archiepiscopo Nicosiensi. Ne contractuum memoria — . Dat. Anagnie, XV kal. julii, anno primo.

305 Anagni, 9 août 1295.

Committitur reformatio monasterii. (fol. 67.)

Dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Sicut ex relatione dilecti filii nobilis viri Johannis de Procida et aliorum fide dignorum accepimus, monasterium sancti Laurentii de Monte Salernitanum, ordinis sancti Benedicti, ad monasterium Casinense pertinens, — .

Quod reformet dictum monasterium de ordine sancte Clare ac Johannam filiam dicti Johannis, monialem monasterii sancti Spiritus Salernitani, ordinis sancti Damiani, et decentem numerum sororum in eodem instituat.

Dat. Anagnie, V id. augusti, anno primo.

(Potthast, 24159.)

306 Anagni, 13 juillet 1295.

Unio episcopatus Anteradensis Famagustano. (fol. 67 v°.)

Venerabili fratri M. Famagustano et Anteradensi episcopo. Romana ecclesia — . Sane attenta meditatione pensantes quod, per invasionem et occupationem terrarum Christianorum illarum partium a Saracenis blasfemis Christiani nominis inhumaniter temporibus modernis pre-

sumptas, fere bona omnia ecclesie Anteradensis consistentia in Anteradensi civitate et diocesi dissipata sunt enormiter et destructa, ita quod parum tibi potest de proventibus episcopalibus ipsius ecclesie provenire; considerantes insuper multiplicia virtutum dona nobis et nostris fratribus non ignota quibus personam tuam Altissimus insignivit, necnon labores plurimos quos in exequendo laudabiliter ac intrepide predicationis officio apud infideles diversarum nationum nosceris pertulisse — .

Unitur episcopatus Anteradensis episcopatui Famagustano, tunc vacanti, in perpetuum, ita ut deinceps electio communis episcopi apud Famagustanam ecclesiam celebretur, canonicis tamen Anteradensibus, si qui fuerint in regno Cypri, ad electionem vocatis, et ut confirmatio electionis ad archiepiscopum Nicosiensem spectet, quamvis ecclesia Anteradensis patriarche Antiocheno jure metropolitico subesse noscatur.

Dat. Anagnie, III id. julii, anno primo.

307 Anagni, 23 juillet 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 68.)

Dilecto filio nobili viro Petro dicto Cappe, domino Marçie, et dilecte in Christo filie Elixie nate nobilis viri Johannis dicti Letor, domini Pere. Etsi conjunctio —. Attento quod, sicut a fide dignis accepimus, propter raritatem Christianorum que in insula Cypri habetur occasione occupationis terrarum illarum partium moderno tempore a Saracenis, inimicis Christiani nominis, attemptate, vix invenitur in eadem insula nobilis aliquis qui non sit tibi, Elesia, consanguinitate vel affinitate conjunctus, et consideratione nobilis viri Balduini de Pinquiniaco, ambassatoris et nuntii carissimi in Christo filii nostri H. regis Cypri illustris, gratiam nostram pro vobis suppliciter implorantis, —. Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

308 Anagni, 23 juillet 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 68.)

Venerabili fratri M. Famagustano et Anteradensi episcopo. Quia presentis vite — . Dat. ut supra.

309 Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum. (fol. 68.)

Dilectis in Christo filiabus .. priorisse et conventui monasterii Repentitarum de Antiochia Nicosiensis, ordinis sancti Benedicti. Gloriosus Deus — . Dat ut supra.

310 Anagni, 22 juin 1295.

Eadem indulgentia. (fol. 68.)

Dilectis filiis priori et fratribus ecclesie sancti Georgii de Monte Anagnine, ordinis sancti Benedicti. Licet Is de cujus munere — . Dat. Anagnie. x kal. julii, anno primo.

311 Anagni, 23 juillet 1295.

Eadem indulgentia. (fol. 68.)

Universis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Vite perennis gloria —. — ecclesie monasterii sancti Laurentii de Venetiis, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis. — Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

Similis indulgentia concessa est monasterio sancte Catherine de Venetiis, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis, et sub eadem data.

Item monasterio sancti Zakarie de Venetiis, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis. Dat. ut supra.

312 Anagni, 17 juin 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 68 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi. Petitio dilecti filii Petro de sancto Clemente ac dilecte in Christo filie Marie nate Guillelmi Olomaris, civium Barchinonensium, nobis exhibita continebat quod cum ipsi dudum copulari matrimonialiter affectarent idque in actu producere non valerent pro eo quod ipse Petrus quandam carnaliter mulierem cognoverat que dicte Marie tertio erat gradu consanguinitatis conjuncta, carissimum in Christo filius noster Carolus Sicilie rex illustris, cum adhuc princeps Salernitanus existeret ac in illis partibus moraretur, — per venerabiles fratres nostros .. Ebredunensem archiepiscopum, tunc episcopum Vapincensem, et G. Vapincensem episcopum, tunc ecclesie Aptensis prepositum, quos pro negotiis suis ad curiam Romanam transmiserat, fecit felicis recordationis Honorio pape IIII^to^, predecessori nostro, humiliter supplicari ut cum eisdem — dispensaret; idem vero predecessor — dispensationem eandem duxit benignius concedendam, sed eodem predecessore morte prevento littere apostolice super dispensatione jam confecte predicta pervenire ad bullam minime potuerunt. —

Mortuo Honorio IV, Nicolaus IV dispensationem confirmavit, sed cum in litteris inde confectis « quarto gradu » pro « tertio gradu » inconsulte scriptum fuerit, renovatur iterum et emendatur dicta dispensatio.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno primo.

313 Anagni, 17 juin 1295.

Pro ecclesia Noviomensi concremata. (fol. 68 v°.).

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Noviomensis. Cum ecclesiarum omnium —. Exhibita siquidem nobis ex parte vestra petitio continebat quod quedam pars Noviomensis ecclesie cum claustro et campanili ac ornamentis est casu miserabili concremata. Nos igitur dilecti filii magistri Guidonis de Collemedio, notarii nostri, ipsius ecclesie thesaurarii, nobis super hoc cum instantia supplicantis precibus annuentes, presentium auctoritate statuimus ut quilibet in ecclesia vestra de cetero in canonicum admittendus in subsidium ornamentorum ipsorum unam cappam sericam, que valoris decem librarum turonensium parvorum existat, vel pro ea emendam decem librarum ejusdem valoris, eidem ecclesie exhibere receptionis sue tempore teneatur. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 112.)

314 Anagni, 17 juin 1295.

Pro eadem. (fol. 68 v°.)

Eisdem. Cum ecclesiarum omnium —.

Conceditur ad reparationem ecclesie Noviomensis, ut supra dicitur, concremate perceptio fructuum omnium beneficiorum usque ad biennium in civitate et diocesi predicta vacaturorum.

Dat ut supra.

In eundem modum executoribus thesaurario Bajocensi et cantori et officiali Parisiensibus.

(Laporte du Theil, fol. 113.)

315 Anagni, 17 juin 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 69.)

Venerabili fratri .. episcopo Bathoniensi et Wellensi. Etsi geniti —. Exhibita siquidem nobis dilecti filii magistri Petri de Carobroche in Insula, archidiaconi Exoniensis, petitio continebat quod olim super defectu natalium quem patitur, de diacono genitus et soluta, primo quod — posset ad omnes ordines promoveri, — postmodum ut in cathedrali ecclesia vel alia personatum seu dignitatem — citra episcopalem dignitatem libere recipere posset — fuit secum auctoritate sedis apostolice dispensatum. —

Licentia dispensandi cum ipso Petro ut ad pontificalem dignitatem assumi valeat, « obtentu dilecti filii magistri Guidonis de Collemedio, notarii nostri. »

Dat. ut supra.

316 Anagni, 5 août 1295.

« Quod possit exercere ea que alii priores exercent. » (fol. 69.)

Dilecto filio .. priori provintiali provintie regni Sicilie ordinis Predicatorum. Ad statum tranquillum —. Dat. Anagnie, non. augusti, anno primo.

(Potthast, 24158.)

317 Anagni, 11 août 1295.

Collatio abbatie beate Marie Majoris Pictavensis. (fol. 69.)

Dilecto filio Geraldo Roberti, abbati secularis ecclesie beate Marie majoris Pictavensis. Tue probitatis merita —. Cum itaque abbatia secularis ecclesie beate Marie Majoris Pictavensis per liberam resignationem dilecti filii magistri Bartholomei dicti Brazdareyre, capellani nostri, olim abbatis ipsius ecclesie, factam in manibus venerabilis fratris nostri M. Portuensis episcopi, resignationem ipsam de mandato nostro recipientis, apud apostolicam sedem vacarit, —.

Confertur ei dicta abbatia et dispensatur ut possit eam cum prepositura Pictavensi retinere.

Dat. Anagnie, III id. augusti, anno primo.

In eundem modum executoribus dilectis filiis .. abbati monasterii Nobiliacensis, Pictaviensis diocesis, et .. cantori Engolismensis ac .. scolastico Cenomanensis ecclesiarum. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 116.)

318 Anagni, 23 juillet 1295.

Nominatio electi Lingonensis. (fol. 69 v°.)

Dilecto filio Johanni electo Lingonensi. Ad regimen universalis —. Dudum siquidem ecclesia Lingonensi per obitum bone memorie G. episcopi Lingonensis pastoris solatio destituta, capitulum ipsius, vocatibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt —, insimul convenerunt, et post tractatus aliquos super hoc habitos qui non habuerunt effectum, duas contigit in eadem ecclesia per viam scrutinii electiones in discordia celebrari, unam videlicet de venerabili fratre nostro G. archiepiscopo Nicosiensi, tunc decano, et alteram de te, tunc thesaurario ecclesie prelibate; cumque pro parte Gerardi de Viangiis, canonici Lingonensis, fuisset contra te ex certis causis ad sedem apostolicam appellatum, — felicis recordationis Nicolaus papa quartus, predecessor noster, — dilectum filium nostrum J. sancte Marie in Via Lata dia-

conum cardinalem concessit eisdem partibus auditorem, coram quo factis hinc inde in eadem causa positionibus, — post multos processus, — nos tandem ad apicem summi apostolatus assumpti de memorato decano Nicosiensi ecclesie duximus providendum. Porro duobus ex electoribus memorati decani, videlicet Gerardo predicto et Hugone de Viangiis, canonicis Lingonensibus, quosdam in personam tuam defectus nichilominus opponentibus, — demum per venerabilem fratrem G. episcopum Sabinensem et dilectos filios nostros J. tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiterum et predictum J. sancte Marie in Via Lata diaconum cardinales tam super forma electionis hujusmodi de te facte quam tue persone meritis inquiri fecimus diligenter, et quia tandem electionem eandem reperimus de te persona ydonea canonice celebratam, illam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus, supplentes in illa defectum, si quis in ipsius forma forsitan extitisset, de apostolice plenitudine potestatis, ac preficientes te ipsi ecclesie in episcopum et pastorem. — Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Lingonensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Lingonensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Lingonensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Lingonensis.

(Laporte du Theil, fol. 120.)

319 Anagni, 1er août 1295.

Collatio canonicatus Pergamensis. (fol. 70.)

Dilecto filio Marino nato dilecti filii Marci Siboti, ducatus Venetiarum notarii, canonico Pergamensi. Apostolice sedis benignitas —.

Confertur ei canonicatus in ecclesia Pergamensi vacans post nominationem Johannis, antea canonici, in episcopum Pergamensem, « non obstante quod propter defectum etatis quem pateris non es in sacerdotio vel in aliquo sacro ordine constitutus, — seu quod in ecclesia sancte Marine de Venetiis, Castellane diocesis, sub expectatione beneficii in clericum es receptus. »

Dat. Anagnie, kal. augusti, anno primo.

In eundem modum executoribus dilectis filiis Matheo Venerio, primicerio sancti Marci, et Stephano Foscari, plebano sancti Augustini de Venetiis, ac Jacobo dicto Pagano, canonico Pipernensis, Castellane et Terracinensis diocesium, ecclesiarum. — Dat. ut supra.

320 Anagni, 9 août 1295.

Pro episcopo Grassensi. (fol. 70 v°.)

Venerabili fratri M. episcopo Portuensi et dilecto filio J. sancte Marie in Via Lata diacono cardinali. Ad hoc nos Deus —. Cum itaque, sicut accepimus, venerabilis frater noster Lantelmus episcopus Grassensis in procurationibus exhibendis legatis et nuntiis sedis apostolice frequenter nimium aggravetur, quod etiam perpendimus dum essemus in minori officio constituti et per partes illas transitum faceremus, ac alias Grassensis ecclesia sit debitis onerata, —.

Ut dicto episcopo prioratum quemlibet in Provintie et Forkalquerii comitatibus seu provintia Ebredunensi assignent.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno primo.

321 Anagni, 6 août 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 71.)

Dilecto filio nobili viro Gaucelino de Castronovo et dilecte in Christo filie nobili mulieri Dalfine ejus uxori, Lemovicensis diocesis, etc. Intenta salutis —. Petitio siquidem vestra nobis exhibita continebat quod licet quondam Guido de Combornio, olim vir tuus, filia Dalfina, te, fili Gauceline, quarta consanguinitatis linea contigisset, te quarto gradu ex uno latere et dicto Guidone secundo ex alio a communi stipite distantibus, nichilominus tamen te, Dalfina, id penitus ignorante, matrimonium invicem contraxistis et carnali copula subsecuta diu mansistis in matrimonio sic contracto. — Dat. Anagnie, viii id. augusti, anno primo.

322 Anagni, 3 août 1295.

« Quod religiosi possint comedere carnem in mensa sua. » (fol. 71.)

Dilecto filio nobili viro Gerardo comiti Holisacie, Lubicensis diocesis, etc. Sinceritas tue devotionis —. Dat. Anagnie, iii non. augusti, anno primo.

323 Anagni, 3 août 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 71.)

Eidem. Benigno sunt illa —. Dat. ut supra.

324 Anagni, 3 août 1295.

Indulgentia. (fol. 71.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perempnis —.

Indulgentia concessa capelle beate Marie et beati Bartholomei in Plono, Lubicensis diocesis, quadraginta dierum in singulis beate Marie virginis, Nativitatis et Resurrectionis Domini, beati Bartholomei apostoli et Pentecostes festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes.

Dat. ut supra.

325 Anagni, 3 août 1295.

« Quod possint in contracto matrimonio remanere. » (fol. 71 v°.)

Dilecto filio nobili viro Gerardo comiti Olisacie et dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti uxori ejus, Lubicensis diocesis. Apostolice sedis —. Significastis siquidem nobis quod dudum inter te, fili comes, et clare memorie Henricum regem Dacie, olim tuum, filia Agnes, maritum ac utriusque partis progenitores et amicos adeo graves inimicitie extiterunt quod ex eis multa homicidia preter plurima depopulationes castrorum, personarum et rerum pericula provenerunt; cumque postmodum inter carissimum filium nostrum Henricum regem Datie illustrem, natum tuum, filia Agnes, et te, predicte comes, ac utriusque consanguineos guerre hujusmodi resuscitari verisimiliter timerentur, vos pro hujusmodi guerris et inimicitiis evitandis, quanquam quarto consanguinitatis gradu ex una parte, et ex altera tertia [1] affinitatis linea conjuncti adinvicem esse noscamini, matrimonium — contraxistis, carnali inter vos postmodum copula subsecuta ac prole suscepta. — Dat. ut supra.

326 Anagni, 11 août 1295.

Citatio officialis Carnotensis. (fol. 71 v°.)

Dilecto filio.. cancellario Parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Movemur ex animo nec indigne turbamur quod, sicut ad nos jam multiplicata relatione, quinimo querela, pervenit, Conradus de Mediolano, officialis Carnotensis, Nicolai de Luisarches, dudum officialis Carnotensis, antecessoris sui, — vestigiis in hac parte pravis inherens, — dilecto filio nostro Benedicto sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali super archidiaconatu predicto, [2] quem obtinet in eadem ecclesia Carnotensi, ac vicario et procuratori ejus in eodem archidiaconatu, necnon personis ecclesiasticis archidiaconatus ejusdem diversa gravamina, molestias et injurias injuste ac improvide inferre presumit. — Nos igitur — ipsum ab omni officio et beneficio ac ab executione officialitatis auctoritate presentium usque ad beneplacitum nostrum duximus suspendendum; quocirca discretioni tue per apostolica scripta districte percipiendo mandamus quatinus prefatum Conradum denunties et denuntiari facias sic suspensum ipsumque nichilominus ex parte nostra per te vel alium seu alios peremptorie citare procures ut infra unius mensis spatium a receptione presentium computandum personaliter nostro se conspectui representet. — Dat. Anagnie, III id. augusti, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 126.)

1. *Ms.* altero tertio.
2. *Scilicet super archidiaconatu Pisciacensi.*

327 Anagni, 1er août 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 71 v°.)

Venerabili fratri Gerardo episcopo Atrebatensi, salutem. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod pridem tempore quo te apud sedem apostolicam constitutum ad ecclesiam Atrebatensem de Spoletana duximus transferendum, juramento, prout moris est, personaliter prestito promisisti quod apostolorum limina per te vel alium singulis bienniis visitares, —. Dat. Anagnie, kal. augusti, anno primo.

328 Anagni, 1er août 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 72.)

Dilecto filio Thome nato quondam Johannis Picalotti, militis Anagnini, clerico. Etsi geniti —.

Ut non obstante defectu natalium quem patitur, de conjugato genitus et soluta, possit ad omnes minores ordines promoveri et beneficium sine cura obtinere.

Dat. ut supra.

329 Latran, 8 avril 1295.

Nominatio episcopi Avellinensis. (fol. 72.)

Venerabili fratri Francisco episcopo Avellinensi. Rationis oculis —.

De episcopatu Terracinensi ad episcopatum Avellinensem, morte Benedicti quondam episcopi Avellinensis vacantem, transfertur.

Dat. Laterani, VI id. aprilis, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Avellinensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Avellinensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Avellinensis.

330 Anagni, 24 juin 1295.

Provisio abbatis pro monasterio sancte Eufemie de Villanova, ord. s. Ben., Tervisine diocesis. (fol. 72.)

Dilectis filiis .. priori Predicatorum et .. guardiano Minorum fratrum ordinum ac .. archipresbitero Paduanis. Debitum officii —. Dat. Anagnie, VIII kal. julii, pontificatus nostri anno primo.

(POTTHAST, 24113.)

331 Anagni, 15 août 1295.

Nominatio archiepiscopi Cusentini. (fol. 72 v°.)

Venerabili fratri Rogero archiepiscopo Cusentino. Romani pontificis —.

De ecclesia sancte Severine ad archiepiscopatum Cusentinum, morte Ade quondam electi Cusentini vacantem, transfertur.

Dat. Anagnie, XVIII kal. septembris, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Cusentine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Cusentine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Cusentine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Cusentine.

332 Anagni, 12 juillet 1295.

De elemosinaria sancti Victoris Massiliensis conferenda. (fol. 73.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Cum ecclesiarum —. Cum itaque, sicut accepimus, in monasterio sancti Victoris Massiliensi, ordinis sancti Benedicti, per promotionem dilecti filii Guillelmi abbatis monasterii sancti Laurentii Adversani, ejusdem ordinis, de ipso per nos factam ad idem monasterium sancti Laurentii, tunc regimine abbatis destitutum, officium elemosinarie, quod idem Guillelmus ante promotionem hujusmodi obtinebat, vacet ad presens, —. Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno primo.

333 Anagni, 18 juillet 1295.

Dispensatio super defectu natalium, etiam ad episcopalem dignitatem obtinendam. (fol. 73.)

Dilecto filio Johanni Fernandi de Pontiis, magistro scolarum ecclesie Legionensis. Lecta coram nobis tua petitio continebat quod olim felicis recordationis Honorio pape IIII^to^, predecessori nostro, exponere curavisti quod licet ingredientes ordinem militie sancti Jacobi, secundum ipsius ordinis instituta, in ipso primo ingressu intelligantur eundem ordinem profiteri, tamen si laici fuerint, possunt contrahere matrimonium, etiam post professionem ipsius ordinis tacitam vel expressam, et quia pater tuus predicti ordinis miles existens primo anno quo prefatum intravit ordinem, alias solutus de soluta te genuit, idem predecessor — quod hujusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum benefitium cum cura vel sine cura — recipere posses — dispensavit. — Dat. Anagnie, XV kal. augusti, anno primo.

334 Anagni, 23 juillet 1295.

« Quod possint predicare. » (fol. 73.)

Dilectis filiis .. prioribus provintialibus fratrum ordinis beate Marie de Monte Carmeli. Religionis vestre meretur —. Dat. Anagnie, X kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24150.)

335 Anagni, 1er août 1295.

Provisio abbatie beate Marie Xanctonensis. (fol. 73.)

Venerabili fratri .. episcopo Engolismensi. Exposita nobis dilecte in Christo filie Orabilis Vigerie, monialis monasterii beate Marie Xanctonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, petitio continebat quod olim monasterio ipso per mortem quondam Ilarie de Borno, dicti monasterii abbatisse, vacante, major et sanior pars conventus monasterii supradicti eandem Orabilem in ipsius monasterii abbatissam duxit canonice eligendam, quibusdam aliis dicti monasterii monialibus quondam Agnetem de Cogianco, (*sic*) monasterii predicti decanam, eligentibus. — Cum autem eadem Agnes, antequam in causa ipsa esset processus aliquis habitus, viam fuerit universe carnis ingressa et eidem monasterio, quod in regni Francie finibus versus mare Anglicanum est, sicut asseritur, constitutum, ab inimicis ipsius regni super possessionibus et aliis bonis suis dampna gravia inferantur, ac etiam balivi carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris, asserentes ad regem ipsum monasterii prefati, dum vacat, custodiam pertinere, bona ipsius duxerint occupanda, —.

Ut electionem dicte Orabilis examinet et eam confirmet, si canonice facta reperta fuerit, alioquin faciat eidem monasterio per electionem canonicam vel postulationem concordem de persona ydonea provideri.

Dat. Anagnie, kal. augusti, anno primo.

336 Anagni, 11 juillet 1295.

Exemptio pedagii. (fol. 73 v°.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Parisiensis. Devotionis vestre precibus inclinati, ut de blado, vino, lignis ac aliis ad vos ratione ecclesie Parisiensis spectantibus nulli pedagia, vineagia, roagia, tholonea vel vectigalia, que pro hiis a secularibus exiguntur, solvere teneamini auctoritate vobis presentium indulgemus —. Dat. Anagnie, v id. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 128.)

337 Anagni, 7 juillet 1295.

« Quod non possint excommunicari per litteras apostolicas sine speciali mandato sedis apostolice. » (fol. 73 v°.)

Eisdem. Meritis vestre devotionis —. Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

(Potthast, 24125; Laporte du Theil, fol. 128 v°.)

338 Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia centum dierum omnibus subsidia hospitali de Varo erogaturis. (fol. 73 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Quoniam, ut ait Apostolus, etc. ut in forma usque vitam eternam. Cum igitur, sicut ex parte dilectorum filiorum .. preceptoris et fratrum hospitalis de Varo, Ventiensis diocesis, fuit propositum coram nobis, ipsi continue hospitalitati vacantes pauperes et infirmos ad hospitale predictum undique confluentes caritative recipiant ac eis vite necessaria et alia humanitatis subsidia pro viribus subministrent, et super fluvium Varis (*sic*), juxta quem idem hospitale constructum existit, et in quo propter impetum fluvii gravia consueverant transeuntibus pericula, prout oculata fide perspeximus, imminere, quoddam navigium propriis sumptibus teneant per quod gratis transire volentes per ipsum fluvium deportantur, —. Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

339 Anagni, 18 juillet 1295.

Licentia exercendi censuram apostolicam. (fol. 73 v°.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Parisiensis. Dignum et congruum —.

Ut ipsi in omnes bonorum ecclesie sue invasores censuram apostolicam appellatione remota possint exercere, et latas sententias post obtentam satisfactionem relaxare.

Dat. Anagnie, xv kal. augusti, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 129.)

340 Anagni, 18 juillet 1295. (?)

Licentia dispensandi super matrimonio contrahendo. (fol. 74.)

Venerabili fratri .. episcopo Gaietano, salutem, etc. Romani pontificis —. Sane dilectus filius nobilis vir Guillelmus natus nobilis viri Frederici Amalfitani, de castro Trajecti, et dilecta in Christo filia Jacoba nata nobilis viri Petri Amalfitani dicti castri, Gaietane diocesis, qui sunt quarto gradu consanguinitatis conjuncti, attendentes graves inimicitias que inter prefatos Fredericum et Petrum — exorte sunt, —. Dat. etc. (*sic*)

341 Anagni, 23 août 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 74.)

Dilecto filio Petro Crescentii, militi, et dilecte in Christo filie Johanne nate Johannis Judicis de Cora, civibus Velletrensibus. Licet matrimonii —. — petitio continebat quod vos, qui quarto estis gradu affinitatis conjuncti pro eo quod quondam Jacobus Nicolai Guidonis Petri longi, civis Velletrensis, olim maritus tuus, filia Johanna, te, fili Petre, quarta consanguinitatis linea contingebat, ad sedandas graves inimicitias que dudum inter Johannem Judicis, patrem tuum, prefata Johanna, ac te, predicte Petre, — exorte fuerunt, affectatis invicem matrimonialiter copulari, credentes etiam quod per hoc inter nonnullos de civitate Velletrensi, qui fuerunt aliquando adinvicem dissidentes, reformate pacis concordia solidior permanebit. — Dat. Anagnie, x kal. septembris, anno primo.

342 Anagni, 20 juillet 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 74.)

Dilecto filio Raymundo Alberti et dilecte in Christo filie Agneti nate quondam Guillelmi de Riaria, civibus Gerundensibus. Lecta coram nobis —.

Ut possint in matrimonio permanere quod contraxerunt ignorantes ipsum Raymundum quandam mulierem antea cognovisse dicte Agneti quarto consanguinitatis gradu conjunctam.

Dat. Anagnie, XIII kal. augusti, anno primo.

343 Anagni, 12 août 1295.

Collatio canonicatus Parmensis. (fol. 74 v°.)

Dilectis filiis .. sancti Genesii de Bersillo, Parmensis diocesis, et .. sancti Johannis Parmensis monasteriorum abbatibus, ac .. archidiacono ecclesie Regine. Grata merita probitatis dilecti filii Johannis canonici Parmensis nati dilecti filii Jacobi Blanci, civis Parmensis, — et consideratio venerabilis fratris G. episcopi Sabinensis, cujus idem Johannes nepos existit, —.

Ut dictum Johannem in possessionem inducant canonicatus in ecclesia Parmensi vacantis morte quondam magistri Alberti de Parma, dicti Tervilii, apud sedem apostolicam defuncti, non obstante eo quod jam in Noviomensi et Tornacensi ecclesiis canonicatus obtinere noscitur.

Dat. Anagnie, II id. augusti, anno primo.

344 Anagni, 30 juillet 1295.

Nominatio archiepiscopi Bracharensis. (fol. 75.)

Venerabili fratri Martino archiepiscopo Bracharensi. Onerosa pastoralis officii —. Sane Bracharensi ecclesia per obitum bone memorie Tellii Bracharensis archiepiscopi pastoris solatio destituta, dilecti filii .. decanus et capitulum ipsius ecclesie venerabilem fratrem nostrum J. Ulixbonensem episcopum, tunc Colimbriensem canonicum, in Bracharensem archiepiscopum, cum eum ex certa causa de jure non possint eligere, postularunt, set eodem Johanne — asserente quod eidem postulationi renuntiabat expresse, prefati decanus et capitulum,— deliberantes super hoc per viam procedere compromissi, dilectis filiis magistro Johanni Martini et Gonsalvo Gonsalvi ac Fernando Martini, ipsius ecclesie canonicis, providendi predicte ecclesie Bracharensi de pastore potestatem — concesserunt; iidem vero — in te, tunc cantorem Elborensis ecclesie, direxerunt unanimiter vota sua. — Verum Fernando Mathei, archidiacono de Canto in eadem ecclesia Bracharensi, qui ab electione hujusmodi ad sedem apostolicam appellaverat, apud sedem constituto eandem, idem antecessor [1] primo et nos, post cessionem ipsius, — eidem archidiacono, magistro Petro Garsie, Fernando Tellii, Michaeli de Salis ac Didaco Didaci, canonicis predicte ecclesie Bracharensis, quorum quilibet tibi et eidem electioni se opposuit successive, dilectum filium nostrum Johannem tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiterum cardinalem concessimus auditorem. —

Opponentibus partim desistentibus, partim repulsis, preficitur in archiepiscopum Bracharensem, munere benedictionis a G. Sabinensi episcopo ei impenso, et palleo de corpore beati Petri sumpto ei exhibito.

Dat. Anagni, III kal. augusti, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Bracharensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Bracharensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Bracharensis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Bracharensis.
In e. m. .. regi Portugalie illustri.

1. *Scilicet Celestinus V.*

345 Anagni, 27 juin 1295.

Licentia dispensandi super contracto matrimonio. (fol. 75 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Baiocensi. Petitio dilecti filii Roberti dicti Picot, de Anglicavilla, laici, et dilecte in Christo filie Philippe Constantini, uxoris ejus, tue diocesis, nobis exhibita continebat quod ipsi olim, ignari quod aliqua esset affinitas inter eos que matrimonium impediret, publice in facie ecclesie matrimonium insimul contraxerunt. — Dat. Anagnie, V kal. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 130.)

346 Anagni, 5 août 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 76.)

Dilectis filiis capitulo ecclesie Tholosane. Meritis vestre devotionis —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod singuli vestrum juramentum minus provide prestiterunt quod in agendis ecclesie vestre venerabilis fratris nostri episcopi Tholosani faceretis in omnibus voluntatem, ex quo frequenter evenit quod vobis propter hoc ipsius episcopi voluntati parentibus ecclesie vestre negotia minus utiliter peraguntur. — Dat. Anagnie, non. augusti, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 133.)

347 Anagni, 5 août 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 76.)

Dilecto filio Arnaldo Rogerii, preposito ecclesie Tholosane, capellano nostro. Benigno tibi sunt —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 134.)

348 Anagni, 8 août 1295.

Collatio ecclesie de Blokeleya. (fol. 76.)

Dilecto filio Bartholomeo de Ferentino, presbitero, camerario dilecti filii nostri Benedicti sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, rectori ecclesie de Blokeleya, Wigorniensis diocesis. Circa illos —.

Confertur dicto Bartholomeo dicta ecclesia de Blokeleya vacans morte quondam magistri Petri de Eschotl., resignatione ecclesie de Winepol, Eliensis diocesis, prius ab ipso facta, et indulgetur ei ut ecclesiam de Chelfeld, Roffensis diocesis, cum ecclesia de Blokeleya legitime retinere possit.

Dat. Anagnie, vi id. augusti, anno primo.

349 Anagni, 8 août 1295.

Nominantur executores bulle precedentis. (fol. 76.)

In eundem modum executoribus dilectis filiis magistris Petro de Turrice, capellano nostro, Autissiodorensis, et Giffredo de Vezano, camere nostre clerico, Cameracensis, ac Johanni de Luco, Londoniensis canonicis ecclesiarum. — Dat. ut supra.

350 Anagni, 4 août 1295.

Nominatio electi Melfiensis. (fol. 76 v°.)

Dilecto filio Saraceno electo Melfiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Licet continuata—. Sane jamdudum ecclesia Melfiensi per mortem bone memorie fratris Sinibaldi episcopi Melfiensis pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum Melfiense et clerus ipsius ecclesie, qui de antiqua et approbata et hactenus observata consuetudine electioni faciende inibi de pastore debent, ut dicitur, interesse, convenientes in usum — duas inibi electiones, unam videlicet de te et alteram de dilecto filio Gervasio de Bellomonte, canonico Ebroicensi, in discordia celebrarunt. —

Dictis electis apud sedem apostolicam sponte ac libere renuntiantibus juri suo, preficitur ipse Saracenus, canonicus Melfiensis et episcopi Sabinensis capellanus, in episcopum Melfiensem.

Dat. Anagnie, ii non. augusti, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Melfiensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Melfiensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Melfiensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Melfiensis.

351 Anagni, 4 août 1295.

Licentia recipiendi ordinem sacerdotii et munus consecrationis a quocunque antistite. (fol. 77.)

Eidem. Cum ad partes transmontanas de tua circumspectione confisi te, qui in ordine diaconatus existis, pro arduis ecclesie Romane negotiis destinemus, ne in dispendium ecclesie Melfiensis tue cure commisse negotium tuum prorogari contingat, recipiendi ordinem sacerdotii statutis temporibus ac munus consecrationis subsequenter juxta formam canonicam a quibuscumque malueris archiepiscopis vel episcopis — concedimus facultatem. Dat. ut supra.

352 Vatican, 11 mai 1295.

Dispensatio super etatis defectu. (fol. 77.)

Dilecto filio Herveo Guarnerii, clerico Pictavensis diocesis. Cum in te ingentium dona virtutum supplere perhibeantur quem pateris in etate defectum, utpote qui nondum vicesimum secundum annum in quo constitutus esse diceris exegisti, nos tuis supplicationibus inclinati ut hujusmodi non obstante defectu possis ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, dummodo tibi canonice conferatur, libere recipere ac licite retinere tecum auctoritate apostolica dispensamus. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, v id. maii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 135.)

353 Anagni, 2 août 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 77.)

Venerabili fratri .. episcopo Redonensi. Petitio dilecti filii nobilis viri Oliverii domini de Rougeio et dilecte in Christo filie Johanne uxoris ejus, tue diocesis, nobis exhibita continebat —.

Ut dispenset cum eis ut possint in matrimonio remanere quod contraxerunt ignorantes ipsam Johannem quondam Christiane, dum viveret uxori dicti Oliverii, quarto consanguinitatis gradu attinere, si tamen ei de premissis constiterit.

Dat. Anagnie, iiii non. augusti, anno primo,

354 [Anagni, 4 septembre 1295.

Unio monasterii Gorziensis mense episcopali Metensi. (fol. 77.)

Venerabili fratri Bouchardo episcopo Metensi. Venerabilem Metensem ecclesiam —. Dat. Anagnie, II non. septembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 136.)

355 Anagni, 30 août 1295.

Contra cives Laudunenses. (fol. 77 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis et dilectis filiis capitulis ecclesiarum cathedralium Remensis provintie. Gaudemus in Domino —. Nuper siquidem ad aures nostras perduxit insinuatio gravibus onusta querelis quod pacis Emulus in duobus armigeris et quodam cive Laudunensi spiritum furoris adeo inflammavit quod, post secuta verba ignominie inter eos, alter armigerorum ipsorum eundem civem in maxilla pugno percussit, propter quod dicti armigeri in domo ipsius civis ab ejus domesticis acrius verberati, timentes furorem populi Laudunensis, pro sua tuitione ad cathedralem ecclesiam Laudunensem fiducialiter confugerunt, ad quos postmodum quidam clericus, eorum consanguineus, intuitu sotietatis accedens ibidem remansit cum eis. Ex hoc namque comune civium Laudunensium contra ipsam ecclesiam citationis inique inebriati torrente, in ipsius gravem injuriam consilium inierunt in unum et tandem ipso deliberato consilio die sequenti clausis janui civitatis Laudunensis, pulsatis campanis comunis ejusdem, evaginatis gladiis et aliis armis assumptis in valida manu et clamoribus validioribus, copiosa multitudine civium eorum, ut utamur eorum verbis, vociferante *comunia! comunia!* et insequente clericum et armigeros memoratos, quidam eorum civium servientes, civibus ipsis presentibus et eisdem servientibus favorabiliter assistentibus armatis, decano et capitulo ejusdem ecclesie tunc officium none cantantibus et propter tumultuosum clamorem et violentum accessum eorum omnino dimitentibus illud, de campanili infra ipsam ecclesiam existenti, ad quod tantum per ipsam ecclesiam habetur accessus, fractis ejus ostiis, carissimi in Christo filii nostri .. regis Francie illustris et bone memorie P. tituli sancti Marci presbiteri cardinalis, ipsius ecclesie thesaurarii, nuntiis ac dictis decano et capitulo ejusdem ecclesie obsistentibus, clericum et armigeros prefatos, eis usque ad effusionem sanguinis vulneratis graviter, eduxerunt eosque per ipsam ecclesiam ipsius sanguinis sparsione pollutam ad domum dicti civis similiter clamantes *comunia! comunia!* duxerunt captivos ipsosque duris lapidum jactibus et aliorum immanitate verborum tandiu crudeliter conquassarunt, donec ipsi fortius infirmati corruerunt in terram semivivi relicti, quorum unus propter hoc postmodum expiravit : propter quod dicti decanus et capitulum, conspicientes ipsius ecclesie immunitatem violatam et hostia campanilis effracta, de ipsa ecclesia sancta eucharistia reverenter ad alium locum transvecta et clausis ipsius ecclesie foribus, cessaverunt in ea totaliter a divinis, sicque iidem decanus, thesaurarius et capitulum, tacti dolore cordis intrinsecus, ad nostre consolationis et oportune provisionis remedium humiliter recurrerunt. — Quatenus, considerantes attentius quod temeraria horum patratio in eadem Laudunensi ecclesia injuriosa nimis universis ecclesiis vobisque precipue, utpote proximis plurimum contagiosa existit, —.

Ut ecclesie predicte sic assistant, ut ea congruam satisfactionem pro illatis injuriis assequatur.

Dat. Anagnie, III kal. septembris, anno primo.

356 Anagni, 30 août 1295.

Eadem de re. (fol. 87.)

Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. Ad aures nostras — etc. usque humiliter recurrerunt. Licet itaque tam detestabilis civium dictorum transgressio et presumptio detestanda sub potentia regia in ecclesia Dei presumpta in regno tuo notoria, ut asseritur, et tibi specialiter nuntiata absque virga correptionis regie debite, prout ad te pertinet, nec forte transierit, — nos nichilominus celsitudinem regiam affectuose requirimus — quatenus — adversus dictorum civium insolentiam — sic dexteram regalis extendas potentie — quod ecclesia ipsa Laudunensis consurgat in honorem — et dicti cives correctione debita castigati — plenariam satisfactionem impendant. — Subjungimus insuper quod clare memorie L. rex Francie, ut proponitur, quandam concessit communiam, pacem vulgariter nuncupatam, civibus memoratis que Laudunensi ecclesie vexationes assiduas multiplicat et suscitat; — quare regia celsitudo sic pro nostra et apostolice sedis reverentia provideat in hac parte quod eisdem ecclesie decano, thesaurario et capitulo pacem tribuat. — Dignum denique videretur et congruum ut, inter alias penas predictorum occasione temporaliter et civiliter inferendas, communitas Laudunensium civium, que clamando *comunia! comunia!* ut predicitur, sic deliquit et etiam alias occidendo Lau-

dunensem episcopum, ut dicitur, similiter deliquerunt, comunitatis seu comunie jure, quam vulgariter pacem appellant, perpetuo privaretur. Dat. ut supra.

357 Anagni, 29 août 1295.

Securus conductus. (fol. 78.)

Littera archiepiscopi Tyrensis que dirigitur universis prelatis pro securo conductu. Venerabilibus fratribus —. Cum venerabilem fratrem nostrum Tyrensem archiepiscopum, latorem presentium, pro quibusdam ecclesie Romane negotiis destinemus, universitatem vestram rogamus — ut eundem archiepiscopum, immo potius nos in ipso, cum per partes vestras transitum fecerit ob reverentiam apostolice sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes sibi et familie sue de securo conductu in eundo, morando et redeundo liberaliter providere curetis. — Dat. Anagnie, IIII kal. septembris, anno primo.

358 Anagni, 23 août 1295.

De Johanne archiepiscopo Lundensi, Succie primati, pristine restituendo libertati. (fol. 78 v°.)

Regi Dacie illustri, spiritum consilii sanioris. Pulsat instanter — . Dat. Anagnie, x kal. septembris, anno primo.

(Potthast, 24170.)

359 Anagni, 23 août 1295.

De eodem. (fol. 79.)

Eidem. Audi, fili, —. Dat. ut supra.

(Potthast, 24169.)

360 Anagni, 25 août 1295.

« Mittitur ad regem Datie super relaxatione dicti archiepiscopi Lundensis. » (fol. 79.)

Dilecto filio Isarno archipresbitero Carcassonensi, capellano nostro. Cum te ad Dacie regem — . Dat. Anagnie, VIII kal. septembris, anno primo.

(Potthast, 24172.)

361 Anagni, 3 septembre 1295.

Revocatio litterarum Celestini V, quarum auctoritate dux Karinthie ab excommunicatione absolutus est. (fol. 79.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum per felicis recordationis Nicolaum papam quartum, predecessorem nostrum, vel ejus auctoritate, contra nobilem virum Meinardum olim ducem Karinthie et comitem Tyrolensem, occupatorem bonorum et jurium episcopi et ecclesie Tridentine, suis exigentibus culpis, — diversi sunt habiti processus excommunicationum, interdicti et privationum sententias ac spirituales et temporales penas et alia continentes. — Postmodum vero, sicut accepimus, dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa V, — gravitatem tanti negotii et quam premissa deliberationem requirebant et diligentiam non attendens, — suas pro dicto nobili direxit, prout accepimus, sub hac forma litteras :

« Celestinus episcopus, servus servorum Dei, venera-
» bilibus fratribus Augustensi et Frisingensi episcopis
» ac dilecto filio .. abbati monasterii Wiltinensis, Brixi-
» nensis diocesis, salutem. Sua nobis —. Dat. Aquile,
» II kal. octubris, pontificatus nostri anno primo.

Quarum auctoritate litterarum eidem episcopi et abbas — ipsum M. ac filios, posteros, vassallos, — ab hujusmodi processibus et excommunicationum sententiis — relaxare — presumpserunt, in eorundem episcopi et ecclesie Tridentine prejudicium non modicum. — Dat. Anagnie, III non. septembris, anno primo.

362 Anagni, 1er septembre 1295.

De prebenda Ebroicensi restituenda. (fol. 80.)

Dilectis filiis .. archidiacono de Augio in ecclesia Rothomagensi et .. cantori ecclesie Ebroicensis. Dilectus filius noster Nicolaus tituli sancti Laurentii in Damaso presbiter cardinalis nobis exposuit quod licet auctoritate apostolica in Ebroicensi ecclesia receptus fuerit in canonicum et in fratrem, nulla tamen ibidem prebenda vacante, certis executoribus super provisione sibi facienda in eadem ecclesia deputatis, et quadam prebenda per mortem quondam Joannis Cinthii de Urbe in ecclesia prefata vacaverit, que de jure cardinali debebatur eidem, tamen venerabilis frater noster N. episcopus Ebroicensis, ad quem in eadem ecclesia spectat collatio prebendarum, predictam prebendam Eustachio de Neaufla, dicto de Perona, clerico Carnotensis diocesis, de facto, cum de jure non posset, contulit. —

Ut episcopum et Eustachium ad restitutionem prebende dicto cardinali faciendam infra quindecim dies inducant, alioquin eos ad sedem apostolicam citent.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 140.)

363 Anagni, 30 août 1295.

Contra cives Laudunenses. (fol. 80.)

Dilectis filiis Johanni de sancto Verano, Aurelianensis, et Andree de Sancto Fidolo, Trecensis ecclesiarum archidiaconis. Quoniam in ecclesiarum statu —. Nuper siquidem — .

Supponitur civitas Laudunensis ecclesiastice interdicto, « quousque comune ipsum ejusque rectores et officiales super premissis injuriis, excessibus sive culpis de stando precise mandatis nostris per nos vel alium seu alios quotiens opus fuerit faciendis sufficientem et plenam, juxta quod vobis videbitur ydoneam prestiterint cautionem » ; mandatur executoribus ut interdictum stricte faciant observari, ut reos et eorum complices excommunicatos publice nuntient; « ex parte nostra insuper Baldoinum Fromages, Albericum Facem, Gobertum Touffarz, Guiardum de Vallibus, Robertum Lalemans, Baldoinum de sancto Johanne, Hernulphum de Pynoy, Johannem de Semilliaco, Droardum d'Arenci, Gobertum Raffoux, Johannem de Moncell[is], Galterum de Chaylevoy, Radulphum de Rochefort, Richorium (*sic*) Bayselars, Raynerium Li Gras, li bailliz de Chonisale, Petrum Soiers, Giletum Soiers, Johannetum de Cloiere (*sic*), Raulinum ejus fratrem, Hubertum d'Arenti, Thomam de Collegiis et Raynaldum de Venderesse, cives Laudunenses, precipuos, ut asseritur, predictorum excessuum patratores et comune predictum citare curetis, ut infra tres menses post citationem vestram dicti cives personaliter et comune predicti per procuratorem ydoneum compareant coram nobis, nostris super hoc beneplacitis parituri. »

Dat. Anagnie, III kal. septembris, anno primo.

364 Anagni, 12 août 1295.

Collatio cantorie Carnotensis. (fol. 81.)

Dilecto filio magistro Guidoni de Baysio, canonico et cantori ecclesie Carnotensis. Attendentes conditiones — . Cum itaque dilectus filius magister Guillelmus de Narbona, olim cantor ecclesie Carnotensis, cantoriam quam in eadem ecclesia obtinebat sponte ac libere in nostris manibus resignaverit, —.

Confertur ei dicta cantoria cum prebenda in eadem ecclesia vacante aut proximo vacatura, eo non obstante quod in Regina archidiaconatum et in eadem et sancti Petri Regina ecclesiis canonicatus et prebendas jam noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, II id. augusti, anno primo.

(Bullam evulgavimus in *Les lettres à la cour des papes*, ubi de Guidone de Bayso disseruimus.)

365 Anagni, 1er septembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 81 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albensi. Que sunt pacis —. Ex parte siquidem dilectorum filiorum nobilium virorum Thome Malaspine et Oddonis de Careto marchionum fuit expositum coram nobis quod olim inter homines et vassallos eorum — gravis extitit discordia suscitata. —

Ut Manfredinus Oddonis et Margarita Thome filius et filia possint matrimonium contrahere, quamvis sint quarto gradu consanguinitatis conjuncti.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno primo.

366 Anagni, 1er septembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 81 v°.)

Dilecto filio nobili viro Phy. de Ibellino, avunculo carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Cypri illustris, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie nate quondam domini Blibii. Sacris interdicta canonibus — . Nos itaque debita consideratione pensantes quod olim peccatis exigentibus Agarenorum gladio in partibus transmarinis in Christianos, proth dolor! debacante, vix aliqui nobiles, sicut accepimus, in eisdem partibus remanserunt qui vobis non sint linea consanguinitatis astricti, ac propter hoc et consideratione carissimi in Christo filii nostri H. regis Cypri illustris et dilecti filii nobilis viri A. domini Tyrensis —.

Ut possint contrahere matrimonium, quamvis inter eos quartus consanguinitatis et affinitatis gradus interveniat.

Dat. ut supra.

367 Anagni, 1er septembre 1295.

Indulgentia unius anni. (fol. 81 v°.)

Dilectis filiis .. cantori et capitulo ecclesie beate Marie Autisiodorensis. Licet Is — . Dat. Anagnie, kal. septembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 142.)

368 Anagni, 16 août 1295.

Pro possessione prioratus sancti Maximini pacifica. (fol. 81 v°.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Ex parte carissimi — .

Ut Carolum regem Sicilie et fratres Predicatores in possessione prioratus sancti Maximini et loci de Balma faciat servari pacifica, omnes contradictores ac presertim monachos monasterii sancti Victoris Massiliensis compescendo.

Dat. Anagnie, XVII kal. septembris, anno primo.

369 Anagni, 18 juillet 1295.

Concessio decime regi Sicilie. (fol. 82.)

Littera que dirigitur prelatis in Provintia super decima concessa .. regi Sicilie. Venerabilibus fratribus .. Lugdunensi, .. Viennensi, .. Bisuntino, .. Tarantasiensi, .. Ebredunensi, .. Aquensi et .. Arelatensi archiepiscopis, et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon domorum beate Marie Theotonicorum prioribus, preceptoribus seu magistris, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, per Lugdunensem, Viennensem, — provincias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Foret enarrare superfluum quanta et quam gravia — onera sacrosancta Romana ecclesia — et clare memorie Carolus rex Sicilie et carissimus in Christo filius noster C. natus ejus, ipsius Sicilie rex illustris, per invasionem et occupationem insule Sicilie, peculiaris terre ipsius Ecclesie per quondam Petrum olim regem Aragonum dampnabili temeritate presumptas ac per Jacobum et Fredericum ipsius Petri filios dampnatis continuatas ausibus, pertulerunt. —

Certiores fiunt summum pontificem Sicilie regi concessisse per triennium decimam omnium ecclesiasticorum reddituum in provinciis supra memoratis, « exceptis duntaxat terra comitatus Venesini, ad predictam Romanam ecclesiam pertinente, ac terra quam in ipsis provintiis carissimus in Christo filius noster Phylippus rex Francie illustris obtinere dinoscitur », et rogantur ut ipsam decimam diligenter solvant et solvi faciant.

Dat. Anagnie, XV kal. augusti, anno primo.

370 Anagni, 18 juillet 1295.

Eadem de re. (fol. 83.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Foret enarrare superfluum etc. usque duximus concedendam. — Dat. ut supra.

Quod omnes ecclesiasticas personas, non obstantibus quibuslibet previlegiis, moneat et, si necesse fuerit, cogat ut decimam regi Sicilie concessam solvant, et aliquas personas idoneas ad colligendam dictam decimam deputet.

In eundem modum *venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, — per regnum Sicilie constitutis.* Foret enarrare — , in eodem regno Sicilie, Beneventana civitate et diocesi non exclusis — . Dat ut supra.

In eundem modum *dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato.* Foret etc. — in principatu Achaie, ducatu Athenarum, et insulis adjacentibus seu vicinis eisdem ac civitatibus — in eis predicto regi illustri mediate vel immediate subjectis — . Dat. ut supra.

In eundem modum *venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis etc. per principatum Achaie — constitutis.* Foret etc. — Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato.* Foret etc. — in regno Sicilie — . Dat. ut supra.

371 Anagni, 1er septembre 1295.

Pro fratribus Penitentie de Rupella. (fol. 83.)

Dilecto filio .. decano ecclesie Xanctonensis. Ex parte dilectorum filiorum fratrum ordinis Penitentie Jhesu Christi de Rupella, Xanctonensis diocesis, qui quatuor numero duntaxat existunt, et prioris et conventus monasterii sancti Petri de Mansiaco, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, ejusdem diocesis, fuit expositum coram nobis quod iidem fratres de Penitentia Jhesu Christi, qui tamen in dicto loco de Rupella remansisse noscuntur et jam ad senium devenerunt, adeo propriorum corporum debilitate gravantur quod nequeunt ut solebant per questum publicum substentationem sibi acquirere oportunam. —

Quod dictis fratribus concedat licentiam ut possint se cum domo et bonis suis ad dictum monasterium de Mansiaco transferre et ibi sub regula sancti Augustini degere.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 144.)

372 Anagni, 20 juillet 1295.

Revocatio ordinationis Nicolai IV pro ordine militie sancti Jacobi. (fol. 83 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ab antiquis retro —. Dat. Anagnie, XIII kal. augusti, anno primo.

In eundem modum venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tolletano et .. episcopo Salamantino ac dilecto filio .. decano ecclesie Auriensis. — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24141.)

373 Anagni, 22 juin 1295.

De fructibus in absentia percipiendis. (fol. 84 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Eximie devotionis — .

Quod octo clerici sui familiares, quos ad hoc duxerit nominandos, beneficiorum que habent ad presens aut in futuro habebunt fructus in absentia percipere possint.

Dat. Anagnie, X kal. julii, anno primo.

374 Anagni, 16 août 1295.

Contra canonicos Sarzanenses regis Sicilie contemptores. (fol. 84 v°.)

Dilecto filio .. priori fratrum ordinis Predicatorum de Luca. Ad audientiam nostram non sine turbatione pervenit quod cum pridem carissimus in Christo filius noster C. Sicilie rex illustris eundi ad partes ultramontanas pro suis et ecclesie Romane negotiis in itinere constitutus ad castrum Sarzani, Lunensis diocesis, quosdam familiares suos ad habendum et preparandum innibi suum hospitium premisisset, ipsique familiares ad domos majoris ecclesie dicti loci confidenter accederent petendo ad illas dictum regem ad hospitandum in eis per diem unicum ac ipsos ad preparandum dicto regi recipi curi[a]liter et admitti, canonici et clerici ejusdem ecclesia ac alii existentes ibidem familiares ipsos pro ipso rege nedum admittere denegarunt, verum etiam vituperabiliter expulerunt eosdem, minas eis et injurias plurimas inrogando. Nos autem hujusmodi prefati regis injurias nostras et apostolice sedis specialiter reputantes — .

Ut de premissis veritatem inquirat et culpabiles citet ad sedem apostolicam.

Dat. Anagnie, XVII kal. septembris, anno primo.

375 Anagni, 1er août 1295.

Licentia mittendi monachos Parisius ad studium theologie. (fol. 85.)

Dilecto filio .. abbati monasterii Premonstratensis, salutem et apostolicam [benedictionem]. Exultamus in Domino —. Dat. Anagnie, kal. augusti, anno primo.

POTTHAST, 24155.

376 Anagni, 7 septembre 1295.

De ecclesiis de Kemper et de sancto Cledeo conferendis. (fol. 85.)

Venerabili fratri .. episcopo Venetensi et dilectis filiis .. abbati monasterii beate Marie de Lanucuis, Venetensis diocesis, et .. cantori ecclesie Venetensis. Exposuit nobis dilectus filius Derianus de sancto Tremoro, presbiter Venetensis diocesis, quod Guillelmus thesaurarius ecclesie Briocensis de Kemper et de sancto Cledeo ecclesias, Trecorensis diocesis, curam animarum habentes, — una cum thesauraria Briocensis ecclesie, eidem thesaurarie non annexas, per duodecim annos et amplius retinuit et adhuc retinere presumit, dispensatione super hoc a sede apostolica non obtenta. —

Ut inquisita veritate, dictas ecclesias auferentes prefato Guillelmo, ipsas Deriano conferant, eo non obstante quod in ecclesia sancti Guillelmi Briocensi canonicatum jam obtinet, cujus redditus decem librarum turonensium parvorum valorem annuum non excedit.

Dat. Anagnie, VII id. septembris, anno primo.

377 Anagni, 27 juillet 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 85 v°.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Cluniacensis. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, tam pro tuis negotiis quam monasterii et ordinis Cluniacensis negotiis expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti ut usque ad summam quatuor milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi, sub modis et formis infrascriptis sine quibus creditores te putas invenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur. —

Ut possit dictum mutuum contrahere et creditoribus se et successores suos obligare nec non omnia bona mobilia et immobilia dicti monasterii et « de Pontida et de Fontanella, de sancto Paulo, de Argone, de Clusanis, de Tegiis, de Provalio, de Rodingo, de Verziano, de Quinzana, de sancto Marco, de sancto Masolo, de Rodobio, de Baina, de Castelleto, de Calvezano, de Canturio, de sancto Columbano, de Figina, de Gernobio, de Piona, de sancto Gabriele ac de sancto Georgio, Pergamensis, Brixiensis, Laudensis, Papiensis, Vercellensis, Mediolanensis, Cumane, Placentine et Cremonensis civitatum et

diocesium prioratuum Cluniacensis ordinis, predicto monasterio subjectorum. »

Dat. Anagnie, vi kal. augusti, anno primo.

378 Anagni, 27 juillet 1295.

Alia pro eodem. (fol. 86.)

Eidem. Cum sicut in nostra proposuisti presentia, etc., usque nobis humiliter supplicasti ut usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi, etc., usque contrahendi mutuum propter hoc usque ad predictam summam trium milium librarum turonensium parvorum nomine tuo, etc., usque in finem ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

(Cf. POTTHAST, 24153.)

379 Anagni, 22 juin 1295.

Confirmatio abbatis sancti Victoris Massiliensis. (fol. 86.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis. Onerosa pastoralis —. Sane vacante dudum monasterio sancti Victoris Massiliensi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis sancti Benedicti, per obitum quondam Raymundi abbatis ejusdem monasterii, — nonnulli ex dicto conventu vota sua in fratrem Guillelmum ipsius monasterii monachum et elemosinarium direxerunt; set eodem Guillelmo renuntiante — predictus conventus — venerabili fratri nostro archiepiscopo Arelatensi et dilecto filio abbati monasterii de sancto Egidio, Nemausensis diocesis, ac priori prioratus sancti Leontii, ad dictum monasterium immediate spectantis, et fratri Petro Silvestri, ejusdem monasterii monachis, providendi ea vice dicto monasterio de abbate potestatem eo modo concorditer concesserunt, ut ipsi infra certum temporis spatium procedere possent ad hujusmodi provisionem eidem monasterio faciendam; verum dictis compromissariis infra dictum tempus super hoc nequeuntibus concordare, — frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, antecessor noster, qui demum apostolatus regimine et officio sponte cessit, te, tunc electum monasterii Cassinensis, ipsi monasterio sancti Victoris in abbatem prefecit.—Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

In eundem modum priori claustrali et conventui monasterii s. Victoris Massiliensis.

In e. m. universis vassallis monasterii s. Victoris Massiliensis.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 146.)

380 Anagni, 8 septembre 1295.

Reservatio dignitatis pro nepote Bonifatii VIII. (fol. 86 v°.)

Dilecto filio Francisco nato dilecti filii nobilis viri Loffredi Gaitani, comitis Casertani, nepoti et capellano nostro. Quanto potioribus provisionibus ecclesiasticis tuam personam attolimus, tanto ferventius virtutum cultui te vacare credimus et uberiores fructus in domo Domini germinare. —

Reservatur ei in ecclesia Eboracensi, cujus canonicus existit, dignitas seu personatus cum cura vel sine cura, eo non obstante « quod in Laudunensi ecclesia thesaurariam et in eadem ac dicta Eboracensi, Parisiensi, Atrebatensi, Lexoviensi, Anagnina, et in sancte Marie de Silvamolli, Ferentinatis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas ac prioratum sancti Cosme de Monte et ruralem ecclesiam sancti Petri de Seletis, Constantiensis et predicte Ferentinatis diocesium, » noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, vi id. septembris, anno primo.

381 Anagni, 7 juillet 1295.

Pro ecclesia Parisiensi. (fol. 87.)

Venerabili fratri .. episcopo Carnotensi. Quia nonnulli —.

Quod capitulo ecclesie Parisiensis assistat, nec dictam ecclesiam ab aliquo permittat molestari.

Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 143.)

382 Anagni, 1er juillet 1295.

Licentia dispensandi cum decem clericis super defectu natalium. (fol. 87.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Collocensi. Ut eo gratior —. Dat. Anagnie, kal. julii, anno primo.

(POTTHAST, 24119.)

383 Anagni, 24 août 1295.

Citatio fratrum ordinis Minorum de Ancona ad curiam. (fol. 87.)

Venerabili fratri .. episcopo Anconitano. Cum in causa —. Dat. Anagnie, ix kal. septembris, anno primo.

(POTTHAST, 24171.)

384 Anagni, 17 août 1295.

Nominatio archiepiscopi Upsallensis. (fol. 87.)

Venerabili fratri Nicholao archiepiscopo Upsallensi. Cor nostrum jocunditate —. Dat. Anagnie, XVI kal. septembris, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Upsallensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Upsallensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Upsallensis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Upsallensis.
In e. m. regi Suecie illustri.
In e. m. duci Suecie.

(POTTHAST, 24167 et 24168.)

385 Anagni, 18 juillet 1295.

Insula Minoricarum, de novo de manibus Sarracenorum erepta, episcopatui Majoricarum subjicitur. (fol. 88.)

Venerabili fratri Petro episcopo Majoricarum. Cum insula Minoricarum —. Dat. Anagnie, XV kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24140, ubi, auctore ut videtur Villanueva, *Viage litterario* XXI, 294, episcopus Majoricarum Poncius nominatur.)

386 Anagni, 20 septembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 88.)

Dilecto filio nobili viro Marino Baduario, de Venetiis, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Engoldi nate dilecti filii nobilis viri Petri Gradonici, Venetiarum ducis. Licet conjunctionem —.

Quod possint matrimonium contrahere, licet sint quarto ex utroque parente gradu consanguinitatis conjuncti, attento « quod Petrus Gradonicus — nullis forinsecis, obsistente statuto comunis Venetiarum sub certa forma juramento firmato, potest suos filios vel filias matrimonialiter copulare nec etiam ipsis intrinsecis, cum inter eos nulli vel nulle, prepediente linea parentele, comode valeant reperiri cum quibus, conditione status sui pensata, digne contrahere valeat. »

Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno primo.

387 Anagni, 11 juillet 1295.

Pro conventu Cluniacensi. (fol. 88.)

Ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera mundi cenobia —.

Conventui monasterii Cluniacensis, cum diei et estus in divinis exsequendis laudibus portet pondus, et indigentie seu penurie onere pregravetur, conceduntur 4000 librarum turon. super tredecim decanatibus nominatim expressis singulis annis in perpetuum levanda.

Dat. Anagnie, V id. julii, anno primo.

In eundem modum ut in precedenti, ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera mundi cenobia, etc., usque habeantur immunes. Ceterum cum sint ad cautelam hec littere duplicate, nolumus ut per hoc memorata summa peccunie duplicata intelligatur, — sed ambe littere pro una tantummodo et quantitate [1] unica censeantur. — Dat. ut supra.

In eundem modum scribitur dilectis filiis .. de Caroloco, .. de Martiniaco monasteriorum prioribus, — ordinis Cluniacensis, Matisconensis et Eduensis diocesium.

Constituuntur executores bulle precedentis.

Dat. ut supra.

In eundem modum dilectis filiis .. Celsiniarum, .. de Martiniaco et .. de Rivis monasteriorum prioribus, — Claromontensis et Eduensis diocesium. —

Ut ad decanatus prefatos accedentes personaliter, taxent in quolibet eorum competentem numerum monachorum et servientum, quibus de redditibus necessariis ministratis, de residuo dicta quatuor millia librarum percipi valeant, ceteris monachis in aliis abbatiis et prioratibus collocatis.

Dat. ut supra.

In eundem modum carissimo in Christo filio .. regi Francie illustri. —

Ut executoribus, cum fuerit requisitus, auxilium impendat.

Dat. ut supra.

In eundem modum dilectis filiis nobilibus viris ducibus, comitibus, aliisque baronibus regni Francie, in quorum districtibus prioratus ad monasterium Cluniacensem immediate spectantes consistunt. —

Ut auxilium impendant executoribus.

Dat. ut supra.

(Cf. POTTHAST, 24129, ubi prima tantum refertur.)

388 Anagni, 31 juillet 1295.

Nominatio episcopi Pergamensis. (fol. 89.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Pergamensi. Ad universalis ecclesie —. Dat. Anagnie, II kal. augusti, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Pergamensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Pergamensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Pergamensis.
In e. m. potestati, consilio et populo Pergamensibus.

(POTTHAST, 24154.)

1. *Ms.* quatitatis.

389 Anagni, 2 septembre 1295.

De abbate Saviniacensi confirmando. (fol. 89 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi. Exhibita nobis dilecti filii Stephani abbatis monasterii Saviniacensis, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis, petitio continebat quod olim bone memorie Amedeo Valentino episcopo de monasterio ipso, cujus tunc temporis erat abbas, in episcopum Valentinum assumpto, idem episcopus per XIII^{cim} menses, vel circa, administrationem ipsius monasterii exercuit. — Demum vero eodem episcopo sponte ac libere administrationem hujusmodi dimittente, conventus ipsius monasterii prefatum Stephanum, tunc ejusdem monasterii monachum, in abbatem — elegerunt, ac postmodum bone memorie Ademarus Lugdunensis archiepiscopus presentatam sibi electionem — confirmavit, sicque idem Stephanus monasterium ipsum per decem et octo annos, vel circa, retinuit et adhuc retinet pacifice et quiete. Verum quia hujusmodi commissio — per documenta legitima non apparet, —. Dat. Anagnie, IIII non. septembris, anno primo.

390 Anagni, 20 septembre 1295.

Nominatio electi Pisani. (fol. 89 v°.)

Dilecto filio Theoderico electo Pisano. Pastoralis officii —.

Preficitur in archiepiscopum Pisanum, dicta ecclesia morte R. quondam archiepiscopi, vacante.

Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno primo.

In eundem modum archipresbitero et capitulo ecclesie Pisane.

In e. m. clero civitatis et diocesis Pisane.

In e. m. potestati, capitaneo, ansianis et populo civitatis et diocesis Pisane.

In e. m. universis vassallis ecclesie Pisane.

In e. m. universis suffraganeis ecclesie Pisane.

391 Latran, 11 avril 1295.

Pro civibus Cameracensibus. (fol. 90.)

Venerabilibus fratribus .. Cameracensi et .. Morinensi episcopis ac dilecto filio .. preposito ecclesie Cameracensis. Petitio dilectorum filiorum .. prepositi, scabinorum et universitatis civium Cameracensis civitatis nobis exhibita continebat quod civitas ipsa ejusque scabini, rectores et cives tum occasione guerrarum illarum partium, tum propter alias necessitates eis pro tempore ingruentes, sunt adeo magnis et gravibus debitis diversis creditoribus obligati quod nonnulli ex habitatoribus civitatis ejusdem, ab intollerabili onere debitorum ipsorum se subducere mollientes, incolatum civitatis reliquerunt ipsius, que mole dictorum debitorum irreparabili ruine noscitur subjacere, nisi ei de opportuno remedio celeriter succurratur, illudque fore necessarium subsidium ad dictorum debitorum sarcinam submovendam iidem prepositus, scabini et universitas, post attentam et sollicitam exquisitionem super hoc ab eis habitam, reputarunt, videlicet quod certa exactio sive assisia rerum venalium in ipsa civitate persolvenda usque ad certum temporis spacium imponatur, et apud te, frater episcope Cameracensis, cui predicta civitas pleno jure in spiritualibus et temporalibus, ut dicitur, est subjecta, et dilectos filios .. decanum et capitulum ecclesie Cameracensis humilibus precibus institerunt, ut— assensum curaretis prestare. Nuper autem prefati prepositus — per speciales nuntios a nobis suppliciter petierunt ut eisdem — favorem apostolicum impartiri — dignaremur. —

Ut provideant dicte civitati circa assisiam hujusmodi, sicut de peritorum consilio videbunt expedire.

Dat. Laterani, III id. aprilis, anno primo.

392 Latran, 11 avril 1295.

Pro eisdem. (fol. 90 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Cameracensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum —.

Ut compellat ad solvendam exactionem que in civitate Cameracensi fuerit imposita quosdam cives qui non sine fraude tonsuram acceperant, ut exactioni hujusmodi subducerent se et bona sua, non solum propria, sed etiam jure hereditario sibi devoluta.

Dat. ut supra.

393 Latran, 11 avril 1295.

Pro eisdem. (fol. 90 v°.)

Eidem. Exposuerunt nobis —.

Ut provideat preposito, scabinis et universitati civium Cameracensium querentibus « quod nonnulli civium fraudulenter se faciunt in clericos tonsurari et tam conjugati quam non conjugati tonsuram deferunt clericalem, ut per hoc non solum ipsi set persone sibi consanguinitate conjuncte a debita contributione —, nec non ab aliis ad que justicie seculari tenentur, se ac bona sua valeant excusare. »

Dat. ut supra.

394 Latran, 11 avril 1295.

Pro eisdem. (fol. 90 v°.)

Eidem. Ex parte dilectorum —.

Ut non defendat nec tueatur clericos ejusdem civitatis sue qui « potius secularibus negotiationibus quam officiis divinis intendunt et, gaudere volentes privilegio clericali, nolunt statutis patrie, quibus quotiens expedit sicut laici se tuentur in negotiationum suarum questibus, subjacere, » si tertio moniti non resipuerint.

Dat. ut supra.

395 Anagni, 23 juillet 1295.

Licentia permutandi bona ecclesiastica. (fol. 90 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Albanensi et .. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Petitio dilectorum —.

Ut monasterio sancti Dionysii in Francia licentiam cujusdam permutationis bonorum faciende cum nobili viro Matheo de Montemorenciaco et ejus uxore, si viderint expedire, concedant, inspecta relatione abbatis sancte Genovefe et prioris sancti Germani de Pratis, quibus Nicolaus papa IV negotium hujusmodi examinandum jam commiserat.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

396 Anagni, 1er août 1295.

Licentia percipiendi decimas de novalibus. (fol. 91.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Premonstratensis ejusque coabbatibus et conventibus universis Premonstratensis ordinis. Devotionis vestra —. Dat. Anagnie, kal. augusti, anno primo.

(Potthast, 24156.)

397 Anagni, 19 septembre 1295.

Nominatio electi Parmensis. (fol. 91.)

Dilecto filio magistro Johanni de Castro Arquato, electo ecclesie Parmensis. Ad universalis ecclesie —.

Ex capellano G. episcopi Sabinensis preficitur in episcopum Parmensem, loco Opizonis ad Ravennatem ecclesiam translati.

Dat. Anagnie, xiii kal. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Parmensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Parmensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Parmensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Parmensis.

(Cf. Potthast, * 24187.)

398 Anagni, 1er octobre 1295.

Translatio Brundusini archiepiscopi ad Consanam ecclesiam. (fol. 91 v°.)

Venerabili fratri Adinulfo archiepiscopo Consano. Sponso celesti —. Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Consane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Consane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Consane.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Consane.

(Potthast, 24198.)

399 Anagni, 13 juillet 1295.

Nominatio electi Ispalensis. (fol. 92.)

Dilecto filio Sanctio Gundisalvi, electo Ispalensi. In supreme dignitatis —. Sane Ispalensi ecclesia per mortem bone memorie Garsie Ispalensis archiepiscopi pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum — dilectis filiis Jacobo cantori, Martino Petri, archidiacono Regino, Gundisalvo Dominici, priori, Stephano Petri et Didaco Didaci, canonicis ipsius ecclesie, providendi ea vice predicte ecclesie de pastore potestatem plenariam unanimiter concesserunt; iidem vero — in te, tunc abbatem secularis ecclesie Fussellensis, in ecclesia Pallentina, direxerunt concorditer vota sua. — Dat. Anagnie, iii id. julii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Ispalensis.

400 Anagni, 20 septembre 1295.
Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Anagnini. (fol. 92.)

Dilecto filio Petro de Turrice, electo Anagnino. Rationis oculis —. Nuper siquidem Anagnina ecclesia per obitum bone memorie Petri episcopi Anagnini pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum ejusdem ecclesie, qui non nisi post petitam et obtentam a nobis licentiam poterant procedere ad electionem futuri pontificis celebrandam, nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsi ecclesie de prelato juxta nostre voluntatis beneplacitum dignaremur. Nos igitur memores existentes quod predicta ecclesia, dum in minoribus ageremus, adhuc infra etatem adolescentie constituti, et canonicatum ac benefitium ibidem essemus adepti, nos fovit ut mater et sicut benefica honoravit, et quod inde ad aliarum ecclesiarum benefitia et etiam dignitates ecclesiasticas gradatim promoti fuimus ascendendo, — in te, tunc canonicum Paduanum, capel-

lanum nostrum, direximus oculos. — Dat. Anagnie, xii kal. octobris, anno primo.

In eundem modum clero civitatis et diocesis Anagnine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Anagnine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Anagnine.

In eundem modum fuit scriptum eidem tanquam episcopo. Rationis oculis, etc., usque in episcopum et pastorem, ac deinde per venerabilem fratrem nostrum G. Sabinensem episcopum munus fecimus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii non. januarii, anno primo.

(Cf. Potthast, * 24190, ubi prima tantum auctore Ughelli refertur, et episcopus Petrus de Turrite nominatur.)

401 Anagni, 2 octobre 1295.

Nominatio episcopi Marsicani. (fol. 92 v°.)

Venerabili fratri Jacobo dicto Busse, episcopo Marsicano. Rationis oculis —. Sane dudum ecclesia Marsicana per obitum bone memorie Jacobi Marsicani episcopi destituta pastore, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie dilectum filium Alexandrum de Pontibus, clericum in minoribus ordinibus constitutum, in Marsicanum episcopum postularunt, cujus postulationem presentatam nobis et fratribus nostris ex certis causis non duximus admittendam, ac demum — intuitum in te, fratrum Predicatorum ordinis professorem, duximus convertendum. — Dat. Anagnie, vi non. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Marsicane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Marsicane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Marsicane.

(Cf. Potthast, * 24200.)

402 Latran, 16 avril 1295.

Nominatio electi Placentini. (fol. 93.)

Dilecto filio Alberico electo Placentino. Summi dispositione —. Sane majori ecclesia Placentina per obitum bone memorie Phylippi episcopi Placentini vacante, et per capitulum ejusdem ecclesie vocatis omnibus —, major et sanior pars predicti capituli te, tunc canonicum ecclesie sancti Antonini Placentine, elegit canonice in Placentinum episcopum et pastorem, quibusdam de ipso capitulo dilectum filium Rogerium dictum Caziam, prepositum ejusdem ecclesie sancti Antonini, eligentibus ac preposito ipsius majoris ecclesie magistrum Gregorium dictum Biffam, clericum Placentinum, nominante. — Gregorio non curante et Rogerio renuntiante, preficitur ipse Albericus in Placentinum episcopum.

Dat. Laterani, xvi kal. maii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Placentine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Placentine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Placentine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Placentine.

(Cf. Potthast, * 24078.)

403 Anagni, 28 septembre 1295.

« Privilegium concessum communi Anagnino. » (fol. 83 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Anagninis. Dum sincere devotionis —. Dat. Anagnie, iiii kal. octobris, anno primo.

(Potthast, 24195, auctore Theiner, *Cod. dipl. dominii temp.* i 329, n° 499, ubi *Quum* loco *Dum* legitur.)

404 Anagni, 1er octobre 1295.

Committitur citatio Jordani de Insula ad curiam Romanam. (fol. 93 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholosano. Olim dum adhuc essemus in minori officio constituti, et postquam ad summi apostolatus apicem divina dignatione pervenimus, frequenti ad nos fide dignorum insinuatione pervenit quod quondam Jordanus de Insula et Faudita de Casabona, parentes Jordani de Insula, ipsum Jordanum adhuc infantem Deo, monasterio Grandis Silve, Cisterciensis ordinis, tue diocesis, super altare ipsius monasterii obtulerunt, ubi — tempore longo permansit; postmodum vero, prefato Jordano ad annos pubertatis et discretionis perveniente ac desiderante sub beati Augustini regula gratum impendere Deo famulatum, prepositus et capitulum Majoris regularis ecclesie Tholosane ipsum in canonicum ejusdem ecclesie receperunt, in qua — votum professionis emisit, predictum habitum in ipsa ecclesia ac Aurelianis, dum ibi scolasticis institit disciplinis, et alibi annis pluribus publice deferendo; cumque processu temporis quondam Bernardus frater ipsius Jordani de medio foret hujus vite subtractus, idem Jordanus, — terrenas opes celestibus preferendo, ut ad patrimonium posset deinde pervenire paternum, — dimisso penitus habitu religionis assumpte ad laicalia et militaria vota dampnabiliter se convertit et uxorem de facto suscipiens ex ea filios procreavit, nonnulla seva et enormia in seculo committendo, nec attendens quod propter defectum sibi natalium imminentem, quem ex adulterino complexu,

prout fide dignorum habet assertio, patiebatur et patitur procreatus, paterna hereditate reddebatur indignus, mortuo dicto Jordano patre suo, hereditatem ipsam totaliter occupavit, Bertrando fratre suo orphano — a participio ipsius excluso, qui cum alimenta etiam ab ipso Jordano non exhibeantur eidem, ea a propinquis et consanguineis cogitur mendicare; idem quoque Jordanus — de bonis mobilibus bone memorie Bertrandi episcopi Tholosani, patrui sui, que ad eum tanquam executorem testamenti ipsius episcopi constitutum pervenisse noscuntur, usque ad valorem quinquaginta milium librarum turonensium propriis usibus applicans, et in nonnulla alia bona mobilia ad episcopatum Tholosanum spectantia sacrilegas manus extendens, ea sibi injuriose ac dampnabiliter usurpavit, et preter hoc etiam alia quam plurima crimina, quorum correctio ad ecclesiasticum forum manifeste pertinere dignoscitur, — asseritur commisisse. — Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

405 Anagni, 6 août 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 94.)

Dilecto filio Guidoni de Brecis, domicello, et dilecte in Christo filie Johanne de Perigniaco, uxori ejus, Trecensis diocesis. Intenta salutis —.

Ut possint in contracto matrimonio remanere, quamvis se quarta invicem linea consanguinitatis contingant.

Dat. Anagnie, VIII id. augusti, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 150.)

406 Anagni, 13 septembre 1295.

Nominatio episcopi Vicentini. (fol. 94.)

Venerabili fratri Andree episcopo Vicentino. Ecclesiarum omnium —. Sane Vicentina ecclesia per obitum bone memorie Petri episcopi Vicentini pastoris solatio destituta, nos ad ipsius ecclesie statum tranquillum — intendentes, — te olim Florentinum episcopum a vinculo quo Florentine tenebaris ecclesie absolvimus, teque ad prefatam Vicentinam ecclesiam transferentes — preficimus in episcopum — ipsius Vicentine ecclesie. — Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Vicentine.

In e. m. clero civitatis et diocesis Vicentine.

In e. m. potestati, consilio et populo civitatis et diocesis Vicentine.

In e. m. universis vassallis ecclesie Vicentine.

407 Anagni, 2 octobre 1295.

Licentia eligendi episcopum Absarensem. (fol. 94 v°.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Jadrensi. Debitum officii nostri —. Dat. Anagnie, VI non. octobris, anno primo.

(Potthast, 24199.)

408 Anagni, 4 octobre 1295

Concessio prioratus de Culta episcopo Grassensi. (fol. 94 v°.)

Venerabili fratri Lantelmo episcopo Grassensi. Intellecto nuper —.

Confirmatur concessio ei facta, virtute litterarum apostolicarum, a M. Portuensi episcopo et J. sancte Marie in Via Lata diacono cardinalibus, ut prioratum de Culta, ordinis sancti Benedicti, Ebredunensis diocesis, spectantem ad monasterium sancti Michaelis de Clusa, Taurinensis diocesis, quoad vixerit una cum episcopatu Grassensi possit retinere.

Dat. Anagnie, IIII non. octobris, anno primo.

In eundem modum venerabili fratri .. archiepiscopo Ebredunensi et dilectis filiis .. sacriste ecclesie Grassensis et Berengario Regis, canonico Narbonensi, capellano nostro. — Dat. ut supra.

409 Anagni, 1er octobre 1295.

Committitur administratio monasterii Sancti Andree de Anianis. (fol. 95.)

Venerabili fratri Alirono episcopo Torcellano. Inter cetera —.

Committitur ei cura et administratio monasterii sancti Andree de Anianis, sue diocesis, in temporalibus et spiritualibus negligentia prioris et monachorum adeo collapsi, ut septem persone tantummodo ibi ad presens commorentur, in quo dudum triginta et plures etiam tam monachi quam alie persone residebant.

Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

In eundem modum priori et conventui dicti monasterii.

In eundem modum Castellano et Tervisino episcopis ac Bamberto canonico Lingonensi, capellano pape, qui constituuntur executores.

410 Anagni, 4 octobre 1295.

« Applicatur monasterium Sancti Angeli episcopatui et ecclesie Tudertine. » (fol. 95 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tudertino. Cum nos ecclesiam — Dat. Anagnie, IIII non. octobris, anno primo.

411 Anagni, 23 juillet 1295.

« Erigitur villa Appamiarum in episcopatu. » (fol. 95 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex —. Dat. Anagni, x kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24148.)

412 Anagni, 16 et 15 septembre 1295.

« Ordinatio et distinctio dicte ville. » (fol. 96.)

Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex etc. usque dinoscuntur. — Dat. Anagni, xv kal. octobris, anno primo.

In eundem modum venerabili fratri .. archiepiscopo Narbonensi et dilectis filiis .. archidiacono Fenolleti, et Jordano Ferroli, canonico ecclesie sancti Pauli Narbonensis etc. Romanus pontifex etc. usque obtineri ut in precedenti. Cum autem venerabilem fratrem nostrum Bernardum Appamiarum episcopum, olim abbatem monasterii sancti Antonini loci ejusdem, — prefecerimus eidem Appamiarum ecclesie in episcopum et pastorem sibique fecerimus per venerabilem fratrem nostrum J. Tusculanum episcopum munus consecrationis impendi, —.

Ut novum episcopum in corporalem possessionem inducant et proventus ecclesie sue ei faciant ministrari.

Dat. Anagnie, XVI kal. octobris, anno primo.

(POTTHAST, 24185, ubi prior tantum refertur.)

412 *bis* Anagni, 23 juillet 1295.

Nominatio episcopi Appamiarum. (fol. 96 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Appamiarum. Celesti dispositione —.

Preficitur ecclesie Appamiarum, nuper episcopali dignitate decorate, in episcopum, ex abbate monasterii sancti Antonini ejusdem urbis, impenso ei consecrationis munere a J. Tusculano episcopo.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Appamiarum.
In e. m. clero civitatis et diocesis Appamiarum.
In e. m. populo civitatis et diocesis Appamiarum.
In e. m. universis vassallis ecclesie Appamiarum.
In e. m. Philippo regi Francie illustri.

412 *ter* Anagni, 23 juillet 1295.

Licentia creandi tres tabellionarios. (fol. 97.)

Venerabili fratri .. episcopo Appamiarum. Ex parte tua — Dat. ut supra.

412 *quater* Anagni, 23 juillet 1295.

Indulgentia pro ecclesia Appamiarum. (fol. 97.)

Universis presentes litteras inspecturis. Sanctorum honoranda —.

Indulgentia concessa nove ecclesie cathedrali civitatis Appamiarum, in honorem beati Martini dedicate et in qua corpus beati Antonini martiris, ut dicitur, requiescit, unius anni et quadraginta dierum in festivitatibus beatorum Martini et Antonini, et per octo dies festivitates ipsas sequentes immediate, ac etiam in anniversario die dedicationis.

Dat. Anagnie, ut supra.

413 Anagni, 5 octobre 1295.

Nominatio prepositi S. Martini de Costa. (fol. 97.)

Dilecto filio Petro Alamanni, preposito monasterii sancti Martini de Costa Gerundensis, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini. Debitum officii —.

E canonico regularis ecclesie sancte Eulalie de Campo Barchinonensis, preficitur in prepositum sancti Martini, loco Arnaldi quondam prepositi.

Dat. Anagnie, III non. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo seu conventui monasterii prefati.

414 (CCCCXIII *sic*) Anagni, 1er octobre 1295.

« Dispensatio matrimonii. » (fol. 97 v°.)

Dilectis filiis .. priori Predicatorum et .. guardiano Minorum fratrum ordinum [?]. Lecta coram nobis —.

Quod cum Tondellino comite de Galgalanda et Sofia uxore ejus, civibus Pisanis, super matrimonio illicite contracto dispensent.

Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

(POTTHAST, 24197.)

415 Anagni, 2 octobre 1295.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (fol. 97 v°.)

Dilecto filio Gualtero de Langenton., diacono, capellano nostro, carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris clerico, canonico Eboracensi. Exposita nobis —.

Ut possit omnia beneficia que ad presens obtinet, quorum pro parte jam a Nicolao IV dispensationem impetraverat, licite per biennium retinere, videlicet « de Athelingeflet, de Bedale, de Maminecestre, et de Hemigburg ecclesias, quibus cura imminet, Eboracensis et Lichefeldensis diocesium, ac canonicatus et prebendas in Londoniensi, Saresbiriensi, Lichefeldensi, Wellensi, Dublinensi, Cicestrensi ecclesiis, necnon et in Hovedene, Ankelamd et Langecestre collegiatis, earundem Eboracensis et Dunelmensis diocesium, custodiam quoque hospitalis sancti Leonardi Eboracensis. »

Dat. Anagnie, vi non. octobris, anno primo.

416 Anagni, 2 octobre 1295.

Dispensatio residentie. (fol. 98.)

Dilecto filio magistro Thome de Suwrchia (*sic*), *diacono, rectori parochialis ecclesie de Steyngreve, Eboracensis diocesis.* Ut eo liberius —.

Conceditur ei obtentu regis Anglie, cujus obsequiis insistit, ut per triennium possit percipere fructus dicte sue ecclesie in absentia, et ut per idem spacium ad susceptionem presbiteralis ordinis non teneatur.

Dat. Anagnie, vi non. octobris, anno primo.

417 Anagni, 20 septembre 1295.
Latran, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Astensis. (fol. 98.)

Dilecto filio G. electo Astensi. De universis orbis —. Dudum siquidem Astensi ecclesia per obitum bone memorie O. Astensis episcopi solatio destituta pastoris, capitulum ipsius ecclesie — dilectum filium Franciscum de Cochonato, eorum canonicum, in minoribus ordinibus constitutum, per viam compromissi in Astensem episcopum postularunt, qui licet hujusmodi postulationi de se facte consentiens ad sedem apostolicam accessisset, — illam tamen postmodum, a sede eadem se absentans, prosequi non curavit. Nos autem — a[d] te, tunc canonicum Laudunensem, mentis oculum dirigentes, —. Dat. Anagnie, xii kal. octobris, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Astensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Astensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Astensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Astensis.

(*En marge.*) In eundem modum scribitur ei tanquam episcopo. De universis etc. usque committendo; tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum G. Sabinensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi. Dat. Rome apud sanctum Petrum, iiii non. januarii, anno primo.

418 Anagni, 3 octobre 1295.

Dispensatio retinendi beneficia. (fol. 98 v°.)

Dilecto filio Thome de Paliano, thesaurario ecclesie sancti Petri in Foro Laudunensis. Olim dum nos in minori constituti officio essemus tituli sancti Martini presbiter cardinalis, pacis Emulus in te et quondam Raynaldo de Clarignano, canonico Suanensi, tunc camerario nostro, furoris spiritum adeo inflammavit, quod ad ignominiosa verba invicem devenistis, dictusque camerarius adeo prorupit in iram quod contra te manum gladio evaginato direxit; tu vero gravem propter hoc te reputans ab eodem camerario injuriam recepisse, animo injuriam hujusmodi ulciscendi, quodam gracili arrepto baculo, nullo tamen associato tecum, ad ipsius camerarii cameram accessisti et eundem camerarium sedentem juxta lectum suum verbis injuriosis aggrediens, non ut ipsum graviter lederes, set ut de hujusmodi injuria illata tibi per ipsum redderes penitentem, cum dicto baculo absque lesione eum in brachio percussisti; cumque tunc ipse camerarius, accepto ejus gladio a capite sui lecti, insiliens super bancam, cum una manu te caperet et cum alia gladium evaginatum brachio extenso teneret illumque duceret, innuens te velle percutere cum eodem, tu volens imminens tibi vitare periculum accepto ipsius camerarii brachio de manu ejus gladium abstulisti predictum et eundem camerarium projecisti violenter in lectum; operante autem spiritu Sathane — quidam tuus famulus tunc ex casu superveniens, nequaquam a te vocatus, intrans dicti camerarii cameram, credulitate sumpta te fore a camerario prefato percussum, cum adhuc tu et prefatus camerarius verberibus colluptaremini ad invicem, eundem camerarium cum gladio, te ignorante, retro in corpore motu proprio letaliter vulneravit, qui ex hujusmodi vulnere, ut creditur, in paucos dies postmodum expiravit. — Post hujusmodi autem vulnerationem et obitum dicti camerarii, archidiaconatum Atrebatensis ecclesie et canonicatus et prebendas in Eboracensi et Lugdunensi ecclesiis es adeptus. Cum igitur ab excommunicationis sententia quam propter hoc incurreras rite absolutus esse noscaris, —.

Ut possit servare omnia beneficia sua et ad omnes dignitates ecclesiasticas, etiam episcopalem et archiepiscopalem, assumi.

Dat. Anagnie, v non. octobris, anno primo.

418 *bis* Latran, 27 avril 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 98 v°.)

Dilecto filio Johanni dicto Fot, presbitero, canonico ecclesie Roskildensis [1]. Laudabilis conversationis —.

Quod possit, non obstante defectu quem in natalibus patitur cum sit de presbitero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ecclesiam in Helsingor canonicatumque Roskildensem una cum fructibus ex eis perceptis libere retinere.

Dat. Laterani, v kal. maii, anno primo.

(Potthast, 24084.)

419 Anagni, 2 septembre 1295.

De compositione inter episcopum Constanciensem et archidiaconum Constantini facienda. (fol. 99.)

Venerabili fratri .. episcopo Abrincensi et dilecto filio .. cantori ecclesie Parisiensis. Sua nobis venerabilis frater noster R. Constanciensis episcopus et dilectus filius archidiaconus de Constantino in ecclesia Constanciensi petitione monstrarunt quod inter ipsos episcopum et archidiaconum ac eorum predecessores jam dudum super contingentibus jurisdictionem ecclesiasticam archidiaconatus de Constantino, quam in archidiaconatu suo iidem archidiaconus et predecessores sui ad se, tam in matrimonialibus quam in aliis causis civilibus, infra limites dicti archidiaconatus de antiqua et approbata consuetudine et hactenus pacifice observata, dicti vero episcopus et ejus predecessores in certis casibus ad se et episcopalem sedem Constanciensem tantum spectare asserebant, est questio ventillata. —

Quod concedant predictis episcopo et archidiacono licentiam amicabilis compositionis faciende, et compositionem factam auctoritate apostolica confirment.

Dat. Anagnie, iii non. septembris, anno primo.

420 Anagni, 2 septembre 1295.

« Quod non possit per litteras apostolicas excommunicari sine speciali mandato. » (fol. 99.)

Venerabili fratri R. episcopo Constantiensi. Paci et tranquillitati —. Dat. ut supra.

421 Anagni, 2 septembre 1295.

« Quod possit in locis interdictis divina facere celebrari. » (fol. 99.)

Eidem. Sicut petitio tua —. Dat. ut supra.

1. *Ms.* Rossulden.

422 Anagni, 2 septembre 1295.

« Quod possit facere cantari missam antequam illucescat. » (fol. 99.)

Eidem. Cum sicut nobis —. Dat. ut supra.

423 Anagni, 2 septembre 1295.

« Quod possit percipere decimas de manibus laycorum. » (fol. 99.)

Eidem. Digne petitiones tuas —. Dat. ut supra.

424 Anagni, 2 septembre 1295.

« Quod possit dispensare cum duodecim clericis excommunicatis et irregularibus. » (fol. 99 v°.)

Eidem. Ex parte tua —. Dat. ut supra.

425 Anagni, 2 octobre 1295.

Nominatio archiepiscopi Beneventani. (fol. 99 v°.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Beneventano. Onerosa pastoralis officii —. Dudum siquidem Beneventana ecclesia per liberam resignationem seu cessionem bone memorie Johannis tituli sancti Vitalis presbiteri cardinalis, tunc archiepiscopi Beneventani, in manibus dilecti filii Petri de Murrone, tunc Celestini pape quinti, — factam et ab ipso admissam vacante, tandem dictus antecessor ecclesiam ipsam cardinali commendavit eidem ; postmodum autem predicto cardinali rebus humanis exempto, sicque predicta ecclesia pastoris regimine destituta, nos — in te, tunc Clonfortensis ecclesie regimini presidentem, — direximus oculos —. Dat. Anagnie, vi non. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Beneventane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Beneventane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Beneventane.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Beneventane.

426 Anagni, 7 octobre 1295.

Nominatio electi Patracensis. (fol. 100.)

Dilecto filio Johanni electo Patracensi. Militanti ecclesie —. Dudum siquidem Patracensi ecclesia per obitum bone memorie Benedicti archiepiscopi Patracensis pastoris solatio destituta, dilecti filii thesaurarii et capitulum — te, tunc ecclesie predicte decanum, quasi per inspirationem canonice ac concorditer in Patracensem ar-

chiepiscopum elegerunt, et licet tu infra tempus a jure statutum ad instantiam eorundem thesaurarii et capituli electioni hujusmodi tuum prestitisses assensum, postmodum tamen, grave onus — considerans, — omni juri sponte ac libere in manibus nostris cessisti — nosque hujusmodi tuam recepimus cessionem, ac deinde, — post vigilem curam quam ad preficiendum eidem ecclesie approbatam ydoneamque personam apposuimus diligenter, in te — noster animus requievit —. Dat. Anagnie, non. octobris, anno primo.

In eundem modum thesaurario et capitulo ecclesie Patracensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Patracensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Patracensis.

427 Anagni, 13 août 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 100.)

Venerabili fratri .. episcopo Castellano. Accedens ad presentiam —.

Quod dispenset cum Petro Quirini, clerico sue diocesis, de soluto et soluta genito, ut non obstante hujusmodi defectu et quod nondum attigit quartum decimum annum, possit ad omnes ordines promoveri et beneficium obtinere.

Dat. Anagnie, id. augusti, anno primo.

428 Anagni, 13 août 1295.

Licentia construendi et dotandi oratorium. (fol. 100 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Clugiensi. Exposuit nobis venerabilis frater B. episcopus Castellanus quod progenitores sui ab antiquo in villa Paporie, Adriensis diocesis, in fundo proprio, in honore beati Bartholomei apostoli, quoddam oratorium structura lignea construxerunt de bonis propriis et dotarunt. Cum autem idem episcocopus — cupiat, sicut asserit, in eodem loco ecclesiam de lapidibus construere, ac ei — sufficientes redditus assignare, —. Dat. ut supra.

429 Anagni, 8 août 1295.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 100 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Castellano. Ut eo gratior —.

Ut possit auctoritate apostolica in singulis ecclesiis Venetiarum, sue diocesis, singula beneficia singulis personis idoneis, si vacant ad presens vel quam cito ea vacare contigerit, conferre.

Dat. Anagnie, VI id. augusti, anno primo.

430 Anagni, 13 août 1295.

Indulgentia. (fol. 100 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Cum ad promerenda —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa ecclesie Castellane in singulis festivitatibus beati Petri apostoli, in cujus honore dicitur esse constructa, et per octo dies festivitates ipsas sequentes nec non in anniversario die dedicationis ecclesie predicte.

Dat. Anagnie, id. augusti, anno primo.

431 Anagni, 13 août 1295.

Indulgentia. (fol. 100 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Cum ad promerenda —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa ecclesie monasterii sancte Marie Virginis de Celestibus, Castellane diocesis, in singulis ipsius beate Marie et sancti Bernardi ac sanctarum undecim millium Virginum festivitatibus et per octo dies immediate sequentes.

Dat. ut supra.

432 Anagni, 13 août 1295.

Indulgentia. (fol. 100 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Cum ad promerenda etc —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa ecclesie hospitalis sancti Bartholomei de Venetiis, Castellane diocesis, in singulis festivitatibus ipsius beati Bartholomei et per octo dies immediate sequentes.

Dat. ut supra.

433 Anagni, 2 octobre 1295.

Nominatio episcopi Lingonensis. (fol. 100 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Lingonensi. Ad regimen universalis —.

Preficitur in episcopum Lingonensem post munus consecrationis sibi a summo pontifice propriis manibus impensum.

Dat. Anagnie, VI non. octobris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 152 ; *Cf. supra*, n° 318.)

434 Anagni, 13 août 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 101.)

Venerabili fratri Aymoni episcopo Wercellensi. Quia presentis vite etc. — Dat. Anagnie, id. augusti, anno primo.

435 Anagni, 26 septembre 1295.

Citatio prioris de sancto Antonino. (fol. 101.)

Dilectis filiis .. decano de Varenh et .. archipresbitero de Podioselso ecclesiarum, Ruthenensis et Albiensis diocesium. Exponente nobis —.

Quod citent peremptorie ad curiam Romanam priorem et conventum monasterii de sancto Antonino, Ruthenensis diocesis, ordinis sancti Augustini, in causa inter eos et episcopum Albiensem pendente de ecclesia sancte Sabine de Thorundol., Albiensis diocesis.

Dat. Anagnie, VI kal. octobris, anno primo.

436 Anagni, 6 octobre 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 101 v°.)

Dilecto filio Johanni abbati monasterii Burgi Dolensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Bituricensis diocesis. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus —.

Quod possit mutuum contrahere usque ad summam mille ducentarum librarum turonensium parvorum.

Dat. Anagnie, II non. octobris, anno primo.

437 Anagni, 1er octobre 1295.

Donatio in civitate Reatina. (fol. 101 v°.)

Dilectis filiis Jacobo clerico et nobilibus viris Rogerio et Andree de Alabro, fratribus, civibus Reatinis. Digne agimus —.

Conceditur eis in donum quoddam casalinum quondam Francisci de Reate, laici, in civitate Reatina ecclesie Romane pertinens, juxta domos quas obtinent in eadem civitate.

Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

438 Anagni, 13 septembre 1295.

Nominatio episcopi Florentini. (fol. 101 v°.)

Venerabili fratri Francisco episcopo Florentino. Romanus pontifex —. Nuper siquidem Florentina ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Andree Vicentini, olim Florentini episcopi, — pastoris regime destituta, Nos — in te, tunc ecclesie Urbevetane regimini presidentem, — direximus aciem mentis nostre —. Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Florentine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Florentine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Florentine.

439 Anagni, 7 juillet 1295.

De prebendis et vicariis in ecclesia parochiali sancte Marie Ardemburgensi constituendis. (fol. 102.)

Venerabili fratri .. episcopo Tornacensi et dilecto filio .. abbati monasterii sancti Bavonis Gandensis, ordinis sancti Benedicti, Tornacensis diocesis. Cum ex suscepto —. Dat. Anagnie, non. julii, anno primo.

(Potthast, 24124.)

439 *bis.* Anagni, 11 août 1295.

Committitur examinatio electionis priorisse monasterii de Sixena, ord. s. Aug., Ilerdensis diocesis. (fol. 102.)

Venerabili fratri .. episcopo Dertusensi et dilecto filio Pascasio de Valle Leporaria, custodi fratrum Minorum Cesaragustano. Ad audientiam nostram—. Dat. Anagnie, III id. augusti, anno primo.

(Potthast, 24164.)

440 Anagni, 31 août 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 102 v°.)

Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Upsallensi. Ex parte tua —.

Ut possit contrahere mutuum usque ad summam mille librarum turonensium parvorum.

Dat. Anagnie, II kal. septembris, anno primo.

441 Anagni, 17 juillet 1295.

Licentia construendi capellam. (fol. 102 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi. Petitio dilecti filii —.

Quod Rainerio Flamengo, civi Parisiensi, licentiam largiatur construendi capellam in illo loco ubi quidam Judei inventam

eucharistiam cultello pungentes in ferventis aque caldariam igni superpositam immiserunt.

Dat. Anagnie, XVI kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24139; LAPORTE DU THEIL, fol. 151.)

442 Anagni, 29 août 1295.

Concessio cujusdam ecclesie capitulo Cantuariensi. (fol. 103.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo ecclesie Cantuariensis, ordinis sancti Benedicti. Gesta mirifica gloriosi martiris Thome —. Exposita siquidem nobis vestra petitio continebat quod ecclesia ipsa dampna gravia plerumque substinuit pro eo quod —, et quod in bona ejusdem ecclesie in maritimis [1] partibus constituta fluctus maris insiliunt illa pene penitus dissipantes, — et quendam equoris portum noscimini perdidisse de quo centum libras sterlingorum percipiebatis. —

Conceditur eis ecclesia de Hasse, Norwicensis diocesis, cujus redditus quindecim marchas sterlingorum dicitur non excedere, reservata perpetuo vicario annua pensione quinque marcharum pro suis et dicte ecclesie oneribus supportandis.

Dat. Anagnie, IIII kal. septembris, anno primo.

443 Anagni, 29 août 1295.

Alia concessio eisdem. (fol. 103.)

In eundem modum eisdem priori et capitulo. Gesta mirifica etc.

Conceditur eis ecclesia de Westcline, Cantuariensis diocesis, redditus viginti quinque marcharum, reservatis quinque marchis perpetuo vicario.

Dat. ut supra.

444 Anagni, 29 août 1295.

Confirmatur bulla Alexandri III. (fol. 103.)

Eisdem. Littera felicis recordationis Alexandri pape III, predecessoris nostri, ex parte vestra nobis presentata extitit sub hac forma :

« Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis
» filiis A. priori et capitulo Cantuariensis ecclesie, salu-
» tem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis —.

» Ut sint a solutione decimarum de bonis suis in perpetuum
» liberi.

» Dat. Tusculani, X kal. januarii. »

Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi — decernimus ecclesie vestre perpetuis temporibus profuturam. — Dat. Anagnie, IIII kal. septembris, anno primo.

445 Anagni, 7 septembre 1295.

Indulgentia. (fol. 103.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa ecclesie monasterii sororum minorum inclusarum de Gratia beate Marie virginis, ordinis sancte Clare, Londoniensis diocesis, in singulis beate Marie, sanctorum Francisci et Antonini confessorum ac sancte Clare virginis festivitatibus.

Dat. Anagnie, VII id. septembris, anno primo.

446 Anagni, 7 septembre 1295.

Indulgentia. (fol. 103 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum —.

Indulgentia concessa ecclesie monasterii sororum minorum inclusarum Pietatis beate Marie virginis de Waterbeche, ordinis sancte Clare, Eliensis diocesis, sicut in precedenti.

Dat. ut supra.

447 Vatican, 21 octobre 1295.

Nominatio episcopi Sagiensis. (fol. 103 v°.)

Venerabili fratri Phylippo episcopo Sagiensi. In supprime dignitatis —. Sane Sagiensi ecclesia, ordinis sancti Augustini, per mortem bone memorie Johannis episcopi Sagiensis pastoris regimine destituta, dilecti filii capitulum — dilecto filio magistro Roberto archidiacono Sagiensi providendi ea vice predicte ecclesie de pastore de persona ydonea de gremio ipsius ecclesie assumenda potestatem plenam et liberam unanimiter concesserunt, — idemque archidiaconus — in te, tunc priorem ecclesie memorate, direxit oculos mentis sue teque ex hujusmodi potestate sibi ab eodem capitulo tradita elegit canonice in episcopum Sagiensem. — Verum Johannes de Bellomonte, ejusdem ecclesie canonicus, electioni hujusmodi se opponens, ex quibusdam causis confictis quas adversus te ac eandem electionem expressit, ad sedem apostolicam appellavit tibique appellationem hujusmodi notifi-

1. *Ms.* maritime.

care curavit, obiciens contra te, inter cetera in appellatione ipsa contenta, evidentem, manifestum et notorium detectum scientie litterarum que est in episcopo requirenda. — Nos predictum negotium venerabili fratri nostro H. Hostiensi episcopo commisimus audiendum; facta itaque nobis super hiis per dictum episcopum relatione fideli nosque pluries allegationibus utriusque partis auditis de fratrum nostrorum consilio personam tuam juxta constitutionem predictam subicientes examini, eam in ipsorum fratrum nostrorum presentia examinavimus diligenter et per hujusmodi examinationem falsitatem objectus deprehendimus, — et demum, quia invenimus eandem electionem ex forma canonicam et de persona ydonea canonice celebratam fuisse, ipsam de predictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus, preficientes te predicte Sagiensi ecclesie in episcopum et pastorem, tibique subsequenter consecrationis munus propriis manibus duximus impendendum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xii kal. novembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Sagiensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Sagiensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Sagiensis.
In e. m. archiepiscopo Rothomagensi.
In e. m. regi Francie illustri.

(Laporte du Theil, fol. 160.)

447 bis. Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 104.)

Venerabili fratri Bouchardo episcopo Metensi. Cum, sicut in nostra presentia constitutus —.

Quod possit mutuum contrahere usque ad summam mille et sexcentorum florenorum auri.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

448 Anagni, 29 août 1295.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (fol. 104 v°.)

Dilecto filio Petro de Sabaudia, consanguineo carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris, cantori ecclesie Lincolniensis. Apostolice sedis benignitas —. Quod preter cantoriam, quam in Lincolniensi, et decanatum, quem in sancti Martini magni Londoniensi, curam animarum habentes, ac prebendas et canonicatus, quos in eadem Lincolniensi et Eboracensi, Saresbiriensi et Erefordiensi ecclesiis ex dispensatione apostolica obtines, possis alia beneficia ecclesiastica, — dummodo nimia beneficiorum pluralitas non existat, usque ad summam valoris annui mille marcharum sterlingorum, recipere — indulgemus. — Dat. Anagnie, iiii kal. septembris, anno primo.

449 Anagni, 5 septembre 1295.

Licentia alienandi. (fol. 104 v°.)

Dilectis filiis .. priori et conventui monasterii sancte Balbine de Urbe, ordinis sancti Guillelmi. Presentata nobis vestra petitio continebat quod Stephanus dictus Surdus, canonicus basilice duodecim apostolorum de Urbe, — casale de Radiciola cum pertinentiis suis — vobis legavit, — hujusmodi conditione adjecta, videlicet quod si fratres et nepotes suos vos super casali et aliis bonis predictis molestare contingerit vel vexare et vos pretextu molestationis vel vexationis hujusmodi vel alio quovis modo aliquid exhiberetis eisdem, casale ac bona ipsa primo ad sancti Spiritus, et si commendator ejusdem hospitalis eisdem similiter aliquid exhiberent, ad sancti Mathei de Merulana hospitalia devolverentur de Urbe.—

Ut non obstante ea conditione possint aliquid dictis fratribus et nepotibus exhibere pro pace sibi querenda.

Dat. Anagnie, non. septembris, anno primo.

450 Anagni, 13 septembre 1295.

Concessio indulgentie transfretantium. (fol. 104 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie comitisse de sancto Paulo. Considerantes attentius —. Intendis, ut asseris, in Terre sancte subsidium, tempore generalis passagii, unum sufficientem mittere bellatorem vel trecentas libras turonensium, cum de beneplacito nostro processerit, exhibere in subsidium supradictum. — Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

451 Anagni, 13 septembre 1295.

Licentia celebrandi in capella. (fol. 104 v°.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus domus Dei de Monticiis, Carnotensis diocesis. Devotionis vestre —. Sane dilectus filius nobilis vir Hugo de Castellione, comes Blesensis, nuper nobis insinuare curavit quod quondam Alidis comitissa Blesensis, dum adhuc viveret, domum Dei in qua estis divinis obsequiis mancipati, pro paupe-

ribus et infirmis recipiendis in ea, et quandam cappellam inibi consistentem de bonis propriis fundare et hediffi-care curavit, episcopi diocesani loci ad hec accedente consensu, qui postmodum in honorem Dei et beati Johannis Baptiste cappellam dedicavit eandem et loci predicti cimiterium benedixit. —

Quod possint in capella predicta audire divina, omnibus habitantibus domum sacramenta ministrare et corpora eorum in cimiterio sepelire.

Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 166.)

452 Anagni, 21 septembre 1295.

Concessio indulgentie transfretantium. (fol. 105.)

Dilecto filio nobili viro Jacobo de Castellione, germano dilecti filii nobilis viri H. comitis Blesensis. Sincera devotio —. Oblata siquidem nobis tua petitio continebat quod tu ab olim zelo fidei et devotionis accensus, vivifice crucis assumpto signaculo, intendis tempore generalis passagii in Terre Sancte subsidium personaliter transfretare; quare nobis humiliter supplicasti ut, si morte preventus vel legitime impeditus, —. Nos itaque — tibi, si premortuus ejusdem passagii tempore transfretare nequieris et mille libras turonensium in augmentum subsidii predicti persolvas apostolice sedis arbitrio disponendas, vel si legitimo impedimento detentus, id non poteris efficaciter exequi et duo milia librarum ejusdem monete modo simili duxeris persolvendas, predictam peccatorum veniam — concedimus. — Dat. Anagnie, xi kal. octobris, anno primo.

453 Anagni, 21 septembre 1295.

Eadem concessio. (fol. 105.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri B. comitisse Blesensi. Considerantes attentius —.

Conceditur ei indulgentia transfretantium, cum unum bellatorem vel trecentas libras turonensium intendat tempore generalis passagii in Terre Sancte subsidium destinare.

Dat. ut supra.

454 Anagni, 13 septembre 1295.

Eadem concessio. (fol. 105.)

Dilecto filio nobili viro Hugoni de Castellione, comiti Blesensi. Sincera devotio —, etc., usque in finem ut supra in illa que dirigitur comiti[s] Blesensis [germano]. Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

455 Anagni, 13 septembre 1295.

Eadem concessio. (fol. 105.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni de Castellione, comiti de sancto Paulo. Sincera devotio —, etc., usque in finem ut supra in illa que dirigitur comiti[s] Blesensis [germano]. Dat. ut in proxima.

456 Anagni, 25 septembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 105.)

Dilecto filio nobili viri Gigoni Alamanni, domino de Valle-Bonisii, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Alienore nate quondam Guillelmi domini Hannoniaci. Etsi conjunctio —.

Quod possint matrimonium contrahere ad sedandas inimicitias, etsi « quondam Sibilla, olim tua, fili Gigo, uxor, tibi, filia Halionora, quarto consanguinitatis gradu conjuncta extitit dum vivebat. »

Dat. Anagnie, vii kal. octobris, anno primo.

457 Anagni, 31 août 1295.

Exemptio monasterii. (fol. 105 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii de Gratia beate Marie Virginis, ordinis sancte Clare, Londoniensis diocesis. Romana ecclesia —. Dat. Anagnie, ii kal. septembris, anno primo.

(Potthast, 24176.)

458 Anagni, 31 août 1295.

Exemptio monasterii. (fol. 105 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii Pietatis beate Marie Virginis de Waterbeche, ordinis sancte Clare, Eliensis diocesis. Romana ecclesia, etc., ut in alia per totum.

(Potthast, 24177.)

459 Anagni, 13 septembre 1295.

Licentia fundandi capellam. (fol. 105 v°.)

Dilecto filio nobili viro Gualterio de Austrechia et dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne uxori ejus. Gerentes ad personas —.

Quod possint fundare et dotare capellam in aliquo manceriorum suorum, cujuscumque sit diocesis, jure patronatus sibi et heredibus suis in perpetuum remanente.

Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

460 Anagni, 13 septembre 1295.

Licentia fundandi tres capellas. (fol. 105 v°.)

Dilecto filio nobili viro H. de Castellione, comiti Blesensi. Gerentes, etc., — ut in proxima usque in finem. Dat. ut supra.

461 Anagni, 2 octobre 1295.

Nominatio episcopi Terdonensis. (fol. 105 v°.)

[*Venerabili fratri .. episcopo Terdonensi* [1].] Onerosa pastoralis officii —. Dudum siquidem Terdonensi ecclesia per obitum bone memorie M. episcopi Terdonensis vacante, due fuerunt electiones in ea, una videlicet de te, tunc abbate monasterii sancti Stephani Terdonensis, ordinis sancti Benedicti, et alia de quondam Conrado de Beccaria, preposito ecclesie Parmensis, in discordia celebrate. Hujusmodi autem electionum negotio ab audientia bone memorie O. Mediolanensis archiepiscopi, loci metropolitani, de negotio ipso auctoritate ordinaria cognoscentis, ad pie memorie B. Portuensem episcopum, tunc in partibus illis apostolice sedis legatum, per appellationem tuam legitime devoluto, idem episcopus, postquam aliquandiu processum fuerat coram eo, ad sedem rediit memoratam, quem postmodum felicis recordationis Honorius papa IIII^{tus}, predecessor noster, concessit in ipso negotio partibus auditorem; episcopo nempe — et preposito prefatis viam universe carnis ingressis, felicis recordationis Nicolaus papa IIII^{tus}, predecessor noster, nos tunc in minori officio constitutum concessit in causa hujusmodi auditorem, et postmodum super quibusdam criminibus ab eodem preposito, dum viveret, tibi objectis per venerabiles fratres nostros primo .. Albensem et demum, eo examinationi hujusmodi nequeunte interesse, Saonensem episcopos, ac magistrum Jacobum Rubeum, tunc vicarium ecclesie Januensis, per suas litteras — mandavit inquiri. Sane cum ab hujusmodi criminibus — inveniaris immunis, —. Dat. Anagnie, VI non. octobris, anno primo.

1, *Omissam rubricam ex indice supplemus.*

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Terdonensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Terdonensis.

In e. m. potestati, capitaneo, consiliariis et populo civitatis et diocesis Terdonensis.

In e. m. universis vassallis ecclesie Terdonensis.

462 Anagni, 9 septembre 1295.

Collatio cantorie Elborensis. (fol. 106.)

Dilecto filio Johanni Martini, cantori ecclesie Elborensis. Tue probitatis merita —. Cum itaque in ecclesia Elborensi cantoria, quam venerabilis frater noster Martinus archiepiscopus Bracharensis in ecclesia ipsa promotionis sue tempore obtinebat, per hujusmodi promotionem et consecrationem ipsius apud sedem apostolicam vacavisse noscatur, — non obstantibus —, seu quod in eadem Elborensi ecclesia canonicatum et prebendam et ecclesiam sancti Jacobi Elborensis, curam animarum habentem, nosceris obtinere. — Dat. Anagnie, v id. septembris, anno primo.

463 Anagni, 9 septembre 1295.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 106 v°.)

Venerabili fratri Martino archiepiscopo Bracharensi. Devotionis tue —.

Ut possit usque ad triennium sex clericis suis domesticis, quos duxerit eligendos, beneficia morte seu resignatione in provincia sua vacantia conferre.

Dat. Anagnie, v id. septembris, anno primo.

464 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod possit sibi aliquos religiosos assumere. » (fol. 106.)

Dilecto filio nobili viro Roberto comiti Atrebatensi. Devotioni tue —. Dat. Anagnie, v id. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 168.)

465 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod possit eligere sepulturam pro se et filiis etiam in locis ecclesiastico suppositis interdicto. » (fol. 106 v°.)

Eidem. In hiis que pie desideras —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 169.)

466 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod predicationibus quibus interfuerit possit predicator veniam concedere. » (fol. 106 v°.)

Eidem. Devotionis tue precibus —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 169 v°.)

467 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod possit sibi eligere confessorem. » (fol. 107.)

Eidem. Ut diabolica valeas —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 170.)

468 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod possit missam facere cantari antequam illucescat. » (fol. 107.)

Eidem. Devotionis tue precibus —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 170 v°.)

469 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod possit habere altare portatile. » (fol. 107.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 171.)

470 Anagni, 11 octobre 1295.

« Quod sex clerici sui possint in absentia recipere fructus beneficiorum suorum. » (fol. 107.)

Eidem. Devotionis affectum —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 171 v°.)

471 Vatican, 21 octobre 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 107.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Patracensi. Cum sicut in nostra preposuisti presentia constitutus —.

Quod possit tam pro suis necessariis quam pro ecclesie Patracensis negotiis usque ad summam duorum milium et quingentorum florenorum auri mutuum contrahere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xii kal. novembris, anno primo.

472 Vatican, 17 octobre 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 107 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Lingonensi. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus —.

Quod possit tam pro suis necessariis quam pro ecclesie Lingonensis negotiis usque ad summam trium milium florenorum auri mutuum contrahere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xvi kal. novembris, anno primo.

473 Anagni, 1er septembre 1295.

Collatio prebende Lincolniensis. (fol. 107 v°.)

Dilecto filio Amedeo de Sabaudia, consanguineo carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris, canonico Lincolniensi. Nobilitatem generis — .

Confertur ei prebenda in ecclesia Lincolniensi, si qua vacat, aut reservatur prima que vacare contigerit, non obstante quod canonicatum et prebendam in ecclesia Lugdunensi noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno primo.

474 Anagni, 6 octobre 1295.

Exemptio hospitalis. (fol. 107 v°.)

Dilecto filio Bennutio Senni, civi Florentino. Te nuper significante nobis quod tu — quoddam hospitale cum oratorio in honore beati Bartholomei apostoli in fundo proprio, infra parrochiam ecclesie sancte Lucie, juxta portam novam civitatis Florentine, — edificare desideras et dotare de bonis tuis usque ad summam quinque milium librarum florenorum parvorum, ad opus pauperum et infirmorum recipiendorum ibidem, et jam hospitale ipsum construere incepisti. Nos igitur, — ut prefatum hospitale cum oratorio, juxta hujusmodi tuum desiderium, construere valeas et dotare, jure patronatus tibi et tuis heredibus in perpetuum reservato, et postquam eadem hospitale et horatorium constructa fuerint et cimiterium inibi benedictum rectores ipsius hospitalis — ac alie persone que continue in eodem hospitali degere contigerit in dicto cimiterio sepeliri, tuque ac tui heredes et successores apud hospitale ipsum sepulturam eligere valeatis, sine juris prejuditio alieni, tibi per alias nostras litteras duximus concedendum. Ut igitur — .

Eximitur dictum hospitale a jurisdictione episcopi Florentini, ita ut in signum hujusmodi libertatis marcham argenti sedi

Apostolice infra quindenam Natalis Domini singulis annis persolvat.

Dat. Anagni, II non. octobris, anno primo.

475 Anagni, 6 octobre 1295.

Licentia fundandi et dotandi hospitale. (fol. 108.)

Eidem. In hiis que — . Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod tu cupiens — etc., usque prejuditio alieni, tibi auctoritate presentium duximus concedendum. Dat. ut supra.

476 Anagni, 21 juillet 1295.

Confirmatio concessionis Celestini V. (fol. 108.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. Sicut exhibita nobis — .

Confimatur concessio eis facta usque ad quinquennium a Celestino papa V, « ut denarium qui vulgariter Dei denarius appellatur, solitum in commertiis exhiberi, caritative petere ac exhibitum recipere libere valeretis, » necnon indulgentia quadraginta dierum illis qui dictis fratribus in hac parte manum porrexerent caritatis.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

477 Anagni, 21 juillet 1295.

Exemptio decime. (fol. 108.)

Eisdem. Onerosa nimis et pernitiosa dispendia que in partibus transmarinis vos in personis et bonis a Sarracenis, Christiani nominis inimicis, presertim modernis temporibus pertulisse noscimini sollicite attendentes —. Hinc est quod — vos et hospitale predictum apostolica auctoritate eximimus a prestatione decime in subsidium negotii regni Sicilie per sedem apostolicam deputate. — Dat. ut supra.

478 Anagni, 21 juillet 1295.

Emendatio regule sancti Johannis Jerosolimitani ordinis. (fol. 108 v°.)

Eisdem. Personas vestras —. Ex parte siquidem vestra fuit coram nobis propositum quod ex institutione ac precepto regule vestri ordinis in ecclesia, mensa, et post completorium tenemini servare silentium, sed propter armorum exercitium et alia negotia urgentia que plerumque vobis incumbunt, difficile vobis, ac onerosum nimis existit hujusmodi silentium observare. — Vestris itaque supplicationibus inclinati, indulgemus, ut cum vos continget ex hujusmodi urgentibus et inevitabilibus casibus silentium frangere memoratum, nequeat id vobis ad mortale peccatum ascribi. — Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

479 Anagni, 21 juillet 1295.

Pro ordine sancti Johannis Jerosolimitani (fol. 108 v°.)

Carissimo in Christo filio .. regi Portugalie illustri. Inter ceteras sacras —.

Quod magistrum et fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani habens commendatos, tertiariam sive responsionem vulgariter nuncupatam de fructibus domorum dicti ordinis in Portugalie regno consistentium solitam ultra mare transmitti sed ejus mandato arrestatam restitui faciat.

Dat. ut supra.

In eundem modum carissimo in Christo filio E. regi Anglie illustri. Inter ceteras etc. — Dat. ut supra.

(Potthast, 24142 et 24144.)

480 Anagni, 2 octobre 1295.

Nominatio abbatis Burgi Dolensis. (fol. 108 v°.)

Dilecto filio Johanni abbati monasterii Burgi Dolensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Bituricensis diocesis. Dum attente considerationis — . Dudum siquidem monasterio Burgi Dolensis — per obitum quondam Everardi abbatis ipsius monasterii vacante, tu qui tunc prior claustralis ipsius monasterii existebas, et dilecti filii conventus ejusdem — insimul convenistis et Spiritus Sancti gratia invocata, iidem conventus in te vota sua quasi per inspirationem divinam concorditer direxerunt, te in suum et ejusdem monasterii abbatem unanimiter eligendo. — Dat. Anagnie, VI non. octobris, anno primo.

481 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia creandi quatuor tabellionarios. (fol. 109.)

Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Senonensi. Ex parte tua —. Dat. Anagnie, X kal. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 179.)

482 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 109.)

Eidem. Devotionis tue probata — .

Ut sex clericorum suorum cedentium vel decedentium usque ad triennium beneficia aliis personis idoneis conferre possit.

Dat ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 179.)

483 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 109.)

Eidem. Quia presentis vite — . Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 181.)

484 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia visitandi interpolate. (fol. 109 v°.)

Eidem. Meritis tue devotionis —. Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 181 v°.)

485 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 109 v°.)

Eidem. Devotionis tue — . Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 182 v°.)

486 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia visitandi per alios. (fol. 109 v°.)

Eidem. Habet in nobis. — Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 180 v°.)

487 Anagni, 21 juillet 1295

Pro fratribus Templi in regno Cypri. (fol. 109 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani. Inter cogitatus anxios quibus assidue prevenimur, ad hoc specialiter intentio nostra versatur et ad id continua meditatione distrahimur ut status miserabilis Terre sancte remedia consolationis accipiat, ex quibus terra ipsa de manibus impiorum, suffragante virtute divine potentie, liberata respiret, ac exultet inibi populus christianus; ad custodiam autem et defensionem illius particule que de terra ipsa christianis dinoscitur remansisse, ne, quod absit, aditus ad eam pateat inimicis, tanto sollicitius et attentius vigilare nos convenit, quanto gravius et periculosius dampnum existeret, si de illa sinistrum aliquod eveniret. Vos itaque, filii, — sicut intrepidi Christi pugiles ac fortes summique regis athlete, ad regni Cypri custodiam vigilanter et jugiter intendatis. — Ceterum ut eo benignius —.

Conceditur eis ut, in regno Cypri ad ipsius custodiam manentes, quousque Terra sancta recuperari contigerit, eisdem libertatibus et immunitatibus gaudeant quibus in ipsa Terra sancta gaudere consueverant.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

488 Anagni, 21 juillet 1295.

Exemptio procurationum. (fol. 109 v°.)

Eisdem. Ordinis vestri religio — .

Ut preceptores seu fratres domorum ordinis non teneantur exhibere procurationes legatis et nuntiis apostolice sedis, cardinalibus sancte Romane ecclesie duntaxat exceptis.

Dat. ut supra.

489 Anagni, 21 juillet 1295.

« Recommendantur magister et fratres militie Templi. » (fol. 110.)

Carissimo in Christo filio .. regi Sicilie illustri. Statum miserabilem Terre sancte — . Dat. ut supra.

In eundem modum carissimo in Christo filio .. regi Francie illustri.

In eundem modum .. regi Anglie.

In eundem modum .. regi Romanorum.

(POTTHAST, 24144, ubi bulla tantum regi Anglie directa auctore Rymero refertur.)

490 Anagni, 21 juillet 1295.

Contra fratres Templi magistro ordinis rebelles. (fol. 110).

Venerabilibus fratribus archiepiscopis presentes litteras inspecturis. Sicut ex dilectorum —.

Ut fratres ordinis militie Templi rebelles in suis diocesibus degentes, cum a magistro ordinis vel ejus certo nuntio fuerint legitime requisiti, efficaciter monere atque inducere porcurent ut eidem magistro intendant et obediant.

Dat. ut supra.

491 Anagni, 8 octobre 1295.

Exemptio personalis juramenti. (fol. 110.)

Dilecto filio Francisco dicto Gaitano, de Anagnia, nepoti et capellano nostro, thesaurario ecclesie Laudunensis. Probitatis tue —.

Quod juramentum episcopo Laudunensi, ratione thesaurarie predicte, personaliter prestare non teneatur.

Dat. Anagnie, VIII id. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 186.)

492 Vatican, 28 octobre 1295.

« Executoria pro archiepiscopo Patracensi de mutuo contrahendo. » (fol. 110.)

Dilectis filiis Jacobo archipresbitero Pisane, et Raynaldo Cachanzo, capellano nostro, canonico Laudunensis ecclesiarum. Exponente pridem nobis —.

Constituuntur executores mutui duorum milium et quingentorum florenorum auri quod fecit archiepiscopus Patracensis, juxta tenorem litterarum apostolicarum, « a dilectis filiis Oddone Gaitano, milite, pro se, ac Pandulfo Bennancurso de Moneta, Cosa Bonchristiani, et Nerro Ammanati et ceteris eorum sociis de societate Benedicta, civibus et mercatoribus Pisanis », ita ut dictum archiepiscopum et ejus successores suspensionis, excommunicationis et interdicti sententiis, si opus fuerit, compellant ad satisfaciendum dictis mercatoribus loco et tempore statutis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

493 Anagni, 30 septembre 1295.

Nominatio electi Brixinensis. (fol. 111.)

Dilecto filio Landulfo electo Brixinensi. Ecclesiarum omnium — . Sane Brixinensi ecclesia per obitum bone memorie H. episcopi Brixinensis, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, Nos — in te, tunc prepositum ecclesie Warmaciensis, direximus oculos. — Dat. Anagnie, II kal. octobris, anno primo.

494 Vatican, 19 octobre 1295.

Licentia contrahendi mutuum duo milium librarum Turonensium parvorum. (fol. 111 v°.)

Venerabili fratri Phylippo episcopo Sagiensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus,— ut in forma, et in illa que dirigitur .. archiepiscopo Patracensi, capitulo CCCCLXXI. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII. kal. novembris, anno primo.

495 Anagni, 22 septembre 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 111 v°.)

Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Senonensi. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod tempore quo dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, antecessor noster, te apud sedem apostolicam constitutum prefecit Senonensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem, — promisisti quod apostolorum limina per te vel alium singulis bienniis visitares. Nos itaque — te ab hujusmodi promissione quam de visitanda dicta sede fecisti et juramento super hoc prestito quoad ipsam personalem visitationem — duximus absolvendum, — presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. Anagnie, x kal. octobris, anno primo.

496 Anagni, 3 septembre 1295.

Licentia reconciliandi per alium ecclesias et cimiteria violata. (fol. 111 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Constanciensi. Sicut ex parte tua —, usque ad triennium — . Dat. Anagnie, III non. septembris, anno primo.

497 Anagni, 1er et 28 octobre 1295.

« Littere decime concesse regi Sicilie. » (fol. 112.)

Venerabilibus fratribus .. Aquilegensi et .. Gradensi patriarchis, ac .. Jadrensi et .. Spalatensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, necnon .. Ferrariensi episcopo, et dilectis filiis electis, abbatibus — tam in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus quam in Jadrensi et Spalatensi archiepiscopatibus et per totam Dalmatiam ac in civitate et diocesi Ferrariensi constitutis. Foret enarrare superfluum — .

Quod decimam concessam regi Sicilie usque ad triennium per totam Italiam, « civitate Romana necnon et civitatibus cum diocesibus earum, quibus preesse cardinalis episcopus consuevit, exceptis » et per nonnullas alias provincias, episcopo Castellano, in partibus illis ad collectionem decime destinato, persolvere non postponant.

Ceterum clericos illos ad prestationem ipsius decime teneri nolumus, quorum ecclesiastici redditus et proventus summam septem librarum turonensium parvorum annis singulis non excedunt. Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Castel-*

lano, collectori decime in Aquilegensi — pro negotio regni Sicilie deputate. Foret etc. ut in alia verbis competenter mutatis usque duximus concedendam. Ideoque venerabiles fratres nostros .. Aquilegensem — attente monemus etc. ut in alia — usque persolvant. Quocirca fraternitati tue — .

Ut in singulis civitatibus et diocesibus, de consilio ordinarii vel ejus vices gerentis et duorum fide dignorum de ecclesia cathedrali, unam vel duas personas idoneas ad collectionem predictam deputet, recepto ab eis juramento, cujus tenor inseritur; ut solvere differentes per censuram apostolicam compescat; ut decime persolvende terminos sic statuat « ut predictorum annorum quolibet infra festum Nativitatis Domini medietas, et deinde infra festum nativitatis beati Johannis Baptiste alia medietas ipsius decime persolvatur », reservata tamen ei facultate primi hujus anni termini prorogandi.

Volumus autem quod de pecunia ex ipsa decima colligenda, singulis diebus, quibus pro negotio prefate decime laboraveris, florenum auri unum percipias pro expensis et quod tu et collectores iidem a prestatione ipsius decime sitis immunes pro tempore quo tu et ipsi laboraveritis in premissis. — Considerans itaque quod in premissis negotium Dei prosequeris et in conspectu agis Ejus qui cuncta discernit, sibique necnon et nobis, qui circa hec omnem diligentiam adhibere intendimus, teneberis reddere rationem, ab utroque pro meritis recepturus, sic prudenter in illis habere te studeas quod — retributionis premium assequeris. — Dat. ut supra.

In eundem modum *venerabilibus fratribus .. Perusino et .. Interranensi, ac universis in ducatu Spoletano episcopis, et dilectis filiis electis, abbatibus — tam in eodem ducatu quam in Perusina, Tudertina et Interranensi civitatibus — constitutis.* Foret enarrare etc. usque per hujusmodi triennium venerabili fratri nostro .. episcopo Tudertino, quem ad vos etc. usque in finem.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Tudertino, collectori decime in ducatu Spoleteno* — etc. usque in finem.

In eundem modum *venerabilibus fratribus universis episcopis ac dilectis filiis — per Anconitanam Marchiam constitutis.* Foret enarrare etc. usque per hujusmodi triennium venerabili fratri nostro .. episcopo Auximano, quem ad vos, etc. usque in finem.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Auximano, collectori decime in Anconitana Marchia*, etc.

In eundem modum *venerabilibus fratribus Tiburtino, Reatino et universis in Campanie maritime Sabinieque provintiis episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus — tam in earumdem Campanie maritime Sabinieque provintiis quam in Tyburtina et Reatina civitatibus ac diocesibus et in abbatiis Sublacensi atque Farfensi, — constitutis, civitate Romana necnon et civitatibus cum earum diocesibus quibus preesse cardinalis episcopus consuevit, exceptis.* Foret enarrare etc., — dilecto filio Petro electo Anagnino, quem ad vos etc. usque in finem.

In eundem modem *dilecto filio Petro electo Anagnino, collectori decime in Campanie*, etc.

In eundem modum *venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, — per totam Sardinie et universam Corsice provintias constitutis.* Foret enarrare etc., — dilecto filio Henrico de Tiburc, priori secularis ecclesie de Nephino, Tripolitane diocesis, quem ad vos, etc., usque in finem.

In eundem modum *dilecto filio Henrico de Tiburc, priori secularis ecclesie de Nephino, Tripolitane diocesis, collectori decime*, etc.

In eundem modum *venerabilibus fratribus universis episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, — in archiepiscopatu et provintia Pisana, tota Tuscia, patrimonio beati Petri, Massa Trabaria, ac civitate et diocesi Lunensi constitutis.* Foret enarrare etc., — venerabili fratri nostro Viterbiensi episcopo, quem ad vos etc. usque in finem.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Viterbiensi, collectori decime*, etc.

In eundem modum *venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, — in Mediolanensi, Januensi et Ravennati archiepiscopatibus ac Ariminensi, Papiensi diocesibus — constitutis.* Foret enarrare etc., — dilecto filio Johanni electo Parmensi, quem ad vos etc. usque in finem. (*In margine adjectum*). Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

In eundem modum *dilecto filio Johanni electo Parmensi, collectori decime*, etc.

In eundem modum *venerabilibus fratribus Viennensi, Bisuntino, Tarantasiensi, Ebredunensi, Aquensi, et Arelatensi archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis Lugdunensi et ceteris electis, abbatibus, — per Lugdunensem, Viennensem — constitutis.* Foret enarrare etc., — venerabili fratri nostro .. episcopo Massiliensi, quem ad vos, etc., usque in finem.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Massiliensi, collectori decime*, etc., usque in finem ut in prima.

(Cf. Potthast, 24208.)

498 Vatican, 19 octobre 1295.

Pro archiepiscopo et capitulo Turonensibus. (fol. 113 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo ac dilectis filiis .. decano, capitulo, capellanis et clericis ecclesie Turonensis. Inter universas —.

Ut concessio a sede apostolica facta decano, conventui et clericis ecclesie sancti Martini Turonensis (scilicet ut ecclesie sue invasores possent appellatione remota excommunicare) contra dictos archiepiscopum, decanum, capitulum et clericos ecclesie Turonensis non valeat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIV kal. novembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 188.)

499 Anagni, 22 septembre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 113 v°.)

Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Senonensi. Desideriis tuis —. Dat. Anagnie, X kal. octobris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 189.)

500 Anagni, 21 juillet 1295

Licentia comedendi carnes. (fol. 114.)

Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. Pro defensione fidei —.

Quod, quadragesima majori et diebus veneris exclusis, omni tempore in executione armorum positi possint vesci carnibus aliisque communibus cibariis, prout loci qualitas eis ministraverit.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

501 Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia retinendi canonicatum et prebendam. (fol. 114.)

Dilecto filio Nicolao Ungaro, canonico ecclesie Albensis, Vesprimensis diocesis. Benigne petitiones illas —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. novembris, anno primo.

(POTTHAST, 24203.)

502 Vatican, 3 novembre 1295.

« Executoria de mutuo contrahendo. » (fol. 114.)

Dilectis filiis magistris Clerico de Pisis, Remensis, et Nicolino de Camilla, Ambianensis, capellanis nostris, ac Jacobo de Labro, Reatine canonicis ecclesiarum. Exponente pridem nobis venerabili fratre nostro Bouchardo episcopo Metensi quod —, ac supplicante ut usque ad summam mille et sexcentorum florenorum auri mutuum contrahendi, etc., usque auxilio et exceptionibus eisdem, a Bardutio Bindi mutuante pro se, ac Andrea de Canisanis, Baldo et Nerio Radulfi, Datutio Andree, Audomaro et Jacobo Johannis, Guerratingi et Boccacino Paganelli, ac ceteris eorum sotiis de societate Canisianorum, civibus et mercatoribus Florentinis, pro necessariis, etc., usque in finem prout est in forma superius posita concessa .. archiepiscopo Patracensi, capitulo CCCCLXXXXII. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III non. novembris, anno primo.

503 Vatican, 28 octobre 1295.

Concessio officii tabellionatus. (fol. 114.)

Dilecto filio Jacobo dicto Rose, clerico in minoribus ordinibus constituto, Morinensis diocesis. Ne contractuum memoria —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. novembris, anno primo.

504 Anagni, 4 juillet 1295.

Licentia redimendi decimas a manibus laicorum. (fol. 114 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lexoviensi. Sincere devotionis —. Dat. Anagnie, IIII non. julii, anno primo.

505 Anagni, 4 octobre 1295.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 114 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Appamiarum. Tuam volentes honorare —.

Ut possit conferre ecclesias, prebendas et alia sue diocesis beneficia ecclesiastica, que tanto tempore vacaverint, ut sint ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta.

Dat. Anagnie, IIII non. octobris, anno primo.

506 Anagni, 3 août 1295.

Dispensationis Celestini V amplioris confirmatio non integra. (fol. 114 v°.)

Dilecto filio Johanni de Urbeveteri, priori monasterii sancti Anastasii de Urbe, ordinis Cisterciensis. Olim dilectus filius —. Dat. Anagnie, III non. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24157.)

507 (CCCCCVIII *sic*) Vatican, 24 octobre 1295.

Citatio prioris et guardiani Metensium. (fol. 115.)

Venerabili fratri .. episcopo Metensi. Olim felicis recordationis —.

Quod in Terricum de Spinallo, priorem Predicatorum et Albertum de sancti Petri Monte, guardianum Minorum ordinum Metenses animadvertat [vel eos ad curiam citet comparendos, ob Theobaldi dicti Li Maires, civis Metensis, usurarii, testamentum admissum et sepulturam ecclesiasticam eidem datam.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIIII kal. novembris, anno primo.

(POTTHAST, 24201, sub die 19 octobris, auctore Sbaralea quoad datam errante, scil. XIX kal. nov. tradente, et parum feliciter emendato in XIV kal. nov.; LAPORTE DU THEIL, fol. 190.)

508 (CCCCCVIIII) Vatican, 23 octobre 1295.

Reformatio monasterii sancti Isidori Legionensis. (fol. 115.)

Dilectis filiis .. archidiacono de Saldania, et .. magistro scolarum, ac Marco Dominici, canonico ecclesie Legionensis. Cum ex injuncto —.

Committuntur eis visitatio et réformatio monasterii sancti Isidori Legionensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, cujus bona a Petro abbate et predecessoribus suis alienata et distracta dicebantur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, X kal. novembris, anno primo.

509 (CCCCCX) Vatican, 29 octobre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 115 v°.)

Dilecto filio Volrico nato nobilis viri Alberti de Marzi et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete nate quondam Walteri de Vatz, Curiensis diocesis. Licet matrimonii —.

Quod possint matrimonium contrahere, licet quarto gradu consanguinitatis conjuncti, ad sedandas inimicitias, obtentu Bertoldi electi Curiensis et .. abbatis monasterii Montis sancte Marie, ordinis sancti Benedicti, Curiensis diocesis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII kal. novembris, anno primo.

510 (CCCCCXI) Anagni, 15 juillet 1295.

Confirmatio compositionis a B. episcopo Metensi facte. (fol. 115 v°.)

Dilecto filio Francisco Juvenalis Mancecti, militi, civi Romano. Ea que juditio —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod dudum orta inter venerabilem fratrem nostrum B. episcopum Metensem et te, super quadam quantitate marcharum sterlingorum in qua eundem episcopum et ecclesiam suam tibi teneri ex causa mutui asserebas, materia questionis, tandem dictus episcopus recognoscens se et ecclesiam Metensem ex causa predicta tibi in quingentis triginta et una marchis sterlingorum teneri, — promisit suo et successorum suorum et ipsius ecclesie nomine tibi — de hujusmodi quingentis triginta et una marchis satisfacere integre, in tribus festivitatibus resurrectionis Dominice successivis. —

Confirmatur auctoritate apostolica dicta compositio, cujus instrumentum inseritur, acta « Velletri, in domo in qua morabatur prefatus dominus episcopus, presentibus dominis Philippo de Castegnol., canonico Astensi, Tizio de Colle, archipresbitero de Colle, domini pape capellanis, magistro Benedicto de Guardia, canonico Tullensi, Tizio de Podio Bonizi, et domino Uberto de Bellavalle, canonico Metensi, » die XVIII maii proxime elapso.

Dat. Anagnie, id. julii, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. sancti Pauli et .. sancti Gregorii de Urbe monasteriorum abbatibus, ac .. priori sancti Johannis Lateranensis. — Dat. ut supra.

511 (CCCCCXII) Vatican, 5 novembre 1295.

Citatio ad curiam Canuti electi Revalensis. (fol. 116 v°.)

Dilecto filio Ysarno de Fontiano, archipresbitero Carcassonensi, capellano nostro, apostolice sedis nuntio. Deduxit ad nos fide digna relatio quod pridem carissimus in Christo filius noster E. rex Dacie illustris ad Revalensem ecclesiam pastore vacantem dilectum filium Canutum lectorem Aosiensem, ordinis Predicatorum, Lundensis diocesis, de facto in episcopum postulavit, credens id sibi ea forsan ratione licere quod clare memorie W. rex Datie, qui terram Revaliensem de manibus paganorum eripiens et acquirens cultui Christiano dictam ecclesiam erexit de bonis propriis et dotavit et successores ejus ex tunc in prefata ecclesia, ut dicitur, pontifices elegerunt, nec habens forte notitiam quod felicis recordationis Urbanus papa IIII[tus], predecessor noster, electionem quam bone memorie .. regina Dacie, que regem natum suum tunc impuberem et regnum Dacie gubernabat, de quodam Thrugo, tunc canonico Roskildensi, hujusmodi credulitate seducta, ad eandem ecclesiam de facto fecerat,

fratrum suorum consilio cassavit. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. novembris, anno primo.

512 (ccccxii *sic*) Anagni, 28 juillet 1295.

Citatio ad curiam archiepiscopi Turonensis vel ejus idonei procuratoris. (fol. 116 v°.)

Dilectis filiis .. beate Marie de Lamiaux et .. sancti Gilde Rivensis monasteriorum abbatibus, Venetensis diocesis. Nuper nobis significantibus venerabili fratre nostro H. episcopo et dilectis filiis capitulo, Terrico archidiacono, Mauritio thesaurario, Johanne cantore, Silvestri de Coyllagat, Petro Druit, Nicolao de Redeue, magistris Philippo de Ysaignon, Henrico de Leonia, Gaufrido de Kempeiole (*sic*), Nicolao de Ponte Scorvi, Eudone de Kadodal, canonicis, ac P. officiali Venetensibus, quod venerabilis frater noster R. archiepiscopus Turonensis, loci metropolitanus, sue jurisdictionis terminis non contentus, in episcopum ipsum ejusque subditos in casibus ei non permissis a jure jurisdictionem satagebat indebitam usurpare, —. Dat. Anagnie, v kal. augusti, anno primo.

513 Anagni, 12 août 1295.

Citatio nobilium Albinganensis diocesis. (fol. 117.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Januensi et .. episcopo Saonensi. Sua nobis venerabilis frater noster Nicolaus episcopus Albinganensis petitione monstravit quod, cum inter ipsum, ex parte una, et nobiles viros Manuelem marchionem Cravexane, ac Oddonem ejus filium, domicellum, Albinganensis diocesis, ex altera, super dominio castri Montis Arosii ac Planzanei, Turrie, Testegi et Gazellii villarum, ad ecclesiam Albinganensem spectantium, necnon quibusdam decimis et rebus aliis coram vicario tuo, frater archiepiscope, non ex delegatione apostolica, questio verteretur, idem episcopus ex sufficientibus gravaminibus ab audientia dicti vicarii ad sedem apostolicam appellavit, nosque causam hujusmodi appellationis et negotii principalis dilecto filio nostro Johanni tituli sanctorum Marcellini et Petri presbitero cardinali summarie, de plano, sine strepitu et figura juditii, audiendam committimus et fine debito terminandam. —

Ut citent dictos nobiles ad sedem apostolicam infra unius mensis spatium compartituros, « non obstante indulgentia que communi civitatis Januensis a sede apostolica dicitur esse concessa, ne aliquis civis civitatis predicte, cujus dicti nobiles cives esse dicuntur, extra civitatem ipsam non possit ad juditium evocari. »

Dat. Anagnie, ii id. augusti, anno primo.

514 Anagni, 13 septembre 1294.

« Quod possint in contracto matrimonio remanere. » (fol. 117.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni nato nobilis viri Galteri de Firmitate super Amantiam et dilecte in Christo filie nobili mulieri Aelidi nate nobilis viri Johannis de Choyseul, Lingonensis diocesis. Petitio vestra —. Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

515 Anagni, 24 septembre 1295.

Dispensationes super defectu natalium. (fol. 117 v°.)

Dilecto filio Fernando Santii, militi ordinis militie sancti Jacobi. Personis jugo religionis —.

Ut non obstante defectu quem patitur, de soluto genitus et soluta, possit ad omnia officia et honores, preterquam ad magisterium, ejusdem ordinis assumi.

Dat. Anagnie, viii kal. octobris, anno primo.

In eundem modum conceditur dilecto filio fratri Didaco Martini, militi ordinis militie sancti Jacobi. — Dat. ut supra.

516 Latran, 20 avril 1295.

Evocatio cause matrimonialis ad curiam. (fol. 117 verso.)

Dilecto filio .. thesaurario ecclesie Argolicensis. Significavit nobis dilectus filius Jacobitus de Corvis, civis Spoletanus, in Romanie partibus moram trahens, quod cum ipse Alis de Cois, mulierem Atheniensis diocesis, super eo quod ipsa cum eodem cive matrimonium legitime per verba contraxerat de presenti, petendo eam sibi adjudicari in uxorem, coram venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Atheniensi auctorite ordinaria traxisset in causam, idem archiepiscopus — diffinitivam pro dicto Jacobitto sententiam promulgavit; cumque postmodum eadem mulier ad diocesim Thebanam se transferens cum Petro de Venetiis, milite, bajulo domus nobilis mulieris .. domine Atheniensis matrimonium de facto clandestine contraxisset, predictus archiepiscopus — ac etiam venerabilis frater noster .. Thebanus archiepiscopus eidem mulieri inhibuerunt et mandarunt ne militi cohabitaret eidem, — alioquin

dictus Atheniensis archiepiscopus in eam [1] excommunicationis sententiam promulgabat; set prefata mulier, — parere non curans, ad venerabilem fratrem nostrum patriarcham Constantinopolitanum appellavit; idem vero patriarcha —, dicto Jacobito non monito nec citato, — predictam excommunicationis sententiam contra justitiam relaxavit, propter quod Jacobitus, cum id ad ejus pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellavit ac nobis supplicavit humiliter ut, cum ipse propter potentiam militis ac etiam patriarche et domine Atheniensis predictorum in hac parte militi faventium supradicto, suam non possit in illis partibus justitiam obtinere, —. Dat. Laterani, XII kal. maii, anno primo.

517 Anagni, 4 septembre 1295.

Citatio ad curiam abbatisse monasterii Christi prope Urbemveterem. (fol. 117 v°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Severi prope Urbemveterem. Significarunt nobis dilecti filii .. prior et conventus monasterii sancte Crucis Urbevetani, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti, ad monasterium de Saxovivo, ejusdem ordinis, Fuliginatis diocesis, pleno jure pertinentis, quod .. abbatissa et conventus monasterii Christi prope Urbemveterem, ordinis sancti Augustini, post denuntiationem novi operis et etiam inhibitionem dilecti filii Jacobi de Piperno, clerici, tunc vicarii in spiritualibus .. rectoris patrimonii beati Petri in Tuscia generalis, infra fines parrochie capelle sancti Egidii Urbevetane, quam dicti prior et conventus in usus proprios canonice obtinent, quoddam monasterium de novo construere temeritate propria presumpserunt. — Cum autem nos causam — dilecto filio magistro B. decano Pictavensi, capellano nostro ac palatii nostri auditori causarum, audiendam, de plano, sine strepitu et figura judicis duxerimus committendam, —. Dat. Anagnie, II non. septembris, anno primo.

518 Vatican, 13 novembre 1295.

« Executoria de mutuo contrahendo pro Johanne episcopo Lingonensi. » (fol. 118.)

Dilectis filiis magistris Raynerio de Casul., capellano nostro, Vulterrane, et Raynerio de Vichio, Lichefeldensis, ac Bartholo Abbatis, Fesulane ecclesiarum canonicis. Exponente pridem nobis venerabili fratre Johanne episcopo Lingonensi — ut usque ad summam trium milium florenorum auri mutuum contrahendi etc. usque auxilio et exceptionibus eisdem a dilectis filiis Bannutio Abbatis, mutuante pro se, ac Vanne et Rossellino Bacherelli, Albizo et Johanne Abbatis, Maffeo Pontii, Marco Ranutii, Bernardo Raynerii et Jacobo Maffei ac ceteris eorum sociis, de societate eorundem Ranutii Abbatis et Vannis Bacherelli, civibus et mercatoribus Florentinis, pro necessariis, etc. usque in finem prout est in forma supraposita concessa .. archiepiscopo Patracensi, capitulo CCCCLXXXXII. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. novembris, anno primo.

1. *Ms.* cum.

519 Anagni, 23 septembre 1295.

Citatio ad curiam. (fol. 118.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Benigni Divionensis, Lingonensis diocesis. Ad audientiam nostram —.

Quod decanum et capitulum capelle ducis Burgundie, Lingonensis diocesis, ratione questionis inter eos et monasterium Sancti Stephani Divionensis orte, coram magistrum Bartholomeo decano Pictavensi, domini papa capellano, cum omnibus juribus et munimentis suis citet aut citari faciat.

Dat. Anagnie, VIIII kal. octobris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 196.)

520 Vatican, 10 novembre 1295.

Citatio abbatis a Celestino V nominati et nondum a Bonifatio VIII confirmati. (fol. 118.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Petri Asisinatis, ordinis sancti Benedicti. Cum pridem ex certis rationabilibus causis cassaverimus, — propter quod provisio facta per antecessorem eundem [1] monasterio sancti Benedicti de monte Subasio, Asisinatis diocesis, de Asisano, quem idem antecessor prefecit eidem monasterio in abbatem, in hujusmodi generalitate concurrit, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. novembris, anno primo.

521 Anagni, 1er octobre 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 118 v°.)

Dicto filio O. abbati monasterii sancti Johannis Angeliacensis, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis. Ad audientiam nostram pervenit quod olim monasterio tuo abbatis regimine destituto, tu qui tunc ipsius monasterii

1. Scilicet Celestinum V.

monacus et prior prioratus de Marestasio, immediate spectantis ad dictum monasterium, existebas, et ceteri monachi ejusdem monasterii minus provide statuistis, et statutum hujusmodi juramento tam a te quam a dictis monachis singulariter prestito vallavistis, quod nullus monachorum ipsius monasterii cui esset alicujus prioratus dicti monasterii vel quavis alia administratio per abbatem monasterii predicti commissa vel committeretur etiam in futurum, posset exinde, nisi propter dilapidationem aut incontinentie seu inobedientie vitio amoveri, quanquam ante statutum hujusmodi tales administratores per abbates ipsius monasterii qui fuerunt pro tempore ab hujusmodi administrationibus consueverint per eosdem abbates, cum eis expediens visum extitit, revocari. — Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 198.)

522 Anagni, 9 septembre 1295.

Citatio religiosorum et laicorum Claromontensis diocesis. (fol. 118 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bituricensi. Ad audientiam nostram pervenit quod cum Johannes et Guillelmus Anglici, clerici, ac Petrus et Johannes laici, fratres, et Guillelma eorundem mater a quondam Geraldo tunc abbate et conventu monasterii sancti Girberti, Premonstratensis ordinis, Claromontensis diocesis, repeterent quasdam pecunie quantitates ad ipsos communiter pertinentes, in quibus tenebantur eisdem, dicti abbas et conventus, moti ex hoc indebite contra eos, ipsos super quibusdam excessibus coram Gaufrido tunc officiali Claromontensi nequiter detulerunt, et subsequenter Petrus abbas ipsius monasterii et predicti conventus in ipsorum injuriam nequiter prorumpentes domos eorum hostiliter invaserunt. — Postmodum autem idem Petrus abbas, sano ductus consilio, de hiis plene satisfacere — promisit, et licet satisfecerit eisdem in parte, tamen Stephanus abbas ipsius monasterii, successor ejusdem Petri, et conventus predicti non solum de residuo satisfacere non curarunt, immo manum persecutionis in dictos fratres et matrem sevius extendentes —.

Quod citet personnaliter ad sedem apostolicam infra duos menses .. episcopum et Guillelmum officialem Claromontenses, abbatem et conventum monasterii sancti Girberti, nec non plures laicos nominatim designatos de multiplicibus injuriis predictis fratribus et eorum matri illatis responsuros.

Dat. Anagnie, v id. septembris, anno primo.

523 Anagni, 12 août 1295.

Licentia ampliandi ambitum civitatis Asisinatis. (fol. 119.)

Venerabili fratri .. episcopo Asisinati. Nuper ex parte —. Dat. Anagnie, II id. augusti, anno primo.

(Potthast, 24165.)

524 Anagni, 25 septembre 1295.

De compositione facienda cum invasoribus terre Ripetransonis, Firmane diocesis. (fol. 119.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Mimatensi, Anconitane Marchie et provincie Romagniole rectori. Lecta coram nobis —. Dat. Anagnie, VII kal. octobris, anno primo.

(Potthast, 24191.)

525 Vatican, 14 novembre 1295 et 8 avril 1296.

Nominatio episcopi Paduani. (fol. 119 v°.)

Dilecto filio Johanni Jordani, ordinis Predicatorum professori, electo Paduano. Apostolatus officium —. Sane Paduana ecclesia per obitum bone memorie B. episcopi Paduani pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum — dilectum filium Oliverium de Montesilice, eorum concanonicum, in minoribus ordinibus constitutum, in Paduanum episcopum concorditer postularunt; — sed quia prefatus Oliverius, personaliter ad presentiam nostram accedens, omne jus — in nostris manibus resignavit, — in te, Predicatorum ordinis professorem, — noster animus requievit — . Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVIII kal. decembris, anno primo.

In eundem modum archipresbitero et capitulo ecclesie Paduane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Paduane.
In e. m. universis vassallis ecclesie Paduane.

In eundem modum venerabili fratri patriarche Aquilegensi. Ad cumulum tue — . Sane dudum Paduana ecclesia — . Dat. ut supra.

(*En marge*) In eundem modum fuit scriptum sibi tanquam episcopo consecrato, cui fuit per dominum Sabinensem munus consecrationis impensum. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI id. aprilis, anno secundo.

526 Anagni, 1er octobre 1295.

Nominatio abbatis Reomensis. (fol. 120.)

Dilecto filio Raymundo abbati monasterii sancti Johannis Reomensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis.

Debitum officii —. Sane dudum monasterio sancti Johannis Reomensis — per mortem quondam Gaudrici abbatis ejusdem monasterii pastoris regimine destituto, due in eo electiones, una videlicet de fratre Oddone infirmario et alia de Hugone priore de Thisiaco, monachis ipsius monasteri, fuerunt in discordia celebrate, ac dicti infirmarius et prior hujusmodi electionibus de se factis infra tempus legitimum consenserunt; hujusmodi autem electionum negotio per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto, prefati infirmarius et prior ad sedem ipsam —. accedentes, omne jus — in nostris manibus resignarunt. Nos igitur — in te, tunc abbatem monasterii Pultheriarum, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ejusdem ordinis, predicte diocesis, — direximus oculos —. Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

In eundem modum priori et conventui monasterii s. Johannis Reomensis.

In e. m. universis vassallis monasterii s. Johannis Reomensis.

527 Anagni, 1er octobre 1295.

Nominatio prioris s. Pauli Barchinonensis. (fol. 120 v°.)

Dilecto filio Berengario priori monasterii sancti Pauli Barchinonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti. Reddimur attentione paterna —. Dudum siquidem monasterio sancti Pauli Barchinonensi per obitum quondam fratris Berengarii — vacante, conventus — in tres ex se ipsis compromittere curaverunt; — iidem vero compromissarii — demum te, tunc sacristam ejusdem monasterii, concorditer et unanimiter in priorem elegerunt. — Cumque — ad sedem apostolicam accessisses, dilectus filius Petrus de Murrone, olim Celestinus papa Vtus, antecessor noster, — examinationem hujusmodi negotii duxit committendam —.

Dictus Berengarius, jam auctoritate apostolica, ipso Bonifatio papa oraculo vive vocis mandante, a Matheo Portuensi, Johanne Tusculano episcopis, et Petro sancti Eustachii diacono cardinalibus in priorem prefectus, confirmatur.

Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

In eundem modum conventui ejusdem monasterii.

528 Anagni, 6 et 7 octobre 1295.

Nominatio abbatis Silve Majoris. (fol. 120 v°.)

Dilecto filio Barrauo, monacho monasterii Silve Majoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis. Ubi fraudis —. Dudum siquidem monasterio Silve Majoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis, per liberam resignationem Florentii quondam abbatis ipsius in manibus venerabilium fratrúm nostrorum M. Portuensis et B. Albanensis episcoporum per magistros Grimoardum de Altisvineis, canonicum ecclesie de Manso, Agennensis diocesis, et Guillelmum de Ferreriis, clericum, procuratores ipsius, habentes ab eo super hoc sufficiens et speciale mandatum, et ab eisdem episcopis de mandato dilecti filii fratris Petri de Murrone, tunc Celestini pape V, antecessoris nostri, facto eis oraculo vive vocis receptam, vacante, memoratus antecessor resignationem hujusmodi ratam habens, provisionem faciendam ipsi monasterio de abbate ea vice sibi specialiter reservavit, ac tandem ipsi episcopi ejusdem antecessoris auctoritate per ipsius sub certa forma litteras eis concessa, prefecerunt te ipsi monasterio in abbatem. —

Confirmantur omnia ab eo tanquam abbate gesta, etiam post generalem revocationem provisionum a Celestino papa V factarum, et dispensatur quod possit ad omnes administrationes sui ordinis vocari.

Dat. Anagnie, II non. octobris, anno primo.

In eundem modum eidem abbati ejusdem monasterii. Apex apostolice dignitatis —.

Preficitur in abbatem.

Dat. Anagnie, non. octobris, anno primo.

In eundem modum conventui ejusdem monasterii.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii.

(Laporte du Theil, fol. 200.)

529 Vatican, 21 octobre 1295.

Licentia celebrandi in locis interdictis. (fol. 121.)

Venerabili fratri Bouchardo episcopo Metensi. Per sincere devotionis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 204.)

530 Vatican, 21 octobre 1295.

Privilegium de excommunicatione absque speciali mandato non incurrenda. (fol. 121 v°.)

Eidem. Magne devotionis affectus —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 204 v°.)

531 Vatican, 21 octobre 1295.

Licentia creandi duos tabellionarios. (fol. 121 v°.)

Eidem. Ex parte tua —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 205.)

532 Anagni, 30 septembre 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 121 v°.)

Dilectis filiis capitulo Mimatensi. Devotionis vestre —. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod licet olim vos, filii capitulum, et bone memorie S. episcopus Mimatensis minus provide inter alia duxeritis statuendum ut pro quinque clericis, nepotibus sive consanguineis quorundam canonicorum et personarum ecclesie predicte, — supplicatorie littere summo pontifici mitterentur super receptione et provisione clericorum ipsorum in ipsa ecclesia faciendis, concessis postmodum aliquibus ex clericis ipsis non solum hujusmodi supplicatoriis sed aliis sub certa forma obligatoriis, — vos tamen postmodum, usi consilio saniori, statutum hujusmodi — revocastis. — Dat. Anagnie, II kal. octobris, anno primo.

533 Anagni, 6 octobre 1295.

Licentia recipiendi novum beneficium. (fol. 121 v°.)

Dilecto filio Petro Dacberti, canonico et precentori ecclesie Narbonensis. Sincera devotio quam, sicut accepimus, circa nos et Romanam geris ecclesiam, ac laudabilis conversationis et vite tue merita, necnon grata et accepta servitia que in negotiis ipsius ecclesie una cum venerabili fratre nostro G. Mimatensi episcopo, Romaniole et Marchie Anconitane rectore, exhibuisti hactenus et de bono in melius exhibere speramus firmiter in futurum, te dignum noscuntur efficere quod benigni favoris gratiam apud nos gaudeas invenisse. — Dat. Anagni, II non. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 199, ubi perperam *dat. ut supra* legitur.)

534 Vatican, 30 octobre 1295.

Licentia utendi pallio in quibusdam festivitatibus. (fol. 121 verso.

Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Upsallensi. Apud sedem apostolicam —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. novembris, anno primo.

(Potthast, 24209, auctore Liljegren *Ad Sedem* legente).

535 Vatican, 28 octobre 1295.

Indulgentia pro ecclesia Upsallensi. (fol. 122.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

(Potthast, 24206.)

535 (*bis.*) Vatican, 3 novembre 1295.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 122.)

Dilecto filio Johanni nato dilecti filii nobilis viri Jacobi de Paliano, canonico et cantori ecclesie Patracensis. Nuper volentes tibi gratiam facere specialem, de cantoria, canonicatu et prebenda quos venerabilis frater noster Nicolaus episcopus Soranus, olim cantor et canonicus ecclesie Patracensis, in ecclesia ipsa oibtinuerat, per promotionem ipsius ad ecclesiam Soranam post consecrationis munus per nos impensum eidem vacantibus, tibi per nostras litteras duximus providendum, in eisdem litteris non expresso quod pateris in etate defectum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III non. novembris, anno primo.

536 Vatican, 1er décembre 1295.

De preposito in corporalem possessionem inducendo et defendendo. (fol. 123.)

Dilectis filiis .. priori monasterii sancti Augustini de Rezano, Pisane diocesis, et Jacobo de Lanfrancis, canonico Pisano. Nuper ad nostrum pervenit auditum quod licet nos dilecto filio Benedicto canonico Pisano, nato dilecti filii nobilis viri Oddonis Gaietani de Pisis, preposituram ecclesie sancti Petri ad Gradus, Pisane diocesis, jam diu de jure vacantem et ad collationem nostram tunc libere pertinentem, — duxerimus conferendam, — certis sibi super hoc executoribus deputatis, aliqui tamen de facto asserentes se jus habere, ut dicitur, in prepositura predicta quominus idem Benedictus preposituram eandem pacifice assequi valeat impedire presumunt. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. decembris, anno primo.

537 Vatican, 29 octobre 1295.

Citatio quorundam canonicorum Burgensium. (fol. 122 v°.)

Dilectis filiis .. priori monasterii sancti Johannis et magistro Antonio ac Riccardo de Murro, canonicis Burgensi-

bus. Sua nobis dilectus filius Laurentius de Urbe, camerarius dilecti filii nostri Petri sancti Eustachii diaconi cardinalis, canonicus ecclesie Burgensis, petitione monstravit quod felicis recordationis Nicolaus papa IIII[tus], predecessor noster, — canonicatum et jus canonicatus ipsius ecclesie ac prebendam cum prestimoniis — contulit, alioquin — reservavit. — Cum itaque predictus Laurentius quosdam procuratores suos, qui ejus nomine hujusmodi provisionis prosequerentur negotium, cum predictis litteris ad eandem ecclesiam destinasset, decanus Michael dictus abbas de Salis, Fernandus Petri, abbas sancti Emiliani, et Dominicus Gundisalvi, vicarius venerabilis fratri nostri .. Burgensis episcopi, canonici ejusdem ecclesie, spiritu nequitie concitati cum familiaribus suis armatis in prefata ecclesia existentes predictos procuratores, qui ad recipiendum pro dicto Laurentio stallum ipsius ecclesie chorum intraverant, manibus in eos violenter injectis per dictos familiares capi et demum ipsos ignominiose tractatos, alterum ipsorum per pedes trahi extra ecclesiam ipsam obprobriose fecerunt, et creditur quod nisi idem episcopus qui ad tumultum concurrerat dictum procuratorem de ipsorum manibus liberasset, iidem familiares predictum procuratorem in aqua vicina immaniter suffocassent; postmodum vero temporis, dicti canonici eorum errores enormes multiplicare ausu nefario non verentes, falsa [1] Sanctio quondam regi Castelle temere suggerentes, archidiaconatum de Lara, cujus possessionem prefatus Burgensis episcopus procuratoribus ipsius Laurentii ejus nomine tradiderat, per potentiam dicti regis, ipsis procuratoribus de eo violenter ejectis, contra justiciam occuparunt, et ipsius archidiaconatus percipiendo fructus in animarum suarum periculum detinent. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII kal. novembris, anno primo.

538 Vatican, 24 novembre 1295.

Indulgentia. (fol. 122 v°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo ecclesie sancte Illuminate virginis, Tudertine diocesis. Sanctorum meritis —.

Indulgentia concessa ipsi ecclesie duorum annorum et duarum quadragenarum in ipsius virginis et sancti Faustini festivitatibus, et unius anni et quadraginta dierum per octavas festivitatis prefate virginis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. decembris, anno primo.

1. *Ms.* falso.

539 Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia conferendi beneficia jam ad sedem apostolicam devoluta. (fol. 122 v°.)

Venerabili fratri N. archiepiscopo Upsallensi. Tuam volentes —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. novembris, anno primo.

(Potthast, 24204.)

540 Vatican, 30 octobre 1295.

Licentia concedendi indulgentiam in predicationibus. (fol. 123.)

Eidem. Ut spiritualium largitione —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. novembris, anno primo.

541 Vatican, 28 octobre 1295.

« Indulgentia ad fabricam in ecclesia Upsallensi. » (fol. 183.)

Universis Christi fidelibus per Upsallensem, Stregoniensem et Aresiensem civitates et dioceses constitutis. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus etc. usque vitam eternam. Cum itaque, sicut venerabilis frater noster Nicolaus archiepiscopus et dilecti filii capitulum Upsallense nobis significare curarunt, ipsi ecclesiam Upsallensem nimia vetustate consumptam de novo rehedificare inceperint opere plurimum sumptuoso, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. novembris, anno primo.

(Potthast, 24207.)

542 Anagni, 6 octobre 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 123.)

Venerabili fratri G. episcopo Mimatensi. Quia presentis vite —. Dat. Anagni, II non. octobris, anno primo.

(La Porte du Theil, fol. 206.)

543 Vatican, 1er novembre 1295.

Licentia alienandi bona ecclesiastica. (fol. 123.)

Venerabili fratri .. episcopo Asisinati et dilecto filio .. abbati monasterii sancti Miliani de Conjunctis, Eugubine diocesis. Ex parte venerabilis fratris nostri J. episcopi Nucerini fuit expositum coram nobis quod idem episcopus quedam molendina, vineas, possessiones et tenumentum ad episcopalem sedem Nucerinam spectantia in pladiis prope civitatem Nucerinam obtinet, ex quibus,

occasione discordie que inter ipsum et commune dicte civitatis eorum pretextu frequenter exoritur, — modicum utilitatis accrescit. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. novembris, anno primo.

544 Vatican, 27 novembre 1295.

Citatio abbatis sancti Richerii. (fol. 123.)

Venerabili fratri .. episcopo Belvacensi. De illis ecclesiis —. Dudum siquidem apud sedem apostolicam vacante monasterio sancti Richerii in Pontivo, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis, felicis recordationis Nicolaus papa quartus, predecessor noster, ad personam dilecti filii Odonis abbatis, tunc vero cantoris dicti monasterii, oculos sue considerationis extendens, de ipso providit eidem monasterio in abbatem, faciendo sibi in illis partibus munus benedictionis impendi et prestari ab eo fidelitatis ad Romanam ecclesiam debite juramentum; cumque idem Odo apostolorum limina visitare et de statu ejusdem monasterii sedem apostolicam informare per se vel alium postmodum non curarit, nos volentes instrui plenius per eundem qualiter monasterium ipsum spiritualiter et temporaliter dirigatur —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. decembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 207.)

545 Vatican, 29 octobre 1295.

Licentia creandi quatuor tabellionarios. (fol. 123 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Lingonensi. Ex parte tua —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 208.)

546 Vatican, 2 novembre 1295.

De episcopo Lingonensi super decima non molestando. (fol. 123 v°.)

Carissimo in christo filio Philippo regi Francie illustri. Habet, fili carissime, nostris auribus inculcata relatio venerabilis fratris nostri Johannis episcopi Lingonensis, quem nuper Lingonensi ecclesie in episcopum prefecimus et pastorem, quod cum felicis recordationis Clemens papa IIII^{tus}, predecessor noster, clare memorie Lodovico regi Francie, avo tuo, tunc in Terre Sancte profecturo subsidium, decimam ecclesiasticorum proventuum prelatorum et clericorum regni Francie qui cum ipso rege tunc minime transfretarent per triennium, in relevationem sumptuum quos erat occasione hujusmodi subiturus, duxerit auctoritate apostolica concedendum, verum licet bone memorie Guido prefati episcopi predecessor cum eodem rege ac bone memorie R. episcopo Albanensi, tunc apostolice sedis legato, in predictum transfretando subsidium usque Tunicium processerit cum eisdem, quia tamen, eodem rege, sicut Domino placuit, nature debitum persolvente, dictus G. predecessor cum ipsius regis exercitu ad propria remeavit, quam plurimis gravatus laboribus et expensis, preter dampna non modica que sibi naufragii periculosus irrogavit eventus, ac per idem triennium moram in illis partibus non contraxit, ab eodem Johanne episcopo decimam proventuum episcopatus Lingonensis pro eodem triennio tibi cum instantia postulas exhiberi. —

Ut consideratis premissis, dictum episcopum de decima prefata desistat molestare, atque etiam, si forte occasione predicta de ipsius episcopatus proventibus aliquid nomine regio est receptum, restitui curet.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. novembris, anno primo.

547 Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia dispensandi cum quinquaginta monachis vel monialibus simoniacis. (fol. 123 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Lingonensi. Sicut porrecta nobis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 209.)

548 Vatican, 28 octobre 1295.

De debitis Guidonis episcopi Lingonensis non integraliter solvendis. (fol. 123 v°.)

Eidem. Indempnitati tue et ecclesie Lingonensis paterna volentes sollicitudine precavere, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut non tenearis ad solutionem debitorum per bone memorie Guidonem predecessorem tuum nomine suo et ipsius ecclesie contractorum, nisi ea in utilitatem ejusdem ecclesie conversa fuisse legitime probaverint creditores. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 210.)

549 Vatican, 28 octobre 1295.

Pro clericis ad studendum animum habentibus. (fol. 133 v°.)

Eidem. Libenter illam tibi —. Tuis igitur supplicationibus inclinati, ut cum quadraginta ex eisdem clericis qui sint dociles et habeant animum ad studendum et ecclesiastica beneficia obtineant vel etiam obtinebunt, etiamsi cura animarum eis immineat, dispensare valeas quod usque ad quinquiennium sacros ordines suscipere minime teneantur et ad id compelli non possint inviti, constitutione contraria non obstante, auctoritate presentium indulgemus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 211.)

550 Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia censuram ecclesiasticam exercendi. (fol. 124.)

Eidem. Paci et tranquillitati tue —. Indulgemus quod in manifestos et notorios invasores, raptores, turbatores, molestatores et injuriatores tuos et ecclesie supradicte in tua civitate vel diocesi delinquentes, competenti monitione premissa, possis censuram ecclesiasticam exercere. — Nolumus autem quod hujusmodi indulgentia ad reges et regum consortes ac eorum filios quomodolibet extendatur. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 212.)

551 Vatican, 31 octobre 1295.

Licentia compellendi guardianos ecclesie Lingonensis ad restitutionem integram. (fol. 124.)

Eidem. In nostra proposuisti presentia constitutus quod pridem, tempore quo Lingonensis vacabat ecclesia cui te nuper in episcopum prefecimus et pastorem, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie certos guardianos seu procuratores ad colligendum et conservandum nomine futuri episcopi fructus, redditus et proventus ejusdem ecclesie deputarunt. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, ii kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 213.)

552 Vatican, 13 novembre 1295.

Dispensatio et abolitio infamie. (fol. 124.)

Dilecto filio Sancio canonico Palentino. Dudum presentata nobis electione de te in Ispalensi ecclesia celebrata, eam tandem confirmare curavimus tibique consecrationis munus de nostris manibus duximus impendendum; postmodum autem ad apostolatus nostri notitiam et tue confessionis assertione perducto quod cum esses actenus, ante hujusmodi electionem tuam, abbas de Lavanza in ecclesia Palentina, a nonnullis ecclesiis hujusmodi tue jurisdictioni subjectis in pecunia numerata receperas, nec fuerat ejus duplum per te postmodum infra mensem, juxta tenorem constitutionis felicis recordationis Gregorii pape X, — eisdem ecclesiis restitutum, et quod te subsequenter ad subdiaconatus et diaconatus ordines feceras promoveri et abbatiam Fusellensem, in dicta ecclesia Palentina, et alia etiam ecclesiastica beneficia fueras assecutus, — dispensatione apostolica super hiis aliquatenus non obtenta.— Nos — contra te, quem eidem Ispalensi ecclesie prefeceramus in archiepiscopum et pastorem, ad privationis sententiam archiepiscopatus ejusdem exigente justitia duximus procedendum, tibi canonicatum et prebendam ejusdem ecclesie Palentine — reservantes.— Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. novembris, anno primo.

553 Anagni, 13 septembre 1295.

Citatio ad curiam coram B. decano Pictavensi. (fol. 124.)

Dilecto filio ..plebano plebis sancti Johannis decollati de Venetiis, Castellane diocesis. Sua nobis Algissimus dictus Millanus de Zermaniaga, clericus ecclesie sancte Marie de Galzegnano, Paduane diocesis, petitione monstravit quod cum Thomasius natus nobilis viri Jacobi de Guarnirinis, civis Paduani, clericus, falso asserens quod ipse per potentiam et violentiam nobilis viri Guidonis de Lutio ac fratris sui et suorum perpetuo beneficio suo, quod se in dicta ecclesia obtinere dicebat, fuerit spoliatus et quod idem Agisinus (*sic*) benefitium hujusmodi occupaverat, — dictum Agisinum — traxisset in causam, —. Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

554 Anagni, 24 septembre 1295.

Licentia dispensandi cum XX clericis super defectu natalium. (fol. 124 v°.)

Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Senonensi. Sincere devotionis affectus —. Dat. Anagnie, viii kal. octobris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 214.)

555 Vatican, 31 octobre 1295.

Nominatio archiepiscopi Mediolanensis. (fol. 124 v°.)

Venerabili fratri Rufino archiepiscopo Mediolanensi. Pastoralis officii debitum —. Dudum siquidem juxta pastoralis officii nobis ex alto commissi debitum, de statu Mediolanensis ecclesie ac civitatis Mediolanensis et circumposite regionis sollicite cogitantes, ac volentes provide earum obviare dispendiis que dubitabantur verisimiliter proventura, si ecclesia ipsa tunc vacaret vel imposterum, presertim in tanto turbine ac discordia illarum partium, vacare contingeret, nec canonice et de persona ydonea provideretur eidem, — ordinationem et provisionem ipsius ecclesie, si tunc vacabat, vel in antea quoquo modo vacaret, — duximus reservandas; deinde vero eadem Mediolanensi ecclesia per obitum bone memorie Octonis Mediolanensis archiepiscopi pastore vacante, — te, tunc archidiaconum in ecclesia Remensi, — Mediolanensi ecclesie in archiepiscopum preficimus (*sic*) — et subsequenter munus consecrationis tibi nostris manibus duximus impendendum ac palleum — tibi fecimus exhiberi. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. novembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Mediolanensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Mediolanensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Mediolanensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Mediolanensis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Mediolanensis.

556 Vatican, 12 novembre 1295.

Citatio magistri Michaelis de Falesia (fol. 125.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. decano Abrincensibus. Sua nobis dilectus filius Nicolaus Cille, nepos venerabilis fratri nostri J. episcopi Tusculani, canonicus ecclesie Abrincensis, petitione monstravit quod felicis recordationis Nicolaus papa IIII^tus — canonicatum ejusdem ecclesie — sibi reservavit, — magistro Juliano de Çancato, canonico ecclesie Constanciensis, ejusque collegis dicto Nicolao Cille super hoc per ejusdem predecessoris litteras executoribus deputatis; verum eodem Nicolao Cille canonice recepto in dicta ecclesia — in canonicum et fratrem, ac demum vacante ibidem quadam prebenda per mortem quondam magistri Gaufridi de Astreyo, — magistri Johannes de Godofrida, et Johannes de sancto Martino de Campis ecclesiarum rectores, Abrincensis diocesis, quibus magister Julianus predictus — super hoc commiserat vices suas, prebendam predictam — prefato Nicolao Cille — canonice contulerunt —. Quod citent ad sedem apostolicam infra duos menses magistrum Michaelem de Falesia, rectorem ecclesie de Sanceyo, predicte diocesis, qui laicali fultus potentia canonicatum predictum occupavit et excommunicationis sententiam per tres annos animo indurato sustinuit.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II idus novembris, anno primo.

557 Vatican, 30 octobre 1295.

Licentia dispensandi cum centum clericis excommunicatis. (fol. 125 v°.)

Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Upsallensi. Meritis tue devotionis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. novembris, anno primo.

558 Vatican, 30 octobre 1295.

Licentia dispensandi cum quadraginta clericis super defectu natalium. (fol. 125 v°.)

Eidem. Ut eo subditis tuis —. Dat. ut supra.

559 Vatican, 21 octobre 1295.

De solutione debitorum. (fol. 125 v°.)

Dilectis filiis abbatibus monasteriorum et prioribus prioratuum civitatis et diocesis Metensis ecclesie Metensi subjectis. Indempnitati vestre —.

Ut ad solutionem debitorum predecessorum suorum « nisi ea auctoritate apostolica vel de consensu conventuum seu personarum monasteriorum et prioratuum eorundem ac ordinarii loci, aut in utilitatem ipsorum monasteriorum et prioratuum conversa fuisse legitime probaverint creditores, » non teneantur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno primo.

560 Vatican, 22 novembre 1295.

Confirmatio gratie a Celestino V facte. (fol. 125 v°.)

Dilecto filio magistro Guillelmo Lombardo, de Senonis, canonico Ambianensi. Olim dilectus filius —.

Confirmatur post litterarum inspectionem a viceeancellario factam gratia a Celestino V concessa, ut ei prebenda in ecclesia Ambianensi reservaretur, cujus auctoritate dimidiam prebendam per mortem quondam Raynaldi dicti Bequet vacantem in ipsa ecclesia jam fuerat assecutus.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

561 Vatican, 22 novembre 1295.

Pro hospitali de Tornodoro. (fol. 126.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie de castro Tornodori de novo constructi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis diocesis. Ad hospitale vestrum —.

Quod possint a quo maluerint episcopo, diocesani assensu minime requisito, ecclesiam, capellas et altaria ipsius hospitalis dedicari, consecrari, reconciliari, et cimiterium ac pallas altaris et alia ornamenta benedici, et clericos ipsius ad omnes ordines promoveri facere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

562 Vatican, 22 novembre 1295.

Pro eodem. (fol. 126.)

Eisdem. Hospitale vestrum —.

Ut perpetuus capellanus altaris beate Marie hospitalis ejusdem, qui erit pro tempore, omnibus degentibus in dicto hospitali sacramenta ecclesiastica subministrare possit.

Dat. ut supra.

563 Anagni, 22 septembre 1295.

Contra decanum et capitulum ecclesie Metensis. (fol. 126.)

Dilectis filiis .. sancti Pauli Treverensis et .. Yvodiensis, Treverensis diocesis, ecclesiarumcdecanis, ac Clerico de Pisis, canonico Remensi, capellano nostro. Petitio dilecti filii Philippi nati quondam Godefridi dicti Trisman de Luchemberch, canonici ecclesie Metensis, nobis exhibita continebat —.

Quod litteras Nicolai IV, statutum quoddam decani et capituli ecclesie Metensis revocantes, quoad dictum Philippum servari faciant, et dictos decanum et capitulum cogant ad exhibendum dicto Philippo distributiones quotidianas que ei ratione prebende sue debentur.

Dat. Anagnie, x kal. octobris, anno primo.

564 Anagni, 9 septembre 1295.

De capellanis in monasteriis monialium. (fol. 127.)

Dilectis in Christo filiabus abbatissis et conventibus monasteriorum monialium ordinis Cisterciensis. Nuper nobis vestra —.

Quod presbiteros seu capellanos seculares in dictis monasteriis commorantes et celebrantes, postquam semel prelatis canonice presentati et ab eis admissi fuerint, non teneantur annuatim representare.

Dat. Anagnie, v idus septembris, anno primo.

565 Anagni, 9 septembre 1295.

« Quod prelati celebrantes in dictis monasteriis non recipiant oblationes. » (fol. 127 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Cisterciensis ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis. Series oblate —. Dat. ut supra.

(Potthast, 24182.)

566 Vatican, 25 novembre 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 127 v°.)

Dilecto filio nobili viro Amedeo comiti Sabaudie. Devotionis tue —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vii kal. decembris, anno primo.

567 Vatican, 25 novembre 1295.

De excommunicatione absque speciali mandato non incurrenda. (fol. 127 v°.)

Eidem. Personam tuam —. Dat. ut supra.

568 Vatican, 25 novembre 1295.

De ecclesia de Aquabella. (fol. 127 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Bellicensi. Exposuit nobis dilectus filius nobilis vir Amedeus comes Sabaudie quod cum ipse ad ecclesiam sancte Katarine de Aquabella, Maurianensis diocesis, gerat sincere devotionis affectum, —.

Quod inspecta utilitate concedat nonnullis laicis, predicte ecclesie patronis, licentiam juris sui in dictum comitem transferendi.

Dat. ut supra.

569 Vatican, 18 novembre 1295.
Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Rossensis. (fol. 127 v°.)

Dilecto filio magistro Thome de Dono Dei, electo Rossensi in Scotia. Pastoralis officii —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. decembris, anno primo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Rossensis.
In e. m. .. regi Scotie.

(*En marge.*) In eundem modum scribitur sibi tanquam episcopo. Pastoralis officii etc., — per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

(POTTHAST, 24222, ubi prior tantum refertur.)

570 Vatican, 14 novembre 1295.

Nominatio electi Sanctagathensis. (fol. 128.)

Dilecto filio fratri Guidoni de Sancto Michaele, electo Sanctagathensi [1]. Militanti ecclesie —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVIII kal. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Sanctagathensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Sanctagathensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Sanctagathensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Sanctagathensis.
In e. m. archiepiscopo Beneventano.

(POTTHAST, 24219.)

571 Vatican, 18 novembre 1295.

Licentia recipiendi munus consecrationis a quocumque antistite. (fol. 128 v°.)

Dilecto filio fratri Guidoni de sancto Michaele, electo Sanctagathensi. Votis tuis libenter —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. decembris, anno primo.

(POTTHAST, 24224, sub die 23 nov., errante, ut videtur, auctore Sbaralea.)

572 Anagni, 20 septembre 1295.

Nominatio electi Calaritani. (fol. 128 v°.)

Dilecto filio Jacobo de Abbate, electo Calaritano. Rationis oculis —. Dudum siquidem ecclesia Calaritana per obitum bone memorie Percivaldi archiepiscopi Calaritani pastoris solatio destituta, dilectus filius Johannes archipresbiter et capitulum ejusdem ecclesie — convenerunt et deliberaverunt in hujusmodi negotio per viam procedere compromissi; — iidem vero archipresbiter et canonici [compromissarii] — in te, tunc canonicum ecclesie supradicte, in minoribus ordinibus constitutum, direxerunt unanimiter vota sua. — Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Calaritane.
In e. m. populo civitatis et diocesis Calaritane.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Calaritane.

In eundem modum nobili viro Mariano vicecomiti de Basso, judici Arboree, etc. Dat. ut supra.

573 Vatican, 30 octobre 1295.

Absolutio juramenti. (fol. 129.)

Venerabili fratri Philippo episcopo Sagiensi. Nuper electionem de te celebratam in ecclesia Sagiensi, tunc pastoris solatio destituta, auctoritate apostolica confirmantes, te apud sedem apostolicam constitutum prefecimus ipsi ecclesie in episcopum et pastorem, et juramento, prout moris est, per te corporaliter prestito promisisti quod apostolorum limina singulis bienniis visitares. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. novembris, anno primo.

574 Vatican, 24 décembre 1295.

« Eximuntur a prestatione decime super facto regni Sicilie. » (fol. 129.)

Dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et conventibus monasteriorum aliorumque locorum ordinis sancte Clare. Sanctitatis vestre —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. januarii, anno primo.

(POTTHAST, 24245.)

575 Vatican, 23 octobre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 129.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti ducisse Burgundie, nate clare memorie Ludovici regis Francorum. Benigno tibi sunt —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, X kal. novembris, anno primo.

1. *Ms.* scangathen.

576 Vatican, 19 décembre 1295.
Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Urgellensis. (fol. 129.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Therraconensi. Etsi quaslibet ecclesias —. Olim siquidem Urgellensi ecclesia per mortem bone memorie Petri episcopi Urgellensis destituta pastore, contigit in eadem ecclesia duas electiones, unam videlicet de dilecto filio Guillelmo de Montechateno, electo Urgellensi, ordinis fratrum Predicatorum professore, reliqua vero de Guillelmo de Erilio, archidiacono de Pratis in ipsa ecclesia, in discordia ab ipsius ecclesie canonicis celebrari. — Demum tam dictus G. electus quam idem archidiaconus jus — in nostris manibus resignarunt. Nos itaque, — nostre considerationis intuitum in eundem G. electum duximus convertendum, ipsumque — prefecimus in episcopum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. januarii, anno primo.

In eundem modum dilecto filio Guillelmo de Montechateno, electo Urgellensi. Rationis oculis etc. — ut in precedenti usque incrementis. Suscipe igitur —. Dat. ut supra.

In eundem modum capitulo ecclesie Urgellensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Urgellensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Urgellensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Urgellensis.

In eundem modum carissimo in Christo filio J. regi Aragonum illustri, salutem. Piis meritis apud —. Olim siquidem —. Rogamus itaque —. Dat. ut supra.

(*En marge.*) Venerabili fratri Guillelmo episcopo Urgellensi. Rationis oculis, etc. Olim siquidem —. — tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum G. Sabinensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

577 Vatican, 9 décembre 1295.

Nominatio episcopi Melfitensis. (fol. 129 v°.)

Venerabili fratri Paulo episcopo Melfitensi. Rationis oculis — . Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V id. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Melfitensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Melfitensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Melfitensis.

(POTTHAST, 24233.)

578 Vatican, 12 décembre 1295.

Nominatio episcopi Aprutini. (fol. 130.)

Venerabili fratri Francisco episcopo Aprutino. In suppreme dignitatis. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Aprutine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Aprutine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Aprutine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Aprutine.

(POTTHAST, 24236.)

579 Vatican, 12 décembre 1295.

Nominatio electi Venafrani. (fol. 130 v°.)

Dilecto filio Andree de Aversa, electo Venafrensi (*sic*). Inter cetera sollicitudinum —. Dudum siquidem Venefrana ecclesia per obitum — vacante, frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, — ordinationem et dispositionem ecclesie ea vice provisioni sedis apostolice reservavit. — Nos autem — te, tunc familiarem nostrum, — ipsi ecclesie Venafrane — in episcopum preficimus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Venafrane.
In e. m. clero civitatis et diocesis Venafrane.
In e. m. populo civitatis et diœcesis Venafrane.

580 Anagni, 28 juillet 1295.

Exemptio hospitalis. (fol. 129.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Xaxia de Urbe. In hospitali vestro quod felicis recordationis Innocentius papa III, predecessor noster, non solum pro sua sed predecessorum ac successorum et fratrum suorum episcoporum, presbiterorum et diaconorum sancte Romane Ecclesie cardinalium tam vivorum quam etiam defunctorum salute apud ecclesiam sancte Marie in Xassia ex elemosinis ejusdem ecclesie Romane sollempniter noscitur construxisse — .

Eximitur dictum hospitale, necnon ejus membra, quorum longissima inscritur enumeratio, in Italia, Germania, Anglia, Gallia et Hispania existentia.

Dat. Anagnie, V kal. augusti, anno primo.

580 *bis* Vatican, 15 novembre 1295.

Nominatio electi Ovetensis. (fol. 131.)

Dilecto filio Ferrando Alfonsi, electo Ovetensi. Apostolatus officium —. Dudum siquidem Ovetensi ecclesia, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, per mortem bone memorie Michaelis episcopi Ovetensis pastoris regimine destituta, tu, tunc decanus, et dilecti filii capitulum ejusdem ecclesie — quondam fratrem Fernandum Alvari, ordinis Minorum professorem, per viam scrutinii in Ovetensem episcopum concorditer elegistis, sed eodem fratre Fernando Alvari dum apud sedem apostolicam, ad quam pro prosequendo hujusmodi electionis negotio accesserat, moraretur, nature debitum persolvente, dilectus filius frater Petrus de Murrone — primo, et nos postmodum — provisionem ipsius ecclesie hac vice dispositioni sedis ejusdem duximus reservandam. De ipsius igitur ecclesie ordinatione — cogitantes, — in te, adhuc decanum ipsius ecclesie existentem, capellanum nostrum, — direximus oculos mentis nostre ; quapropter — te preficimus ipsi Ovetensi ecclesie in episcopum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xvii kal. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Ovetensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Ovetensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Ovetensis.

581 Anagni, 29 juin 1295.

Absolutio juramenti de visitanda sede apostolica prestiti. (fol. 132.)

Venerabili fratri Nicolao Albinganensi episcopo. Ex parte tua —. Dat. Anagnie, iii kal. julii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 215.)

582 Anagni, 14 septembre 1295.

Indulgentia. (fol. 132.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum — .

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum pro ecclesia sancti Leodegarii martiris, sita supra portam monasterii de Prato, Cisterciensis ordinis, Belvacensis diocesis, in beate Marie virginis et dicti Leodegarii festivitatibus.

Dat. Anagnie, xviii kal. octobris, anno primo.

583 Anagni, 14 septembre 1295.

Dispensationes super defectu natalium. (fol. 132.)

Dilecto filio Johanni de Armentariis, monacho monasterii de Dunis, Cisterciensis ordinis, Morinensis diocesis. Regularis ordinis — . Dat. ut supra in precedenti.

In eundem modum dilecto filio Johanni dicto Bovier, monacho monasterii de Laude, Cisterciensis ordinis, Tornacensis diocesis. Regularis ordinis etc., ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecto filio Henrico de Brabantia, monacho monasterii de Thosan., Cisterciensis ordinis, Tornacensis diocesis, ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

584 Vatican, 12 décembre 1295.

Nominatio episcopi Fanensis. (fol. 132.)

Venerabili fratri Berardo episcopo Fanensi. Ecclesiarum omnium — . Sane dudum venerabili fratre nostro Francisco Senegaliensi, tunc Fanensi episcopo, in episcopum Senegaliensem per capitulum Senegaliensis ecclesie concorditer postulato, ac eo per nos — gratiose translato, nos diligentius attendentes —, in te, qui per dilectum filium fratrem Petrum de Murrone — in episcopum Aquinatem promotus consecrationis munus de ipsius licentia juxta formam canonum recepisti et quem nos ab episcopatu Aquinate predicto ex certis causis, non tamen tue persone vitio, amoveramus, direximus oculos nostre mentis, teque — in episcopum Fanensem preficimus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, ii idus decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Fanensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Fanensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Fanensis.
In e. m. universis vasallis ecclesie Fanensis.

585 Vatican, 12 décembre 1295.

Confirmatio episcopi Lucerini. (fol. 132 v°.)

Venerabili fratri Aymardo episcopo Lucerino. Dudum Lucerina ecclesia per liberam cessionem dilecti filii Guillelmi de Ricia, olim episcopi Lucerini, in manibus dilecti filii fratris Petri de Murrone, tunc Celestini papa V, — factam et ab ipso receptam vacante, dictus antecessor te, tunc archipresbiterum Lucerinum, prefecit eidem ecclesie in episcopum et pastorem tibique fecit munus consecrationis

impendi — . Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II idus decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Lucerine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Lucerine.

586 Vatican, 12 décembre 1295.

Nominatio episcopi Senegaliensis. (fol. 132 v°.)

Venerabili fratri Francisco episcopo Senegaliensi. In dispositione ministeriorum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Senegaliensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Senegaliensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Senegaliensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Senegaliensis.

(Potthast, 24237.)

587 Vatican, 31 octobre 1295.

Pro conventu sancti Johannis Angeliacensi. (fol. 133.)

Dilecto filio .. abbati monasterii de Bazciaco, Xanctonensis diocesis. Sicut dilectus filius abbas monasterii sancti Johannis Angeliacensis, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis, proposuit coram nobis, proventus ejusdem monasterii pro vestibus monachorum dicti monasterii deputati vix sufficiunt pro una tunica vel pellicia annuatim unicuique monachorum ipsius monasterii exhibenda; quare dictus abbas nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur — discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus annuum redditum centum librarum turonensium parvorum, pro vestibus monachorum dicti monasterii faciendis, prioratibus et aliis administrationibus monasterio memorato subjectis imponere ac redditum ipsum inter prioratus et administrationes eosdem juxta proprias facultates dividere auctoritate nostra procures. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, I kal. novembris, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 217.)

588 Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Alatrini. (fol. 133.)

Venerabili fratri Raynaldo episcopo Alatrino. Dum attente considerationis —. Sane Alatrina ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Leonardi Esini, tunc Alatrini episcopi per nos factam — vacante, nos — te, tunc canonicum Autisiodorensem, — dicte ecclesie Alatrine preficimus in episcopum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Alatrine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Alatrine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Alatrine.

589 Vatican, 22 novembre 1295.

« Exemptio dicti hospitalis ». (fol. 133 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie de castro Tornodori, de novo constructi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis diocesis. Gerentes erga vos — . Dat. Rome, apud sanctum Petrum x kal. decembris, anno primo.

590 Vatican, 22 novembre 1295.

Exemptio procurationis. (fol. 134.)

Carissime in Christo filio Margarete regine Sicilie illustri, vidue relicte clare memorie C. regis Sicilie. Ex parte tua — .

Quod hospitale Tornodori ab ipsa in fundo proprio constructum minime teneatur ad procurationem exhibendam Lingonensi episcopo et H. electo Lugdunensi aut eorum successoribus.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, ut supra.

591 Vatican, 12 décembre 1295.

Nominatio electi Leodiensis. (fol. 134.)

Dilecto filio Hugoni de Cabilone, electo Leodiensi. Celestis dispositione consilii —. Dudum siquidem Leodiensi ecclesia per obitum bone memorie Johannis Leodiensis episcopi pastoris solatio destituta, dilecti filii prepositus et capitulum — tres de dicto capitulo fide dignos assumere curaverunt, qui vota sua et singulorum de capitulo ipso diligentius perscrutantes, — mox in ipsius capituli presentia publicarunt, et comperto per publicationem hujusmodi — quod in dilectum filium Guidonem de Anonia, archidiaconum et custodem prefate Leodiensis ecclesie, decem et novem ex ipsius ecclesie canonicis, qui triginta et unus numero existebant, quodque in dilectum filium Guillelmum prepositum Lovaniensem, archidiaconum in ecclesia supradicta, novem duntaxat consenserant, — Guido et Guillelmus predicti hujusmodi electionibus consenserunt ac idem Guido hujusmodi electionem

celebratam de ipso auctoritate venerabilis fratri nostri .. Coloniensis archiepiscopi, loci metropolitani, obtinuit confirmari, se hujusmodi confirmationis pretextu administrationi bonorum ejusdem ecclesie Leodiensis — ingerendo; et idem Guillelmus — ad sedem apostolicam appellavit. Demum — negotium in presentia felicis recordationis Nicolai pape IIII — propositum et recitatum extitit diligenter, et deinde —, quia dictus predecessor fuit, sicut Domino placuit, morte preventus, non potuit terminari. Nos autem —.

Resignantibus in manibus summi pontificis predictis Guidone et Guillelmo, preficitur in episcopum Leodiensem ipse Hugo, antea archidiaconus Laudunensis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II idus decembris, anno primo.

In eundem modum preposito et capitulo ecclesie Leodiensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Leodiensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Leodiensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Leodiensis.
In e. m. archiepiscopo Coloniensi.
In e. m. Adolfo regi Romanorum.

591 *bis* Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Leodiensis. (fol. 134 v°.)

Venerabili fratri Hugoni episcopo Leodiensi. Celestis dispositione etc. — tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi, firma spe etc. usque in finem ut in prima. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

592 Vatican, 22 novembre 1295.

Citatio archiepiscopi Magdeburgensis. (fol. 134 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Magdeburgensi. Inter cetera sollicitudinis —. Dudum apud sedem apostolicam vacante Magdeburgensi ecclesia, felicis recordationis Martinus papa IIII, predecessor noster, — de te, tunc absente, providit eidem ecclesie in archiepiscopum — et fecit tibi munus in illis partibus consecrationis impendi, palleo tibi nichilominus destinato; cumque apostolorum limina visitare et de statu ejusdem ecclesie sedem apostolicam informare per te vel alium, sicut ad id etiam juris neccessitas te adstringit, postmodum non curans, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

In eundem modum Venerabili fratri .. episcopo Albestadensi. Inter cetera — etc. verbis competenter mutatis —.

Quod ipsum archiepiscopum sub excommunicationis pena citet ad curiam Romanam infra tres menses compariturum.

Dat. ut supra.

593 Anagni, 11 juillet 1295.

Dispensatio. (fol. 135.)

Dilecto filio Gaufrido de Fuxano, monacho monasterii sancti Felicis Guixallensis, ordinis sancti Benedicti, Gerundensis diocesis. Constitutus in presentia nostra —.

Dispensatur cum eo, qui jam a viginti annis de fratrum Minorum in sancti Benedicti ordinem transierat, ut possit ad quaslibet dignitates assumi.

Dat. Anagnie, v idus julii, anno primo.

(Bullam edidimus in *Les lettres à la cour des papes*, p. 20.)

594 Vatican, 14 décembre 1295.

Nominatio abbatis Farfensis. (fol. 135.)

Dilecto filio Juncte abbati monasterii Farfensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Dudum monasterio Farfensi — per liberam resignationem Jacobi olim abbatis monasterii ejusdem in manibus nostris factam et a nobis receptam abbate vacante, nos provisionem apostolice sedi reservavimus faciendam ipsi monasterio de abbate, et postmodum administrationem dicti monasterii venerabili fratri nostro.. episcopo Tripolitano ab eo gerendam commisimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis; nuper autem commissionem hujusmodi eidem episcopo per nos factam ex certa causa duximus revocandam. Cupientes igitur —, te tunc abbatem monasterii sancti Petri Asisinatis, — monasterio Farfensi preficimus in abbatem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVIIII kal. januarii, anno primo.

In eundem modum conventui monasterii Farfensis.
In e. m. clero terre monasterii Farfensis.
In e. m. universis vassallis monasterii Farfensis.

595 Vatican, 13 décembre 1295.

Licentia habendi fontes baptismales. (fol. 135 v°.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus monasterii de Fango,

ordinis sancti Guillelmi, Grossetane diocesis. Justa vestra desideria —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. decembris, anno primo.

596 Vatican, 1er janvier 1296.

Nominatio episcopi Pensauriensis. (fol. 135 v°.)

Venerabili fratri Petro episcopo Pensauriensi. In suppreme dignitatis —. Olim siquidem Pensauriensi ecclesia per obitum bone memorie Salvi Pensauriensis episcopi, qui tempore felicis recordationis Nicolai pape IIII, predecessoris nostri, dum a curia Romana discederet [1], antequam ad ecclesiam suam Pensauriensem rediret, in itinere debitum nature persolvit, pastoris regimine destituta, dictus predecessor provisionem faciendam dicte ecclesie de pastore sedi apostolice reservavit. Nos igitur — in te, Minorum ordinis professorem, tunc custodem fratrum provintie Campanie, — direximus oculos mentis nostre; quapropter — te prefate Pensauriensi ecclesie preficimus in episcopum et pastorem tibique per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, kal. januarii, anno primo.

In e. m. capitulo ecclesie Pensauriensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Pensauriensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Pensauriensis.

597 Vatican, 24 novembre 1295.

Dispensatio super irregularitate. (fol. 136.)

Dilecto filio Henrico clerico Treverensis diocesis, germano dilecti filii nobilis viri comitis de Virneburg. Petitio tua nobis exhibita continebat quod olim inter venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Coloniensem, ex parte una, et nonnullos nobiles illarum partium, consanguineos tuos, ex altera, gravis dissentionis materia suscitata, dicti nobiles quoddam castrum ejusdem archiepiscopi in quo predones se consueverant receptare, juxta edictum a clare memorie R. rege Romanorum factum, generaliter obsederunt, et deinde prefatus archiepiscopus ad dictum castrum pro ipsius defensione cum multitudine armatorum accedens, cum eisdem nobilibus bellum campestre noscitur iniisse; ad quod veniens casualiter, prefatis nobilibus contra dictum archiepiscopum impendisti auxilium et favorem, pro ipsis nobilibus preliando; sed prelibatus archiepiscopus in hujusmodi bello, in quo hinc inde multi fuerant occisi, succumbens, ab eisdem nobilibus captus extitit et carceri mancipatus, tuque in bello predicto neminem occidisti nec in captione vel detentione predicti archiepiscopi culpabilis aliter extitisti. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. decembris, anno primo.

1. *Ms.* discedens.

598 Vatican, 24 novembre 1295.

Licentia retinendi ecclesias. (fol. 136.)

Dilecto filio Henrico de Virneburg, clerico Treverensis diocesis, consanguineo, capellano et familiari carissimi in Christo filii nostri Adolfi regis Romanorum illustris. Lecta coram nobis —.

Quod possit licite retinere duas ecclesias in Protiche et in Belmiche, Treverensis diocesis, curam animarum habentes, quas jam a septem annis obtinuit.

Dat. ut supra [in] proxima.

599 Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Callensis. (fol. 136.)

Venerabili fratri Octaviano episcopo Callensi. Dum attente considerationis —. Sane Callensi ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Guillelmi Acquinatis, tunc Callensis episcopi, — pastore vacante, Nos — de te, ordinis sancti Augustini professorem, — duximus providendum teque eidem Callensi ecclesie preficimus in episcopum, — tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum G. episcopum Sabinensem fecimus munus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

In e. m. capitulo ecclesie Callensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Callensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Callensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Callensis.

600 Vatican, 2 janvier 1296.

Nominatio episcopi Clonfertensis. (fol. 136 v°.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Clonfertensi [1]. In supreme dignitatis —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

(POTTHAST, 24257.)

1. *Ms.* clonforten.

601 Vatican, 1er décembre 1295.

Citatio archiepiscopi Cantuarensis. (fol. 137.)

Dilectis filiis magistris Giffredo de Vezano, nuntio nostro in Anglia, Cameracensis, et Johanni de Luco, Londoniensis ecclesiarum canonicis. Dilectus filius magister Opizo de Castello, doctor decretorum, cappellanus venerabilis fratris nostri G. episcopi Sabinensis, rector ecclesie sancte Marie de Scahalam, Norwicensis diocesis, nobis exposuit conquerendo quod licet ipse dictam ecclesiam canonice fuerit assecutus et eam diu pacifice possedisset, tamen .. abbas et conventus monasterii sancti Benedicti de Ulmo, ordinis ejusdem sancti, dicte diocesis, prefate ecclesie patroni, falso asserentes quod idem Opizo viam fuerat universe carnis ingressus, — Alanum Gilberti de Thorrentonio, clericum, venerabili fratri nostro .. episcopo Norwicensi, — presentarunt, set quia dictus episcopus eundem clericum — non admisit, dictus clericus ad Cantuariensem curiam, loci metropoliticam, ut dicitur, appellavit, et demum — venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus fructus, redditus et proventus dicte ecclesie sequestravit, quos adhuc detinet sequestratos. — Nos igitur eidem Opizoni — in suo jure assistere contra hujusmodi gravamina, quorum similia consueverunt frequenter Ytalicis beneficia in illis partibus obtinentibus irrogari, favorabiliter intendentes, —.

Ut archiepiscopum Cantuariensem, abbatem sancti Benedicti de Ulmo et Alanum clericum de sequestratione auferenda et fructibus restituendis moneant, alioquin eos ad curiam Romanam infra tres menses citent.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. decembris, anno primo.

602 Vatican, 3 janvier 1296.

Dispensatio super defectu etatis. (fol. 137.)

Dilecto filio Pascali Palmerii, canonico Trecensi, nepoti dilecti filii nobilis viri Johannis Pipini de Barulo. Olim tibi de canonicatu et prebenda Trecensis ecclesie, tunc per promotionem venerabilis fratris nostri G. archiepiscopi Nicosiensis — apud sedem apostolicam vacantibus — duximus providendum; — verum quia, sicut accepimus, nondum etatis tue annum septimum attigisti, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III non. januarii, anno primo.

603 Vatican, 30 décembre 1295.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 137.)

Venerabili fratri Sancio archiepiscopo Ispalensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, tam pro tuis necessariis quam pro ecclesie Ispalensis negotiis apud sedem apostolicam expediendis utiliter, te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti ut usque ad summam quatuor milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi etc. ut supra in forma concessa .. archiepiscopo Patracensi, capitulo CCCCLXXI. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. januarii, anno primo.

604 Vatican, 12 décembre 1295.

De procuratoribus ad reddendam rationem compellendis. (fol. 137 vo.)

Dilectis filiis Thedisio Maloxello et Manfredo Palastrello, canonicis Cameracensibus. Exposuerunt nobis venerabilis frater G. Sabinensis episcopus et dilectus filius noster J. sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, executores testamenti bone memorie Petri tituli sancti Marci presbiteri cardinalis, quod Castellus de Clavaro, presbiter, et alii dicti P. cardinalis quondam in partibus transmontanis procuratores et negotiorum gestores de proventibus et redditibus ecclesiasticis benefitiorum dicti cardinalis qui ad eorum manus pervenerunt rationem debitam eorundem executorum procuratoribus reddere et reliqua restituere indebite contradicunt. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. decembris, anno primo.

605 Vatican, 13 décembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 137 vo.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Petitio dilecti filii nobilis viri Hugonis marchionis de Carrecto nobis exhibita continebat quod ipse ad sedandas graves inimicitias dudum inter ipsum et progenitores suos, ex parte una, et nobilem virum Leonem marchionem de Ponzone, qui in civitate Saonensi moram trait, ac ipsius progenitores, — nobilem mulierem Elyanam filiam dicti Leonis promisit ducere in uxorem. — Verum quia eadem Elyana ex utroque parente dicto Hugoni quarta consanguinitatis linea est conjuncta, dictaque Elyana cum nobili viro Henrico marchione de Ponzone, nepote predicti Leonis, sponsalia per verba de futura contraxit, ex quibus non fuit matrimonium subsecutum, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. decembris, anno primo.

606 Vatican, 21 décembre 1295.

De inquisitore in diocesi Appamiarum deputando. (fol. 137 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albiensi. Ad extirpandam pestem letiferam heretice pravitatis tanto solertius opem impertimur et operam ac sedis apostolice partes adicimus, quanto illa vehementius displicet votis nostris et animarum salutem, ad quam ferventer intendimus, propensius affectamus. Cum itaque, sicut preteritorum temporum gesta commemorant et facti evidentia manifestat, in Tholosanis et Appamiarum partibus hujusmodi pravitas soleat admodum pullulare, Nos — fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus in civitate et diocesi Appamiarum, quas nuper auctoritate apostolica duximus statuendas, unum ex fratribus ordinis Predicatorum inferius annotatis — inquisitorem supra pravitate prefata deputare, ordinare et constituere hac vice, nostra fretus auctoritate, procures. — Nomina vero predictorum fratrum sunt hec : Arnaldus Johannis et Bernardus Gauterii, de Tholosa, Guillelmus Agaza, de Monteclaro, Caturcensis, et Guillelmus de Cruce, de Montepesulano, Magalonensis, ac Petrus Vitalis, de Lauraco, Appamiarum seu Tholosane diocesium, Predicatorum ordinis supradicti. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xii kal. januarii, anno primo.

607 Vatican, 28 décembre 1295.

Licentia contrahendi mutuum quingentarum marcharum argenti. (fol. 137 v°.)

Venerabili fratri Phylippo episcopo Tridentino. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. januarii, anno primo.

608 Vatican, 14 décembre 1295.

Committitur administratio monasterii Casinensis. (fol. 138.)

Venerabili fratri Bernardo episcopo Tripolitano, administratori monasterii Casinensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Suscepti cura regiminis —. Cum itaque monasterium Cassinense — abbate vacare noscatur ad presens, nos attendentes quod tu, propter destructionem civitatis et ecclesie Tripolitane per Sarracenos, blasphemos Christiani nominis, crudeliter attemptatam, comodo, proventibus episcopalibus ac bonis aliis ejusdem ecclesie fore nosceris destitutus, — quodque — diu, antequam ad episcopalem dignitatem esses assumptus, predictum ordinem professus fuisti et sub ejus observantia laudabiliter conversatus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xviiii kal. januarii, anno primo.

In e. m. conventui monasterii Casinensis.
In. e. m. universis vassallis monasterii Casinensis.

609 Vatican, 8 décembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 138.)

Dilecto filio Guillelmo nato dilecti filii Berardi de Varei de Asinaria et dilecte in Christo filie Alaysie nate dilecti filii Petri Bermondi, civium Lugdunensium. Cum summus —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi id. decembris, anno primo.

610 Vatican, 27 novembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 138 v°.)

Dilecto filio Henrico de Prewode et dilecte in Christo filie Nicolae uxori ejus, Conventrensis et Lichefeldensis diocesium. Intenta salutis —.

Ut possint in contracto matrimonio remanere, non obstante quod ante matrimonium ipse Henricus quandam mulierem carnaliter cognoverat dictam Nicolaam quarto consanguinitatis gradu contingentem.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. decembris, anno primo.

611 Vatican, 28 octobre 1295.

Licentia construendi oratorium. (fol. 138 v°.)

Dilectis filiis consulibus et comuni civitatis et burgi Narbonensis. Libenter ad gratam —.

Quod possint in hospitali burgi Narbonensis, cujus sunt patroni, oratorium propriis sumptibus construere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. novembris, anno primo.

612 Vatican, 28 octobre 1295.

Confirmatio gratie ab Alexandro IV facte. (fol. 138 v°.)

Dilectis filiis .. sancti Pontii de Thomeriis et .. de Grassa monasteriorum abbatibus, Narbonensis et Carcasonensis diocesium. Dilectorum filiorum consulum civitatis et burgi

Narbonensis — petitio continebat quod felicis recordationis Alexander papa IIIIus, predecessor noster, eos favore prosequens gratioso, ne dicti consules et cives Narbonenses indebitis exactionum oneribus gravarentur, abbati monasterii sancti Affrodisii Biterrensis commisit ut auctoritate sua inhibere curaret ne quisquam, cujuscumque conditionis vel dignitatis existeret, in civitate Narbonensi predicta absque illius qui hoc posset auctoritate novas pedagiorum exactiones, quibuscumque nominibus censerentur, presumeret statuere. — Dat. ut supra.

613 Vatican, 27 octobre 1295.

Contra hereticos in regno Cypri. (fol. 138 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Nicosiensi. Sua nobis venerabilis frater —.

Ut procedat contra canonicos et sacerdotes cathedralis ecclesie grece de Lafachara, et alios quoscumque in toto regno Cypri de heretica pravitate respersos vel suspectos, et eos capi et carceri mancipari faciat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI kal. novembris, anno primo.

614 Vatican, 27 octobre 1295.

Contra episcopum grecum hereticum. (fol. 139.)

Eidem. Significavit nobis venerabilis frater noster Berardus episcopus Nimotiensis, ordinis fratrum Predicatorum professor, quod cum olim ipse ad cathedralem ecclesiam grecam de Lafachara, Nicosiensis provintie, ecclesie Nimotiensis et ejusdem episcopi jurisdictioni ex ordinatione felicis recordationis Alexandri papa IIIIti, predecessoris nostri, subjectam, accessisset, visitationis in ea tam in capite quam in membris officium impensurus, Matheo episcopo greco de Lafachara et quampluribus aliis sacerdotibus et clericis grecis eidem episcopo subditis verbo Dei proposito interrogavit —.

Cum dictus Matheus, post varias citationes non auditas, primo excommunicatus, in qua excommunicatione per tres annos contumaciter perseveravit, deinde tanquam hereticus damnatus, se ad diocesim Nicosiensem receptasset nec eum Johannes Turritanus, tunc Nicosiensis archiepiscopus, capi ab episcopo Nimotiensi sinere voluisset, mandatur archiepiscopo Nicosiensi ut ipsum Matheum capi et carceri mancipari faciat donec a sede apostolica aliud speciale mandatum receperit.

Dat. ut supra.

615 Vatican, 24 novembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 139 v°.)

Dilecto filio nobili viro Lapo de Bardis et dilecte in Christo filie nobili mulieri Nobili nate quondam Rinutii de Eruariis de Florentia. Exhibita nobis vestra petitio continebat quod cum olim quondam Cinus frater tuus, fili Lape, ac quondam Rinutius pater tuus, filia Nobilis, cives Florentini, Verone moram contraherent et affectarent Nerium filium ipsius Cini laicum, tunc in Francia existentem, et te, filia Nobilis, matrimonialiter insimul copulari, pro te dictoque Nerio — per verba de futuro sponsalia contraxerunt; set prefatus Nerius, id minime ratum habens, quandam aliam mulierem, dum adhuc in gallicanis partibus permaneret, duxit legitime in uxorem; vos autem postmodum matrimonium ad invicem contrahentes —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. decembris, anno primo.

616 Vatican, 13 novembre 1295.

Exemptio decime super facto regni Sicilie concesse. (fol. 139 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Rufi Valentini, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini. Assidue nobis imminentes —. Ex vestra siquidem nobis insinuatione innotuit quod felicis recordationis Nicolaus papa IIII, predecessor noster, intellecto quod monasterium vestrum, secus decursum fluminis Rodani constitutum, adeo ejusdem fluminis impulsis procellosis impetitur et procellis gravibus infestatur, quod ex hoc ei eversionis periculum imminet et ruine, — in ipsius monasterii subsidium decimam omnium proventuum prioratuum et membrorum ejusdem monasterii de ipsorum consensu vobis usque ad sex annos litterarum suarum auctoritate concessit. — Nos itaque, quibus dum essemus in minori officio constituti et per Valentiam transitum faceremus de periculis que dicto monasterio ex premissis imminent constitit evidenter,—.Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. novembris, anno primo.

617 Vatican, 13 janvier 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 139 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Dolensi (sic). Petitio dilectorum filiorum Guillelmi dicti Berrous, prepositi ecclesie de Lovanio, patrui Johannis domicelli, filii quondam

Gualteri dicti Berrous, domini de Machlinia, ac nobilis viri Godefridi domini de Aroscot, Leodiensis diocesis, nobis exhibita continebat quod prepositus et Godefridus prefati, non solum ad propriam et consanguineorum ac amicorum suorum pacem solidam de bono in melius conservandam, verum etiam ad terre Brabantie, ubi partes consistunt, tranquillum statum et prosperum, cum ex ipsorum pace non solum fidelibus, sed etiam ecclesiis et religiosis locis illarum partium comoda multa proveniant et ex turbatione plurima incomoda generentur, totis studiis intendentes, prefatum Johannem domicellum ac dilectam in Christo filiam Blancham natam ipsius Godefridi affectant matrimonialiter copulare, sed quia prefati Johannes et Blancha se invicem quarto consanguinitatis gradu contingent, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 224.)

618 Vatican, 8 janvier 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 140.)

Eidem. Exposita nobis dilecti filii nobilis viri Walerami comitis Juliacensis et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie nate dilecti filii nobilis viri Godefridi de Brebantia, domini castri de Arscort, Leodiensis diocesis, petitio continebat —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi id. januarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 225.)

619 Vatican, 13 janvier 1296.

De excommunicatione absque speciali mandato non incurrenda. (fol. 140.)

Carissime in Christo filie Marie regine Francie illustri, vidue relicte clare memorie Phy. regis Francie illustris. Inter ceteras sedis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

620 Vatican, 13 janvier 1296.

Pro hospitali de Anneto. (fol. 140.)

Eidem. Devotionis tue —. Cum itaque, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tu in villa de Anneto, Carnotensis diocesis, in honorem sancte Helizabet de Turingia et pro refectione pauperum quoddam hospitale de bonis propriis construi feceris et dotaris —.

Quod rector parochialis ecclesie, infra cujus parochiam dictum hospitale consistit, ratione oblationum vel sepulturarum a magistro et fratribus hospitalis aliquid exigere non valeat, recepto tamen ab eis annis singulis viginti solidis.

Dat. ut supra.

621 Vatican, 3 novembre 1294.

Pro eodem (fol. 140.)

Eidem. Meritis tue devotionis —.

Quod ipsa et successores ejus habeant jus patronatus in capella hospitalis sancte Elizabeth de Turingia in castro de Anneto ab ea fundati.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii non. novembris, anno primo.

622 Vatican, 3 novembre 1295.

Pro eodem. (fol. 140.)

Eidem. Meritis tue devotionis —.

Quod ipsa et successores ejus possint in hospitali sancte Elizabeth de Turingia, ab ea in castro de Anneto fundato, rectorem seu administratorem bonum temporalium dicti hospitalis instituere et destituere, qui ipsi et successoribus ejus ac etiam ordinario loci, cum fuerit requisitus, rationem reddere teneatur.

Dat. ut supra.

623 Vatican, 3 novembre 1295.

Pro eodem. (fol. 140 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus ac dilectis in Christo filiabus sororibus hospitalis sancte Helisabet de Turingia de Anneto, Carnotensis diocesis. Ad hospitale vestrum —.

Eximuntur ab omni onere synodali et exactione quacunque procurationis nomine ordinario loci forsitan debita.

Dat. ut supra.

624 Vatican, 18 janvier 1296.

« Quod possit uti suis privilegiis, non obstante aliqua constitutione. » (fol. 140, v°.)

Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. Apostolice sedis favor —. Exposita siquidem nobis petitio regia continebat quod tu et domus tua nonnullis pri-

vilegiis et indulgentiis apostolicis muniti consistis, sed propter constitutiones a nobis editas privilegiis et indulgentiis ipsis uti ut actenus libere non valetis. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xv kal. februarii, anno primo.

625 Vatican, 8 janvier 1296.

« Quod possint ad quasdam capellas presentare. » (fol. 140 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. priorisse et conventui monasterii Vallis Ducisse, Cameracensis diocesis, secundum regulam beati Augusti viventibus. Devotionis vestre —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi id. januarii, anno primo.

(Potthast, 24258.)

626 Vatican, 13 janvier 1296.

Concessio ecclesie. (fol. 140 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Petri de Burgo, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis. Meritis vestre religionis —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod ad predictum monasterium, juxta publicam stratam situm, tam pauperum quam aliorum jugiter confluit multitudo, quibus in eo vite necessaria ministrantur, — quodque monasterium ipsum, occasione guerrarum in illis partibus ingruentium, — gravatum fore dinoscitur. —

Conceditur eis ecclesia de Werinygren., Lincolniensis diocesis, cum juribus et redditibus suis, reservata congrua portione perpetuo vicario dicte ecclesie.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis .. abbati monasterii de sancto Edmundo, ordinis sancti Benedicti, Norvicensis diocesis, ac magistris Raynerio de Vichio, dicto de Florentia, Lichefeldensis, et Jacobo de Castello, decretorum doctori, Castellane canonicis ecclesiarum. —

627 Vatican, 13 janvier 1296.

Citatio ad curiam. (fol. 141.)

Dilectis filiis .. thesaurario ecclesie sancti Andree Coloniensis, et Frederico de Hamerstein, canonico ecclesie Werdensis, Coloniensis diocesis. Ad audientiam nostram —.

Quod citent ad curiam infra duos menses personaliter vel per procuratorem responsurum Florekinum de Vololo, presbiterum Coloniensis diocesis, qui Henricum ecclesie de Herpele, ejusdem diocesis, legitimum rectorem in pacifica possessione turbavit.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

628 Vatican, 13 janvier 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 141.)

Dilecto filio Ade de Pruvino, legum professori, canonico Senonensi. Illegitime genitos —.

Quod non obstante defectu quem patitur, de soluto genitus et soluta, ad personatus et dignitates ecclesiasticas licite possit assumi, ita tamen ut episcopalem dignitatem, si ad eam vocari eum contigerit, non recipiat absque sedis apostolice licentia speciali.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

629 Vatican, 13 janvier 1296.

Indulgentia quadraginta dierum concessa benefactoribus hospitalis de Anneto. (fol. 141 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quoniam, ut ait Apostolus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

(Cf. supra, n° 620 et seq.)

630 Vatican, 1er novembre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 141 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Aelidi domicelle de Peroys [1]. Ut per confessionis lavacrum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. novembris, anno primo.

631 Vatican, 22 novembre 1295.

« Exemptio hospitalis de Tornodoro, ita quod ecclesie Romane solvant annuatim unam marcham argenti. » (fol. 141 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Pultheriarum, Lingonensis diocesis, et .. archidiacono Lingonensis, et .. archi-

1. *Sic, sed in indice* Percys.

diacono Parisiensis, et .. decano Nivernensis ecclesiarum. Gerentes erga —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

632 Vatican, 5 janvier 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 142.)

Dilecto filio Petro tituli sancte Crucis presbitero cardinali. Ut eo liberius —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. januarii, anno primo.

633 Vatican, 5 décembre 1295.

Indulgentia. (fol. 142.)

Universis presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum ecclesie Asisinati concessa « in Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis Domini, ac Pentecosten et sancte Crucis nec non et in singulis beate Marie Virginis, sanctorum Michaelis Archangeli, Johannis Baptiste, Johannis Evangeliste, Petri et Pauli et aliorum apostolorum, Stephani prothomartiris, Rufini et Sanini martirum, Francisci, Silvestri et Blasii confessorum et commemorationis omnium sanctorum et sancte Clare virginis festivitatibus, » et centum dierum per octabas dictarum festivitatum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. decembris, anno primo.

634 Anagni, 14 septembre 1295.

Confirmatio decimarum. (fol. 142.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii de Bosco prope Gandavum [1], *Cisterciensis ordinis, Tornacensis diocesis.* Volentes vestre devotionis —.

Confirmantur eis omnes decime veteres et novalium quas per quadraginta annos et amplius hactenus perceperunt.

Dat. Anagnie, XVIII kal. octobris, anno primo.

In eundem modum dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii de Biloke, Cisterciensis ordinis, Tornacensis diocesis, etc. Volentes etc., ut in precedenti per totum.

635 Vatican, 11 novembre 1295.

« Confirmatio exemptionis. » (fol. 142.)

1. *Ms.* gandonum.

Dilectis filiis generali et provintialibus ministris ac universis fratribus ordinis fratrum Minorum. Inter ceteros ordines —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III id. novembris, anno primo.

(POTTHAST, 24212.)

636 Vatican, 12 novembre 1295.

« Quod possint ingredi monasteria monialium. » (fol. 142 v°.)

Eisdem. Habet vestre devotionis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. novembris, anno primo.

(POTTHAST, 24216.)

637 Vatican, 12 novembre 1295.

« Quod possint corrigere fratres sui ordinis et punire. » (fol. 142 v°.)

Eisdem. Ad augmentum —. Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24215.)

638 Vatican, 25 novembre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 142 v°.)

Dilecto filio nobili viro Amedeo comiti Sabaudie. Ut per confessionis lavacrum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII kal. decembris, anno primo.

639 Anagni, 23 août 1295.

Licentia recipiendi cessionem. (fol. 142 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Ex parte dilecti filii Nicole abbatis monasterii sancti Stephani de Janua, ordinis sancti Benedicti, fuit expositum coram nobis quod ipse debilitate, infirmitate ac senio proprii corporis jam confractus, —. Dat. Anagnie, x kal. septembris, anno primo.

640 Anagni, 19 août 1295.
Vatican, 18 octobre 1295.

Indulgentie pro ecclesiis Januensibus. (fol. 142 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria —.

Indulgentia unius anni et quadraginta dierum concessa in festo beati Jacobi et per octo dies sequentes ipsum festum ecclesie sancti Jacobi de Priano « quam dilectus filius Luchetus Gatiluxius, civis Januensis, de bonis propriis fundasse dicitur et dotasse. »

Dat. Anagnie, XIIII kal. septembris, anno primo.

In eundem modum. Vite perennis etc. —

Indulgentia XL dierum concessa ecclesie sancte Crucis de Serzano Januensi « in singulis beate Marie virginis, sancte Valerie, sancte Helene ac ejusdem sancte Crucis festivitatibus ac in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesie. »

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XV kal. novembris, anno primo.

640 *bis* Vatican, 27 novembre 1295.

Licentia creandi quinque tabellionarios. (fol. 143.)

Dilecto filio H. de Villars, electo Lugdunensi. Cum, sicut asseris,—. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. decembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 230.)

641 Vatican, 27 novembre 1295.

Licentia pro sex clericis percipiendi fructus in absentia. (fol. 143.)

Eidem. Meritis tue devotionis —. Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 230 v°.)

642 Vatican, 29 novembre 1295.

Licentia celebrandi in locis interdictis. (fol. 143.)

Eidem. Inducti tue sinceritatis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. decembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 231 v°.)

643 Vatican, 29 novembre 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 143.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 233 v°.)

644 Vatican, 27 novembre 1295.

Licentia dispensandi cum simoniacis. (fol. 143.)

Eidem. Ex parte tua —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. decembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 143.)

645 Vatican, 27 novembre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 143.)

Dilecto filio Hugoni abbati monasterii de Burgulio, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis. Tue devotionis sinceritas —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. decembris, anno primo.

646 Vatican, 3 novembre 1295.

Committitur dispensatio super defectu natalium. (fol. 143.)

Venerabili fratri .. episcopo Ruthenensi. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Petrus dictus Leu, clericus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit ut cum eo super defectu natalium quem patitur, de soluto genitus et conjugata, —. Dat. Rome, III non. novembris, anno primo.

647 Vatican, 1er décembre 1295.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 143 v°.)

Dilecto filio magistro Roberto de Staford, archidiacono Conventrensi. Apostolice sedis benignitas —. Sane ex parte tua fuit propositum coram nobis quod tu olim primo ecclesiam de Tibbischulf et postmodum archidiaconatum Conventrensem ac demum ecclesiam Chekkelcie, Conventrensis et Lichefeldensis diocesium, curam animarum habentes, successive adeptus fuisti. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. decembris, anno primo.

648 Vatican, 1er décembre 1295.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 143 v°.)

Dilecto filio Ade de Muretun, presbitero, rectori ecclesie de Brunningham [1], *Norvicensis diocesis.* Licet ne quis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu olim capellam de Parvo Burgo curam animarum habentem primo et deinde ecclesiam de Brunningham, Norwicensis diocesis, cui similis cura imminet, adeptus fuisti. — Dat. ut supra.

1. *Rubricator scripsit* Bruningan., *etsi in exemplari minutis litteris scripto* brunningham *legitur.*

649 Vatican, 19 janvier 1296.

Concessio tabellionatus officii. (fol. 143 vo.)

Dilecto filio Petro Bonegentis, camere nostre clerico. Ne contractuum memoria —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. februarii, anno primo.

650 Vatican, 13 janvier 1296. 24 février 1296.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 143 vo.)

Venerabili fratri Roberto Clonfertensi[1] *episcopo.* Cum sicut —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

(*En marge.*) In eundem modum scribitur executoribus dilectis filiis .. archidiacono Bononiensi et magistro Giffredo de Vezano, canonico Cameracensi. Exponente pridem nobis etc. ut supra in illa que dirigitur .. archiepiscopo Patracensi usque in finem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII kal. martii, anno secundo.

(POTTHAST, 24260, ubi prior tantum refertur.)

651 Vatican, 10 novembre 1295.

Confirmatio statuti. (fol. 144.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis. Hiis que per viros —.

Confirmatur auctoritate apostolica quoddam statutum a Bernardo quondam priore et capitulo dicte ecclesie ordinatum, scilicet ut in dicta ecclesia prebendarum quindecim et canonicorum tredecim numerus sit, ut prior duas ex dictis prebendis obtineat, et reliquarum quatuor sacerdotales, quatuor diaconales, et quinque subdiaconales sint; ut nullus in canonicum, nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus, recipiatur et, si aliquis ad prebendam sacerdotalem vel diaconalem admissus fuerit, fructum non percipiat nec habeat vocem in capitulo donec fuerit in ordine quem prebenda sua requisierit; ut tamen quilibet prior in novitate sua possit unum canonicum instituere, quem capitulum admittere teneatur, primam prebendam subdiaconalem vacaturam obtenturum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. novembris, anno primo.

652 Vatican, 6 décembre 1295.

Licentia fructus in absentia percipiendi pro quatuor clericis. (fol. 144.)

Venerabili fratri Nicolao episcopo Ebroicensi. Tue devotionis sinceritas —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII id. decembris, anno primo.

653 Vatican, 6 décembre 1295.

Licentia creandi unum tabellionarium. (fol. 144 vo.)

Eidem. Cum, sicut asseris, —. Dat. ut supra.

654 Vatican, 5 décembre 1295.

Concessio officii tabellionatus post examinationem a Petro de Piperno, sancte Romane ecclesie vicecancellario, factam. (fol. 144 vo.)

Dilecto filio Guillelmo Johannis Bochardi, de Artamara, clerico in minoribus ordinibus constituto, Gebennensis diocesis. Ne contractuum memoria —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. decembris, anno primo.

655 Anagni, 4 octobre 1295.

Collatio abbatie sancte Marie Majoris Pictavensis. (fol. 144 vo.)

Dilecto filio Geraldo Roberti, abbati secularis ecclesie Sancte Marie Majoris Pictavensis. Olim tibi abbatiam secularis ecclesie sancte Marie Majoris Pictavensis — contulimus, — et tecum eadem auctoritate duximus dispensandum ut abbatiam ipsam una cum prepositura quam in Pictavensi ecclesia obtinebas posses licite retinere. — Postmodum autem ex certa causa, non tamen tue persone vitio, te tam abbatia quam prepositura privavimus supradictis et reddidimus te inhabilem ad dignitatem seu personatum in dicta Pictavensi ecclesia obtinendum; quia vero de honestate morum et vite, nobilitate generis aliisque probitatis meritis apud nos multipliciter commendaris, nos — te ad alteram dictarum dignitatum, videlicet prepositure ac abbatie, quam duceres eligendam, restituimus. — Dat. Anagni, IIII non. octobris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 236.)

656 Vatican, 11 novembre 1295.

« Constitutio et ordinatio regule ipsius ordinis. » (fol. 144 vo.)

Dilectis filiis .. generali et provintialibus ministris ac universis fratribus ordinis fratrum Minorum. Virtute conspicuos —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III id. novembris, anno primo.

(POTTHAST, 24213.)

1. *Ms.* Clonforten.

657 Vatican, 15 janvier 1296.

Nominatio archiepiscopi Lugdunensis consecrati. (fol. 146 v°.)

Venerabili fratri Henrico archiepiscopo Lugdunensi. Romani pontificis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVIII kal. februarii, anno primo.

(*Cf. supra*, n° 262.)

658 Vatican, 18 décembre 1295.

« Concessio studii generalis in civitate Appamiarum. » (fol. 146 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dum sollicite considerationis —. Cum igitur Appamiarum civitas, quam nuper suadentibus rationabilibus causis — in civitatem ereximus et decoravimus vocabulo civitatis, propter ipsius commoditates et conditiones quamplurimas apta non modicum hujusmodi studio censeatur, nos profectibus publicis multipliciter expedire credentes, ut in civitate predicta cultores sapientie inserantur fructum uberem largiente Domino in tempore producturi, presentium auctoritate statuimus ut in civitate prefata sit deinceps studium generale in quo magistri doceant et scolares libere studeant et audiant in quavis licita facultate. Nulli ergo etc. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XV kal. januarii, anno primo.

659 Anagni, 28 août 1295.

Concessio regule. (fol. 146 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum Minorum monasterii Pietatis beate Marie virginis de Watebeche, Eliensis diocesis. Cum omnis vera religio —. Ea propter, dilecte in Domino filie, — nos carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Dyonisie de Monte Canisio, vestri monasterii fundatricis, vestrisque piis precibus inclinati, ordinem illum ac regulam et vivendi formulam que dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui sororum monasterii Humilitatis beate Marie prope sanctum Clodoaldum predicti ordinis, Parisiensis ordinis, ab apostolica sede tradita esse dinoscitur devotionis vestre duximus concedendos. —

Sequitur tenor dicte regule.

Dat. Anagnie, V kal. septembris, anno primo.

In eundem modum dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii de Gratia beate Marie virginis, Londoniensis diocesis. Cum omnis etc. — Nos carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris, et dilecti filii nobilis viri Edmundi, ejus fratris, et carissime in Christo filie nostre Blanche regine Navarre illustris, vestri monasterii fundatricis, —. Dat. ut supra.

(Cf. POTTHAST, 18600.)

660 Vatican, 28 janvier 1296.

Licentia creandi tres tabellionarios. (fol. 149 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Atrebatensi. Cum, sicut asseris, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. februarii, anno secundo [1].

(LAPORTE DU THEIL, fol. 239.)

661 Vatican, 21 janvier 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 149 v°.)

Venerabili fratri H. episcopo Ostiensi. Nuper nobis humiliter —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno primo.

662 Vatican, 13 janvier 1296.

« Statuta et confirmatio ac ordinatio dicti ordinis. » (fol. 150.)

Dilectis filiis .. magistro, prioribus et fratribus universis ordinis Predicatorum. Virtute conspicuos —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. januarii, anno primo.

663 Vatican, 26 novembre 1295.

Nominatio archiepiscopi Ispalensis. (fol. 151 v°.)

Venerabili fratri Sanctio archiepiscopo Ispalensi. In supreme dignitatis —.

Dispensatur cum eo super irregularite, qua exigente fuerat prius ab ipso summo pontifice archiepiscopatu Ispalensi privatus, (*Cf. supra*, n° 552), et iterum in archiepiscopum preficitur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI kal. decembris, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Ispalensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Ispalensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Ispalensis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Ispalensis.

1. *Ms.* anno primo, *sed corrigere non dubitavi.*

664 Vatican, 8 novembre 1295.

Nominatio abbatis. (fol. 152.)

Dilecto filio fratri Stephano abbati monasterii sancti Eugendi Jurensis, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis. Ad sumpti —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI id. novembris, anno primo.

In eundem modum conventui dicti monasterii.

665 Vatican, 8 décembre 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 152 v°.)

Dilecto filio Aymoni Villelmi, domino de Montaniaco, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti nate quondam Jacobi de Grandisono, militis, Lausanensis diocesis. Etsi conjunctio copule —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI id. decembris, anno primo.

666 Vatican, 2 décembre 1295.

« Quod possit quibusdam locis quosdam libros dimittere. » (fol. 152.)

Dilecto filio fratri Raymundo Gaufridi, ordinis fratrum Minorum. Tua nobis devotio —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. decembris, anno primo.

(POTTHAST, 24229.)

667 Vatican, 9 janvier 1296.

Dispensatio irregularitatis. (fol. 152 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Duroforti, monacho monasterii Moisiacensis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis [diocesis]. Habet tue devotionis assertio quod tu hactenus decanatum Soliacensis monasterii, ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis, tibi canonice collatum recipiens, te non fecisti prout ejus cura requirit in presbiterum promoveri, et postmodum de Rapistagno, Albiensis, et deinde de Virarello, Agennensis diocesium, prioratus absque dispensatione apostolice sedis recepisti. —

Dictorum decanatus et prioratuum resignatione prius facta, dispensatur cum eo ut possit ad superiores honores promoveri et irregularitatis nota penitus aboletur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V id. januarii, anno primo.

668 Vatican, 11 décembre 1295.

Confirmatio fundationis. (fol. 153.)

Dilectis filiis preceptori, presbiteris et fratribus hospitalis sanctorum Pauli, Eligii et Clementis Ulixbonensis. Solet annuere sedes apostolica —. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod bone memorie D. Ulixbonensis episcopus — hospitale vestrum — pro suorum et carissimi in Christo filii nostri Dyonisii illustris ac clare memorie A. tertii Portugalie regum remissione peccaminum, de bonis ad ipsum episcopum ratione persone sue spectantibus fundavit pariter et dotavit, mandans ut —, et quod etiam sex scolaribus ad discendum aptis, quorum duo vel eorum alter ad audiendum jura, alter vero theologiam, reliqui autem quatuor grammaticalia vel logicalia aut naturalia seu medicinalia deputentur, —. Dat. Rome, III id. decembris, anno primo.

669 Vatican, 1er décembre 1295.

Licentia contrahendi mutuum M lb. tur. parv. (fol. 153 v°.)

Dilecto filio Raymundo abbati monasterii Riomensis[1], *ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis.* Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. decembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 242.)

670 Latran, 11 avril 1295.

« Sententia domini Ursi super quibusdam castris. » (fol. 153 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum olim —. Dat. Laterani, III id. aprilis, anno primo.

(POTTHAST, 24067.)

671 Vatican, 29 novembre 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 156 v°.)

Dilecto filio Henrico electo Lugdunensi. Ut in animo —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. decembris, anno primo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 243.)

672 Vatican, 16 janvier 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 157.)

Dilecto filio Landulpho electo Brixinensi. Quia presentis vite —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVII kal. februarii, anno primo.

1. *Ms.* riomenen.

673 Vatican, 16 janvier 1296.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 157.)

Eidem. Desideriis tuis —. Dat. ut supra.

674 Anagni, 1er octobre 1295.

« Confirmatio cujusdam compositionis inite inter quosdam nobiles Flandrenses. » (fol. 157.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent et illata consistere et ipsis robur firmitatis convenit adhiberi, ne recidiva pullulent questione. Sane dudum inter dilectum filium nobilem virum Guidonem comitem Flandrie et quondam Guillelmum ac quondam Johannem de Dampetra, ex parte una, et quondam Balduinum ac quondam Johannem de Avesnis [1], ex altera, filios quondam Margarite Flandrie et Aynonie comitisse, super eo quod utraque pars eidem comitisse, post ipsius obitum, se debere in bonis ejus succedere asserebat, questione suborta, licet hujusmodi questio per quandam ordinationem bone memorie O. Tusculani episcopi, tunc in partibus illis apostolice sedis legati, et clare memorie regis Francie, in quos partes compromiserant, videretur terminata fuisse, rursus tandem — fuit discordia suscitata ; cumque discordia ipsa non solum inter predictas partes set etiam inter prefatam comitissam et Balduinam et Johannem de Avesnis predictos adeo superexcrevisset quod ex ea periculosa guerrarum dispendia sequerentur, tandem per quandam aliam ordinationem memorati regis et per amicabilem compositionem partium superadditam hujusmodi discordia extitit terminata. — Nos igitur cupientes ut eedem ordinationes et compositio — perpetuum robur obtineant firmitatis, illasque ratas habentes et firmas, eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsarum litterarum dictorum Johannis et Balduini de Avesnis de verbo ad verbum presentibus inseri facientes.

Sequuntur littere, date anno MCC° L° VII°, mense novembris, in die beate Cecilie virginis, predictam priorem ordinationem factam Parisius anno Domini M° CC° XL° VI°, mense julio, de verbo ad verbum inter cetera continentes.

Dat. Anagnie, kal. octobris, anno primo.

675 Anagni, 1er octobre 1265.

De dicta compositione sub pene ecclesiastice censure observanda. (fol. 160.)

1. *Ms.* auesin.

Venerabilibus fratribus .. Morinensi et Tornacensi episcopis. Dudum inter —. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 244.)

676 Vatican, 17 décembre 1295.

Licentia reconciliandi ecclesias per alium. (fol. 160 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Laudunensi. Devotionis affectus —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xvi kal. januarii, anno primo.

676 Vatican, 17 décembre 1295.

Licentia pro quinque clericis fructus in absentia percipiendi. (fol. 160 v°.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

In eundem modum dilectis filiis .. abbati monasterii sancti Vincentii et .. officiali Laudunensibus. Precibus devotionis —. Dat. ut supra.

677 Anagni, 27 septembre 1295.

Provisio prebendarum pro quatuor clericis comitis Flandrie. (fol. 160 v°.)

Dilectis filiis [1] *.. Cameracensis et .. Casletensis prepositis et C. decano Sicliniensis, Morinensis et Tornacensis diocesium, ecclesiarum.* Meruit sincera devotio, quam dilectus filius nobilis vir Guido comes Flandrie marchio Namurcensis, erga nos et Romanam gerit ecclesiam —. Dat. Anagnie, v kal. octobris, anno primo.

678 Vatican, 22 janvier 1296.

Licentia creandi duos tabellionarios. (fol. 161.)

Venerabili fratri G. episcopo Ambianensi. Ex parte tua —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xi kal. februarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 246.)

679 Vatican, 10 janvier 1296.

Licentia dividendi prebendas. (fol. 161.)

1. *Ms.* filio.

Eidem. Ex tenore tue petitionis accepimus quod in Ambianensi ecclesia quadragenarius duntaxat numerus prebendarum ab antiquo dinoscitur institutus, quarum tredecim tum Romane ecclesie cardinales, tum etiam officiales ipsius ac alii in Romana curia existentes ex collatione apostolica obtinent qui, prout firmiter creditur et verisimili presumptione tenetur, in eadem Ambianensi ecclesia nequaquam residentiam faciunt personalem, propter quod ecclesia ipsa obsequiis debitis quamplurimum defraudatur. —

Quod quatuor prebendas ejusdem ecclesie ad collationem suam spectantes dividere possit et octo clericis conferre « ita quod tam hii qui hujusmodi prebendas dimidias obtinebunt, quam etiam octo canonici ejusdem ecclesie qui jam dimidias obtinere noscuntur, distributiones integras singulis diebus percipiant, ut libentius propterea in ecclesia resideant supradicta. »

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. januarii, anno primo.

(Laporte du Theil, fol. 247.)

680 Vatican, 10 janvier 1296.

De excommunicatione, suspensione vel interdicto sine speciali mandato non incurrendis. (fol. 161.)

Eidem. Movet [1] nos —. Dat. ut supra.

681 Vatican, 25 novembre 1295.

De collatione beneficii facienda. (fol. 161.)

Venerabili fratri .. episcopo Gerundensi. Cum in monasterio sancti Johannis de Abbatissis, ordinis sancti Augustini, Vicensis diocesis, officium sacristie per mortem quondam fratris Raymundi de Monte Rubeo, sacriste ipsius monasterii, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacare noscatur, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII kal. decembris, anno primo.

682 Vatican, 11 janvier 1296.

Collatio ecclesie. (fol. 161 v°.)

Dilecto filio Bernardo Durandi, rectori ecclesie sancti Lupi Billomensis, Claromontensis diocesis. Dudum dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, — canonicatum et prebendam ecclesie Nivernensis, apud sedem apostolicam tunc vacantes per mortem quondam magistri Johannis de Nantueal (*sic*), olim ipsius ecclesie canonici, dilecto filio Hugoni de Bessonio, clerico et familiari venerabilis fratris nostri H. episcopi Ostiensis, tunc rectori ecclesie sancti Lupi Biliomensis, Claromontensis diocesis, auctoritate apostolica contulit. —

Obtentu episcopi Ostiensis, confertur ei dicta ecclesia sancti Lupi sic vacans, eo non obstante quod in ecclesia Biliomensi decanatum ac in eadem ac de Ursivallis, predicte diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III id. januarii, anno primo.

In eundem modum scribitur executoribus dilectis filiis .. majoris ecclesie et monasterii sancti Illidii Claromontensium abbatibus, ac magistro de Montecello, canonico Dolensi. —

683 Vatican, 23 décembre 1295.

Citatio episcopi Glasguensis. (fol. 161 v°.)

Dilectis filiis .. de Kelconia et .. de Gerdewert monasteriorum abbatibus ac .. priori prioratus de Colderigam, Glasguensis et sancti Andree diocesium. Exposuit nobis —.

Ut episcopum Glasguensem et magistrum Alexandrum de Konnedi, ejus officialem, inducant ad satisfactionem impendendam magistro Johanni de Berwic, rectori ecclesie de Raynefreu, de decima piscium; alioquin ipsos ad curiam citent.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, X kal. januarii, anno primo.

(Potthast, 24244.)

684 Vatican, 7 janvier 1296.

De provisione rectoris hospitali sancti Galli Florentino facienda. (fol. 162.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. priori Predicatorum et .. guardiano Minorum fratrum ordinum Florentinis. Circa loca ecclesiastica —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII id. januarii, anno primo.

685 Vatican, 21 janvier 1296.

De debitis persolvendis. (fol. 162.)

Dilectis filiis .. priori et conventui monasterii sancti Marcialis Lemovicensis, decanis, prepositis, prioribus et aliis in eodem monasterio tam in capite quam in membris administrationem habentibus. Sortitur genitor —.

Ut ipsa membra contribuant secundum eorum facultatem ad debita monasterii usque ad quinquennium persolvenda.

1. *Ms.* Monet.

Alioquin dilectis filiis .. abbati monasterii de sancto Amando, Petragoricensis diocesis, ac .. decano ecclesie Lemovicensis nostris damus litteris in mandatis ut ipsi vel eorum alter — vos ad id monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno primo.

686 Vatican, 21 janvier 1296.

« Quod possint de rapinis et male acquisitis certam recipere quantitatem. » (fol. 162 v°.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus Predicatoribus sancte Marie supra Minervam de Urbe. Cum sicut ex —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno primo.

(POTTHAST, 24264.)

687 Vatican, 21 janvier 1296.

Confirmatio privilegii. (fol. 162 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et prioribus provintialibus et fratribus ordinis Predicatorum. Ex parte vestra —.

Quod secundum privilegia eis a sede apostolica jam concessa, nemo « de hiis que vobis pro paramentis altaris, luminaribus, ecclesiarum vestrarum fabricis et libris a Christi fidelibus conferuntur vel legantur, portionem quam capud solidi frequenter et patronaticum interdum vocant » exigere et extorquere ab eis presumat.

Dat. ut supra.

688 Vatican, 9 décembre 1295.

Citatio archidiaconi Laudunensis. (fol. 162 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et .. priori monasterii sancti Vincentii ac .. officiali Laudunensibus. Sua nobis rectores parrochialium ecclesiarum decanatus christianitatis de Guisya, Laudunensis diocesis, petitione monstrarunt quod cum olim inter universos rectores parrochialium ecclesiarum dicte diocesis ex parte una et bone memorie Rogerium episcopum ac quondam magistrum Meliorem et quondam Ingelramnum archidiaconos Laudunenses, ex altera, super procurationibus — orta esset materia, — amicabilis compositio intervenit, quam felicis recordationis Celestinus papa III, predecessor noster, auctoritate apostolica confirmavit. —

Quod magistrum Stephanum de Bonavalle, archidiaconum Laudunensem, predicte compositionis contemptorem ad curiam infra duos menses citari faciant.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V idus decembris, anno primo.

689 Vatican, 16 janvier 1296.

Indulgentia. (fol. 163.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria —.

Indulgentia unius anni et XL dierum concessa ecclesie sancti Ubaldi site in monte prope civitatem Eugubinam, in singulis sancti Ubaldi festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas sequentes immediate, necnon et in singulis diebus dominicis majoris quadragesime.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVII kal. februarii, anno primo.

690 Vatican, 16 janvier 1296.

Exemptio. (fol. 163.)

Dilecto filio Thome rectori ecclesie sancti Ubaldi site in monte prope civitatem Eugubinam. Ex parte tua —.

Ipse et ecclesia sua ad vitam ejus eximuntur ab omnibus collectis ab episcopo et capitulo Eugubinis in posterum imponendis.

Dat. ut supra.

691 Vatican, 16 janvier 1296.

Licentia celebrandi tempore interdicti. (fol. 163.)

Eidem. Tue devotionis merita —. Dat. ut supra.

692 Vatican, 10 décembre 1295.

Confirmatio permutationis beneficiorum. (fol. 163.)

Dilecto filio Fernando Mathei, archidiacono de Lara in ecclesia Burgensi. Nuper te ac dilecto filio Laurentio archidiacono de Cauto in ecclesia Bracharensi et canonico ejusdem ecclesie exponentibus nobis quod tu archidiaconatum de Cauto, canonicatum, prebendam ac prestimonia que in dicta Bracharensi dictusque Laurentius archidiaconatum de Lara, canonicatum, prebendam ac prestimonia que tunc in Burgensi ecclesiis obtinebatis volebatis adinvicem permutare, nos venerabili fratri

nostro Matheo episcopo Portuensi auctoritate apostolica commisimus oraculo vive vocis —.

Confirmatur permissio eis ab episcopo Portuensi data dicte permutationis faciende, nec non dispensatur cum eis ut dimidias portiones et prestimonia in Palentina, Conchensi, Abulensi et Vallisolentana, Palentine diocesis, ecclesiis ipse Fernandus, et archidiaconatum Essesie, in ecclesia Londoniensi, ac ejusdem et sancte Marie de Arquato ecclesiarum canonicatus et prebendas ac plebem de Murlo, Paduane et Senensis diocesium dictus Laurentius licite retinere possint. Inseruntur littere Portuensis episcopi date Rome die nono decembris, anno 1295, coram religioso viro fratre Jacobo de Anagnia domini pape nepote, discreto viro domino Ugolino de Marsano, canonico Baiocensi, et aliis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. decembris, anno primo.

693 Vatican, 18 décembre 1295.

Citatio Gerardi de Dinanto. (fol. 164 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii de Bello Redditu, .. preposito et Henrico archidiacono ecclesie Leodiensis. Exposuit nobis dilectus filius magister Florentinus, canonicus ecclesie sancti Pauli Leodiensis, —.

Quod citent peremptorie ad curiam Gerardum de Dinanto, laicum, qui dictum Florentinum super quibusdam terris et possessionibus traxerat in causam.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XV kal. januarii, anno primo.

694 Vatican, 9 novembre 1295.

Citatio quorumdam nobilium Florentinorum. (fol. 164 v°.)

Dilectis filiis .. sancte Marie Florentini et .. de Passigniano monasteriorum abbatibus ac .. priori de Ungniano, Florentine et Fesulane diocesium. Sua nobis Ancelinus archipresbiter ecclesie de Roncaliis, Mutinensis diocesis, petitione monstravit quod nobiles viri Symon Donati, Naddus quondam Forensis, Ferantinus Forensis, Ubertus et Gerius dictus Maricus, fratres, filii et heredes quondam Geri Forensis, nepotes ejus Naddi, cives Florentini, quasdam pecuniarum summas, domos, terras, possessiones et nonnulla alia bona ad dictum archipresbiterum pertinentia contra justitiam occuparunt. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V id. novembris, anno primo.

695 Vatican, 13 novembre 1295.

De inquisitione facienda. (fol. 164 v°.)

Dilecto filio .. decano ecclesie sancti Donatiani Brugensis, Tornacensis diocesis. Exposuerunt nobis dilecti filii Johannes de Furnis ac alii in hac parte adherentes eidem, monachi monasterii Exhamensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, quod cum olim inter Gerardum ipsius monasterii abbatem, ex parte una, et quosdam ejusdem monasterii monachos, super eo quod abbas ipse dilapidabat bona ejusdem monasterii aliisque diversis articulis, ex altera, fuisset orta materia questionis, —.

Ut inquisitionem faciat et ipsum abbatem, si viderit expedire, ad curiam Romanam citet.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. novembris, anno primo.

FIN DES LETTRES COMMUNES DE LA PREMIÈRE ANNÉE.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM CURIE PRIMI ANNI
DOMINI BONIFATII PAPE VIII.

696 (*curiales* I) Latran, 2 février 1295.

Cessio ad vitam bonorum domus Calatravensis. (fol. 171).

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Tranensi. Attendentes grandia tue merita probitatis, — omnia bona, jura et jurisdictiones in Brundusina et Troiana civitatibus et in Ursaria, in Fragannan. ac in quibusvis Apulie, Sicilie, Calabrie et Romanie partibus ad domum militie Calatravensis pertinentia, dudum nobis in minori officio constituto a .. magistro, preceptore et conventu ejusdem domus ad vitam nostram concessa, apostolica tibi auctoritate concedimus. — Volumus autem quod te cedente vel decedente, predicta omnia ad prefatam domum libere revertantur. — Dat. Laterani, IIII non. februarii, pontificatus nostri anno primo.

697 (II) Latran, 18 février 1295.

Mittuntur nuntii apostolice sedis ad partes ultramontanas. (fol. 171.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, sedis apostolice nuntiis. Pastoralis preminentie solio, disponente Illo qui cuncta disponit et ordinat, licet immeriti presidentes, hoc inter cetera desideria cordis nostri ferventer appetimus, hoc votis ardentibus affectamus ut inter catholicos reges et principes orbis terre firma pax vigeat, stabilis regnet concordia, vera caritas perseveret. — Quamobrem multiplici reddimur attentione solliciti sedulaque in intimis pulsamur instantia, ut gravis et odiosa quam plurimum votis nostris inter carissimos in Christo filios nostros Phy. Francie ac Eduardum Anglorum reges illustres — terminetur discordia. Ad prefatos reges —. Dat. Laterani, XII kal. martii, anno primo.

(POTTHAST, 24026.)

698 (III) Latran, 19 février 1295.

De pace inter Anglorum et Francorum reges. (fol. 171 v°.)

Carissimo in Christo filio Eduardo regi Anglie illustri, salutem etc. Movet animum mentemque sollicitat, fili carissime, sincera et affectuosa dilectio quam ab olim, dum cura nobis officii minoris incumberet, ad personam regiam tuumque regnum inclitum gessimus et continuatis benevolis studiis gerere non cessamus, ut celsitudinem regiam, cujus exaltationem et gloriam summis desideriis affectamus, ad ea inducamus[1] sollicite per que in conspectu Regis Altissimi, per quem reges regnant et principes dominantur, de bono semper in melius reddaris acceptior, occurras gratior, carior habearis ac in regno mundi claris nominis regii titulis copiosum proveniat incrementum. Sane ab ipsis nostre promotionis auspiciis ad generalem statum fidelium mentis aciem extendentes et considerantes attentius gravem, immo gravissimam et omnino contrariam votis nostris inter te et carissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Francorum illustrem, proxima tibi consanguinitate conjunctum, procurante pacis Emulo incentore malorum, discordiam suscitatam, firma et stabili dispositione decrevimus ut super hujusmodi negocio cordi nostro potissime incidente sollemnes ad presentiam regiam nuncios et litteras mitteremus. Sed propter nostrum de civitate Neapolitana discessum, ubi tunc Romana curia residebat, nostrumque accessum ad Urbem, quem viarum periculosa discrimina non modicum retardarunt, ac etiam ob nostre inibi celebrata consecrationis sollemnia impediti, nequivimus citius nuntios predictos et litteras destinare. Revera, fili, nequaquam sumus immemores, quin potius tenaci memoria retinemus quod nos hactenus, dum essemus in minori officio constituti, sinceris[2] affectibus dilexisti plenisque fuisti favoribus prosecutus. Ideoque dum sollerter attendimus quantis et quam gravibus predicta discordia noscitur onusta dispendiis, quot et quanta pericula secum trahit, quam

1. *Ms.* inducamur.
2. *Ms.* sinceribus.

damnosa fidelibus redditur, quam graviter turbat et impedit negotium Terre Sancte quantumve propterea Deo displicere dinoscitur, anxiamur ut pater, sauciamur ut mater, in intimis turbamur amarius ut amator, nec possumus quietis refoveri dulcedine, donec prelibatum negotium optatum et celerem[1] exitum, juxta nostri cordis desiderium, sortiatur. Cum itaque venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, sedis apostolice nuntios, exhibitores presentium, viros utique profundi consilii, viros litterarum scientia preditos ac diversarum virtutum titulis insignitos necnon pacis et concordie amatores, ad te dictumque regem Francie, tanquam pacis angelos, licet eorum inviti careamus presentia, destinemus, excellentiam regiam rogamus et hortamur attentius ac obsecramus in domino Jesu Christo quatenus, ob divinam et apostolice sedis reverentiam, memoratos episcopos, magnas utique columnas Ecclesie, tuique honoris et fame fervidos zelatores, tanquam filius benedictionis et gratie benigne recipiens, honeste prosequens et honorificentia condigna pertractans, attente audias, diligenter intelligas et efficaciter studeas adimplere que ipsi et eorum quilibet coram te super eodem negotio duxerint proponenda, sic te in hiis devote ac prompte, prout speramus et cupimus, habiturus, ut, difficultatis et repulse cujuslibet procul obice[2] profligato, regie devotionis sinceritas exinde clarius elucescat tueque fame preconium, quamvis amplum et diffusum in seculo, propensius augeatur ac sedis apostolice gratiam, que circa filios devotos exhuberat, habundantius merearis. Dat. Laterani, xi kal. martii, anno primo.

In eundem modum carissimo in Christo filio Phy. regi Francie illustri, verbis competenter mutatis.

(Potthast, 24027.)

699 (iiii) Latran, 18 février 1295.

De auxilio nuntiis apostolice sedis impendendo. (fol. 172.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi. Gravis et periculosa discordia inter carissimos in Christo filios nostros Phy. Francie et Eduardum Anglie reges illustres, inimico homine superseminante zizaniam, suscitata tanto nobis propensius displicet —. Cum itaque venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, sedis apostolice nuntios, exhibitores presentium, — ad predictos reges propter hoc fiducialiter destinemus, — fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus — prefatis cardinali[bus] et eorum cuilibet pro nostra et apostolice sedis reverentia in predicto negotio favoribus, consiliis et auxiliis oportunis assistas. — Dat. Laterani, xii kal. martii, anno primo.

In eundem modum .. episcopo Tornacensi.

In eundem modum .. episcopo Aurelianensi.

700 (v) Latran, 18 février 1295.

Eadem de re. (fol. 172.)

Dilecto filio nobili viro .. duci Burgundie. Gravis et periculosa etc. ut in proxima, usque pacificum et tranquillum. Nobilitatem tuam rogamus et hortamur —, etc. usque in finem.

In eundem modum dilecto filio nobili viro .. comiti Atrebatensi.

In. e. m. dil. fil. Johanni de Accone, nato clare memorie Jo. regis Jerosolimitani.

In e. m. dil. fil. .. conestabulario Francie.

In e. m. dil. fil. .. de Monte Marancy (*sic*).

In e. m. dil. fil. .. comiti Blesensi.

(Cf. infra, no 732.)

701 (vi) Latran, 13 février 1295.

Licentia exercendi censuram apostolicam in quaslibet personas rebelles. (fol. 172.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, sedis apostolice nuntiis. Laudanda vestre circumspectionis —. Dat. Laterani, id. februarii, anno primo.

702 (vii) Latran, 13 février 1295.

Licentia pro clericis suis fructus in absentia percipiendi. (fol. 172 vo.)

Eisdem. Laudanda etc. usque destinemus. Nos, ut litterati et honesti viri, quorum suffragio juvari noscimini, eo in eisdem negotiis vobis assistant libentius, —. Dat. ut in proxima superiori.

703 (viii) Latran, 18 février 1295.

Licentia convocandi ecclesiasticos. (fol. 173.)

Eisdem. Laudanda vestre —.

Quod possint ad se archiepiscopos, episcopos et alias quas-

1. *Ms.* celebrem.
2. *Ms.* abice.

cunque ecclesiasticas personas convocare, et eis injungere quecunque prosecutioni negotiorum sibi commissorum viderint expedire, contradictores auctoritate apostolica compescendo.

Dat. Laterani, xii kal. martii, anno primo.

704 (viii) Latran, 18 février 1295.

Licentia ducendi quemlibet evectionum numerum. (fol. 173.)

Eisdem. Laudanda etc. usque destinemus. Nos, ut predicta negotia submotis impedimentis quibuslibet per exercitium vestrum effectum prosperum consequantur, vobis et vestrum cuilibet presentium auctoritate concedimus ut evectionum numerum de quo, pensatis attentius commissis vobis negotiis, videritis expedire, ducere libere valeatis, constitutione qualibet non obstante. Dat. ut supra.

705 (x) Latran, 18 février 1295.

Licentia exercendi censuram ecclesiasticam contra injuriatores suos. (fol. 173.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut submotis impedimentis —, exercendi censuram ecclesiasticam in omnes illos qui in eundo ad partes easdem, stando et redeundo contra vos et vestrum quemlibet vel familias vestras injuriosi extiterint — presentium auctoritate concedimus facultatem. Dat. Laterani ut supra.

706 (xi) Latran, 18 février 1295.

Concessio perpetue jurisdictionis. (fol. 173.)

Eisdem. Considerantes attentius —. Vobis et cuilibet vestrum presentium auctoritate concedimus ut, statim vobis Romanam exeuntibus curiam, ita sit vobis super eisdem negotiis et eorum singulis ac aliis omnibus, que per speciales vobis concessimus litteras, perpetua jurisdictio et potestas et firmata, ac si super illis universaliter et singulariter per vos et vestrum quemlibet processus habitus extitisset. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. ut supra.

707 (xii) Latran, 13 février 1295.

Licentia celebrandi et celebrari faciendi in locis interdictis. (fol. 173.)

Venerabili fratri S. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio. Cum te una cum venerabili fratri nostro B. episcopo Albanensi —. Dat. Laterani, id. februarii, anno primo.

708 (xiii) Latran, 13 février 1295.

Eadem licentia. (fol. 173.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi, apostolice sedis nuntio. Cum te una cum venerabili fratri nostro S. episcopo Penestrino —, ut in precedenti. Dat. ut supra.

709 (xiiii) Latran, 13 février 1295.

Licentia dispensandi cum ecclesiasticis irregularibus. (fol. 173 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Laudanda etc., usque destinemus. Nos cupientes ut spiritualium largitione —. Dat. Laterani, id. februarii, anno primo.

710 (xv) Latran, 13 février 1295.

Licentia absolvendi quoscunque excommunicatos eundo, stando et redeundo pro negotiis sibi commissis. (fol. 173 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Et sicut accepimus —. Dat. ut supra.

711 (xvi) Latran, 13 février 1295.

Licentia dispensandi super defectu natalium. (fol. 173 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos personas vestras honorare volentes —. Dat. ut supra.

712 (xvii) Latran, 13 février 1295.

Licentia concedendi indulgentiam unius anni et xl dierum in festis solemnibus. (fol. 173 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos volentes ut Christi fideles —. Dat. ut supra.

713 (xviii) Latran, 18 février 1295.

Licentia conferendi beneficia clericorum suorum cedentium vel decedentium. (fol. 173 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos volentes in prosecutione vestra negotiorum hujusmodi vestras honorare personas —. Dat. Laterani, xii kal. martii, anno primo.

714 (XVIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia citandi quaslibet personas ad curiam. (fol. 174.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut efficatius et utilius submotis impedimentis quibuslibet in predictis negotiis procedere valeatis, —. Dat. Laterani, XII kal. martii, anno primo.

715 (XX) Latran, 18 février 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 174.)

Venerabili fratri S. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio. Quoniam humane fragilitatis conditio —. Dat. ut supra.

In eundem modum venerabili fratri B. episcopo Albanensi, sedis apostolice nuntio. Quoniam humane etc., ut in precedenti.

716 (XXI) Latran, 18 février 1295.

Licentia absolvendi quosdam excommunicatos. (fol. 174.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut eo efficatius —.

Quod possint « incolas illarum partium ab excommunicationis sententia absolvere, quam pro eo quod prelatos aut clericos alios violenter capere, incarcerare, molestiis afficere — presumpserunt incurrisse noscuntur », si expeditioni negotiorum sibi commissorum viderint expedire.

Dat. ut supra.

717 (XXII) Latran, 18 février 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut favorem —. Dat. ut supra.

718 (XXIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia condendi testamentum, pro clericis suis. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, vestris supplicationibus inclinati —. Dat. ut supra.

719 (XXIIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia dispensandi. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, volentes ut spiritualium largitione —.

Quod possint dispensare cum clericis qui ab archiepiscopis et episcopis vinculo excommunicationis adscrictis ignoranter ordines receperint.

Dat. ut supra.

720 (XXV) Latran, 18 février 1295.

Licentia omnes recipiendi. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut eo efficatius —.

Quod universos undecunque ad se venientes possint licite recipere « ac loqui et conferre cum ipsis de negotiis supradictis et aliis, ac ipsos absolvere a quibusvis excommunicationum sententiis a canone promulgatis et dispensare cum eis, si clerici fuerint, super irregularitate quam celebrando divina vel se immiscendo illis aut recipiendo ordines sic ligati contraxisse noscuntur. »

Dat. ut supra.

721 (XXVI) Latran, 18 février 1295.

Licentia ante diem celebrandi et celebrari faciendi. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Cum vos ad partes ultramontanas —. Dat. ut supra.

722 (XXVII) Latran, 18 février 1295.

Licentia exigendi securum conductum. (fol. 174 v°.)

Eisdem. Cum vos ad partes —.

Quod possint per apostolicam censuram universos marchiones, barones etc., nec non communitates compellere ad providendum sibi de securo conductu, cum per terras eorum transierint.

Dat. ut supra.

723 (XXVIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia dispensandi. (fol. 175.)

Eisdem. Cum vos etc. —

Quod possint dispensare cum ecclesiasticis personis « super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint, negotiorum ipsorum vestra prosecutione durante, et eo quod excommunicate receperunt ordines et ministrarunt in ipsis aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis innodate divina officia celebrarunt. »

Dat. ut supra.

724 (XXVIIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia committendi vices suas. (fol. 175.)

Eisdem. Cum vos ad partes —.

Quod in casu mortis, vel cum necessitas aut evidens utilitas persuaserit, alter alteri super eisdem negotiis vices suas committere possit.

Dat. ut supra.

725 (XXX) Latran, 18 février 1295.

Licentia commutandi vota. (fol. 175.)

Eisdem. Laudanda etc., usque destinemus. Nos, ut in predictis —, votis tamen religionis, continentie et Jerosolimitano duntaxat exceptis. — Dat. Laterani, XII kal. martii.

726 (XXXI) Latran, 20 février 1295.

Licentia dispensandi cum simoniacis. (fol. 175.)

Eisdem. Cum vos etc. — Ut cum quibuslibet religiosis personis illarum partium, cujuscumque sint ordinis, que dato aliquo pro acquirendis vel recepto pro exhibendis locis in monasteria commiserunt vel commiserint symoniacam pravitatem, possitis prout expedire videritis, dummodo tales in aliis sui ordinis monasteriis collocari non valeant, dispensare. — Dat. Laterani, X kal. martii.

727 (XXXII) Latran, 18 février 1295.

Licentia exigendi procurationes a quibuscunque ecclesiasticis personis. (fol. 175.)

Eisdem. Laudanda etc. — Dat. Laterani, XII kal. martii, anno primo.

(POTTHAST, 24029.)

728 (XXXIII) Latran, 18 février 1295.

Licentia exigendi procurationes a quibuscunque prelatis et religiosis. (fol. 175.)

Eisdem. Laudanda etc. — Dat. ut supra.

729 (XXXIIII) Latran, 20 février 1295.

Licentia absolvendi et dispensandi. (fol. 175 v°.)

Ei[s]dem. Laudanda etc. — absolvendi omnes illarum partium clericos qui synodalia et monachos qui abbatum suorum statuta minime observantes excommunicationis sententiam incurrerunt et dispensandi cum eis super irregularitate — liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, X kal. martii, anno primo.

730 (XXXV) Latran, 20 février 1295.

Licentia concedendi ingressum monialium monasteriorum quatuor nobilibus mulieribus. (fol. 175 v°.)

Venerabili fratri S. episcopo Penestrino, sedis apostolice nuntio. Consuevit interdum apostolice sedis benignitas —. Cum itaque te una cum venerabile fratre B. episcopo Albanensi —. Dat. ut supra.

In eundem modum venerabili fratri B. episcopo Albanensi, sedis apostolice nuntio.

731 (XXXVI) Latran, 20 février 1295.

Littere de salvo conductu pro Albanensi et Penestrino episcopis. (fol. 175 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus — ad quos littere iste pervenerint. Cum venerabiles fratres —. Dat. Laterani, X kal. martii, anno primo.

(POTTHAST, 24030.)

732 (XXXVII) Latran, 20 février 1295.

De regibus Francie et Anglie ad pacem exhortandis. (fol. 176.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Aragonum illustri. Gravis et periculosa discordia inter carissimos in Christo filios nostros Phy. Francie fratrem et Eduardum Anglie patruum tuos reges illustres —. Dat. ut supra.

In eundem modum carissime in Christo filie Margarete regine Francie illustri. Gravis — nepotes tuos — ut in precedenti.

In eundem modum carissime in Christo filie Johanne regine Francie illustri. Gravis — Phy. Francie, virum tuum, et Eduardum Anglie reges — sicut in prima.

In eundem modum carissime in Christo filie Marie regine Francie illustri. Gravis — ut in prima.

In eundem modum dilecto filio nobili viro .. comiti Sabaudie. Gravis — ut in prima.

(Bullam ejusdem tenoris habes supra, n° 700.)

733 (XXXVII) Latran, 4 mars 1295.

De pecunia procurationum colligenda et assignanda. (fol. 176 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, sedis apostolice nuntiis. Cum vos ad Gallicanas et Anglicanas partes certis vobis communiter commissis negotiis destinemus, volumus et presentium vobis tenore mandamus quatenus totam pecuniam que vobis ratione procurationum vestrarum in eundo, morando et redeundo debetur per discretas et fideles personas exacte colligi faciatis, ut eam, prout ante discessum vestrum de curia Romana duximus ordinandum, dilectis filiis Conrado Gahi, Cyno et Mocho Pepi, Bertino et Johanni Fortibrachie, Raynerio et Moriano Floravanti, Bonino Gerardini, Andree Merguliese, Donato Bartholini, Johanni Aldebrandini et Bomvillano Laicheti, Framerico Cachialeonis, Nicolao Johannis Donati et Justo Foresi et aliis eorum sotiis, de sotietate Clarentum de Pistorio, camere nostre mercatoribus, morantibus in partibus supradictis integre assignetis, facientes de hujusmodi assignatione fieri publica similia instrumenta, quorum altera vobis retinere curetis et reliqua mercatoribus exhibeatis eisdem; pecuniam autem necessariam pro vestris et familiarum vestrarum expensis interim faciendis juxta hujusmodi ordinationem nostram recipiatis a mercatoribus supradictis. Dat. Laterani, IIII non. martii, anno primo.

734 (XXXVIII) Latran, 15 mars 1295.

De adventu nuntiorum Aragonensium. (fol. 176 v°.)

Nobili viro Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. Litteras tuas missas nobis benigne recepimus et que continebantur in illis sano concepimus intellectu. Sane inter cetera series ipsarum habebat quod tu sollempnes nuntios suffultos plenaria potestate paraveras per mare celeriter ad nostram presentiam transmittendos, ex cujus scriptionis inspectu et aliis nobis fidedigna relatione narratis spes nobis tue devotionis promictitur et salutis. Propera igitur nec moreris et brevi spacio redime quod tanto jam tempore perdidisti. Si enim per actus laudabiles et devotos erga nos et Romanam ecclesiam initium fueris salutis ingressus et ad gremium reductus [1] ipsius, non solum reparatio tui status proveniet, set crementum favoris et gratie tibi ex benigna nostra dispositione continget. Ecce namque carissimus in Christo filius noster Carolus Sicilie rex illustris, de mandato et beneplacito nostro, in Urbe vel circa eorundem nuntiorum prestolatur adventum. Dat. Laterani, id. martii, anno primo.

1. *Ms.* reddutus.

735 (XL) Latran, 28 mars 1295.

De pace Romaniole juxta tenorem litterarum Celestini V reformanda. (fol. 176 v°.)

Dilecto filio Ricardo de Ferentino, canonico ecclesie de sancto Audomaro, Morinensis diocesis, capellano nostro. Mansuetudinis sancte matris Ecclesie —. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus ad partes illas te personaliter conferens in prefato negotio auctoritate nostra procedere studeas juxta predictarum directarum tibi antecessoris ejusdem continentiam litterarum, et nichilominus predictum Guidonem, Galassum, fautores, sequaces et complices a quibusvis excessibus et offensis juxta formam expressam superius auctoritate nostra absolvere non omittas. Dat. Laterani, V kal. aprilis, anno primo.

(Idem habes, mutatis mutandis, in bulla curiali CXLI, infra n° 836.)

736 (XLI) Latran, 23 mars 1295.

De pace in Senegaliensi et Forosinfroniensi civitatibus reformanda. (fol. 177.)

Dilecto filio Ricardo de Ferentino, canonico ecclesie de sancto Audomaro, Morinensis diocesis, capellano nostro. Ad pacis et concordie federa inter fideles Romane ecclesie reformanda, —. Sane jamdudum ante promotionis nostre primordia, non solum fame divulgantis affatibus set etiam crebra fide dignorum relatione didicimus quod gravis et periculosa discordia inter cives Senegalienses, inimico homine superseminante zizaniam, fuerit suscitata, que tanto molestior affectibus nostris ingeritur quanto amplius ipsorum civium caritativam diligimus unitatem. —

Quod se personaliter ad civitatem Senegaliensem conferens potestatem, consiliarios et commune moneat et, si opus fuerit, per censuram apostolicam compellat, ut inter se pacem et concordiam reformare non omittant.

Dat. Laterani, X kal. aprilis, anno primo.

In eundem modum eidem Ricardo. Ad pacis, etc., usque inter cives Forosinfronienses [1] etc., verbis competenter mutatis. Dat. ut supra.

1. *Ms.* Senegalienses; *cf. infra*, n° 738.

737 (XLII) Latran, 23 mars 1295.

De pace inter Callenses et Eugubinos reformanda. (fol. 177 v°.)

Eidem. Ad pacis et concordie —. Didicimus quod gravis et periculosa discordia inter Callenses et Eugubinos cives, occasione exititiorum Callensium, quos ipsi cives Eugubini in civitatem eorum hactenus receptarunt, suscitate fuerunt (*sic*). — Dat. ut supra.

738 (XLIII) Latran, 23 mars 1295.

De pace apud Forosinfronienses et Senegalienses reformanda. (fol. 177 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Forosinfroniensibus. Ad pacis et concordie —.

Monentur ut inter se pacem et concordiam stabilem reforment, et informantur de adventu in civitatem suam Ricardi de Ferentino ad hoc specialiter destinati.

Dat. ut supra.

In eundem modum .. potestati, consilio et communi Senegaliensibus, verbis competenter mutatis.

739 (XLIIII) Latran, 23 mars 1295.

De pace inter Callenses et Eugubinos, ut in precedenti. (fol. 178.)

Diilectis filiis .. potestati, consilio et communi Callensibus. Ad pacis et concordie —. Dat. ut supra.

In eundem modum .. potestati, consilio et commun Eugubinis. Ad pacis, etc., usque discordia occasione exititiorum Callensium quos in civitate vestra hactenus receptastis fuerit suscitata etc., ut in proxima.

740 (XLV) Latran, 23 mars 1295.

De pace in Marchia Anconitana. (fol. 178.)

Venerabili fratri .. episcopo Ferrariensi, Marchie Anconitane rectori. Cupientes ab intimis —.

Ut processus contra communitates Callensem, Eugubinam, Forosinfroniensem et Senegaliensem habitos, si pacem inter se faciant, relaxet.

Dat. ut supra.

(Potthast, 24047.)

741 (XLVI) Latran, 6 avril 1295.

De Urbevetanis absolvendis. (fol. 178.)

Dilecto filio Neapoleoni sancti Adriani diacono cardinali. Dudum, prout in communem notitiam credimus jam perductum, propter graves et enormes excessus ac multiplicatas injurias et offensas contra Bulseni et alia castra, terras seu loca Vallis lacus et etiam castrum Aquependentis, ad Romanam ecclesiam pleno jure spectantia, — per cives Urbevetanos —.

Ut ad civitatem Urbevetanam se conferens, post cautiones idoneas de parendo apostolicis beneplacitis nec non et corporalem possessionem dictorum castrorum ab Urbevetanis receptas, eos ab omni excommunicationis vinculo absolvat.

Dat. Laterani, VIII id. aprilis, anno primo.

742 (XLVII) Latran, 5 avril 1295.

Nominatio legati in regno Sicilie. (fol. 178 v°.)

Dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, in regno Sicilie apostolice sedis legato. Pastoralis preminentie —. Levantes igitur in circuitu oculos —. Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

In eundem modum carissimo in Christo filio C. regi Sicilie illustri —.

In eundem modum carissime in Christo filie Marie regine Sicilie illustri, verbis competenter mutatis.

In eundem modum venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus —.

In eundem modum dilectis filiis nobilis viris universis comitibus, baronibus et militibus, ac populis sive communitatibus civitatum —. Dat. ut supra.

(Cf. Potthast, 24055, qui bullam auctore Raynaldo sub die VIII id. aprilis refert.)

743 (XLVIII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia quosdam absolvendi. (fol. 179 v°.)

Dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, in regno Sicilie apostolice sedis legato. Ad audientiam nostram pervenit —.

Quod possit ab excommunicationis sententiis absolvere, satisfactione impensa, eos qui a sedis apostolice innodati delegatis commode non possint absolvi, « pro eo quod aliqui judicum ipsorum, quibus in hoc alii non succedunt, viam sunt universe carnis ingressi, aliquorum etiam jurisdictio expiravit. »

Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

744 (XLVIIII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia excommunicandi et interdicto supponendi. (fol. 179 v°.)

Eidem. Prosperum statum —. Dat. ut supra.

745 (L) Latran, 5 avril 1295.

Potestatis legati limitatio. (fol. 179 v°.)

Eidem. Prosperum statum —. Tenore presentium declaramus quod nostre intentionis et voluntatis existit quod per ea que tibi spetialiter sunt concessa hiis qui tibi ratione legationis competunt in nullo penitus derogetur; sed volumus quod hoc non obstante illa plenarie ac libere exequeris, ita tamen quod ad reservationes dignitatum, personatuum, canonicatuum, prebendarum et benefitiorum ecclesiasticorum in cathedralibus vel collegiatis tue legationis ecclesiis faciendas aliquatenus non procedas. Dat. ut supra.

746 (LI) Latran, 5 avril 1295.

Licentia injungendi quecunque viderit expedire fratribus cujuslibet ordinis. (fol. 180.)

Eidem. Cum te ad regnum Sicilie —. Dat. ut supra.

747 (LII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia dispensandi cum simoniacis. (fol. 180.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

748 (LIII) Latran, 29 mars 1295.

Licentia conferendi beneficia clericorum suorum cedentium vel decedentium. (fol. 180.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

749 (LIIII) Latran, 29 mars 1295.

Licentia dispensandi super defectu natalium. (fol. 180.)

Eidem. Cum te —. Dat. ut supra.

750 (LV) Latran, 29 mars 1295.

Licentia condendi testamentum, pro clericis suis. (fol. 180.)

Eidem. Cum te —. Dat. ut supra.

751 (LVI) Latran, 5 avril 1295.

Licentia fructus in absentia percipiendi, pro clericis suis. (fol. 180 v°.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

752 (LVII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia habendi secum religiosos. (fol. 180 v°.)

Eidem. Ut in commissis tibi negotiis —.

Quod possit ad se vocare quoscunque et quotcunque fratres quorumlibet ordinum necnon dare illis licentiam ingrediendi secum monasteria monialium et equitandi.

Dat. ut supra.

753 (LVIII) Latran, 29 mars 1295.

Licentia creandi quinque tabellionarios. (fol. 180 v°.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

754 (LVIIII) Latran, 28 mars 1295.

Licentia exigendi procurationes. (fol. 180 v°.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, V kal. aprilis, anno primo.

755 (LX) Latran, 29 mars 1295.

Licentia puniendi ecclesiasticos sibi non parentes. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

756 (LXI) Latran, 5 avril 1295.

Licentia exercendi censuram ecclesiasticam in injuriatores suos. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

757 (LXII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia dispensandi. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —.

Quod possit dispensare per se vel per alium cum clericis sue legationis « qui ab archiepiscopis et episcopis vinculo excommunicationis astricti[s] ignoranter ordines receperunt, exceptis illis qui ordinati fuerunt a prelatis per sedem eandem depositis pro eo quod interfuerunt coronationi Manfredi quondam principis Tarentini. »

Dat. ut supra.

758 (LXIII) Latran, 29 mars 1295.

Licentia egrediendi et iterum ingrediendi fines legationis. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. — ut si fueris partes illas ingressus et ex aliqua causa rationabili vel ex improviso forsan eventu postmodum illas egredi te contigerit et in vicinis partibus commorari, possis semel iterum et quotiens oportunum fuerit reingredi ad easdem prefatum officium et cetera — libere in omnibus exercere. Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

759 (LXIIII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia dispensandi. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. — cum ecclesiarum prelatis et personis ecclesiasticis tue legationis, super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint — ferendo in alios contra constitutionem felicis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri super hoc editam excommunicationis sententiam sine scriptis, et non abstinendo a divinis. — Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

760 (LXV) Latran, 5 avril 1295.

Licentia dispensandi. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. — cum personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus — super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint — ex eo quod excommunicate receperunt ordines et ministrarunt in ipsis aut — divina officia celebrarunt. — Dat. ut supra.

761 (LXVI) Latran, 29 mars 1295.

Licentia privandi monachos sibi non parentes. (fol. 181.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, IIII kal. aprilis, anno primo.

762 (LXVII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia concedendi indulgentiam unius anni et XL dierum in festivitatibus solemnibus. (fol. 181 v°.)

Eidem. Cum te —. Dat. Laterani, non. aprilis, anno primo.

763 (LXVIII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia exigendi procurationes tam in absentia quam in presentia. (fol. 181 v°.)

Eidem. Cum te —. Dat ut supra.

764 (LXVIIII) Latran, 5 avril 1295.

Licentia ducendi evectiones. (fol. 181 v°.)

Eidem. Cum te —. — ut evectiones quot commissis tibi negotiis videris expedire ducere libere valeas, constitutione generalis concilii non obstante. Dat. ut supra.

765 (LXX) Latran, 5 avril 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 181 v°.)

Eidem. Ut favorem —. Dat. ut supra.

766 (LXXI) Latran, 25 avril 1295.

Committitur custodia altaris beati Petri. (fol. 181 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Pofis, basilice principis apostolorum de Urbe canonico, capellano nostro. Credentes quod agentur fideliter —, custodiam majoris altaris basilice principis apostolorum de Urbe apostolica tibi auctoritate committimus a te fidelibus studiis exercendam; ideoque discretioni tue presentium auctoritate mandamus quatenus te illuc personaliter conferens, sic circa predictam custodiam prudenter invigiles sicque proventus et quaslibet oblationes altaris ejusdem recipere, custodire ac diligenter conservare procures, quod exinde condignam reddere valeas rationem. — Dat. Laterani, VII kal. maii, anno primo.

767 (LXXII) Latran, 30 avril 1295.

De missione prepositi de Vancia ad Urbevetanos. (fol. 181 v°.)

Potestati, capitaneo, consilio et communi Urbevetanis, spiritum consilii sanioris. Olim Romana ecclesia —.

Post longam delictorum suorum enumerationem, (*cf. infra* n° 779) certiores fiunt de litteris quam summus Pontifex clero Urbevetano scribit, et de adventu prepositi de Vantia.

Dat. Laterani, II kal. maii, anno primo.

768 (LXXIII) Latran, 30 avril 1295.

Mittitur nuncius ad Urbevetanos. (fol. 183.)

Dilecto filio Peregrino preposito de Vancia, capellano nostro. Cum te ad civitatem Urbevetanam —.

Ut se ad civitatem Urbevetanam conferat, litteras apostolicas potestati et communi presentet et presentationem in acta publica referri curet.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24086.)

769 (LXXIIII) Latran, 30 avril 1295.

Contra Urbevetanos. (fol. 183.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis universo clero Urbevetano, tam religiosis Minorum et Predicatorum fratrum ac Premonstratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini et aliorum quoruncumque ordinum quam secularibus. Propter multiplices —.

Ut si Urbevetani beneplacitis apostolicis infra festum apparitionis beati Michaelis archangeli, aut saltem ante vigiliam Ascensionis Domini proxime secuturam absolute et libere parere noluerint, de civitate Urbevetana et tota ejus diocesi penitus exeant.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24085.)

770 (LXXV) Latran, 8 avril 1295.

« Revocatio gratiarum factarum per dominum Celestinum. » (fol. 183 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim Celestinus papa quintus, antecessor noster, devictus instancia et ambitione nimia plurimorum, ignarus eorum que et juris debitum et gravitas pastoralis cui presidebat officii requirebant, seductus insuper atque deceptus per captiosam astutiam et deceptibilem aliquorum, fecit diversa et concessit varia minus digne, inordinata et insolita, quorum aliqua subticemus ex causa, sub cujus bulla nonnulla, ut fertur, preter ipsius conscientiam transierunt, que non indigne, quin immo necessario, limam apostolice correctionis exposcunt. Quapropter antecessor ipse suam insufficientiam ad portandum summi pontificis onera diligenter attendens et defectum, quin immo periculum, ex hoc pati universalem ecclesiam recognoscens, urgente conscientia, coram collegio fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium, de quorum numero tunc eramus, papatui pure et absolute renuntiavit ejusque oneri et honori, in ipsis sibi nichil omnino retinens vel reservans, et humiliter postulavit et voluit ut que per ipsum improvide facta fuerant futurus ejus successor provide revocaret, ac postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, nobis, dum adhuc essemus Neapoli, preces fudit, ut revocare que ipse male fecerat curaremus. Unde nos attendentes pericula, scandala et jacturas que ex talibus antecessoris nostri predicti actibus provenerunt vel possent in antea provenire, ac animarum saluti providere volentes, omnes dispensationes super quavis pluralitate dignitatum, personatuum, officiorum, prebendarum seu beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura obtemptorum vel obtinendorum, provisiones quoque et concessiones et commendas de quibuscunque monasteriis, abbatiis, prioratibus, hospitalibus, ecclesiis regularibus vel secularibus, vel ordinibus, seu redditibus et proventibus ecclesiasticis quibuscunque aut pecuniarum summis percipiendis, beneficii seu pensionis, subventionis, protectionis, oneris debitorum vel cujuscunque alterius relevandi seu quovis alio titulo, causa vel nomine sancte Romane ecclesie cardinalibus, postquam fuerunt ad cardinalatum assumpti vel aliis ac omnes pensiones et subventiones de pecuniis qualitercunque cardinalibus vel aliis, necnon exemptiones, incorporationes, uniones, subjectiones, suppositiones, concessiones quorumcunque ordinum, monasteriorum, hospitalium, ecclesiarum regularium vel secularium cum cura vel sine cura, personarum, jurium seu bonorum ad ipsa vel ipsorum aliquod pertinentium, liberationes a submissionibus vel subjectionibus seu censibus quibuscunque et auctoritates, potestates seu facultates conferendi quecunque personatus, dignitates, officia, prebendas, beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura et percipiendi proventus primi anni vel alterius temporis quorumcunque personatuum, dignitatum, officiorum, prebendarum, beneficiorum cum cura vel sine cura certarum provinciarum seu regnorum et ecclesiarum, ac revocandi nonnullas litteras gratiosas ab antecessore ipso concessas, vel inquirendi utrum littere ab eodem concesse forent de falsitate vel tacita veritate suspecte, dispensandi preterea super pluralitate personatuum, dignitatum, officiorum, prebendarum seu quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, super defectu natalium et etatis et super sponsalibus et matrimoniis in casibus prohibitis contrahendis, et conferendi personatus, dignitates, officia, prebendas seu quevis ecclesiastica beneficia familiarium vel clericorum cum ipsa quomodolibet vacare contingeret, aut percipiendi proventus dignitatum, personatuum, officiorum, prebendarum seu quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum per non mo-

dicum tempus post obitum obtinentium ipsa, percipiendi preterea distributiones cotidianas ecclesiarum in quibus aliqui sunt sub expectatione canonici antequam in eis portiones adepti fuerint vel prebendas, infeudationes quorumcunque feudorum vel bonorum stabilium ad ecclesiam Romanam spectantium, concessiones quoque juris et jurisdictionis bonorum immobilium quorumcunque que dicta Romana ecclesia in quibuscunque terris vel castris eorumque territoriis vel districtibus obtinebat, et cessiones jurium aliorum in eisdem castris seu terris, amotiones abbatum, electorum, priorum seu prelatorum regularium seu secularium personarum, concessiones insuper auctoritatis audiendi confessiones, absolvendi a sententiis excommunicationum, suspensionum et interdicti ac dispensandi in diversis casibus, apostatas ad certos ordines recipiendi et retinendi in eis, ac utendi pontificalibus et indulgentias concedendi ac edificandi oratoria, ecclesias seu loca infra limites apostolica auctoritate prohibitos seu contra privilegia ab apostolica sede concessa, compescendi molestatores privilegiorum vel jurium seu personarum certorum ordinum seu locorum et eadem protegendi et defendendi, insuper quorumcunque contractuum, conventionum, pactorum, provisionum, obligationum, constitutionum, canonum vel jurium et contentorum in eis vel ipsa contingentium remissiones, quitationes, absolutiones, immutationes, relaxationes et licentias ac liberationes a prefato antecessore verbo vel litteris sub quibuscunque tenoribus, formis et modis factas, indultas, commissas, concessas vel datas in fratrum nostrorum presentia VI kal. januarii, dum adhuc essemus Neapoli, auctoritate apostolica et de potestatis plenitudine revocavimus, cessavimus, irritavimus et evacuavimus omnino, immo cassas, irritas et vacuas nunciavimus et nullius fore decrevimus firmitatis et quicquid ex eis vel ob eas post decretum hujusmodi sequeretur et quod secus a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari, etiam si super premissis vel eorum aliquibus vel aliquo judices fuerint seu executores concessi, etiam si per ipsum antecessorem, judices vel executores ipsorum aliquem vel aliquos diversi habiti sunt processus vel sententie promulgate. Si tamen aliqui vel alique pretextu dispensationum concessarum eisdem per eundem antecessorem aut ejus auctoritate jam legitime vel matrimonialiter sint conjuncti, districte precepimus et mandavimus ut hec infra tempus congruum ad dicte sedis notitiam deducantur. Verum quia predicta per nos, ut premittitur, facta Neapoli ante consecrationis nostre sollempnia sub bulla nostra posita non fuerunt, consecratione ipsa postmodum apud basilicam principis apostolorum de Urbe solito more recepta, ea presentibus fecimus annotari, quibus plenam fidem in judicio vel extra judicium volumus adhiberi, ipsaque de fratrum predictorum consilio ratificamus, confirmamus, sancimus [1], approbamus et etiam innovamus et ea omnia a predicto die, scilicet VI kal. januarii, plenum effectum volumus obtinere, et quicquid ex tunc per quemcunque seu quoscunque quavis auctoritate secus fuerit attemptatum vel factum, scienter vel ignoranter, prorsus viribus vacuamus. Concedimus quoque ut religiose persone que monasticum nigrum vel canonicorum regularium habitum in suis monasteriis regularibus, canoniis seu prioratibus deferebant antequam ipsa incorporata, unita, supposita vel submissa essent ordini, monasteriis, sive locis regule vel observantie prefati antecessoris, ante ejus assumptionem ad apicem apostolice dignitatis, priorem habitum libere reassumant et in eo Domino famulentur. Ceterum ut sedes ipsa sepedicti antecessoris actus reliquos lucidius possit discutere et in melius reformare ejusque errata corrigere, omissa supplere ac in irritum revocanda deducere, omnia privilegia, litteras gratiosas super quibuscunque gratiis vel gratiosis concessionibus de quibuscunque juribus, rebus vel bonis comodolibet processerunt seu que obtempta fuerunt ab eo necnon que ab antecessore ipso verbo seu litteris facta, concessa, data vel indulta fuerunt quibuscunque ordinibus, collegiis, universitatibus, conventibus, locis, vel personis regularibus, secularibus ecclesiasticis vel mundanis, cujuscunque fuerint ordinis, conditionis, eminentie, dignitatis aut status, que tenore presentium vel per alias nostras litteras revocata non sunt et penitus annullata, quantum ad omnem effectum eorumdem, de ipsorum fratrum consilio et assensu a data presentium suspendentes, volumus ac districte precipimus ut sequentes Romanam curiam infra unius, Italici vero infra quatuor mensium et extra Italiam constituti infra unius anni spatium a data computandum eadem, quod quidem tempus pro peremptorio termino assignamus, ipsa nostro et prefate sedis conspectui representent et ad nostram et ipsius sedis notitiam deducant, apostolice discussionis examen justo [2] judicio, faciente Domino, subitura, ipsaque quantum ad omnem effectum manere suspensa [decernimus], quousque per sedem ipsam ex certa scientia fuerint approbata, alioquin ex nunc, de eorumdem fratrum nostrorum consilio et assensu privilegia, litteras, gratias et alia supradicta, que nostro et prefato sedis conspectui presentari et ad nostram et sepedicte sedis notitiam, ut premittitur, deduci mandamus, et quicquid ex eis vel ob ea

1. *Ms.* facimus.
2. *Ms.* iuxto.

secutum extiterit vel sequetur, apostolica auctoritate et de potestatis plenitudine cassamus, irritamus, evacuamus, cassas, irritas et vacuas nuntiamus, ipsa omnino carere viribus decernentes, non obstante si ab eodem antecessore vel aliis Romanis pontificibus quibuscunque ordinibus, collegiis, ecclesiis vel personis cujuscunque conditionis, preeminentie sive status, aliquibus vel alicui eorum sub quacunque forma vel expressione verborum sit indultum quomodolibet vel concessum quod predicta facta, concessa et commissa per antecessorem ipsum vel alios Romanos pontifices aut ejus vel eorum auctoritate nequeant revocari per litteras apostolicas que de indulto seu concessione hujusmodi aut de ipsorum toto tenore seu de verbo ad verbum de ordinum aut personarum hominibus plenam, determinatam et expressam non fecerint mentionem, seu quacunque indulgentia vel concessione alia dicte sedis generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam effectus presentium posset quomodolibet impediri. Si quid autem in premissis vel circa premissa dubii vel ambiguitatis emerserit, declarationi et interpretationi dicte sedis plenarie reservamus, semel et pluries quotiens opus fuerit et prout expediens viderit faciendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratificationis, confirmationis, factionis, approbationis, innovationis, vacuationis, concessionis, suspensionis, precepti, assignationis, mandati, cassationis, irritationis, nunciationis, constitutionis et reservationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, vi id. aprilis, anno primo.

(Potthast, 24061.)

771 (lxxvi) Latran, 8 avril 1295.

Cassatio omnium collationum, provisionum, reservationum seu concessionum a Celestino V et Honorio IV editarum. (fol. 184 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum circa promotionis —. Dat. ut supra.

(Potthast, 24063.)

772 (lxxvii) Latran, 8 avril 1295.

Cassatio omnium collationum etc. a Nicolao IV factarum, exceptis eis que ad ordinem fratrum Minorum, sancte Clare ac hospitale sancti Spiritus in Xaxia de Urbe attinent. (fol. 185.)

Ad perpetuam rei memoriam. Pridem ad apicem —. Dat. ut supra.

(Potthast, 24062.)

773 (lxxviii) Latran, 8 avril 1295.

Constitutio de conservatoribus. (fol. 185 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Statuimus ut conservatores —.

Prescribit qualitatem, facultates et modum procedendi tum conservatorum qui ab apostolica sede conceduntur ad tuendos aliquos a manifestis injuriis et molestiis, tum judicum qui in litteris de simplici justitia nuncupantur.

Dat. ut supra.

(Potthast, 24060; he littere in *Sexto decretalium*, lib. I, tit. 14, c. i. inserte sunt.)

774 (lxxviiii) Latran, 8 avril 1295.

Constitutio de mulieribus. (fol. 186.)

Ad perpetuam rei memoriam. Mulieres quas vagari —.

Prohibet mulieres auctoritate litterarum apostolice sedis vel legatorum ipsius personaliter ad judicium evocari vel trahi invitas causa ferendi testimonium.

Dat. ut supra.

(Potthast, 24064; inserte sunt littere in *Sexto decretal.*, libr. II, tit. 1, cap. ii.)

775 (lxxx) Latran, 11 avril 1295.

Reservatio ecclesie Mediolanensis. (fol. 186.)

Ad futuram rei memoriam. Etsi de cunctis —, circa statum tamen Mediolanensis ecclesie tanto propensioris considerationis extendimus aciem, — quanto illa nobilitatis pollet insigniis amplioris. — Considerato igitur statu ipsius ecclesie ac civitatis Mediolanensis et etiam circumposite regionis, — ordinationem et provisionem ecclesie supradicte, si in presentiarum vacat vel in antea quoquo modo vacabit, provisioni et ordinationi sedis ejusdem (scilicet apostolice) hac vice de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica reservamus. — Dat. Laterani, iii id. aprilis, anno primo.

776 (lxxxi) Latran, 4 mai 1295.

Committitur administratio monasterii sancti Petri ad Aram de Neapoli. (fol. 186.)

Dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali. Cum te ad regnum Sicilie —. Dat. Laterani, iiii non. maii, anno primo.

777 (LXXXII) Latran, 4 mai 1295.

Notificatio bulle precedentis. (fol. 186 v°.)

Dilectis filiis conventui monasterii sancti Petri ad Aram de Neapoli. Cum dilectum filium Landulfum —. Dat. ut supra.

778 (LXXXIII) Vatican, 12 mai 1295.

Processus contra falsos Christianos Sarracenis arma vendentes. (fol. 186 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim tam in generali —. Actum Rome, apud sanctum Petrum, in festo Ascensionis dominice, pontificatus nostri anno primo.

(POTTHAST, 24091.)

779 (LXXXIII) Vatican, 12 mai 1295.

Processus contra Urbevetanos castra Vallis lacus, Bulseni et Aquependentis injuria occupantes. (fol. 187.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Olim Romana ecclesia —. Actum Rome, apud sanctum Petrum, in festo Ascensionis dominice, pontificatus nostri anno primo.

(POTTHAST, 24090.)

780 (LXXXV) Latran, 7 mai 1295.

« Mittitur ad partes Lombardie pro pace indicenda. » (fol. 189 v°.)

Dilecto filio magistro Raynerio de Casul., capellano nostro, canonico Vulterano. Superne dispositionis —. Occurrit nobis provintia Lombardie, que circa partes Montisferrati, Papiensis et Terdonensis civitatum necnon Alexandrie et terre que Casale dicitur et alia castra, terras seu loca illarum partium — periculosi dissidii est gravata dispendiis, guerrarum actrita flagellis. — Attendentes igitur —, te, de cujus industria et legalitate confidimus, ad partes illas providimus destinandum, ut dilectum filium nobilem juvenem Johannem marchionem Montisferrati et predictarum Papie ac Terdonensis civitatum et Alexandrie ac terre Casalis potestates, capitaneos, consiliarios, universitates et homines inducas sollicite et horteris attente ut ab hujusmodi guerrarum discriminibus desistentes, infra kalendas augusti proxime venturas syndicos et procuratores — ad eandem sedem transmittant, ut ibidem — tractatus efficax haberi valeat et firmari ; et ne invicem bellicis processibus seu actibus se impetant, — treugas, quas inter ipsos — per alias nostras litteras duximus ordinandas, — eis denuntiare procures. — Dat. Laterani, non. maii, anno primo.

781 (LXXXVI) Latran, 7 mai 1295.

Indictio treugarum. (fol. 189 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Superne dispositionis etc. —

Indicuntur treuge, de quibus supra fit mentio, usque ad festum Resurrectionis dominice proxime venturum inviolabiliter sub pena excommunicationis observande.

Dat. ut supra.

782 (LXXXVII) Latran, 7 mai 1295.

De treugarum observatione. (fol. 190.)

Dilectis filiis .. potestati, capitaneo, consilio et communi Mediolanensibus. Superne dispositionis etc., ut supra, —.

Ut si treuge imposite ab aliquo (quod absit) non observarentur, ei et ejus fautoribus auxilium non impendant, « alioquin in vos potestatem, capitaneum, consiliarios et singulares personas civitatis vestre excommunicationis et in eandem civitatem interdicti sententias auctoritate presentium promulgamus. »

Dat. ut supra.

783 (LXXXVIII) Albano, 18 mai 1295.

De pace facienda inter Venetos et Januenses. (fol. 190.)

Dilectis filiis nobili viro .. duci, consilio et communi Venetorum. Licet innumera grandiaque negotia confluentia undique nostris incumbant humeris, et circa illa multipliciter distrahamur, inter alia tamen specialius angit et excitat mentem nostram ut fidelium populis dissidentibus invicem et illis potissime, quorum miserabilis conditio Terre Sancte subsidia relevationis exposcit, reconciliationis optate remedia procuremus. Percepto itaque pridem quod inter vos et Januenses gravis erat de novo turbatio suscitata, nos — ambassiatores, ut nostis, hinc inde habere providimus pro sedanda discordia et reformanda quiete. — Venientibus igitur ambasiatoribus ipsis ad nos et eis paterna, ut decuit, benignitate receptis, tractatum cum ipsis hujusmodi agendorum assumpsimus ; — propter quod treugas dudum per nos vobis et Januensibus ipsis usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturum sub certis penis et

sententiis indictas nunc sub eisdem penis et sententiis usque ad festum dedicationis beati Michaelis archangeli secuturum proxime auctoritate presentium prorogamus et precipimus inviolabiliter observari. Super eo vero quod ambasiatores vestri petebant, satisfactionem fieri de dampnis et injuriis realibus et personalibus vobis a Januensibus, ut dicebant, illatis, ac penis per eosdem Januenses incursis, et quia ipsi Januenses hoc ex culpa vestra asserunt contigisse, nos multipliciter condecere [1] ac omnino expedire putavimus ut id per viam concordie terminetur, proponentes hec infra predictum tempus salubriter Deo auspice solidare. Propter quod ecce duo ex eisdem ambasiatoribus vestris, videlicet Nicolaus dictus Quirinus et Johannes Contarenus, ad vos de intentione nostra plenius informati, ut super hiis compromittatis in nos, de nostro speciali mandato revertuntur. — Dat. Albani, xv kal. junii, anno primo.

784 (LXXXIX) Anagni, 13 juin 1295.

Licentia nominandi Lubrensem et Stabiensem episcopos. (fol. 190.)

Dilecto filio Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Cum Lubrensis per mortem bone memorie Petri episcopi Lubrensis et Stabiensis per translationem venerabilis fratris nostri T. Terracinensis, olim Stabiensis episcopi, ad ecclesiam Terracinensem, sint ad presens pastorum solatio destitute, —. Dat. Anagnie, id. junii, anno primo.

785 (LXXXX) Anagni, 13 juin 1295.

Licentia quosdam excommunicatos absolvendi. (fol. 190 v°.)

Eidem. Volentes aliqua—.— omnes illos qui cum rebellibus Siculis et Aragonensium fautoribus et sequacibus eorundem Siculorum mercimonia contraxerunt in eundo mittendo et redeundo, vel in loquela participarunt eisdem, non tamen eorum rebellioni operam impendendo. — Dat. ut supra.

786 (LXXXXI) Anagni, 11 juin 1295.

Citatio potestatis Parmensis. (fol. 190 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Mutinensi. Exposuerunt nobis venerabilis frater noster .. episcopus et dilecti filii clerus Parmenses quod dilectus filius Umbertus Guarnerii de Cortona, civis Castellanus, potestas Parmensis, non attendens quod laicis in clericos et ecclesiasticas personas nulla est attributa potestas, in dampnabilis presumptionis excessum prorumpens, quondam Andriolum fratrem, monachum de sancto Erniano, ordinis sancti Augustini, Parmensis diocesis, et quondam Consolinum natum magistri Florii phisici Parmensis, clericum in minoribus ordinibus constitutum, ausu sacrilego capi fecit, et eundem clericum suspendi ac dictum fratrem capite mutilari. — Dat. Anagnie, III id. junii, anno primo.

1. *Ms.* concedere.

787 (LXXXXII) Latran, 1er mars 1295.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 190 v°.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali, apostolice sedis nuntio. Laudanda tue circumspectionis —. Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

788 (LXXXXIII) Latran, 1er mars 1295.

Licentia quosdam excommunicatos absolvendi. (fol. 190 v°.)

Eidem. Laudanda, etc. —

Quod possit absolvere clericos et laicos « ab excommunicationis sententia quam pro violenta injectione manuum in clericos incurrerunt » et dispensare cum predictis clericis « super irregularitate quam sic ligati se divinis immiscendo officiis contraxerunt. »

Dat. ut supra.

789 (LXXXXIIII) Latran, 1er mars 1295.

Licentia concedendi indulgentiam in solemnibus festis. (fol. 190 verso.)

Eidem. Laudanda etc. — Dat. ut supra.

790 (LXXXXV) Latran, 17 avril 1295.

Licentia retinendi prebendam, non obstante generali revocatione. (fol. 191.)

Dilecto filio Guillelmo sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali. Exhibita nobis tua petitio continebat quod dilectus filius frater Petrus de Murrone, olim Celestinus papa quintus, — tibi, tunc capellano ipsius, — canonicatum ecclesie Ambianensis cum plenitudine juris canonici, et prebendam, si tunc in eadem vacabat ecclesia, — contulit, — et si aliqua prebenda tunc in eadem ecclesia non vacabat, prebendam primo in eodem ec-

clesia vacaturam — reservavit, — et demum executores ipsi tibi prebendam que per mortem quondam Bartholomei de Lavania, ejusdem ecclesie canonici, in ipsa ecclesia vacavit, post constitutionem nostram per quam omnes receptiones, collationes — revocandas duximus, contulerunt. — Dat. Laterani, xv kal. maii, anno primo.

791 (LXXXXVI) Latran, 1er mars 1295.

Licentia percipiendi fructus in absentia, pro clericis suis. (fol. 191 v°.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali, apostolice sedis mentio. Laudanda tue circumspectionis —. Dat. Laterani, kal. martii, anno primo.

792 (LXXXXVII) Latran, 1er mars 1295.

Licentia conferendi beneficia clericorum suorum cedentium vel decedentium. (fol. 191 v°.)

Eidem. Laudanda tue —. Dat. ut supra.

793 (LXXXXVIII) Latran, 1er mars 1295.

Licentia faciendi sibi celebrari in locis interdictis. (fol. 191 verso.)

Eidem. Laudanda tue —. Dat. ut supra.

794 (LXXXXVIIII) Anagni, 5 juillet 1295.

Notificatio eorum que acta sunt pro pace perficienda. (fol. 191 verso.)

Dilecto filio nobili viro Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonum. Nobilitatem tuam —.

Certior fit Carolum Sicilie regem, Guillelmum tituli sancti Clementis presbiterum cardinalem necnon Blancam filiam regis ejusdem, sponsam Jacobi fratris sui, jam de Anagnia recessisse pro complemento pacis gressus suos versus Cathaloniam dirigentes, et G. Aniciensem episcopum in Franciam a summo pontifice destinatum esse, ut Caterine imperatricis Constantinopolitane ad partes istas adventum festinet.

Dat. Anagnie, III non. julii, anno primo.

(Potthast, 24121.)

795 (C) Anagni, 1er juillet 1295.

Pro securo conductu archiepiscopi Messanensis. (fol. 192.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, ceterisque ecclesiarum prelatis et personis ecclesiasticis regularibus et secularibus quorumcunque ordinum, et nobilibus viris comitibus, baronibus, potestatibus, capitaneis seu rectoribus, custodibus portuum seu passuum et universitatibus civitatum, castrorum et locorum ad quos littere iste pervenerint. Cum venerabilem fratrem nostrum F. archiepiscopum Messanensem, nuntium nostrum, exhibitorem presentium pro quibusdam ecclesie Romane negotiis ad partes Sicilie destinemus, —. Dat. Anagnie, kal. julii, anno primo.

796 (CI) Anagni, 5 juillet 1295.

Dispensatio matrimonii. (fol. 192.)

Dilecto filio guardiano fratrum minorum Gerundensis diocesis. Ex parte dilectorum filiorum nobilium virorum Guillelmi nati quondam Berengarii de Rivismortuis, militis, ex parte una, et Bernardi de Villagut, Gerundensis diocesis, ex altera, fuit propositum coram nobis —.

Quod dispenset, inquisita veritate, super matrimonio contrahendo inter dictum Guillelmum et Dulciam filiam dicti Bernardi, quarto consanguinitatis gradu conjunctos.

Dat. Anagnie, III non. julii, anno primo.

(Potthast, 24123.)

797 (CII) Anagni, 11 juillet 1295.

Confirmatio bulle Celestini V. (fol. 192.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Litteras dilecti filii fratris P. de Murrone, olim Romani pontificis, antecessoris nostri vidimus et ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Celestinus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio* » *Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali, salutem et apostolicam benedictionem.* Ex superna providentia —. Cum itaque ecclesiam sancti Clementis, curam animarum habentem, que titulus presbiteri cardinalis existit, cum te ad apicem cardinalatus assumpsimus, cure tue — duximus committendam, licet non fuerit nec sit nostre intentionis quod ratione hujusmodi dignitatis assumpte vel pretextu collationis facte tibi de predicta ecclesia prepositura, canonicatus et prebenda ecclesie Massiliensis ac redditus quos in sancti Anatolii, de Causideriis ecclesiarum parrochiis, Tholetane diocesis, obtines quoquo modo vacarent, tamen ut nullum super hiis possit tibi quomodolibet prejudicium generari, — tecum ex habundanti auctoritate

» presentium dispensamus —. Dat. Aquile, vi kal. octo » bris, pontificatus nostri anno primo. »

Dat. Anagnie, v id. julii, anno primo.

798 (CIII) Anagni, 11 juillet 1295.

Dispensatio omnia in locis interdictis exercendi. (fol. 192 v°.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Cum te ad partes ultramontanas —.

Ut in locis interdictis possit divina officia celebrare et facere celebrari, et omnia ibi exercere que expeditioni negotiorum sibi commissorum viderit expedire.

Dat. ut supra.

799 (CIIII) Anagni, 11 juillet 1295.

Licentia condendi testamentum. (fol. 192 v°.)

Eidem. Quoniam humane fragilitatis —. Dat. ut supra.

800 (CV) Anagni, 11 juillet 1295.

Confirmatio gratie Celestini V. (fol. 192 v°.)

Dilecto filio Guillelmo sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali. Digne illos prerogativa —.

Confirmatur collatio ei facta ad vitam a Celestino papa V ecclesie sancti Angeli de Nuceria Christianorum, Salernitane diocesis, a monasterio Cavensi pendentis.

Dat. Anagnie, v id. julii, anno primo.

801 (CVI) Anagni, 10 juin 1295.

Licentia resignationes recipiendi et beneficia sic vacantia conferendi. (fol. 193.)

Venerabili fratri .. episcopo Albanensi, apostolice sedis nuntio. Cum te ad Francie ac Anglie partes —. Dat. Anagnie, IIII id. junii, anno primo.

(*En marge.*) In eundem modum scribitur .. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio.

802 (CVII) Anagni, 10 juin 1295.

Licentia faciendi provideri expensis nuntiorum. (fol. 193.)

Eidem. Cum te etc., usque destinandum, teque pro expeditione negotiorum ipsorum ad sedem ipsam et alias diversas partes diversos nuntios, interdum etiam sollempnes, oporteat destinare, et propter hoc subire onera expensarum, — faciendi nuntiis ipsis, quandiu eorundem negotiorum expeditioni vacabis, ab archiepiscopis, episcopis, — ad quos nuntios ipsos devenire contigerit, in congruis et moderatis expensis provideri ipsosque ad id cogendi per censuram ecclesiasticam — fraternitati tue plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra.

(*En marge.*) In eundem modum .. episcopo Penestrino, apostolice sedis nuntio.

803 (CVIII) Anagni, 13 juillet 1295.

« Scribitur prelatis pro securo conductu abbatis monasterii sancti Germani de Pratis prope Parisius. » (fol. 193.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, — ad quos littere presentes pervenerint, salutem etc. Cum dilectum filium J. abbatem monasterii sancti Germani de Pratis, prope Parisius, ordinis sancti Benedicti, nuntium nostrum, exhibitorem presentium, pro quibusdam ecclesie Romane negotiis ad ultramontanas partes personaliter destinemus, —. Dat. Anagnie, III id. julii, anno primo.

804 (CVIIII) Anagni, 13 juillet 1295.

« Quod inducat imperatricem Constantinopolitanam ad complendum matrimonium. » (fol. 193 v°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri. Postquam divina miseratio —. Dat. ut supra.

(Cf. POTTHAST, 24134 : ibi bulla refertur, a Cangio in edit. Geoffr. de Villehardouin publicata, et principium habens : *Olim nobis duximus.* Cum nostra congruit, sed truncato capite edita videtur.)

805 (CX) Anagni, 13 juillet 1295.

Licentia prioratum retinendi. (fol. 193 v°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Germani de Pratris Parisiensis. Personam tuam —. Exposuisti quidem nobis quod tu ad prioratum de Gilleyo, Eduensis diocesis, monasterio tuo sancti Germani de Pratis Parisiensi immediate subjectum, loco de quo traxisti orriginem (*sic*) propinquitate vicinum, allectus amore orriginis naturalis, prioratum eundem — manutenere pro viribus curasti hactenus et manutenere desideras. — Dat. ut. supra.

806 (CXI) Anagni, 21 juillet 1295.

De decima in Norvegie, Dacie et Succie regnis. (fol. 193 v°.)

Dilecto filio magistro Giffredo de Vezano, canonico Cameracensi, camere nostre clerico. Statum negotii decime —.

Ut citet ad curiam, infra duos menses compariturum et rationem redditurum, Huguitionem plebanum plebis de Castellione, Aretine diocesis, capellanum pape, collectorem decime Terre Sancte in Norvegie, Dacie et Suecie regnis.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24146.)

807 (CXII) Anagni, 5 juillet 1295.

Confirmatio bulle Alexandri IV. (fol. 194.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monialium inclusarum monasterii sancti Aroncii de Frusinone, ordinis sancti Damiani, Verulane diocesis. Lecta nobis vestra —. Dat. Anagnie, III non. julii, anno primo.

(POTTHAST, 24122.)

808 (CXIII) Anagni, 12 juillet 1295.

De loco fratrum Minorum in civitate Sistaricensi regi Sicilie vendendo. (fol. 194.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Carissimus in Christo —. Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno primo.

(POTTHAST, 24132.)

809 (CXIIII) Anagni, 4 août 1295.

De matrimonio inter Caterinam imperatricem Constantinopolitanam et Fredericum de Aragonia festinando. (fol. 194.)

Carissime in Christo filie Caterine imperatrici Constantinopolitane illustri. Occurrente nobis pridem, filia carissima, matrimonio inter te ac dilectum filium nobilem virum Fredericum natum quondam Petri olim regis Aragonum pro felicitate tui status et aliis diversis comodis, dante Domino, contrahendo certisque tractatibus et promissionibus habitis in hac parte, venerabilem fratrem nostrum G. Aniciensem episcopum, et dilectum filium J. abbatem monasterii sancti Germani de Pratis prope Parisius ad te cum specialibus nostris litteris propterea duximus destinandos, ut tua super hoc habita voluntate ad nostram te presentiam honorificentia digna conducerent, cum dicto nobili hujusmodi matrimonium felici successu auxiliante Deo completuram. Cum igitur ex matrimonio ipso, si fiat, recuperatio et acquisitio tui imperii et maxima Terre Sancte utilitas ac alia plura christianitati comoda proventura sperentur, nos — nobilitatem tuam excitamus attentius et hortamur — quatenus ad perficienda feliciter, auctore Domino, que de te cum Frederico predicto tractata et promissa sunt super hoc adventum tuum ad nos quam totius festinare procures. — Dat. Anagnie, II non. augusti, anno primo.

In eundem modum *venerabili fratri G. episcopo Aniciensi.* Occurrente nobis etc. usque celeriter compleatur, verbis competenter mutatis. Quocirca fraternitati tue —. Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio Johanni abbati monasterii sancti Germani de Pratis prope Parisius.* Occurrente nobis etc. — Dat. ut supra.

In eundem modum *carissimo in Christo filio Phy. regi Francorum illustri.* Sicut alias celsitudini tue nuntiasse meminimus, occurrente nobis etc. — Quocirca serenitatem regiam rogamus —. Dat. Anagnie, etc., ut supra.

In eundem modum *dilecto filio nobili viro Johanni de Accone, regni Francie buticulario.* Sicut alias nobilitati tue —. Dat. ut supra.

810 (CXV) Anagni, 11 août 1295.

De homagio a Rogerio de Lauria recipiendo. (fol. 194 v°.)

Dilecto filio fratri Bonifacio de Calamandrano, magno preceptori ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in partibus cismarinis. Cum dilecto filio —. Dat. Anagnie, III id. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24162.)

811 (CXVI) Anagni, 11 août 1295.

Concessio insularum Africe in feudum. (fol. 195.)

Dilecto filio nobili viro Rogerio de Lauria. Ex tuorum strenuitate actuum —.

Conceduntur ei et heredibus suis in perpetuum feudum insule Gerbi et Karkim, provincie Africe seu civitatis Tunisii, quas ille eripuerat de manibus hostium fidei christiane ac in quibus proponebat edificari facere ecclesias et altaria, sub annuo censu L unciarum auri annis singulis ecclesie Romane infra octabas beatorum Petri et Pauli apostolorum in Romana curia solvendo.

Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio fratri Bonifatio de Calamandrano, magno preceptori ordinis hospitalis sancti Johanni Jerosolimitani in partibus cismarinis.* Ex strenuitate actuum dilecti filii nobilis viri Rogerii de Lauria —. Hujusmodi autem instrumentum et quicquid feceris in hac

parte nobis in tuo reditu fideliter deferas vel per fidelem nuntium absque dilatione remittas. Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24161.)

812 (CXVII) Anagni, 12 août 1295.

« Indictio treuge inter Venetos et Januenses. » (fol. 195.)

Ad perpetuam rei memoriam. Percepto pridem quod inter Januenses et Venetos gravis erat turbatio suscitata, nos — sollempnes ad predictos Januenses et Venetos nostros duximus nuntios destinandos et — ambassiatores eorum providimus habere nobiscum. — Cumque, post varios inter ipsos habitos de pace et treuga tractatus, verisimiliter speraremus quod tractatus ipsi utilem fructum producerent agendorum, nostra proh dolor! fiducia effectum non suscepit obtatum, sicque ambasiatores ipsi ad propria imperfecto negotio redierunt. Quia tamen auribus nostris intonuit, quod dolentes referimus, magnum stolium galearum et vasorum Januensium contra dictos Venetos processisse ipsosque Venetos ex adverso contra Januenses eosdem magnum parare galearum stolium et vasorum, — auctoritate apostolica inter ipsos Januenses et Venetos firmas treugas indicimus, — quas — a die noti[ti]e presentium litterarum usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proximo futurum precepimus inviolabiliter observari. — Dat. Anagnie, II id. augusti, anno primo.

Similis littera facta est in qua Veneti proponuntur.

813 (CXVIII) Anagni, 13 août 1295.

Exhortatio Januensium ad pacem. (fol. 195 v°.)

Dilectis filiis nobilibus viris .. potestati, capitaneo, consilio et communi Januensibus. Majestatis divine — . Universitatem vestram monemus et hortamur attente — quatenus ab hujusmodi ostili progressu et a quolibet actu bellico contra dictos Venetos penitus desistatis, quin potius cives et gentem vestram jam progressos contra Venetos ipsos revocetis ad propria — et — sollempnes ambasiatores et nuntios, plenum a vobis super tractatibus habitis et habendis mandatum habentes, ad nostram presentiam infra quindecim dies post receptionem presentium transmittatis, nostrum super hiis beneplacitum impleturi. Nos enim in vos potestatem, capitaneum, consiliarios et singulares personas vestri communis excommunicationis, in vos vero commune ac civitatem Januensem interdicti ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis sententias promulgamus — si contra hujusmodi nostrum preceptum hostiliter processeritis. — Et ecce venerabilem fratrem nostrum Tyrensem archiepiscopum, de cujus prudentia et legalitate confidimus, ad vos duximus destinandum, ut ad hoc efficaciter vos inducat. — Dat. Anagnie, id. augusti, anno primo.

814 (CXVIIII) Anagni, 12 août 1295.

« Littere commissionis bajulatus regni Sicilie. » (fol. 196.)

Dilectis filiis Landulfo sancti Angeli diacono cardinalis apostolice sedis legato, et nobili viro Phy. nato carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris, principi Tarentino, vicariis seu bajulis regni Sicilie per Romanam ecclesiam constitutis. Sedes apostolica —. Nuper siquidem ad nostram producto notitiam quod clare memorie Carolus rex Ungarie, dicti regis (*scil.* Sicilie) in remotis partibus constituti primogenitus et in eodem regno Sicilie vicarius generalis, sicut Domino placuit, qui aufert spiritum principum, mortem apud Neapolim subierat temporalem, tanti fuimus dolore cordis intrinsecus [pertacti] et duras pertulimus infra pectoris archana puncturas —.

Constituuntur vicarii seu bajuli regni Sicilie, ita ut neutri eorum absque assensu alterius aliquatenus liceat regni ejusdem curas ordinare.

Dat. Anagnie, II id. augusti, anno primo.

815 (CXX) Anagni, 18 août 1295.

Revocatio indulgentie a Celestino V concesse. (fol. 196 v°.)

Dilectis filiis .. priori et fratribus ecclesie sancte Marie de Collemadio prope civitatem Aquilanam, ordinis sancti Benedicti. Sicut plurimorum assertio nostro patefecit auditui, dilectus filius Petrus de Murrone, dudum Celestinus papa quintus, antecessor noster, — non attendens quanto sit summi apostolatus auctoritatis usus tam in spiritualibus quam in temporalibus libra misericordie temperandus, credens forsan animarum saluti consulere, per quod ad delinquendum laxandi habenas occasio potius prebebatur, quasdam in ecclesia vestra indulgentias statuit, ut qui certis temporibus ad ecclesiam ipsam accederent, forent a culpa et pena delictorum suorum omnium absoluti. Nos autem —.

Dicte Celestini littere omnino revocantur, et mandatur dictis priori et fratribus ut easdem litteras et quascumque alias ad summum pontificem per N. episcopum Aquilanum destinare curent sub pena excommunicationis.

Dat. Anagnie, XV kal. septembris, anno primo.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Aquilano. Sicut plurimorum —.

Ut dictos priorem et fratres ad restitutionem litterarum apostolicarum censura apostolica, si opus fuerit, compellat.

Dat. ut supra.

816 (CXXI) Anagni, 18 août 1295.

Alia revocatio. (fol. 196 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Spiritus prope Sulmonem, ordinis sancti Benedicti. Sicut plurimorum —.

Quod infra quindecim dies Nicolao episcopo Aquilano omnes litteras sibi a Celestino V concessas assignare curent, ut eis diligenter inspectis, possit a summo pontifice provideri que cassande et que confirmationis auxilio roborande fuerint; alioquin, dicto termino elapso, omnes que assignate non fuerint exnunc casse et irrite omnino decernuntur.

Dat. ut supra.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Aquilano. Sicut etc. —.

Quod litteras sibi assignatas ad presentiam summi pontificis deferat vel per fidelem nuntium transmittat.

Dat. ut supra.

817 (CXXII) Anagni, 29 août 1295.

Nobili viro Jacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. Sicut nuper ad nostrum pervenit auditum, aliqui ex ambasiatoribus tuis quos super tractatu pacis et concordie inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilie regem illustrem et te, dante Domino, reformande ad nostram presentiam destinaras, ad te a nobis cum hiis que acta sunt in hac parte ac informati de omnibus redeuntes in via, sicut Domino placuit, decesserunt. Cum utique hujusmodi negotium insideat cordi nostro, confortationis et accelerationis auxilio egeat, et dilectus filius Berengarius de Villarone, archidiaconus Urgellensis, hujusmodi tractatus conscius extitisse noscatur ac, sicut in ipso collegimus, tui honoris et comodi fervidus zelator existat, ecce ipsum ad tuam providimus presentiam destinandum, ut te ad ipsius perfectionem negotii ferventer animet ac inducat. — Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatenus eundem archidiaconum super hiis benigne audias. — Dat. Anagnie, IIII kal. septembris, anno primo.

818 (CXXIII) Anagni, 3 septembre 1295.

Revocatio processus contra homines Aquependentis. (f° 197.)

Dilectis filiis nobilibus viris .. capitaneo patrimonii beati Petri in Tuscia, vicario et officialibus ejus. Gravis ad nos —. Dat. Anagnie, III non. septembris, anno primo.

(POTTHAST, 24179.)

819 (CXXIIII) Anagni, 2 septembre 1295.

De castro Nociliani. (fol. 197 v°.)

Dilectis filiis universis hominibus castri Nociliani, Nepesine diocesis. Dilecti filii nobiles —.

Certiores fiunt summum pontificem providisse ut dictum castrum, usque ad decisionem cause cum Jacobo et Mathia fratribus, filiis quondam Johannis Arlotti, civibus Romanis, per ecclesiam Romanam custodiatur.

Dat. Anagnie, IIII non. septembris, anno primo.

(POTTHAST, 24178.)

820 (CXXV) Anagni, 2 septembre 1295.

Comittitur executio bulle precedentis. (fol. 197 v°.)

Dilecto filio nobili viro Hugolino Jacobini de Rubeis, de Parma, senatori Urbis. Dilecti filii nobiles viri, etc. — Dat. ut supra.

821 (CXXVI) Anagni, 2 septembre 1295.

De assignatione castri Nociliani sine difficultate facienda. (fol. 198.)

In eundem modum *dilectis filiis nobilibus viris Francisco et Dominico fratribus, comitibus, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ymilie matri eorum, comitisse Anguilarie.* Dilecti filii —. Dat. ut supra.

822 (CXXVII) Anagni, 13 août 1295.

Declaratio pro Venetis. (fol. 198.)

Dilectis filiis nobili viro .. duci, consilio et communi Venetorum. Quam gravis —.

Declarat summus pontifex quod, si Januenses contra Venetos procederent hostiliter, ut minantur, et treugas auctoritate apostolica indictas non servarent, sue nequaquam intentionis existit per hujusmodi indictionem treugarum dictos Venetos arctare quominus se contra Januenses defendant.

Dat. Anagnie, id. augusti, anno primo.

(POTTHAST, 24166.)

823 (CXXVIII) Anagni, 5 septembre 1295.

Notificatio bajulatus regni Sicilie regine Sicilie commissi. (fol. 198.)

Dilectis filiis Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato, et nobili viro Phy. nato carissimi in Christo filii nostri C. sicilie regis illustris, principi Tarentino. Licet vos —. Dat. Anagnie, non. septembris, anno primo.

824 (CXXVIIII) Anagni, 30 août 1295.

« Committitur bajulatus regni Sicilie regine Sicilie. » (f° 198.)

Carissime in Christo filie Marie regine Sicilie illustri. Pridem non absque —. Dat. Anagnie, III kal. septembris, anno primo.

(POTTHAST, 24173.)

825 (CXXX) Anagni, 10 septembre 1295.

Citatio abbatis sancti Benedicti Barensis. (fol. 198 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Barrensi. Conquestus est nobis venerabilis frater noster Johannes episcopus Tusculanus quod .. abbas et conventus monasterii sancti Benedicti Barrensis, ordinis sancti Benedicti, sibi de quibusdam auri et pecunie quantitatibus, in quibus tenetur eidem, satisfacere indebite contradicunt. — Dat. Anagnie, IIII id. septembris, anno primo.

826 (CXXXI) Anagni, 20 septembre 1295.

Executoria donationis Oddoni de Grandisono facte. (fol. 198 verso.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Treverensi et episcopo ac dilecto filio magistro Humberto de Bellavalle, canonico Metensibus. Cum dilectus filius nobilis vir Oddo de Grandisono, fidei zelo succensus, dudum tempore infelicis exterminii civitatis Aconensis, pro defensione ipsius civitatis et circumadjacentium partium in ipsa civitate personaliter commorans ac personam et bona periculis exponere non formidans, grandes expensas pro suis et comitive sue necessitatibus ac aliorum fidelium subventione subierit, majori parte rerum quas secum habebat ibidem amissa, ita quod propter ea, secundum ejus assertionem et aliorum fide dignorum testimonium, importabilibus debitis secundum suarum facultatum vires ab eo urgente necessitate contractis, facultes ipsas alieni eris opprimat gravis moles, nos eidem nobili — quatuor milia marcarum argenti de pecunia decime Alamannie pro Terre Sancte deputate subsidio, in diversis locis deposita, que nondum in ejusdem Romane ecclesie potestate pervenit — donavimus. —

Quod dictam summam dicto nobili solvi faciant, et omnes alias pecunie quantitates de dicta decima provenientes penes mercatores camere apostolice deponi faciant infrascriptos, « videlicet dilectos filios Thomam Spiliati, Johannem Jacobi ac Rogerium Maunecti, Lupum Hugonis de sotietatibus Mozorum et Spinorum de Florentia, et Clarentinum Anselmi et Marguliese Brachii, de sotietate Clarentum de Pistorio et ipsorum mercatorum sotios. »

Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno primo.

(*Cf. infra*, n° 830.)

827 (CXXXII) Anagni, 19 septembre 1295.

Committuntur vices cardinalis sancti Clementis infirmitate detenti. (fol. 199.)

Venerabilibus fratribus .. Arelatensi et .. Ebredunensi archiepiscopis ac .. episcopo Massiliensi. Pridem ad pacis et concordie federa inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum illustrem regem Sicilie ac nobilem virum Jacobum de Aragonia reformanda — intendentes, — quam plura — dilecto filio nostro Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali — per nostras commisimus exequenda litteras; — qui tandem continuatis gressibus Perpennianum perveniens, gravem inibi, prout turbati nuper accepimus, infirmitatem incurrit, qua ibidem adhuc, sicut asseritur, detinetur, propter quod nequit in negotio procedere supradicto. — Dat. Anagnie, XIII kal. octobris, anno primo.

828 (CXXXIII) Anagni, 19 septembre 1295.

Ratificatio commissionis a dicto cardinali facte. (fol. 199.)

Universis presentes litteras inspecturis. Pridem ad pacis etc., usque detrimento. Cum autem, prout accepimus, prefatus cardinalis aliqua de hiis que, sicut premittitur, sibi duximus committenda nonnullis personis exequenda commiserit, quanquam super hoc auctoritatem per nostras litteras non haberet, nos tamen ad notitiam (*sic*) et celerem ipsius expeditionem negotii votis ferventibus in-

tendentes, commissionem hujusmodi per eundem cardinalem factam, ut dicitur, auctoritate apostolica — ratificamus. — Dat. ut supra.

829 (CXXXXIIII) Anagni, 19 septembre 1295.

Notificatio bullarum 827 et 828. (fol. 199.)

Dilecto filio Guillelmo tituli sancti Clementis presbitero cardinali. Nuper non sine multa mentis amaritudine —. Quanquam nostre omnino intentionis existerit et existat ut, cum favente divina clementia pristine sanitati fueris restitutus, libere in eodem negotio procedere valeas sicut prius, commissione hujusmodi per nos archiepiscopis et episcopo ipsis facta, quam ex tunc in eum casum invalidam existere volumus, non obstante, ceterum — committendi personis idoneis — prefatum negotium aut aliquam seu aliquas ejus partes — presentium tibi tenore concedimus facultatem. Dat. ut supra.

830 (CXXXV) Anagni, 13 septembre 1295.

Recompensatio expensarum pro defensione Aconis factarum. (fol. 199 v°.)

Dilecto filio nobili viro Oddoni de Grandisono. Dignus es et nota tue devotionis obsequia promerentur ut circumspecta benignitas matris Ecclesie te, qui fidei zelo succensus, olim in transmarinis partibus pro ipsius ecclesie honore, ipsarum partium subsidio propriaque salute indefessa sollicitudine laborasti, oculis respiciat gratiosis. Sane cum tu dudum, tempore infelicis exterminii civitatis Aconensis, pro defensione ipsius civitatis et dictarum partium in eadem civitate personaliter commorans ac personam et bona periculis exponere non formidans grandes expensas pro tuis et comitive tue necessitatibus ac aliorum subventione subieris, majori parte rerum quas tecum habebas ammissa ibidem, ita quod propter ea, secundum assertionem tuam et aliorum fide dignorum testimonium, importabilibus debitis secundum tuarum facultatum vires a te urgente necessitate contractis facultates ipsas alieni eris opprimat gravis moles, nos super hiis — compatientes, — tibi quatuor milia marcharum argenti de pecunia decime Alamanie Terre Sancte deputate subsidio in diversis locis deposita, que nondum in ejusdem ecclesie potestate pervenit, — largimur et de illis tenore presentium providemus, ita quod de prima que de cetero perveniet ad personas ad eam recipiendam seu colligendam deputatas vel deputandas per prefatam ecclesiam, ipsarum quatuor milium marcharum solutio tibi fiat. — Dat. Anagnie, id. septembris, anno primo.

(*Cf. supra*, n° 826.)

831 (CXXXVI) Vatican, 21 et 22 octobre 1295.

Quod Tudertina civitas non teneatur respondere rectori Patrimonii, donec aliud fuerit a sede apostolica ordinatum. (fol. 199 v°.)

Dilectis filiis communi Tudertino. In suppreme dignitatis honore —. Ex parte siquidem vestra nuper propositum extitit coram nobis quod, olim diversis temporibus, sub diversis Romanis pontificibus, inter rectores patrimonii beati Petri in Tuscia qui fuere pro tempore nomine Romane Ecclesie ac vos seu civitatem vestram discordia extitit suscitata, super eo videlicet quod rectores predicti, asserentes civitatem ipsam ejusque districtum de patrimonio existere memorato, — vos ac civitatem eandem in palatio castri Montisflaconis, infra ipsius patrimonii limites consistentis, ratione jurisdictionis hujusmodi sub ipsorum rectorum posse judicio conveniri, vos ad parendum — compellebant; vobis in contrarium proponentibus, — licet tempore quo quondam Guido de Pilleo, sedis apostolice capellanus, rectoriam ipsius patrimonii exercebat, dum prefata civitas in duas partes divisa consisteret gravibusque intra se ipsam guerrarum et turbationum dissidiis fluctuaret, dictarumque partium altera per potentiam relique de civitate ipsa foret violenter ejecta, hujusmodi pars expulsa primo et subsequenter intrinseca sic divise duris et validis ejusdem Guidonis minis exterite ac impressionibus ejus violenter attracte, recognovissent se ac civitatem eandem de patrimonio predicto. — Nos autem status et conditionum civitatis ejusdem plenam notitiam obtinentes, cum in ea dudum circa nostre juventutis primordia moram non modicam duxerimus contrahendam, diligentem in hac parte tractatum assumpsimus; — set supervenientibus postmodum variis arduisque negotiis, que mundi status fluctuosus ingessit, — nostre in hoc intentionis propositum extitit impeditum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno primo.

In eundem modum dilecto filio .. rectori patrimonii beati Petri in Tuscia. In supreme dignitatis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XI kal. novembris, anno primo.

832 (CXXXVII) Vatican, 21 octobre 1295.

Citatio archiepiscopi Tholetani et episcopi Palentini. (fol. 200.)

Venerabili fratri .. episcopo Burgensi. Rem gravem —.

Quod citet personaliter ad curiam infra tres menses fratrem Munionem, ordinis Predicatorum, pro episcopo Palentino se gerentem, et potentie secularis horribili abusu in Palentinam ecclesiam intrusum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno primo.

In eundem modum eidem episcopo. Rem gravem —.

Quod citet archiepiscopum Tholetanum qui prefatum intrusum confirmavit.

Dat. ut supra.

833 (CXXXVIII) Anagni, 15 septembre 1295.

De legato pro Terra Sancta recipiendo. (fol. 200.)

Venerabili fratri Martino archiepiscopo Bracharensi. Plenam gerentes —. Sane venerabilis frater noster P. Elborensis episcopus nobis per suas litteras intimavit quod quondam Martinus, baro Portugalie, dum adhuc viveret votum dicitur emisisse quod ipse cum uno milite Terram Sanctam personaliter visitaret, sed diuturna infirmitate detentus id adimplere requivit, et tandem, sentiens sibi proxime mortis periculum imminere, penes eundem episcopum, ad redimendum hujusmodi votum suum, mille quingentas duplas auri deposuit in ipsius Terre Sancte subsidium convertendas. —

Ut dictum Martinum jam humanis rebus exemptum ab eodem voto absolvat, et predictam summam ab episcopo Elborensi recipiat et illam ad apostolicam sedem mittat.

Dat. Anagnie, XVII kal. octobris, anno primo.

834 (CXXXIX) Anagni, 15 septembre 1295.

Notificatio bulle precedentis. (fol. 200 v°.)

Venerabili fratri P. episcopo Elborensi. Nuper nobis —. Dat. ut supra.

835 (CXL) Vatican, 31 octobre 1295.

Absolutio civium Tudertinorum. (fol. 200 v°.)

Dilectis filiis communi Tudertino. Habet exposite nobis vestre petitionis assertio quod olim, pro eo quod vos contra inhibitionem et mandatum apostolice sedis expressum congregato exercitu in communis Perusini auxilium et favorem adversus civitatem Fuliginatem et ipsius incolas hostiliter processistis, dampna illis et injurias irrogando, diversi et varii contra vos et civitatem vestram per sedem ipsam et ejus auctoritate hactenus habiti sunt processus; — vosque tandem, super premissis prefate sedis obedientes humiliter monitis et mandatis, dilecto filio magistro Nicolao de Treb. notario nostro, tunc felicis recordationis Nicolai papa IIII[ti], predecessoris nostri, camerario, — per sindicum vestrum ad hoc specialiter constitutum nonnullas promissiones facere ac obligationes exhibere curastis, ac dilectus filius Nutius quondam Raynaldi de Tuderto, nomine quarundam universitatum et specialium patrie personarum, quarum ad hoc procurator et syndicus existebat, ad promissiones et obligationes easdem principaliter et fidejussorio nomine se abstrinxit, prout in instrumento — dicitur contineri. Cum autem de commissis a vobis excessibus juxta ipsius sedis beneplacitum et mandatum satisfactionem plenariam duxeretis impendendam, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. novembris, anno primo.

836 (CXLI) Vatican, 27 novembre 1295.

« Cassatio processuum habitorum per Richardum de Ferentino in facto Romaniole. » (fol. 201.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum dilectus filius —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V kal. decembris, anno primo.

(POTTHAST, 24226.)

837 (CXLII) Vatican, 27 novembre 1295.

Executoria bulle precedentis. (fol. 201 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Papiensi. Prudentiam tuam —. Dat. ut supra.

838 (CXLIII) Vatican, 26 novembre 1295.

Notificatio ejusdem bulle. (fol. 202.)

Dilectis filiis consilio et communi Cesenati. Habet intentionis nostre —. — quin potius castra, villas, jurisdictiones et bona eadem que nomine nostro, ante adventum ipsius Rizardi, tenebantur, eidem episcopo (*scil.* Papiensi) qui super hiis vobis expressius exprimere poterit votum nostrum vel rectori provincie predicte libera et expedita pa-

cifice dimittatis ac ab eligendis potestatibus, capitaneis, rectoribus et officialibus aliis abstinentes omnino, remotis illis quos dicimini elegisse, illos reverenter ad vestrum regimen admittatis quos idem rector vobis duxerit concedendos; — alioquin sententias sive penas quos idem episcopus propter hoc spiritualiter et temporaliter tulerit in rebelles ratas habebimus. — Dat Rome, apud sanctum Petrum, vi kal. decembris, anno primo.

In eundem modum scribitur Foroliviensibus.
In eundem modum Cesenatibus (*sic*).
In eundem modum Faventinis.

839 (CXLIII) Vatican, 27 novembre 1295.

Notificatio missionis episcopi Papiensis. (fol. 202.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Bononiensibus. Experientia manifesta —. Nos quidem, quos non latuit etiam in minori officio notitia premissorum, postquam fuimus ad summi apostolatus apicem ex divina dispositione promoti, circa statum memorate provintie (*scilicet* Romaniole) cogitantes, venerabilem fratrem nostrum G. episcopum Mimatensem, virum utique magni consilii, — ipsi provintie dedimus in rectorem; verum occasione quorundam actuum seu processuum per dilectum filium Rizardum de Ferentino, canonicum ecclesie de sancto Audomaro, Morinensis diocesis, in dicta provintia temere habitorum, quos faciendi ab apostolica sede nullam habuit potestatem, ad partes illas venerabilem fratrem nostrum G. episcopum Papiensem — destinamus ad presens. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. decembris, anno primo.

840 (CXLV) Vatican, 22 novembre 1295.

Eadem de re. (fol. 202 v°.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni de Montefeltro. Si diligenter attendis —. Cum itaque venerabilem fratrem nostrum G. episcopum Papiensem pro aliquibus actibus seu processibus qui per dilectum filium Rizardum de Ferentino, canonicum ecclesie de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, in provintia Romaniole vel alibi minus provide attemptatis vel factis, ad partes ipsius provintie dirigamus, nobilitatem tuam rogamus — quatenus — eidem muntio nostro — assistas efficaciter auxiliis, favoribus et consiliis oportunis. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

In eundem modum dilecto filio nobili viro Galasso de Montefeltro, et sub eadem data.

In e. m. dil. fil. nobili viro Frederico nato nobilis viri Guidonis de Montefeltro. Dat. ut supra.

In e. m. dil. fil. Corrado comiti Montisfeltri. Dat. ut supra.

841 (CXLVI) Vatican, 26 novembre 1295.

Eadem de re. (fol. 202 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Mimatensi, Marchie Anconitane et provintie Romaniole rectori. Venerabilem fratrem nostrum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi kal. decembris, anno primo.

842 (CXLVII) Vatican, 27 novembre 1295.

Missio episcopi Papiensis in Romaniolam. (fol. 202 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Papiensi. Ad notitiam tuam non ambigimus pervenisse quemadmodum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Montisregalis ad regimen provintie Romaniole primo et tandem dilectus filius Rizardus de Ferentino — ad prosequendum inibi nonnulla negotia, fuerunt nomine Romane ecclesie destinati. —

Quod se in dictam provinciam transferat et inquirat diligenter veritatem « super hiis que per archiepiscopum et Rizardum predictos ibidem gesta fuerunt et specialiter super absolutionibus, restitutionibus — factis per Rizardum predictum que in nostrum et ecclesie predicte dispendium redundare noscuntur, — ut super hiis per te, sicut confidimus, plenius informati possimus utilitati ipsius ecclesie super hoc sicut fuerit expe liens providere. »

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. decembris, anno primo.

843 (CXLVIII) Vatican, 27 novembre 1295.

Citatio ad curiam. (fol. 203.)

Venerabili fratri .. episcopo Lucano. Ex implacidi nuper —.

Ut personaliter accedat ad curiam, summum pontificem certiorem facturus de injuriis quibus ecclesia Lucana assidue afflici dicitur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. decembris, anno primo.

844 (CXLVIIII) Vatican, 27 novembre 1295.

Citatio Lucanorum. (fol. 203.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, ancianis, consilio et communi Lucanis. Non sine turbatione —.

Mandatur Lucanis quatenus mittant ad curiam aliquos bonos viros cum sufficienti mandato et potestate ad proponendum excusationes legitimas si quas haberent, quare personas ecclesiasticas contra ecclesiasticas libertates gravant.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24227.)

845 (CL) Vatican, 27 novembre 1295.

De gravaminibus clero Pisano illatis. (fol. 203.)

Dilectis filiis capitulo et clero Pisane civitatis et diocesis. Ad audientiam nostram jam diu noveritis pervenisse quod vos et ecclesie vestre preter debitum rationis nonnulla gravamina, onera expensarum et oppressiones quamplurimas vobis per eos qui de jure non poterant nec debebant in prejudicium vestrum et ecclesiarum vestrarum imposita miserabiliter hactenus tollerastis. —

Ut aliquos super premissis plene et sufficienter instructos mittant ad curiam, ut sibi possit provideri.

Dat. ut supra.

846 (CLI) Vatican, 20 novembre 1295.

« Processus contra nobilem virum Meinardum olim ducem Carinthie et comitem Tirolensem. » (fol. 203.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum per felicis recordationis Nicolaum papam IIII, predecessorem nostrum, vel ejus auctoritate contra nobilem virum Meynardum olim ducem Karinthie et comitem Tyrolensem, occupatorem bonorum et jurium episcopi et ecclesie Tridentine, —.

Inseruntur littere Celestini V directe Augustensi et Frisingensi episcopis et abbati monasterii Wiltinensis (*Cf. supra*, nº 361), refertur earum revocatio jam a summo pontifice facta et subjungitur :

Nos igitur dicti Maynardi excessuum — enormitatem — transire sub dissimulatione ulterius non valentes, — ipsum hac presentium multitudine copiosa monemus, sibi districtius injungentes, ut infra festum beati Mathie apostoli proximo venturum, quod sibi pro peremptorio termino assignamus, personaliter aut per procuratorem ydoneum — compareat coram nobis —, alioquin contra ipsum, filios, adjutores, fautores et sequaces ipsius spiritualiter et temporaliter, prout expedire videbimus, procedemus. — Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in presentis ecclesie beati Petri principis apostolorum de Urbe appendi vel affigi ostiis sive superliminaribus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt. — Actum Rome, in basilica beati Petri predicta, in festo dedicationis ejusdem.

847 (CLII) Vatican, 20 novembre 1295.

Confirmatio processuum habitorum contra Urbevetanos. (fol. 204.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim apostolica sede vacante —. Et nichilominus experiri volentes an in eis aliqua scintilla devotionis remanserit, ipsos — monemus — ut infra festum Nativitatis Domini proximo venturum — per sindicum seu procuratorem ydoneum — compareant coram nobis. — Ut autem hujusmodi noster processus etc. ut supra in proxima. — Actum etc. ut supra proximo.

848 (CLIII) Vatican, 20 novembre 1295.

« Processus contra mittentes arma et alia Saracenis et contra scismaticos. » (fol. 204 vº.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim tam in generali —, ut in alio processu, capitulo LXXXIII. — Actum etc., ut supra.

849 (CLIIII) Vatican, 20 novembre 1295.

« Processus contra Pisanos. » (fol. 204 vº.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim contra .. potestatem, .. capitaneum, consilium et commune Pisana per sedem apostolicam suis culpis exigentibus diversi habiti sunt processi. —

Confirmantur dicti processus, nec non ipsi Pisani, iisdem fere verbis quibus supra Urbevetani, monentur ut compareant coram summo pontifice infra festum Purificationis beate Marie virginis.

Actum etc. ut supra.

850 (CLV) Vatican, 20 novembre 1295.

Confirmatio revocationis indulgentiarum a Celestino V ecclesie sancte Marie de Collemadio concessarum. (fol. 204 vº.)

Ad perpetuam rei memoriam. Sicut plurimorum assertio —. — universis Christi fidelibus districtius inhibentes

ut ad prefatam ecclesiam sancte Marie de Collemadio, prope civitatem Aquilensem, pretextu hujusmodi indulgentie consequende sic revocate et irrite nuntiate nullus accedat : nolumus enim quod decepte fidelium anime in vanum laborent et graventur laboribus et expensis. Nulli ergo etc. — Si quis autem etc. Actum etc., ut supra.

851 (CLVI) Vatican, 8 décembre 1295.

Notificatio missionis electi Urgellensis in Siciliam. (fol. 205.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Constantie relicte quondam Petri olim regis Aragonum. Dilectum filium fratrem Guillelmum, ordinis Predicatorum, electum Urgellensem, latorem presentium, ad te et dilectum filium nobilem juvenem Fredericum natum tuum providimus destinandum super quibusdam articulis tractatum pacis et concordie inter carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem et eundem Fredericum habitum contingentibus plenius informatum, quem ob reverentiam apostolice sedis et nostram benigne recipiens, super hiis que a nobis accepit super tractatu predicto tibi et eidem Frederico vive vocis oraculo seriosius referenda fidem te volumus adhibere, nobilitatem tuam hortantes attente quatenus prefatum Fredericum et alios, quos tue diligentie studium expedire viderit, ad ea que tractatus hujusmodi felicem exitum contingunt[1] ferventer invitet et ab illis salubriter retrahat que complemento votivo tractatus ejusdem afferre possent obstaculum vel impedimentum tarditatis noxie aliqualiter impertiri. Datum Rome, apud sanctum Petrum, VI id. decembris, anno primo.

In eundem modum *dilecto filio nobili viro Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonum.* Dilectum filium — etc. verbis competenter mutatis, usque nobilitatem tuam hortantes attente quatenus laudabiliori prosecutione continuans quod laudabiliter incepisti super omnibus que contingunt felicem et votivum exitum tractatus hujusmodi sic te prebeas operosum ut quod de tuis comodis firma jam mente concepimus in actum tuis exigentibus meritis promptius deducamus. Dat. ut supra.

852 (CLVII) Vatican, 8 décembre 1295.

Eadem de re. (fol. 205.)

Dilecto filio nobili viro Rogero de Lauria. Dilectum filium fratrem G., ordinis Predicatorum, electum Urgellensem —. Nobilitatem igitur tuam hortamur attente quatenus prefatos G. et F. et alios, quos tue diligenter studium expedire viderit, ad ea que tractatus hujusmodi —. Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio Johanni de Procida.* Dilectum filium fratrem G. etc., usque in finem ut in proxima.

1. *Ms.* exigunt.

853 (CLVIII) Vatican, 13 décembre 1295.

De solemnibus ambassiatoribus et nuntiis ad curiam a Venetis et Januensibus iterum mittendis. (fol. 205.)

Dilectis filiis nobili viro .. duci, consilio et communi Venetorum. Majestatis divine —. Licet autem dicti Januenses ex hiis grandem nobis prestiterint turbationis occasionem et causam, nichilominus nos volentes quod misericordia in eis mitiget severitatis rigorem, propter animarum salutem, bonum publicum et statum Christianitatis tranquillum et recuperande Terre Sancte Deo actore succursum, deliberavimus propter premissos inordinatos eorum excessus, ut non dicamus inobedientiam et contemptum, non desistere a concordie tractatibus jam inceptis. — Et ecce quod dilectum filium magistrum Raynerium de Casulis, capellanum nostrum et causarum palatii nostri auditorem, canonicum Wulteranum, — ad vos duximus destinandum, ut ad hoc efficaciter vos inducat. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. decembris, anno primo.

Dilectis filiis .. potestati, capitaneo, abbati, consilio et communi Januensibus. Majestatis divine — etc. verbis competenter mutatis. — Non fuerunt hec que olim nobis devotionis pretendebatis indicia, queve erant nobis pro caris vobis impensis affectibus exhibenda. Quales vos sibi poterit Ecclesia prefata conscribere? Qualium vos debebit exhibitione prosequi gratiarum, dum in vobis sic invenit se deceptam et inaniter se conspicit laborasse? — Nichilominus nos volentes etc. — Et ecce quod dilectum filium magistrum Rogerium Caciam, prepositum ecclesie sancti Antonini Placentine, capellanum nostrum, de cujus prudentia etc. usque in fine ut supra in proxima. Dat. ut supra.

854 (CLVIIII) Vatican, 2 janvier 1296.

Assignatio termini ad recedendum de Sicilia. (fol. 205 v°.)

Nobili viro Johanni de Procida, spiritum consilii sanioris.

In tractatu pacis habito et firmato in nostra presentia et de nostre voluntatis assensu inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Sicilie et Jacobum Aragonum reges illustres, inter alia devenit expresse quod ad bona tua restituaris per dictum regem Sicilie. — Nos idemque rex tibi peremptorium terminum usque per totum mensem maii futurum proximo sub certa terminatione prefigimus, quod de tota insula Sicilie et pertinentiis ejus ac aliis terris eorundem Ecclesie et regis citra Farum occupatione detentis totaliter discedens, ad nostram presentiam venias, ubi executionem votivam et celerem restitutionis predicte faciende tibi per regem predictum curabimus ordinare. Nisi quidem infra predictum terminum de prefatis insula et occupatis terris aliis discedas, tibi ex parte nostra et jam dicti regis aperte predicimus quod te ad restitutionem bonorum tuorum ex vigore prefati tractatus nullatenus admittemus. — Et ecce quod venerabilem fratrem nostrum G. Urgellensem episcopum et dilectum filium religiosum virum fratrem Bonifatium de Calamandrana, generalem perceptorem sancti Johannis Jerosolimitani in partibus Cismarinis, ad te propterea providimus destinandos. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. januarii, anno primo.

In eundem modum *nobili viro Rogerio de Lauria, spiritum consilii sanioris*. In tractatu — ut in precedenti.

In eundem modum *universis exulibus seu exheredatis regni Sicilie, tam in insula Sicilie quam aliis citra Farum ejusdem regni partibus constitutis, spiritum consilii sanioris*. In tractatu pacis etc. usque in finem mutatis mutandis. Dat. ut supra.

(*Cf.* Potthast, 24254 et 24255.)

855 (CLX) Vatican, 2 janvier 1296.

Restitutio juris electionis. (fol. 206.)

Universis clericis et religiosis in regnis Aragonie, [Valentie] et comitatu Barchinonie constitutis, cujuscunque conditionis aut status existant. Cupientes per exuberantem clementiam —, universis et singulis jus eligendi seu postulandi in ecclesiis et monasteriis vestris restituimus de gratia speciali. — Dat. ut supra.

856 (CLXI) Vatican, 2 janvier 1296.

Ratificatio declarationis a rege Aragonum de fratribus suis acte. (fol. 206.)

Carissimo in Christo filio Jacobo Aragonum regi illustri. In publici scripti serie carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris et tui sigillorum appensione muniti continetur aperte quod actum et declaratum [est] inter ipsum et te quod de Frederico et Petro fratribus tuis pro pace promissa et firmata servanda per ipsos prout infra sequitur et non ulterius tenearis, videlicet quod tu revoces Fredericum predictum de tota insula Sicilie et insulis ei adjacentibus ac de tota Calabria, Vallegratis, Terra Jordana, Basilicata et aliis terris, que citra Farum occupate tenentur, per litteras et nuntios iterandos quotiens opus erit, — et quod inhibeas sibi, sub pena naturalitatis et fraternitatis quibus tibi tenetur, ne moretur ibidem nec faciat guerram, sed recedat et libere dimittat insulam Sicilie cum aliis; — et si forte idem Fredericus contra predicta vel predictorum aliquod faceret, promisisti prefato regi Sicilie presenti et stipulanti et venerabilibus fratribus nostris Rostano Arelatensi et Guillelmo Ebredunensi [1] archiepiscopis, nuntiis nostris, — quod tu nec heredes tui prestabitis unquam eidem Frederico — auxilium, — nec dabitis sibi aliquod hereditagium, — nec permittetis quod a dilecta filia nostra Constancia olim regina Aragonum, matre tua, vel ab aliis possit idem Fredericus recipere vel tenere terram vel provisionem aliquam in terra et posse tuo sistentem. — De Petro vero alio fratre tuo hoc tua promissio continet, quod tu bona fide cohibebis eum per omnes vias et modos quos potes comode ne vadat aut mittat in Siciliam. — Nos itaque, advertentes quid tibi super hiis sit habile et decenter possibile, — pretactas expressionem et declarationem — acceptamus, ratificamus et de certa scientia approbamus. — Dat. ut supra.

857 (CLXII) Vatican, 2 janvier 1296.

« Inductiva ad pacem cum missione nuntiorum. » (fol. 206.)

Nobili viro Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. De sinu patris —.

Certior fit de responso a Caterina imperatrice Constantinopolitana nuntiis sedis apostolice dato, eam ad matrimonium cum dicto Frederico contrahendum incitantibus : « quod cum tu terram non habeas et ipsa patrimonii sui possessione privata sit, incongruum sibi videretur et indecens quod tante nobilitatis homines carerent domicilio proprio. » Pergit summus pontifex, sead dictam imperatricem iterum certos nuntios instanter transmittere, ut ejus affectum expeditum et liberum perfectioni dicti matrimonii coaptent.

Dat. ut supra.

(Potthast, 24253.)

1. *Ms.* eberduuen.

858 (CLXIII) Vatican, 2 janvier 1296.

Eadem de re. (fol. 206 v°.)

Dilecte in Christo filie Constantie olim regine Aragonum. Nosse te credimus —.

Quod inducat filium suum Fredericum pro bono pacis et concordie ad contrahendum matrimonium cum Caterina imperatrice Constantinopolitana, ut in precedenti, mutatis mutandis.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24256.)

859 (CLXIIII) Vatican, 2 janvier 1296.

« De mittendo cardinalem ad partes illas. » (fol. 206 v°.)

Universis hominibus Panormi aliisque per insulam Sicilie constitutis, spiritum consilii sanioris. Post apostolatus apicem —. Et inter cetera dicti tractatus —.

Certiores fiunt regem Aragonum insulam Sicilie, que Romane ecclesie juris et proprietatis existit, Ecclesie prefate restituisse, et summum pontificem dictam insulam in suis manibus tenere disposuisse. Invitantur ut ad pontificem scribant, quem ecclesie Romane cardinalem in gubernatorem sibi prefici malint.

Dat. ut supra.

In eundem modum universis hominibus Messane aliisque per insulam Sicilie constitutis, spiritum consilii sanioris. Post apostolatus apicem etc. ut in precedenti per totum usque in fine m

(POTTHAST, 24252.)

860 (CLVX) Vatican, 1er novembre 1295.

Collatio archidiaconatus de Parvacuria. (fol. 207.)

Dilecto filio magistro Bertaudo de sancto Dyonisio, archidiacono de Parvacuria in ecclesia Remensi. Clara tue probitatis —.

Conferuntur ei canonicatus, prebenda et archidiaconatus de Parvacuria, vacantes recenti promotione Rufini Mediolanensis archiepiscopi, eo non obstante inter alia quod jam in Parisiensi cancellariam ac in eadem ac Cameracensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, ita tamen ut statim postquam predictum archidiaconatum pacifice fuerit assecutus, cancellariam Parisiensem, exnunc apostolice donationi reservatam, dimittere teneatur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. novembris, anno primo.

861 (CLXVI) Vatican, 16 novembre 1295.

« Reservatio cancellarie Parisiensis. » (fol. 207 v°.)

Dilectis filiis magistris in theologia canonicis Parisiensibus. Inter cetera desideria —.

Ut aliquas personas summo pontifici indicent, quarum uni cancellariam Parisiensis ecclesie conferre possit.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVI kal. decembris, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis magistris scolaribus in sacra pagina Parisius commorantibus.

In e. m. dil. fil. fratribus ordinis Minorum magistris in theologia Parisius commorantibus.

In e. m. dil. fil. fratribus heremitarum sancti Augustini et aliorum ordinum magistris in theologia Parisius commorantibus.

(POTTHAST, 24220, unam bullam tantum, fratribus Minoribus directam, refert.)

862 (CLXVII) Vatican, 30 décembre 1295.

« Inhibetur antiquo cancellario ne se intromittat de officio cancellarie. » (fol. 207 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Nuper canonicatum —. Nolentes autem per prefatum magistrum Bertaudum cancellarie officium, quoad dandas licentias illis qui in quibuscunque facultatibus ad honorem magisterii assumendi fuerint, interim exerceri, auctoritate apostolica districtius inhibemus ne dictus Bertaudus deinceps alicui licentiando in aliqua facultatum ipsarum hujusmodi licentiam dare quoquo modo presumat. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. januarii, anno primo.

863 (CLXVIII) Vatican, 29 novembre 1295.

« Reservatio ecclesie Albiensis. » (fol. 207 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Etsi de cunctis orbis ecclesiis — cogitemus, circa tamen Albiensis ecclesie [statum] tanto propensioris considerationis extendimus aciem et sollertius instantia nostre meditationis invigilat, quanto illa nobilitatis pollet insigniis amplioris, et illarum partium qualitas exigit ut fides catholica fulciatur in eis morumque gravitas in melius reformetur. Considerato igitur statu ipsius ecclesie ac civitatis Albiensis, — ex hiis rationalibus causis moti et aliis que non sine causa subticemus ad presens, ordinationem ac provisionem ecclesie supradicte, si in presentiarum vacat, vel in antea quoquo modo vacabit, provisioni et ordinationi

sedis ejus (scilicet apostolice) hac vice de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica reservamus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. decembris, anno primo.

864 (CLXVIII) Vatican, 23 janvier 1296.

« Privatio Giani de la Bella, civis Florentini. » (fol. 208.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, ansianis, prioribus et rectoribus artium, consilio et communi Florentinis. Inter alias civitates —. Sane, sicut fide digna relatione percepimus, Gianus dictus de La Bella, concivis vester, petra scandali et turbationis immissor, maligno, ut creditur, spiritu suggerente, adeo in civitate predicta flatum turbationis ingessit, adeo vestram procuravit conquassari quietem, confregit unitatem, subvertit pacem, tantaque inter vos scandala seminavit, quod statum vestrum universaliter jam quasi converteret in discrimen desolationis commune dispendium producturum. Set demum, tangente Domino corda vestra et ad recte cognitionis reducente judicium, ipsius Giani demeritis exigentibus et requirente malitia de civitate prefata circumspectio vestra prudenter et digne, ut creditur, dejecit eundem, ut ejus cessaret pravitas. — Verum cum, sicut nuper auribus nostris intonuit, quidam ignari forsitan premissorum, fraudulenta suggestione subducti, ipsius Giani ad civitatem eandem regressum procurare diversimode moliantur, nos — universitatem vestram monemus —, mandantes quatenus memoratum Gianum ad offitium aliquod sive regimen et etiam ad civilitatem, incolatum seu habitationem in dicta civitate, ejus comitatu, territorio vel districtu de cetero nullatenus admittatis absque nostra et jam dicte sedis licentia speciali per apostolicas litteras concedenda, facientes plenam et expressam de presentibus mentionem. — Quod si per vos dictus Gianus assumptus vel admissus contra mandatum nostrum hujusmodi extiterit ad premissa vel aliquod premissorum et publice in civitate steterit prelibata, nos civitatem ipsam quandiu ibi fuerit ecclesiastico supponimus interdicto, et volumus et mandamus sub similibus penis excommunicationis et interdicti ut Taldus frater dicti Giani, et Raynerius Comparini, nepos ipsorum, ad incolatum civitatis predicte nullatenus admittantur nec ad aliquod offitium assumantur, nec receptentur vel recipiantur in ipsa. Datum Rome, apud sanctum Petrum, X kal. februarii, anno primo.

(Edita est bulla in recenti opere cui titulus est : *Guido* LEVI, *Bonifazio VIII e le sue relazioni col comune di Firenze*, in Roma, 1882, p. 88.)

865 (CLXX) Velletri, 23 mai 1295.

« Quod intendat ad pacem cum regibus Francie et Anglie. » (fol. 208.)

Karissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri. Ad statum orbis pacificum —.

Monetur ut occasione discordie inter Francie et Anglie reges existentis, non solum a quolibet hostili processu studeat abstinere, sed potius, ut concordia inter eos per Albanensem et Penestrinum episcopos tractanda juxta vota apostolice sedis proveniat, opem et operam efficaces studeat impertiri. Certior fit in fine de missione Reginensis archiepiscopi et Senensis episcopi ad presentiam suam.

Dat. Velletri, X kal. junii, anno primo.

(POTTHAST, 24093; bullam edidit Kopp, *Gesch. der eidgenossen Bünde*, III, parte I^a^, p. 303, ex ipso Vaticano regesto.)

866 (CLXX, *suite*) Velletri, 23 mai 1295.

De rege Romanorum monendo ut apostolice sedis beneplacitis acquiescere non omittat. (fol. 208 v°.)

In e. m. *Venerabili fratri .. archiepiscopo Moguntino.* Ad statum orbis etc. — Dat. ut supra.

In e. m. venerabili fratri .. archiepiscopo Treverensi. Ad statum etc. ut in precedenti per totum.

In e. m. venerabili fratri .. archiepiscopo Coloniensi etc.

(POTTHAST, 24094; edidit Kopp, *ubi supra*, p. 306.)

867 (CLXX, *suite*) Velletri, 23 mai 1295.

Mittuntur nuntii apostolici ad regem Romanorum. (fol. 208 v°.)

In e. m. *venerabilibus in Christo fratribus .. archiepiscopo Regino et .. episcopo Senensi, sedis apostolice nuntiis.* Ad statum etc, usque prefatum Adolfum regem per alias nostras litteras rogamus etc. usque promptius et efficatius aquiescet. Cum itaque hujusmodi negotium cordi potissime habeamus et de vestre circumspectionis industria fiduciam geramus in Domino specialem, fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipimus quatenus ad ejusdem Adolfi regis presentiam personaliter accedentes ipsum vos vel alter vestrum juxta datam vobis a Domino gratiam diligenter monere ac inducere studeatis ut in hac parte nostris et apostolice sedis beneplacitis acquiescere non obmittat. Et quia, sicut accepimus, conventiones, contractus seu pacta intervenisse dicuntur, ut hujusmodi processus hostilis contra prefatum regem Francie habeatur, nos eadem quantum ad

omnem suum effectum suspendendi ad tempus congruum, de quo videritis expedire, etiam si juramentorum, penarum seu quacumque alia fuerint firmitate vallata et procedendi etiam contra prelatos quoslibet necnon marchiones, comites, barones, nobiles, magnates et quoscunque alios cujuscunque preminentie, conditionis aut status per censuram ecclesiasticam et alias etiam spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et videritis expedire, plenam et liberam vobis et cuilibet vestrum concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra.

868 (CLXX, *suite*) Velletri, 28 mai 1295.

Ad regem Anglorum, de pace cum Francorum rege facienda. (fol. 209.)

In e. m. *carissimo in Christo filio Eduardo regi Anglie illustri*. Ad statum orbis etc. usque illucescat. Ideoque levantes in circuitu oculos mentis nostre ac intuentes attentius gravis, immo gravissime dissensionis materiam inter te et carissimum in Christo filium nostrum Phylippum regem Francorum illustrem, Hostis antiqui procurante nequitia, suscitatam, turbati quamplurimum fuimus et commoti durasque sensimus infra pectoris archana puncturas, et cupientes quamtotius, prout facti qualitas exigebat, tam periculosis dissidiis et scandalis tam orrendis per efficacia et opportuna remedia obviare, venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, viros utique profundi consilii ac tue dictique regis dilectionis continue fervidos zelatores, ad te ac eundem regem duximus destinandos ad tractandum et reformandum, divina favente clementia, inter te ac regem ipsum pacis et concordie unitatem futuris temporibus permansuram. Postmodum autem crebris intellecto rumoribus, quos fide digna confirmabat assertio, quod carissimus in Christo filius noster Adolfus rex Romanorum illustris ex certis causis, quas ad notitiam regiam credimus pervenisse, contra eundem Francie regem ac regnum ipsius gentem non modicam hostiliter congregabat, displacuit valde nobis et turbationem exinde concepimus vehementem, cognoscentes apertius quod ipsius Romanorum regis adversus prefatum regem et regnum ejus commotio predicte pacis inter te dictumque regem Francorum per eosdem episcopos procurande salubri nostro proposito magnum prestaret obstaculum, immo ipsum quodammodo penitus impediret, quodque tua et regnum ipsorum discordia turbaret ecclesiam, orbis concuteret angulos, fidelibus dispendia minaretur ac Terre Sancte negotio, ad cujus promotionem felicem et celerem votis ferventibus anelamus, multimoda impedimenta prestaret. Unde nos hujusmodi periculosa discrimina sollicite attendentes, prefatum Romanorum regem per nostras litteras rogandum attente duximus et hortandum ut a quovis hostili processu contra eundem regem Francie ac ejus regnum omnimodis abstinere procuret, sollemnibus nichilominus propter hoc ad eum nostris nuntiis destinatis. Scribimus quoque regi Francie supradicto, sibi nostre intentionis in hac parte propositum plenius exprimentes, ut contra te vel eundem Romanorum regem aut tuam vel ejus terras hostiliter non procedat aut aliquam faciat noxiam novitatem. Et quidem, fili, sub sera silentii tenere non possumus, cogente nos intima qua te prosequimur caritate, quin producamus in medium que secuntur. Suntne ista pietatis opera que tue jam senescentis instantia deposcit etatis? Suntne salutis laudanda studia que tui corporis jam grandevi conditio exigit? Nunquid tibi est in oblivionem deductum quod ab olim te superni Regis obsequiis deputans ipsius Terre Sancte negotium votis ferventibus assumpsisti, nonnullis elapsis jam terminis in quibus juxta expectationem anxiam et ferventem affectum crucesignatorum fidelium transitus regius debuit provenisse, ut tuarum potentiam virium in blasphemos nominis christiani et recuperationem laudabilem dicte terre salubri executione converteres, quam in necem fidelium et cultorum fidei orthodoxe perniciem non sine proprie salutis dispendio niteris exercere? Nimirum si diligenter attenditur et sollicita meditatione pensatur, tuis et dictorum regum non modicum titulis detrahit, honoribus derogat prelibata dissentio. Quid enim, putas, obloquitur crucis hostis? Quid catholice fidei emulus nefario sermone disseminat? Quid submurmurat infidelis? Profecto nimium displicent que dicuntur, pro eo quod te ac reges eosdem Romana mater ecclesia favoris prerogativa respicit et singularis amoris privilegio prosequi non desistit, cum nos qui, licet immeriti, Christi vices in terris gerimus, antequam tam armatas tamque terribiles Christianorum acies in stragem fidelium permitteremus irrumpere, si daretur nobis fore possibile, tantorum effectum discriminum libenter curaremus pro viribus personaliter impedire. Cum itaque hujusmodi negotium potissime ac precipue insideat cordi nostro ac ejus felicem et optatum exitum votis ferventibus cupiamus, celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente ac obsecramus in Domino Jhesu Christo quatenus pro divina et apostolice sedis reverentia tueque salutis augmento ad pacificum et tranquillum totius Christianitatis statum et potissime gentium regie magnitudini subjectarum de abundantia clementie regalis intendens et ipsarum periculis benigne compatiens, a quovis hostili processu contra prefatum

regem Francie ac regnum ejus habendo, presertim hoc tempore, ac etiam a quolibet contra eos auxilio, consilio vel favore quomodolibet impendendo studeas penitus abstinere, tanto amplius nobis et apostolice sedi proinde placiturus, quanto in hoc nostris et ipsius beneplacitis promptius et efficacius acquiesces. Dat. Velletri, v kal. junii, anno primo.

(Potthast, 24100, auctore Raynaldo, qui bullam non integram edidit.)

869 (clxx, *suite*) Anagni, 28 mai 1295.

Ad regem Francorum, de pace cum Anglorum rege facienda. (fol. 209 v°.)

In e. m *carissimo in Christo filio Phy. regi Francie illustri*. Ad statum orbis etc. usque dissensionis materiam inter te et carissimum in christo filium nostrum Eduardum regem Anglie illustrem, hostis antiqui, etc. usque Romanorum illustris ex certis causis, quas tibi exprimi non oportet, contra te tuumque regnum gentem non modicam etc. usque cognoscens apertius quod ipsius Romanorum regis adversus te regnumque tuum commotio predicte pacis inter te dictumque regem Anglie per eosdem episcopos etc., usque hostili processu contra te regnumque prefatum omnimodis abstinere etc., usque destinatis. Scribimus quoque regi Anglie supradicto, sibi etc., usque exprimentes ut contra te regnumque predictum hostiliter non procedat aut aliquod impendat auxilium, consilium, vel favorem. Et quidem, fili, sub sera silentii tenere non possumus, cogente nos intima qua te prosequimur caritate, quin producamus in medium que secuntur. Suntne ista illa eximia sanctitatis opera et laudanda multimodis studio pietatis que clare memorie progenitores tui Francorum reges fide preclari, devotione sinceri, reverentie zelo conspicui, ac obsequiis divinis intenti, cura vigili et indefessa sollicitudine, dum viverent, exercebant? Nam cum tuarum potentia virium in blasfemos nominis Christiani et recuperationem laudabilem Terre Sancte salubri deberet executione converti, ipsa in Christianorum perniciem dicitur exerceri. Nimirum si diligenter etc., usque quovis hostili processu contra prefatis Romanorum et Anglie reges ac eorum terras habendo etc. usque acquiesces. Dat. ut supra.

870 (clxx, *fin*) Velletri, 28 mai 1295.

Indictio treugarum inter Romanorum, Francorum et Anglorum reges. (fol. 209 v°.)

In eundem modum *Ad futuram rei memoriam*. Ad statum orbis etc., usque in intimis sensimus punctiones, propter quod volentes, prout ad nostrum spectat officium, hujusmodi obviare dispendiis, ad prefatum Romanorum regem nostros sollempnes nuntios duximus destinandos, rogantes et attentius exhortantes eundem ut ab hujusmodi hostili processu penitus abstineret, cum nos tandem super hiis certificati per eum illud circa hujusmodi negotium intendebamus adhibere remedium per quod ad sui honoris et exaltationis augmentum prefati jura imperii illesa et integra servarentur. Scripsimus etiam Francie et Anglie regibus memoratis, ut a quolibet inter se invicem hujusmodi habendo processu prorsus abstinere curarent dictusque rex Francie contra regem Romanorum prefatum nullam noxiam faceret novitatem. Attendentes igitur et infra claustra pectoris meditatione sollicita revolventes quod regum predictorum commotio turbat Ecclesiam, orbis concutit angulos, animorum corporumque dispendia minatur, fidelibus catholice fidei pericula generat et Terre Sancte negotio, ad cujus promotionem felicem et celerem votis ferventibus anelamus, impedimenta multimoda subministrat, et propterea cupientes hujusmodi periculis et discriminosis initiis et remediis obsistere oportunis, treuguas ab instanti festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proximo secuturo usque ad annum unum completum prefatis Romanorum, Francie et Anglie regibus auctoritate apostolica sub pena excommunicationis, quam ex nunc in scienter venientes contra proferimus expresse, indicimus, ab eis per idem tempus firmiter observandas. Nos enim parati et prompti sumus interponere partes nostras, sicut etiam, prout premittitur, cepimus et continuare proponimus ut inter reges ipsos pacis et concordie federa favente Domino reformentur. Dat. ut supra. Ista fuit duplicata.

871 (clxxi) Anagni, 27 juin 1295.

« Quod benigne recipiat nuntios et quod compleat opere quod exprimit ore. » (fol. 209 v°.)

Karissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri. Serenitatis tue —.

Certior fit summum pontificem nuncios suos, videlicet H. Brixinensem episcopum, magistrum L. prepositum Wormatiensem et nobilem virum Gerlacum de Isenburg, paterna benignitate recepisse, et ad eorum petitiones sibi Ecclesie et sedi apostolice devoto adstiturum esse auxiliis et favoribus opportunis. Recommendantur ei Reginus archiepiscopus et Senensis episcopus, speciales ad eum sedis apostolice nuncii destinati, et monetur ipse ut inter eum et Philippum Francie regem ac-

tus omnino vitentur bellici et processus penitus fugiantur hostiles.

Dat. Anagnie, v kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24114.)

872 (CLXXII) Anagni, 22 juin 1295.

De treugarum observatione. (fol. 210.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Regino et .. episcopo Senensi [1]. Cum nuper —.

Quod ipsi, ad regem Alemannie et ad partes illas pro certis negotiis destinati, treugas inter dictum regem et Anglie et Francie reges ab instanti festo nativitatis beati Johannis Baptiste proximo venturo usque ad unum annum completum auctoritate apostolica indictas per censuram ecclesiasticam faciant observari.

Dat. Anagnie, x kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24107.)

873 (CLXXIII) Velletri, 28 mai 1295.

« Littere dictorum nuntiorum pro securo conductu. » (fol. 210.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus,— ad quos littere iste pervenerint, etc. Cum venerabiles fratres nostros .. archiepiscopum Reginum et .. episcopum Senensem, latores presentium, ad partes Alamanie pro quibusdam magnis et arduis negotiis transmittamus, universitatem vestram rogamus — quatenus dictos archiepiscopum et episcopum — benigne recipientes et honeste tractantes eosdem, eorum cuilibet diebus singulis in tribus libris turonensium parvorum pro suis et familiarium suorum necessariis ac de securo conductu necnon in evectionibus oportunis, si sue in via decesserint vel defecerint, — liberaliter providere curetis. — Dat. Velletri, v kal. junii, anno primo.

In eundem modum facta fuit una pro .. archiepiscopo Regino.

Item alia pro .. episcopo Senensi, mutatis mutandis.

874 (CLXXIIII) Anagni, 27 juin 1295.

« Quod veniat ad complendum matrimonium inter eam et Fredericum. » (fol. 210.)

Carissime in Christo filie Caterine imperatrici Constantinopolitane illustri. Postquam divina miseratio nos ad apicem summi apostolatus assumpsit, ferventibus curavimus studiis et indefessis sollicitudinibus laboravimus ut catholici principes orbis terre ad invicem dissidentes ad pacis et tranquillitatis commoda reducantur. Sed cum inter alia principum et aliorum ipsius orbis scandala inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilie regem illustrem, patruum tuum, et quondam Petrum olim regem Aragonum ac, eo de presenti vita subtracto, inter dilectos filios Jacobum et Fredericum natos ejus super regno Sicilie suscitata discordia et gravia que contigerunt pericula mentem nostram continuis vexaverint angustiis, laboriosos deduximus dies ac noctes, nec mirum insomnes, ut hinc inde firma pax et plena concordia, cum beneplacito carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Franconum illustris, auctore Domino, proveniret. Demum itaque, divine gratie cooperante virtute, Jacobo et Frederico predictis redeuntibus ad gremium sancte matris Ecclesie reverenter, tractatus pacis et concordie, promissionibus de matrimoniis contrahendis, obligationibus, conventionibus, pactis et penis hinc inde firmatis, advenit, sicut in instrumento publico et apostolicis litteris inde confectis plenius continetur. Ex quo Terre Sancte subventio, pax renatis fonte baptismatis magnaque tranquillitas et tibi maxime proventure sperantur. Profecto, filia carissima, dum in hujusmodi tractatu pacis essemus ac multa et varia, nova ac vetera, sicut negotii ministrabat arduitas, in crebram memorationem consideratio nostra deduceret, occurrit memorie nostre frequenter de inclite recordationis Balduino avo et Philippo patre tuis, imperatoribus Constantinopolitanis, rememorantes in eis devotionem puram et filialem affectum quibus ipsi erga Romanam ecclesiam, matrem suam, efficacibus studiis viguerunt, gravia quoque corporum rerumque dispendia que a Grecis pertulere scismaticis, laborantibus in opprobrium fidei christiane, maternam etiam benevolentiam recensentes, qua ipsos ecclesia predicta, sicut carissimos ejus filios et christianissimos principes, compassionis affectu extitit prosecuta, sicque pensantes infra nostri pectoris arcana sollicite de tui status tueque prosperitatis augmento, cum ab olim etiam, dum nos minor status haberet, ad tui relevationem honoris nostra plurimum intentio versaretur, diffudimus undique et in longum protendimus considerationis nostre respectum, qualiter tibi posset salubrius imperii tui Constantinopolitani recuperatio provenire, qualiter ille scismaticus Grecorum populus, ab olim in devium prolapsus erroris, reduci commodius valeat ad semitam veritatis et gremium sancte Romane ecclesie ac subjectionem imperatoris Constantinopolitani catholici, veri

1. *Ms.* senon.

dicti populi domini temporalis. Cumque inter ceteros mundi magnates ad id utiles circumspectio librata discerneret, cum predicto rege Sicilie, patruo tuo, qui te affectu paterno pura sinceritate prosequitur, collatione super hoc et discussione habita diligenti, cogitavimus quod nulli melius pro hujusmodi tuo consequendo commodo jungereris quam Frederico predicto qui, pensatis omnibus, et eo maxime quod inter predictum Jacobum, fratrem ejus, et filiam dicti regis matrimonium est firmatum, ad predicti recuperationem imperii utilior his temporibus videbatur. Sicque tractatu de contrahendo matrimonio inter te ac eundem Fredericum, non in discursu, sed cum deliberatione maxima prosecuto, sub firma fiducia ut a nostris et dicti regis super hoc tui sensus non discrepent, sed ad id cum promptitudine voluntatis tuus assensus accedat, cum respicere tui culminis incrementa felicia dignoscatur, idem rex pro parte tua et procuratores ejusdem Frederici pro eo cum juramentorum prestatione solemniter promiserunt ut infra mensem septembris proximo futurum per verba de presenti matrimonium hujusmodi compleatur, nos que, premissorum consideratione, pro ipsius recuperatione imperii eidem Frederico in casu predicti matrimonii contrahendi magnum pecuniarum subsidium duximus promittendum. Celsitudinem itaque tuam monemus, rogamus et hortamur attente quatenus, diligenti meditatione considerans et prudenter advertens quod id pro tua utilitate precipue ac pro tui relevatione status factum et ordinatum existit, mentem et animum tuum ad ipsius matrimonii perfectionem exponas et propter hoc personaliter statim ad presentiam nostram accedas. Et ecce dilectum filium J. abbatem monasterii sancti Germani de Pratis prope Parisius, ordinis sancti Benedicti, latorem presentium, virum utique providum et discretum ac tui honoris fervidum zelatorem, de legalitate cujus et circumspectione confidimus, ad te propterea destinamus, ut te ad presentiam nostram honorifice ac festinanter adducat et diligentius super premissis informet ac aliis que exponenda tibi secretius sibi duximus injungenda, cui fidem credulam te volumus adhibere. Speramus quidem in Illo qui bonorum est omnium elargitor, quod ex hoc tibi speratus honor et optatus fructus adveniet, idque cedet ad laudem Dei et generaliter ad statum prosperum populi christiani. Dat. Anagnie, v kal. julii, anno primo.

(Potthast, 24116.)

875 (xvxcl) Velletri, 23 mai 1295.

« Reprehenditur et inducitur quod intendat ad pacem. » (fol. 210 v°.)

Carissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri. Paternis te, fili, verbis —.

Objurgatur quod ad summi pontificis consecrationis solemnia celebrata non destinaverit solemnes nuntios qui « et electionis de te facte notitiam ad apostolicam sedem deferrent et ab ea favorem solitum et tuorum directionem processuum postularent ac alia etiam in actu producerent — que a Romanis regibus exhiberi solent et fieri a retroactis temporibus ante susceptum imperii diadema. » Rogatur preterea ut adversus Philippum Francie regem nullam hostilem presertim hoc tempore faciat novitatem, « sicut per alias nostras patentes litteras tibi seriosius scribimus, » nec periculosas et arduas persecutiones assumat [1].

(Potthast, 24092.)

876 (clxxvi) Velletri, 23 mai 1295.

« Quod inducat regem Romanorum ad premissa. » (fol. 211.)

Dilecto filio fratri Dyterio, ordinis Predicatorum. Credita nobis licet —. Dat. Velletri, x kal. junii, anno primo. Similis data est in precedenti.

(Potthast, 24096.)

877 (clxxvii) Velletri, 26 mai 1295.

« Quod similiter inducat regem ad predicta. » (fol. 211.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Maguntino. Litteras tuas nostro — Dat. Velletri, viii kal. junii, anno primo.

(Potthast, 24099.)

878 (clxxviii) Velletri, 23 mai 1295.

« Quod si rex non obediat, quod non prestet sibi auxilium nec faciat prestari, non obstante juramento. » (fol. 211.)

Eidem. Ad pacem et quietem —. Dat. Velletri, x kal. junii, anno primo.

In eundem modum .. archiepiscopo Coloniensi.
In e. modum .. archiepiscopo Treverensi.

(Potthast, 24095.)

879 (clxxviiii) Velletri, 25 mai 1295.

De pace inter Francie et Anglie reges. (fol. 211 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, sedis apostolice nuntiis. Cupientes gravibus obviare —.

1. *Data omissa est in codice, sed cf. bullam sequentem.*

Ut utilius et efficacius super pace et concordia inter Francie et Anglie reges reformanda procedere possint, conceditur eis et eorum cuilibet suspendendi usque ad tempus quelibet interposita juramenta sive ipsa totaliter relaxandi plena et libera facultas.

Dat. Velletri, VIII kal. junii, anno primo.

(POTTHAST, 24097.)

880 (CLXXX) Velletri, 25 mai 1295.

De pace inter Romanorum et Francorum reges. (fol. 211 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Regino et .. episcopo Senensi, sedis apostolice nuntiis [1]. Ad pacem et quietem —.

1. *Ms. Eisdem*, quod de Albanensi et Penestrino episcopis intelligendum videtur. In hoc autem scribam erravisse certissimum est.

Conceditur eis eadem suspendendi aut totaliter relaxandi juramenta plena et libera facultas.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24098, auctore Kopp, *op. laud.*, qui bullam hanc, errante regesto, Albanensi et Penestrino episcopis directam credidit.)

881 (CLXXXI) Latran, 5 mai 1295.

« Reservatio beneficiorum vacantium in curia. » (fol. 211 v°.)

[*Ad perpetuam rei memoriam.*] Pie sollicitudinis studio —. Dat. Laterani, III non. maii, anno primo.

(POTTHAST, 24089.)

FIN DU PREMIER REGISTRE DE BONIFACE VIII.

Imprimerie Générale de Châtillon-sur-Seine, A. Pichat.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM SECUNDI ANNI

DOMINI BONIFATII PAPE VIII.

882 (I) Vatican, 25 janvier 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg., fol. 1.)

Dilecto filio Michaeli nato dilecti filii Antonii de Castello, militis habitatoris Lugdunensis, scolari. Probitatis studia —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fonds Moreau, n° 1229, fol. 1.)

883 (II) Vatican, 1er février 1296.

Susceptio ducum Slezie sub protectione beati Petri. (fol. 1.)

Venerabili fratri .. episcopo Lubucensi et dilecto filio abbati monasterii de Ludens (sic) *Wratislaviensis diocesis.* Devotionis sinceritas dilecti filii .. ducis Slezie et domini Wratislavie —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. februarii, anno secundo.

In eundem modum eisdem. Devotionis sinceritas dilecti filii nobilis viri Bolconis ducis Slezie et domini de Vurstemberc — etc., ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

(Potthast, 24273 et 24274.)

884 (III) Vatican, 1er février 1296.

Eadem de re. (fol. 1.)

Dilecto filio nobili viro Herrico duci Slesie [1] *et domino Wrastislavie.* Tue devotionis —. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecto filio nobili viro Bolconi duci Sleçie et domino de Wurstembert. Tue devotionis etc., ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

(Potthast, 24275.)

1. *Ms.* Blesie.

885 (IIII) Vatican, 1er février 1296.

Licentia faciendi celebrari tempore generalis interdicti. (fol. 1.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecto filio Bolconi duci Sleçie et domino de Vurstembert [1]. Devotionis tue etc., ut in precedenti per totum. Dat. ut supra.

(Potthast, 24276.)

886 (V) Vatican, 28 janvier 1296.

« Declaratio sive prohibitio quorumdam matrimoniorum. » (fol. 1.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Circumspecta sedis apostolice —. Profecto nuper ad nostrum pervenit auditum quod dudum inter dilectum filium nobilem virum Johannem marchionem Montisferrati, ex parte una, et carissimam in Christo filiam nostram Blancam reginam Aragonum illustrem, filiam carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris, ex altera, contractis sponsalibus de futuro, ante videlicet quam ipsa cum carissimo in Christo filio nostro Jacobo rege Aragonum illustri matrimonium contraxisset, tandem per hujusmodi matrimonium ipsius Blance cum dicto Jacobo rege Aragonum subsecutum eisdem sponsalibus dissolutis, idem marchio per procuratorem tandem promisit et juramento firmavit quod dilectam in Christo filiam Mariam natam dilecti filii nobilis viri Roberti comitis Claromontis, predicte Blance tertio et eidem marchioni tertio et quarto consanguinitatis gradibus attingentem, duceret in uxorem, — quodque dilectus filius Johannes natus di-

1. *Ms.* Vitrstombert.

lecti filii nobilis viri Imberti dalfini Viennensis cum dilecta in Christo filia Margarita nata dilecti filii nobilis viri Amedei comitis Sabaudie, tertio et quarto ipsi Johanni consanguinitatis gradibus conjuncta, contraheret sponsalia. — Quare — fuit nobis supplicatum ut super eisdem dispensationibus concedendis vel etiam denegandis nostrum declarare beneplacitum dignaremur. Nos igitur — tenore presentium declaramus et declarando etiam nuntiamus nostre nequaquam intentionis existere dispensare vel aliquam elargiri licentiam ut hujusmodi matrimonia, sub eventu dispensationis apostolice, ut predicitur, inita, contrahantur. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

887 (VI) Vatican, 28 janvier 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 1 v°.)

Dilecto filio nobili viro Johanni marchioni Montisferrati[1] *et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete nate dilecti filii Amedei comitis Sabaudie.* Romani pontificis —. — impedimento consanguinitatum et affinitatum hujusmodi et juramentis super eis prestitis non obstantibus. — Dat. ut in precedenti.

888 (VII) Vatican, 5 février 1296.

Nominatio electi Brundusini. (fol. 2.)

Dilecto filio Andree electo Brundusino. Onerosa pastoralis officii —. Sane nuper Brundisina ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Adenulphi Consani, tunc Brundusini archiepiscopi, ad ecclesiam Consanam per nos factam solatio destituta pastoris, nos — provisionem ejusdem ecclesie Brundisine hac vice — duximus reservandam, et tandem — te, subdiaconum et capellanum nostrum, tunc canonicum Capuanum, ipsi ecclesie Brundisine — in archiepiscopum preficimus et pastorem. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

In eundem modum capitulo ecclesie Brundusine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Brundusine.
In e. m. universis vassallis ecclesie Brundusine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Brundusine.
In e. m. universis suffraganeis ecclesie Brundusine.

(POTTHAST, 24286, sub 13 febr., errante auctore Ughellio.)

889 (VIII) Vatican, 6 février 1296.

Dispensationes super ordinibus et consecratione recipiendis. (fol. 2.)

1. *Ms.* Montiferrati.

Eidem. Cum te nuper ecclesie Brundusine — prefecerimus, — tibi in subdiaconatus ordine constituto recipiendi diaconatus et presbiteratus ordines statutis temporibus a quocunque malueris antistite gratiam et communionem apostolice sedis habente liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII id. februarii, anno secundo.

In eundem modum eidem. Cum te etc. —

Ut possit, postquam fuerit in presbiterum ordinatus, consecrationem a quovis maluerit antistite recipere.

Dat. ut supra.

890 (VIII) Vatican, 6 février 1296.

« Scribitur prelatis pro consecratione dicti archiepiscopi. » (fol. 2 v°.)

Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis per regnum Sicilie constitutis ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectum filium Andream electum Brundusinum —. Dat. ut supra.

891 (X) Vatican, 5 février 1296.

De negotio episcopi Apamiarum exequendo. (fol. 2 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Narbonensi. Dudum nobis rationabili causa multiplici suadente, Appamiarum tunc villam civitatis vocabulo duximus decorandam, auctoritate apostolica decernentes ut beati Marci confessoris ecclesia eidem civitati vicina, in quo corpus sancti Antonini martiris requiescere dicitur, esset extunc et haberetur perpetuo predicte civitatis ecclesia cathedralis, certam partem Tholosane diocesis, que ampla nimis et diffusa quamplurimum existebat, in diocesi certis distinctam limitibus eidem ecclesie deputando, et venerabilem fratrem nostrum B. Appamiarum episcopum, tunc abbatem monasterii dicte ville, de fratrum nostrorum consilio preficiendo ipsi ecclesie in episcopum et pastorem, prout nostre super hoc confecte littere plenius et seriosius profitentur. Per alias quoque litteras tibi et nonnullis tuis in hac parte collegis dedimus in mandatis ut tu et ipsi ad partes illas sublato more dispendio personaliter accedentes et inquirentes solicite de redditibus et proventibus quos infra limites supradictos percipiebat hactenus .. episcopus Tholosanus, si per inquisitionem hujusmodi tibi et collegis ipsis plene constaret quod dicti redditus et proventus septem milium librarum turonensium summam excederent, vos secundum quantitatem excessus hujusmodi de prefatis limitibus, de illa videlicet

parte ipsorum que minus necessaria existeret eidem Appamiarum episcopo, subtrahere curaretis, sicut in eisdem litteris tibi et collegis eisdem directis plenius continetur. Sed licet tibi predicte littere fuerint presentate, tu tamen in hujusmodi negotio, prout mirantes audivimus et referimus perturbati, procedere distulisti : quod tanto molestius ferimus et gravius redditur votis nostris, quanto negotium ipsum specialiter insidet cordi nostro ac majori fiducia ducebamini ut tu, tanquam obedientie filius, nostris beneplacitis te coaptans ad exequendum prefatum negotium solicitum et efficax studium exhiberes. Quia igitur ad ipsius celerem expeditionem negotii fervens dirigitur desiderium mentis nostre, volumus et fraternitati tue sicut iterum, sic attentius sicque districtius per apostolica scripta mandamus quatenus, sublato cujuslibet difficultatis et dilationis objectu, ad partes illas te personaliter conferens, excusationis cujuslibet omisso diffugio ac omnibus aliis agendis postpositis, in negotio ipso una cum collegis predictis juxta formam in prefatis litteris tibi et eis directis expressam solicitis et efficacibus studiis procedere non omittas, sic te in hoc, ut cupimus, habiturus ut non oporteat desidiam tuam, quam moleste ferremus, per nostras litteras amplius excitari. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 3.)

892 (xi) Vatican, 5 février 1296.

Eadem de re. (fol. 2 v°)

Eidem. Fide digna relatione didicimus quod venerabilis frater noster .. episcopus et dilectus filius prepositus Tholosani, extollentes in superbie verticem mentes suas et ad nos et sedem apostolicam reverentiam debitam non habentes, in illam dicuntur temeritatis audaciam prorupisse ut ordinationem providam, rationabilem et salubrem de episcopatu Appamiarum hactenus per nos factam turbare multimode pro viribus moliuntur, ut comissum tibi tuisque collegis in hac parte negotium impedimenta recipiat ac ejus executio differatur, quod eo gravius ferimus et propensius displicet votis nostris, quo majori desiderio ducimur ut negotium ipsum votivum ac celerem sortiatur effectum. Volumus igitur et fraternitati tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus super premissis auctoritate nostra diligenter inquirens, si tibi per inquisitionem hujusmodi aut alias fortasse constiterit quod episcopus et prepositus supradicti vel eorum alter per se vel alium aut alios publice vel occulte, directe vel indirecte negotii executionem impediant memorati, eos ex parte nostra per te vel alium seu alios peremptorie citare procures, ut infra duorum mensium spatium post citationem tuam compareant personaliter coram nobis pro meritis recepturi. Dat. Rome, ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 4 v°.)

893 (xii) Vatican, 5 février 1296.

Confirmatio quorumdam litterarum Celestini V. (fol. 2 v°.)

Dilecto filio nobili viro Rogerio de Dracone, civi Beneventano. Olim dilectus filius Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V, antecessor noster, devictus instantia etc., usque carere viribus decernentes. Tu vero nuper quasdam litteras prefati antecessoris infra prescriptum terminum per nos, ut predicitur, assignatum, per quas tibi idem antecessor indulsit ut in domibus tuis sitis in parrochia ecclesie sancti Andree de Meliotis civitatis Beneventane tu et heredes tui habere cossinam licite valeretis, quemadmodum alii dicte civitatis hujusmodi cossinam in domibus eorum habentes ipsam obtinere noscuntur, ita quod quilibet volentes vendere et emere frumentum et alia victualia et mercimonia, que consistunt in pondere ac mensura, libere hoc facere in predictis domibus tuis absque alicujus contradictione possent. — Dat. ut supra proximo.

894 (xiii) Vatican, 30 janvier 1296.

Committitur dispensatio super defectu natalium.

Venerabili fratri .. episcopo Morinensi. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Egidius de Gardino, clericus, tue diocesis, familiaris venerabilis fratris nostri G. Atrebatensis episcopi, nobis humiliter supplicavit ut cum eo super defectu natalium quem patitur, de presbitero genitus et soluta, quod hujusmodi non obstante defectu possit ad minores ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium .. obtinere, cui cura non immineat animarum, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii kal. februarii, anno secundo [1].

(Laporte du Theil, fol. 7.)

895 (xiiii) Vatican, 28 janvier 1296.

De ecclesia sancti Juvenalis Urbevetana. (fol. 3.)

1. *Sic apud Laporte du Theil, sed in regesto* primo *legitur, quod mihi corrigendum videtur.*

Dilectis filiis .. priori generali et fratribus ordinis sancti Guillelmi. Ordinem vestrum —. Ex vestra siquidem insinuatione accepimus quod ecclesia sancti Juvenalis Urbevetana, ad ordinem ipsum pleno jure pertinens, per priorem et fratres ejusdem ordinis gubernatur; verum quia in eadem ecclesia instituti dinoscuntur seculares clerici ab antiquo, dicti prior et fratres in eorundem clericorum moribus nequaquam subjectis regularibus disciplinis scandaliçantur plerumque. —

Ut episcopus Urbevetanus singulis clericis supradictis de singulis ecclesiasticis beneficiis provideat et illos transferat ad ecclesias in quibus illis providerit; quod si neglexerit, ut ecclesia sancti Juvenalis memorata, cedentibus vel decedentibus dictis clericis, priori et fratribus remaneat libera.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

896 (xv) Vatican, 5 février 1296.

De quibusdam castris ecclesie Romane restituendis. (fol. 3.)

Venerabili fratri G. episcopo Mimatensi, Marchie Anconitane rectori, et dilecto filio .. ejus vicario in eadem Marchia. Ad audientiam nostram pervenit quod cum olim nobilis vir Raynerius Ugolini quondam Manfredo olim principi Tarentino, Romane ecclesie persecutori, ejusque fautoribus, debito fidelitatis quo eidem ecclesie tenebatur oblitus, dampnabiliter adhesisset, devotos ejusdem ecclesie in Anconitana Marchia existentes multipliciter impugnando, bone memorie Symon tituli sancti Martini in Monte presbiter cardinalis, tunc in eadem Marchia legatus sedis apostolice, propter rebellionem dicti nobilis et excessus notorios contra ecclesiam et fideles predictos commissos, auctoritate sue legationis omnia bona que dictus Raynerius habebat in predicta Marchia confiscare curavit et ea dicte Romane ecclesie applicanda fore decrevit. Verum postmodum commune civitatis Camerinensis et nonnulli singulares homines civitatis ejusdem et districtus ipsius castrum Jovis, Montis sancti Pauli, plebis Torin[e], Dignani, Percanestri et Ilçi ac Vallis Caldarie castra, tunc ad dictum nobilem pertinentia, necnon terras et possessiones et alia bona et jura que in Valle Prefolgli, in Castellete Figogi, in Galglani, in Pomaroli, in plebis Boniglani et in castro Antiqui et in Pliotici castris eorunque territoriis, Camerinensis et Spoletane diocesium, dictus nobilis obtinebat, que ratione confiscationis et applicationis hujusmodi ad dictam Romanam ecclesiam pertinere noscuntur, motu proprio immo temeritate potius occuparunt. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

897 (xvi) Vatican, 31 janvier 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 3 v°.)

Dilecto filio Balduino de Metenone, clerico, Carnotensis diocesis, familiari dilecti filii nostri Benedicti sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis. Illegitime genitos —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 9.)

898 (xvii) Vatican, 9 février 1296.

Exemptio a prestatione decime regi Sicilie concesse. (fol. 3 v°.)

Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis de Altopassu, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucane diocesis. Inter cetera hospitalia —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v id. februarii, anno secundo.

899 (xviii) Vatican, 25 janvier 1296.

Licentia recipiendi munus benedictionis a quolibet antistite. (fol. 3 v°.)

Dilecto filio Bertrando abbati monasterii Cluniacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Matisconensis diocesis. Etsi religiosorum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 11.)

900 (xviiii) Vatican, 10 janvier 1296.

Confirmatio abbatis Cluniacensis. (fol. 4.)

Eidem. Illa cotidiana instantia —. Sane dudum predicto monasterio Cluniacensi per obitum bone memorie fratris Guillelmi olim abbatis Cluniacensis solatio destituto pastoris, dilecti filii .. prior claustralis et conventus ejusdem monasterii — convenientes in unum quibusdam ex eis, juxta morem in hoc inibi observatum, eligendi personam ydoneam in abbatem — tradiderunt plenariam potestatem; qui diligenti consideratione prehabita et Spiritus Sancti gratia invocata, in te, tunc priorem prioratus de Caritate super Ligerim, Cluniacensis ordinis, Autisiodorensis diocesis, absentem, — direxerunt unanimiter vota sua. — Quare prefati prior claustralis et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum hujusmodi electio sit ab eis unanimiter approbata, tuque propter infirmitatem et debilitatem proprii corporis, quibus te

admodum gravari proponunt ad presens, ac ob maliciam temporis et viarum discrimina necnon propter gravia et urgentissima debitorum onera — comode, quinimmo absque periculo, nequeas sedem apostolicam adire pro confirmationis et benedictionis munere obtinendo, providere super hoc de benignitate apostolica curaremus.—

Confirmatur in abbatem Cluniacensem, etsi sedem apostolicam non adiit, « quamvis id deduci nolimus ulterius aliquibus in exemplum. »

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. januarii, anno primo.

In eundem modum priori claustrali et conventui monasterii Cluniacensis.

In e. m. universis vassallis monasterii Cluniacensis.

In e. m. regi Francie illustri.

901 (XX) Vatican, 13 février 1296.

Nominatio episcopi Asisinatis (fol. 4 v°.)

Venerabili fratri Theobaldo episcopo Asisinati. Debitum officii —. Cum itaque venerabilis frater noster Symon quondam Asisinas episcopus libere in nostris manibus renuntiaverit regimini Asisinatis ecclesie ac per renuntiationem hujusmodi, quam admittendam duximus, ecclesia ipsa pastore vacavisse noscatur, nos — te de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem ecclesie in episcopum preficimus et pastorem, absolventes te a vinculo quo Terracinensi ecclesie, cujus fueras episcopus, tenebaris. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

In eundem modum priori et capitulo ecclesie Asisinatis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Asisinatis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Asisinatis.

902 (XXI) Vatican, 9 janvier 1296.

Nominatio episcopi Caminensis. (fol. 5.)

Venerabili fratri ..episcopo Caminensi. Officii nostri debitum—. Dudum siquidem Caminensi ecclesia, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, per obitum bone memorie Hermanni Caminensis episcopi pastore vacante, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie quondam Jaromarum, tunc rectorem ecclesie sancti Nicolai Stralfudensis (*sic*), Çverinensis diocesis, in Caminensem episcopum concorditer elegerunt, qui licet hujusmodi sue electionis confirmationem auctoritate apostolica obtinere meruerit, ante tamen quam esset in Caminensem episcopum consecratus debitum nature persolvit; unde prefati capitulum — dilectum filium Vislaum custodem ejusdem ecclesie in Caminensem episcopum per viam compromissi eligere curaverunt; quo quidem V. electo et duobus de suis electoribus — ad sedem apostolicam accedentibus, — nos —, demum, quia electionem ipsam invenimus minus canonice celebratam, eam de predictorum et aliorum fratrum nostrorum consilio cassavimus. — Deinde vero — ad te, — professorem ordinis fratrum Predicatorum, tunc penitentiarium nostrum, — convertimus oculos — et — in episcopum prefecimus, — et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Gerardum Sabinensem episcopum tibi fecimus munus consecrationis impendi. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v id. januarii, anno primo.

In eundem modum capitulo ecclesie Caminensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Caminensis.

In e. m. nobili viro Alberto marchioni Brandeburgensi.

In e. m. nobilibus viris Octoni et Conrado, fratribus, marchionibus Brandeburgensibus.

In e. m. nobilibus viris Boguslao et Octoni, fratribus, Sclavie ducibus.

903 (XXII) Vatican, 4 et 27 février 1296.

Nominatio electi Trajectensis. (fol. 5.)

Dilecto filio Willelmo electo Trajetensi. Onerosa pastoralis officii —. Sane venerabili fratre nostro Johanne Tullensi episcopo de Trajectensi ecclesia, cui tunc preerat et a cujus vinculo eum absolvimus, ad Tullensem ecclesiam apostolica sede translato, nos personam insignem sollicitudinis attentione querentes, — ad te — direximus oculos mentis nostre teque, tunc prepositum ecclesie Lovaniensis, Leodiensis diocesis, ecclesie Trajectensi — prefecimus in episcopum et pastorem. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

In eundem modo preposito, decano et capitulo ecclesie Trajectensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Trajectensis.

In e. m. universis prepositis, ballivis et populo civitatis et diocesis Trajectensis.

In e. m. universis vassallis ecclesie Trajectensis.

In e. m. archiepiscopo Coloniensi.

In e. m. A. regi Romanorum illustri.

(*En marge*, fol. 5 v°.) In eundem modum scribitur sibi tanquam episcopo consecrato. Onerosa etc. usque in spiritualibus et temporalibus committentes, tibique per venerabilem fratrem nostrum Matheum Portuensem episcopum fecimus munus consecrationis impendi et non so-

lum etc. usque in finem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii kal. martii, anno secundo.

904 (xxiii) Vatican, 4 et 27 février 1296.

Nominatio electi, postea episcopi Aurelianensis. (fol. 5 v°.)

Dilecto filio Ferrico electo Aurelianensi. Romani pontificis —. Sane nuper Aurelianensi ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri P. Autisiodorensis, olim Aurelianensis episcopi, ad ecclesiam Autissiodorensem per nos factam pastoris solatio destituta, — direximus aciem mentis nostre teque, tunc prepositum ecclesie de sancto Deodato, Tullensis diocesis, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis memorate Aurelianensi ecclesie preficimus in episcopum et pastorem. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, ii non. februarii, anno secundo.

In eundem modum capitulo ecclesie Aurelianensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Aurelianensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Aurelianensis.
In e. m. baronibus aliisque vassallis ecclesie Aurelianensis.
In e. m. archiepiscopo Senonensi.
In e. m. regi Francie illustri.

(*En marge.*) In e. m. scribitur sibi tanquam episcopo consecrato [1]. Romani pontificis — usque in episcopum et pastorem, et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum tibi fecimus munus consecrationis impendi, firma usque in finem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iiii kal. martii, anno secundo.

In e. m. scribitur capitulo ecclesie Aurelianensis, verbis competenter mutatis et sub eodem dato.

In e. m. scribitur carissimo in Christo filio .. regi Francie illustri. Gratie divine etc. Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 13; cf. Potthast, 24278.)

905 (xxiiii) Vatican, 24 février 1296.

« Quitatio et absolutio communis Senensis de quadam summa pecunie. » (fol. 6 v°.)

Dilectis filiis Cione Proventiani et Johanni Paganelli, notariis, civibus Senensibus. Cum dilecto filio nobili viro Johanni de Cabilone septem milia et septingentos florenos auri ex parte dilectorum filiorum communis et populi civitatis Senarum ac de ipsius communis pecunia nuper ad mandatum nostrum duxeritis persolvendos, nos, promtitudinis vestre studia merito commendantes ac super hoc vestre dictorumque communis et populi indempnitati volentes paterna diligentia imposterum precavere, solutionem predictorum septem milium et septingentorum florenorum auri per vos prefato nobili factam ratam et gratam habemus ac vos nomine communis et populi prelibati et nostro quoad hujusmodi septem milium et septingentorum florenorum — quantitatem, ut premittitur, persolutam presentium auctoritate absolvimus et quitamus, ita quod ad solutionem seu restitutionem aliam de ipsa florenorum quantitate faciendam imperpetuum compelli a quoquam vos seu commune predictum nullatenus valeatis, has litteras bulla nostra munitas pro vestra et ejusdem communis cautela vobis in hujus rei testimonium concedentes. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi kal. martii, anno secundo.

906 (xxv) Vatican, 4 février 1296.

Nominatio episcopi Autisiodorensis. (fol. 6 v°.)

Venerabili fratri P. episcopo Autisiodorensi. Ad regimen universalis —. Dudum siquidem ecclesia Autisiodorensi per obitum bone memorie Guillelmi episcopi Autisiodorensis pastoris solatio destituta, dilecti filii decanus et capitulum ipsius ecclesie, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt et debuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa pro futuri substitutione pastoris insimul convenerunt et post tractatus aliquos super hoc habitos duas contigit ab eis in eadem ecclesia electiones in discordia celebrari, unam videlicet de Ferrico de Lotharingia, preposito de sancto Deodato, Tullensis diocesis, et aliam de magistro Petro de Gressibus, canonico dicte Autisiodorensis ecclesiarum, quorum utroque electioni de se facte prestante consensum, ac hujusmodi electionum negotio per appellationes ipsorum sic electorum ad sedem apostolicam legitime devoluto, ipsisque personaliter accedentibus infra tempus legitimum ad dictam sedem pro eodem negotio prosequendo, dilectus filius frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa quintus, antecessor noster, dilectum filium nostrum P. sancti Eustachii diaconum cardinalem concessit eis in causa hujusmodi auditorem: coram quo aliquibus processibus habitis in eadem, dictoque antecessore apostolatus officium libere resignante, nos, qui eidem antecessori dispositione divina in officio predicto successimus, causam predictam eidem cardinali resumendam in eo statu in quo fuerat tempore antecessoris ipsius commisimus eamque post processus aliquos in ea coram cardinali predicto habitos ad examen nostrum certis de causis duximus revocandam; iidem vero electi in nostra presentia constituti renuntiaverunt sponte —, nosque —, consideratis virtutibus quibus illarum dominus te multiplici-

1. *Laporte du Theil* confecto.

ter insignivit, ad te, tunc episcopum Aurelianensem, direximus oculos nostre mentis teque de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis — ad eandem ecclesiam Autisiodorensem transferimus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Antisiodorensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Autisiodorensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Autisiodorensis.

In e. m. universis vassallis ecclesie Autisiodorensis.

In e. m. Philippo regi Francorum illustri.

(Laporte du Theil, fol. 19.)

907 (XXVI) Vatican, 12 février 1296.

Evocatio cause ad curiam. (fol. 7.)

Venerabili fratri Petro episcopo Autisiodorensi. Intendentes personam tuam —. Cum igitur inter nonnullos predecessores tuos Autisiodorenses episcopos et abbates monasterii sancti Germani Autisiodorensis, ordinis sancti Benedicti, super quibusdam que predecessores ipsi deberi sibi ab eisdem abbatibus asserebant, non levis ab olim extiterit dissentio suscitata, nos scire volentes in hac parte plenius veritatem et intendentes paterne sollicitudinis studio prefate dissentionis materiam funditus amputare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus sublato more dispendio nobis omnia ecclesie tue jura hujusmodi negotium quoquo modo tangentia quantocius mittere non omittas, ut nos juribus ipsis diligenter inspectis et sollicita consideratione discussis, securius et efficacius ad ipsius expeditionem negotii auctore Domino procedamus. Interim autem circa monasterium predictum et personas ipsius modeste et temperate studeas te habere, ut possit exinde tua prudentia non immerito commendari. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 23.)

908 (XXVII) Vatican, 25 novembre 1295.

Confirmatio statuti de habitu. (fol. 7.)

Dilectis filiis generali ac ceteris prioribus et fratribus ordinis beate Marie de Monte Carmeli. Justis petentium etc. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII kal. decembris, anno primo.

(Potthast, 24225.)

909 (XXVIII) Vatican, 31 janvier 1296.

Dispensatio matrimonii, non obstante quarta consanguinitatis linea. (fol. 7.)

Dilecto filio Petro nato nobilis viri Cinthii de Sutrio, et dilecte in Christo filie Sophie nate nobilis viri Andree Nasi de Urbe. Romani pontificis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. februarii, anno secundo.

910 (XXVIIII) Vatican, 16 février 1296.

Licentia exercendi censuram ecclesiasticam in offensores ecclesie Carnotensis. (fol. 7 v°.)

Venerabili fratri Symoni episcopo Carnotensi. Ad tuum et venerabilis ecclesie Carnotensis pacificum statum —. Nolumus autem quod indultum hujusmodi ad carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris et consortis ejus personas et cappellam regiam aliquatenus se extendat. Nulli ergo, etc. nostre concessionis etc. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. martii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 25.)

911 (XXX) Vatican, 16 février 1296.

Licentia componendi super quibusdam questionibus. (fol. 7 v°.)

Eidem. Specialis et effectuosa dilectio —. Cum itaque, sicut nobis exponere curavisti, tu diversas et varias super juribus ejusdem ecclesie cum carissimo in Christo filio nostro Philippo rege Francorum illustri et dilecto filio nobili viro Carolo ipsius regis germano ac nonnullis aliis illarum partium habeas questiones et occasione ipsarum te subire oporteat non levia onera expensarum, — fraternitati tue transigendi vel paciscendi seu componendi super questionibus supradictis cum rege ac aliis memoratis de capituli consensu absque gravi ejusdem ecclesie lesione plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, ut in precedenti.

(Laporte du Theil, fol. 25 v°.)

912 (XXXI) Vatican, 5 février 1296.

Notificatio absolutionis Nicolai de Lusarciis. (fol. 7 v°.)

Dilectis filiis .. decano [et capitulo Carnotensibus. More laudabili —. Dudum siquidem ad nostram perducto no-

titiam quod dilectus filius Nicolaus de Lusarciis, archidiaconus Vindocinensis in ecclesia Carnotensi, dum officialis venerabilis fratris nostri S. episcopi Carnotensis existeret, aliqua in prejuditium et derogationem jurisdictionis et jurium archidiaconatus Pissiacensis, quem in eadem obtinebamus ecclesia dum minori fungeremur officio, attemptasset, — ipsum per nostras litteras citari mandavimus, — ac nichilominus ipsum — ab officio et benefitio usque ad nostre beneplacitum voluntatis duximus suspendendum; cumque postmodum prefatus archidiaconus in nostra fuisset presentia constitutus, humiliter nobis exposuit quod quicquid ipse fecerat in hac parte non animo inferendi nobis injuriam seu juri archidiaconatus ejusdem in aliquo derogandi, sed non ficta simplicitate ductus et motus animi puritate pro ejusdem episcopi et episcopatus ipsius juribus conservandis id duxerat faciendum. — Nos igitur paterne pietatis affectu — eundem archidiaconum tam a personali citatione quam a suspensionis sententia memoratis gratiose duximus absolvendum. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

913 (XXXII) Vatican, 16 février 1296.

Absolutio Corradi de Mediolano. (fol. 8.)

Dilecto filio Corrado de Mediolano, officiali venerabilis fratris nostri Symonis episcopi Carnotensis. Dudum ad nostram —.

Absolvitur eadem forma qua Nicolaus de Lusarciis a suspensione et citatione quas incurrerat pro injuriis illatis vicario Benedicti sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, archidiaconi Pissiacensis, et personis ecclesiasticis dicti archidiaconatus.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. martii, anno secundo.

914 (XXXIII) Vatican, 4 février 1296.

Nominatio electi Novariensis. (fol. 8.)

Dilecto filio Papiniano electo Novariensi. Onerosa pastoralis officii —. Sane Novariensi ecclesia per obitum bone memorie Englesii Novariensis episcopi pastoris solatio destituta, due in ea electiones, una videlicet de dilecto filio Henrico archipresbitero ejusdem ecclesie, et alia de dilecto filio Matheo preposito ecclesie de Dexio, Mediolanensis diocesis, ab .. archidiacono et canonicis ejusdem ecclesie Novariensis ac aliis, ad quos electio Novariensis episcopi pertinebat, fuerunt in discordia celebrate, et postmodum bone memorie O. archiepiscopus Mediolanensis, loci metropolitanus, cui fuerunt electiones hujusmodi presentate, prefatam electionem de predicto Matheo, ut premittitur, celebratam auctoritate metropolitana, infirmata reliqua, confirmavit ipsumque Matheum fecit in episcopatus Novariensis possessionem induci, propter quod pro parte dicti Henrici fuit ad sedem apostolicam appellatum. —

Post varios processus sub Nicolao IV et Celestino V agitatos, tandem dictis Matheo et Johanne in manibus Bonifacii VIII renuntiantibus, preficitur ipse Papinianus, capellanus pape ac palatii causarum auditor, in episcopum Novariensem.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

In eundem modum archidiacono et capitulo ecclesie Novariensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Novariensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Novariensis.

In e. m. universis hominibus et vassallis ecclesie Novariensis.

915 (XXXIIII) Vatican, 12 février 1296.

Nominatio abbatis Moysiacensis. (fol. 8 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Duroforti, abbati monasterii Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis. Onerosa pastoralis officii —. Olim siquidem monasterio Moysiacensi, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, per obitum quondam Bertrandi abbatis ipsius monasterii pastoris regimine destituto, dilecti filii conventus ejusdem monasterii, deliberantes ad electionem futuri abbatis per viam procedere compromissi, dilectis filiis .. abbati monasterii Lesatensis, ordinis sancti Benedicti, Tholosane diocesis, ac Galhardo beate Marie Deaurate, Bertrando de Sancto Genio et Arnaldo Raymundi de Pomerio Vico prioratuum prioribus, monachis ipsius monasterii Moysiacensis, et tibi, qui tunc prior prioratus de Rapistagno et ejusdem monasterii Moysiacensis monachus existebas, providendi — de abbate — concesserint unanimiter potestatem, ita quod si duo vestrum unum ex reliquis tribus eligerent et sic electus electioni hujusmodi consentiret, pro abbate dicti Moysiacensis monasterii haberetur. —

Dictus Guillelmus sic electus, quibusdam monachis se ejus confirmationi opponentibus quia sine dispensatione apostolica decanatum monasterii Soliacensis, predicte diocesis, et prioratus de Rapistagno ac de Virarello, Agennensis diocesis, simul tenuerat, in manibus summi pontificis omni juri ex electione primo et deinde omnibus beneficiis suis renuntiavit; postea, obtenta dispensatione apostolica, iterum decanatum Soliacensem accepit; denique in abbatem Moysiacensem preficitur.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. februarii, anno secundo.

In eundem modum priori et conventui monasterii Moysiacensis.

916 (XXXV) Vatican, 26 février 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 9.)

Dilecto filio guardiano fratrum Minorum Gaietano. Sua nobis —.

Ut cum Angelo filio Angeli Pharaonis de Gaieta et Bona filia quondam Laurentii de Burdone, civis Gaietani, super matrimonio contrahendo dispenset.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. martii, anno secundo.

(Potthast, 24292.)

917 (XXXVI) Vatican, 25 janvier 1296.

Licentia retinendi bona paterna. (fol. 9 v°.)

Dilectis filiis Corrado, Ugolino et Ranaldo, filiis Trincie de Fulgineo. Illum erga filios —. Licet igitur quondam Trincia pater vester, prout ex tenore vestre petitionis accepimus, eandem Ecclesiam graviter provocarit ejus adherendo rebellibus, videlicet quondam Frederico olim Romanorum imperatori et postmodum quondam Corrado et demum quondam Manfredo ejus filiis eorumque fautoribus, per quos, eisdem serviendo diutius, adeptus est magnam partem bonorum que vos tanquam heredes ipsius possidetis ad presens, quia tamen idem pater vester postmodum, saniori ductus consilio, ad ipsius Matris humiliter sinum confugiens, in ipsius meruit gratiam reassumi, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno secundo.

918 (XXXVII) Vatican, 5 février 1296.

« Reservatio prioratus de Caritate. » (fol. 9 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum dilectum filium —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Eduensi et abbati sancti Rigaudi, ordinis sancti Benedicti, Matisconensis diocesis. Cum dilectum filium etc. usque attemptatum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum reservationem, inhibitionem et decretum predicta ad eorundem abbatis et conventus notitiam perducentes ipsis inhibere curetis ne se de illis absque hujusmodi licentia intromittant. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 27.)

919 (XXXVIII) Vatican, 24 février 1296.

Rectificatio erroris in data cujusdam instrumenti publici. (fol. 9 v°.)

Dilectis filiis Odoni priori de Boorto, et Johanni decano monasterii de Paredo, Lemovicensis et Eduensis diocesium, ac Petro de Bellojoco [1], *monachis monasterii Cluniacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Cum, sicut in nostra proposuistis presentia constituti, dilecti filii Stephanus prior claustralis et administrator monasterii Cluniacensis et conventus ejusdem monasterii per publicum instrumentum eorum sigillis munitum sub certa forma pro suis et ipsius monasterii negotiis apud sedem apostolicam promovendis et expediendis plenam vobis dederint potestatem contrahendi mutuum a dilectis filiis Cyono Marzioli, Raynerio Tholomei et Foresio Falconerii, civibus et mercatoribus Florentinis, usque ad summam sexdecim milium florenorum auri et propter hoc mercatoribus ipsis predictos priorem et conventum ac successores suos et dictum monasterium obligandi et submittendi, prout in eodem instrumento plenius et seriosius continetur, quia tamen in instrumento predicto ubi poni debuit pontificatus nostri *anno primo*, fuit *anno secundo* positum per errorem, et propterea prefati mercatores de hujusmodi dubitantes errore vobis pecuniam solvere nolint seu mutuare supradictam, nos — ut, errore hujusmodi non obstante, prefatum instrumentum — eandem vim eundemque vigorem habeat — indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI kal. martii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 28.)

920 (XXXVIII *bis*) Vatican, 29 février 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam sedecim milium florenorum auri pro monasterio Cluniacensi. (fol. 10.)

Eisdem. Cum sicut —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. martii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 29.)

1. *Ms* : belliioco.

921 (XXXVIIII) Vatican, 6 mars 1296.

Constituuntur executores bulle precedentis. (fol. 10.)

Dilectis filiis .. plebano plebis de Empoli, Florentine diocesis, ac Raynerio de Vicello, canonico Lichefeldensi. Exponentibus pridem nobis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. martii, anno secundo.

922 (XL) Vatican, 12 février 1296.

Dispensatio matrimonii, quarto consanguinitatis gradu non obstante. (fol. 10.)

Dilecto filio nobili viro Theobaldo Riccardi Theobaldi et dilecte in Christo filie nobili mulieri Gaietane Riccardi Mathie de Anibaldensibus [1] *de Urbe.* Apostolice sedis providentia —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. februarii, anno secundo.

923 (XLI) Vatican, 12 février 1296.

Alia dispensatio. (fol. 10.)

Dilecto filio nobili viro Nicolao Anibaldi Riccardi Mathie et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete Nicolai Anibaldi [2] *de Anibaldensibus* [3] *de Urbe.* Apostolice sedis providentia — etc. ut supra proximo usque in finem. Dat. ut supra.

924 (XLII) Vatican, 4 février 1296.

« Sententia domini Ursi contra Viterbienses. » (fol. 10.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Orta dudum —.

Inseruntur in extenso et confirmantur omnia instrumenta compositionis habite inter nobilem virum dominum Ursum de filiis Ursi de Urbe et potestatem consilium et commune civitatis Viterbiensis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

925 (XLIII) Vatican, 2 mars 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam trium milium turonensium parvorum. (fol. 11 v°.)

Venerabili fratri Ferrico episcopo Aurelianensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VI non. martii, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 31.)

1. *Ms.* Ambalden.
2. *Ms.* ambaldi.
3. *Ms.* ambalden.

926 (XLIIII) Vatican, 16 et 17 mars 1296.

« Executoria pro eodem. » (fol. 11 v°.)

Dilectis filiis magistris Nicolino de Camilla, Ambianensis, et Johanni de Papazuris, sancte Marie Rotunde Metensis, capellanis nostris, ac Jacobo de Labro, Reatine ecclesiarum canonicis. Exponente pridem nobis —.

Executoria pro episcopo Aurelianensi de mutuo mille florenorum auri contracto a Bardutio Bindi et Ubaldino Cionis de Infangatis, mutuantibus pro se, ac Andrea de Canigianis et Baldo ac Nerio Rodulfi, Ademaro et Jacobo Johanis, Guerratingi Ridolfi, Datutio Andree et Roccatino Paganelli ac ceteris eorum sotiis de sotietate Canizianorum, civibus et mercatoribus Florentinis.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno secundo.

In eundem modum scribitur pro eodem episcopo dilectis filiis magistris Raynerio de Casulis, capellano nostro, Wulterane, et Raynerio de Vichio, Lichefeldensis, ac Ba[r]tholo Abbatis, Fesulane ecclesiarum canonicis. Exponente etc. ut in alia usque *et exceptionibus eisdem* a dilectis filiis Raynutio Rustici de Abbatibus, mutuante pro se, ac Johanne Bacherelli, Lamberto et Scolaio Rosselino Bacherelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Ma[r]cho Raynutii, Maffeo Pontii, Jacobo Maffei et Bernardo Raynerio ac ceteris eorum sotiis de sotietate eorundem Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacharelli, civibus et mercatoribus Florentinis, pro necessariis et negotiis ejusdem mutuo receperit ex predicta summa pecunie duo milia librarum turonensium parvorum —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVI kal. aprilis, anno secundo.

927 (XLV) Vatican, 22 novembre 1295.

Confirmatio statutorum. (fol. 11 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et capitulo secularis ecclesie Monasteriensis supra Sambriam, Leodiensis diocesis. Hiis que ab ecclesiarum prelatis —.

Inseruntur et confirmantur quedam statuta eis a bone memorie Johanne episcopo Leodiensi data anno Domini 1288, die mercurii post Ramos Palmarum, et ab eis approbata.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. decembris, anno primo.

928 (XLVI) Vatican, 9 février 1296.

Exemptio a prestatione decime regi Sicilie concesse. (fol. 12.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Urbevetani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Inter cetera hospitalia —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v id. februarii, anno secundo.

929 (XLVII) Vatican, 26 février 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 12 v°.)

Dilecto filio Roberto dicto Wich, burgensi ville de Magna Gernemita et dilecte in Christo filie Sybilie dicte Flathe, relicte quondam Willelmi Flate, laici, vidue, Norvicensis diocesis. Romani pontificis —.

Ut possint contrahere matrimonium, eo non obstante quod quondam Willelmus Flate dicto Roberto quarto gradu consanguinitatis, dum vivebat, attinebat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v kal. martii, anno secundo.

930 (XLVIII) Vatican, 15 mars 1296.

Committitur administratio prioratus de Caritate. (fol. 12 v°.)

Dilectis filiis Odoni de Borto et Gerardo de Joigniaco prioribus, Cluniacensis ordinis, Lemovicensis et Senonensis diocesium. Dudum prioratu de Caritate super Ligeri —. Postmodum autem predictus Guillelmus abbas, de dicta curia nostra discedens et ad Urbem se transferens, diem inibi clausit extremum; cumque per ejus obitum monasterium Cluniacense predictum abbate careret, prefatus Bertrandus tunc prior Caritatensis in ipsius monasterii Cluniacensis abbatem concorditer fuit electus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. martii, anno secundo.

In eundem modum dilectis filiis suppriori et conventui prioratus de Caritate super Ligeri, Cluniacensis ordinis, Autisiodorensis diocesis, necnon universis prioribus et officialibus ceterisque personis eidem prioratui de Caritate subjectis. Dudum etc., verbis competenter mutatis, usque quemadmodum teneretur prior qui in dicto prioratu foret canonice institutus. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Odoni et Gerardo prioribus in omnibus que ad curam et administrationem hujusmodi pertinent efficaciter intendere et reverenter obedire curetis. — Dat. ut supra.

(Laporte du Theil, fol. 35.)

931 (XLVIII *bis*) Vatican, 5 février 1296.

Citatio ad curiam. (fol. 13.)

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Eduensi et .. abbati monasterii sancti Rigaudi, ordinis sancti Benedicti, Matisconensis diocesis. Vacante dudum —.

Ut Bertrandum abbatem et conventum Cluniacensem, ex una parte, et conventum Caritatensem, ex altera, de jure eligendi priorem Caritatensem invicem litigantes peremptorie citare curent ut infra duorum mensium spatium post citationem per procuratores idoneos apostolico se conspectui representent, diffinitionem et terminationem salubrem et celerem super ipso negotio, dante Domino, recepturi.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 39.)

932 (XLVIIII) Vatican, 15 mars 1296.

Suspensio interdicti. (fol. 13.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Lucanis. Memores devotionis antique quam erga Romanam ecclesiam habuistis et propterea circa vos et civitatem vestram apostolice benignitatis clementiam exercere ac etiam animarum vestrarum saluti providere volentes, interdicti sententiam in vos et civitatem ipsam occasione venerabilis fratris nostri .. Lunensis episcopi, vel alia qualibet, promulgatam usque ad festum Ascensionis Domini proximo venturum de speciali gratia duximus suspendendam, sententia ipsa ex tunc in suo nichilominus robore duratura. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. martii, anno secundo.

933 (L) Vatican, 4 février 1296.

Nominatio abbatis Aureliacensis. (fol. 13 v°.)

Dilecto filio Petro abbati monasterii Aureliacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis. Debitum officii nostri —. Olim siquidem monasterio Aureliacensi — per obitum quondam Arnaldi abbatis ejusdem monasterii abbatis regimine destituto, dilecti filii .. prior et conventus — Guidoni camerario, Girardo Varranii, decano, et Arnaldo

Guarnerii, monachis dicti monasterii, ea vice ipsi monasterii providendi de abbate sub ea forma potestatem unanimiter concesserunt, quod usque ad certum terminum ab eis ad hoc prefixum infra septa dicti monasterii sua et singulorum monachorum volentium et valentium electioni hujusmodi interesse vota secreto et singillatim cum diligentia scrutarentur, et quod — unus eorum de mandato aliorum duorum et aliorum consentientium illum de gremio dicti monasterii eligerent in abbatem in quem major et sanior pars conventus seu fratrum dicti monasterii vocem in hujusmodi electione habentium consensisset. — Demum comperto quod in te, tunc priorem de Paulhaco, monachum dicti monasterii, major et sanior pars totius conventus suum consensum prestiterat, dictus Gerardus, prefato camerario se voluntarie absentante ac hujusmodi electioni interesse nolente, — in abbatem predicti monasterii te elegit. —

Postmodum dictus Guido se eligi a quibusdam monachis procuravit; tandem ipse et Petrus in manibus summi pontificis renuntiaverunt, qui dictum Petrum in abbatem preficit.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

In eundem modum priori et conventui monasterii Aureliacensis.

In e. m. universis vassallis monasterii Aureliacensis.

934 (LI) Vatican, 4 février 1296.

Nominatio electi Cenomanensis. (fol. 14.)

Dilecto filio magistro Dyonisio de Falesia, electo Cenomanensi. Quantis ab olim —. Dudum siquidem prelibata Cenomanensi ecclesia pro obitum bone memorie Petri Cenomanensis episcopi solatio destituta pastoris, dilecti filii R. decanus et capitulum ejusdem ecclesie —.

Electo per viam compromissi magistro Guillelmo dicto Merienne, et ipso post negotium ad sedem apostolicam devolutum omni juri in manibus summi pontificis renuntiante, preficitur auctoritate apostolica prefatus Dionysius.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

In eundem modum B. decano et capitulo ecclesie Cenomanensis.

In e. m. clero civitatis et diocesis Cenomanensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Cenomanensis.

In e. m. universis vassallis ecclesie Cenomanensis.

In e. m. archiepiscopo Turonensi.

In e. m. Phy. regi Francie illustri.

935 (LII) Vatican, 11 février 1296.

« Quod non obstante juramento possit percipere fructus archidiaconatus. » (fol. 14 v°.)

Dilecto filio magistro Ade de Nigella, archidiacono ecclesie Laudunensis, capellano nostro. Laudanda tue —. Cum itaque nuper tibi de canonicatu, prebenda et archidiaconatu ecclesie Laudunensis vacantibus apud sedem apostolicam per consecrationem venerabilis fratris nostri Hugonis episcopi Leodiensis duxerimus providendum, et archidiaconus Laudunensis qui de novo ad archidiaconatum hujusmodi assumitur episcopo Laudunensi qui est pro tempore, sicut dicitur, prestare fidelitatis seu homagii juramentum de consuetudine ipsius ecclesie teneatur dictusque episcopus ex simili consuetudine fructus, redditus et proventus seu obventiones archidiaconatus ejusdem sibi retinere possit quousque archidiaconus prelibatus sibi juramentum prestiterit supradictum, nos attendentes quod commode non potes te conferre ad presens personaliter ad Laudunensem ecclesiam, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III id. februarii, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 33.)

936 (LIII) Vatican, 7 mars 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum. (fol. 14 v°.)

Dilecto filio Petro abbati monasterii Aureliacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis. Cum, sicut in nostra presentia proposuisti constitutus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. martii, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 41.)

937 (LIIII) Vatican, 3 et 7 mars 1296.

Contra usurarios. (fol. 15.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi. Licet usurariorum receptatores constitutio concilii Lugdunensis per impositiones penarum graviter persequatur, nonnulli tamen nobiles et barones tue civitatis et diocesis Dei timore postposito et apostolice sedis reverentia omnino rejecta, sicut nuper accepimus, usurarios pecuniam fenetrem exercentes in terris suis recipiunt, habitantes retinent et tuentur in animarum suarum periculum et scandalum plurimum. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, juxta officii tui debitum,

nobiles et barones eosdem quod usurarios ipsos de terris suis omnino expellant, nunquam tales de cetero admissuri, monitione premissa, omni privilegio cessante per censuram apostolicam appellatione remota compellas. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. martii, anno secundo.

In eundem modum episcopo Basiliensi.
In e. m. episcopo Cabilonensi.
In e. m. episcopo Lingonensi.
In e. m. episcopo Lausanensi.
In e. m. episcopo Matisconensi.
In e. m. episcopo Bellicensi.

In e. m. venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v non. martii, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 43.)

938 (LV) Vatican, 7 mars 1296.

Contra imponentes nova pedagia. (fol. 15.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi. Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli nobiles et barones tue civitatis et diocesis ultionis divine judicium non timentes in terris suis nova imponere pedagia et alias a transeuntibus exactiones extorquere indebitas non verentur, quanquam propter hoc dinoscuntur promulgatam in tales excommunicationis sententiam incurrisse. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus nobiles et barones eosdem, si a te moniti omnino non destiterint a premissis, excommunicatos publice nunties et ab aliis ubi et quando expedire videris nuntiari facias et ab omnibus artius evitari. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. martii, anno secundo.

In eundem modum episcopo Cabilonensi.
In e. m. episcopo Bellicensi.
In e. m. episcopo Lausanensi.
In e. m. archiepiscopo Bisuntino.
In e. m. archiepiscopo Lugdunensi.
In e. m. episcopo Basiliensi.
In e. m. episcopo Matisconensi.
In e. m. episcopo Lingonensi.

(Laporte du Theil, fol. 44.)

939 (LVI) Vatican, 3 mars 1296.

De moneta cudenda. (fol. 15.)

Dilecto filio nobili viro Johanni de Cabilone, domino de Arlato. Grata tue —.

Confirmatur gratia ei a Rudolfo quondam Romanorum rege facta cudendi monetas ad valorem denariorum Parisiensium vel minoris valoris.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, v non. martii, anno secundo.

(Potthast, 24295 a.)

940 (LVII) Vatican, 1er février 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam sex milium librarum turonensium parvorum. (fol. 15.)

Venerabili fratri Hugoni episcopo Leodiensi. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. februarii, anno secundo.

941 (LVII, *en marge*) Vatican, 5 avril 1296.

Executoria super mutuo contracto. (fol. 15.)

Dilectis filiis .. Bisuntine et .. Tullensis decanis ac .. cantori beate Marie Magdalene Bisuntine ecclesiarum. Exponente pridem nobis venerabili fratre nostro Hugone episcopo Leodiensi quod tam pro suis necessariis, etc., usque onera expensarum, ac supplicante nobis ut usque ad summam sex milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi, etc., usque exceptionibus eisdem, a dilecto filio nobili viro Johanne de Cabilone, domino de Allato, pro necessariis et negotiis eisdem tria milia et sexcentas septuaginta quinque libras turonensium parvorum mutuo receperit —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. aprilis, anno secundo.

942 (LVIII) Vatican, 2 avril 1296.

De licentia reedificandi quasdam domos, si opportunum fuerit, concedenda. (fol. 15.)

Venerabili fratri .. episcopo Mimatensi, Marchie Anconitane ac Romaniole rectori. Habet assertio virorum nobilium Guidonis de Polenta et Lamberti ejus filii, de Ravenna, quod venerabilis frater noster Petrus archiepiscopus Montisregalis, dum pridem provintie Romaniole regimen exercebat, moram in illis partibus contrahendo, domos eorum in civitate Ravennati tunc temporis consistentes, nulla ipsorum culpa prehambula, set motu proprio voluntatis, fecit funditus demoliri. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. aprilis, anno secundo.

943 (LVIIII) Vatican, 21 mars 1296.

De incarcerato restituendo. (fol. 15 v°.)

Eidem. Inducti non modica —.

Ut Galassinum natum quondam Cignacte de Arimino sub ejus carcerali custodia constitutum Guidoni comiti Montisferetri restituat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. aprilis, anno secundo.

(POTTHAST, 24305.)

944 (LX) Vatican, 2 avril 1296.

Relaxatio obsidum Romaniole. (fol. 15 v°.)

Eidem. Ad statum tranquillum et prosperum provintie Romaniole ac ejus incolarum ecclesie Romane fidelium sollicitis studiis intendentes, et volentes propterea more laudabili pii patris obsidibus ejusdem provintie apud castrum Carium constitutis apostolice misericordie januam aperire, fraternitati tue per apostolica scripta districte percipiendo mandamus quatenus omnes obsides supradictos sublato cujuslibet difficultatis et dilationis obstaculo pristine restituas libertati, eos abire libere permittendo, sic te in hoc efficaciter habiturus ut iterato super hoc tibi scribere non cogamur. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. aprilis, anno secundo.

945 (LXI) Vatican, 2 avril 1296.

De monacho recipiendo. (fol. 15 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti Gaudentii de Arimino, ordinis sancti Benedicti. Exposita nobis —.

Quod Franciscum de Arimino, monachum sancti Salvatoris, ordinis sancti Benedicti, Feretrane diocesis, recipiant in monachum et fratrem et sincera in Domino caritate tractent.

Dat. ut supra proximo.

946 (LXII) Vatican, 1er avril 1296.

De hostilitatibus suspendendis. (fol. 15 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Pensauriensibus. Credimus firmiter —. Cum itaque dilectum filium nobilem virum Conradum de Montefeltro per alias nostras litteras pro certis et specialibus causis ad nostram presentiam evocemus, volumus et universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus pro nostra et apostolice sedis reverentia contra eundem Corradum suosque complices et fautores, postquam ipse iter ad nos arripuerit veniendi, nullam faciatis per vos vel alium seu alios novitatem, nec quantum in vobis fuerit, fieri permittatis. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. aprilis, anno secundo.

947 (LXIII) Vatican, 21 mars 1296.

Citatio ad curiam. (fol. 15 v°.)

Dilecto filio nobili viro Corrado de Monteferetro. Cum super certis negotiis que specialiter insident cordi nostro tecum habere colloquium intendamus, volumus et tibi tenore presentium districte precipimus quatenus sublato more dispendio ad nostram presentiam te conferre procures. Nos enim potestati, consilio et communi Pensauriensibus per alias litteras nostras injungimus ut contra te seu complices aut fautores tuos nullam omnino faciant novitatem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XII kal. aprilis, anno secundo.

948 (LXIIII) Vatican, 21 mars 1296.

De receptione Telli de Rosciano potestatis. (fol. 15 v°.)

Dilectis filiis communi civitatis Urbini et universis hominibus comitatus seu districtus ipsius. Ad statum prosperum —. Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24304.)

949 (LXV) Vatican, 21 mars 1296.

Committitur regimen civitatis Urbini et ejus comitatus. (fol. 16.)

Dilecto filio nobili viro Tello de Rosciano, potestati civitatis Urbini et ejus comitatus seu districtus vicario. Ad statum prosperum —. Dat. ut supra.

950 (LXVI) Vatican, 7 décembre 1295.

Commendatio monasterii sancti Archangeli prope Lacum, ordinis sancti Benedicti, Perusine diocesis. (fol. 16.)

Dilecto filio Uguitioni abbati monasterii sancte Marie de Farneto, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Aretine diocesis. Tue devotionis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VII id. decembris, anno primo.

951 (LXVII) Vatican, 7 mars 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam quatuor milium librarum turonensium parvorum. (fol. 16.)

Venerabili fratri G. episcopo Trajectensi. Cum sicut in nostra proposuisti presentia —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. martii, anno secundo.

952 (LXVIII) Vatican, 5 février 1296.

Licentia retinendi beneficia. (fol. 16.)

Dilecto filio Sclatte electo Bononiensi. Etsi sacri canones —.

Ut possit beneficia sua cum episcopatu Bononiensi, quousque munus consecrationis receperit, retinere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

953 (LXVIIII) Vatican, 12 février 1296.

Licentia permutandi bona ecclesiastica. (fol. 16.)

Venerabilibus fratribus .. Albanensi et .. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Petitio dilectorum filiorum —.

Quod abbati et conventui sancti Dionysii in Francia licentiam concedant permutandi quedam bona minus utilia cum Matheo de Montemorenciaco et ejus uxore.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II id. februarii, anno secundo.

954 (LXX) Vatican, 13 février 1296.

De dissensione sedanda inter abbatem sancti Germani de Pratis et universitatem Parisiensem. (fol. 16 v°.)

Eisdem. Petitio dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii sancti Germani de Pratis Parisiensis — nobis exhibita continebat quod cum quondam .. abbas predicti monasterii, predecessor ipsius abbatis, et idem conventus juxta claustrum prefati monasterii in fundo ipsius quosdam muros facere seu edificia erigere pro ipsius monasterii comodo incepissent, universitas magistrorum et scolarium Parisiensium, ad abbatis et conventus ac monasterii predictorum injurias aspirantes, in hujusmodi operarios abbatis et conventus ipsorum insultum armata manu, ausu nephario, facere presumpserunt, cujus insultus pretextu inter personas et vasallos ac homines prefati monasterii, ex parte una, et dictos magistros et scolares, ex altera, dissentionis materia suscitata, et demum utraque parte, instigante humani generis Inimico, agente congressum, quia duo ex scolaribus ipsis in bello propter hoc inito, sicut dicitur, ceciderunt ac inter predictas partes dictorum occisorum dissensionum hujusmodi occasione maxime scandali materia succrescente, demum mediante clare memorie Ry. rege Francorum et quibusdam aliis bonis viris, talis inter partes super hoc amicabilis compositio intervenit, videlicet quod abbas et conventus prefati in ecclesia Vallis Scolarium Parisiensi, in capella veteri sancti Martini sita juxta muros et ambitum predicti monasterii, capellanias instituere ac dotare etiam usque ad annuum redditum [1] quadraginta librarum parisiensium de bonis prefati monasterii tenerentur.—Et licet abbas et conventus predicti compositionem hujusmodi observantes capellanias ipsas — fecerint et dotarint, tamen iidem magistri et scolares, ad eorumdem abbatis et conventus injurias intendentes, juxta predictam capellam sancti Martini, que in loco dictis abbati et conventui spiritualiter et temporaliter subjecto sita fore dinoscitur, pretextu talis capellanie per eos, ut premittitur, in illa facte, post denuntiationem novi operis, quandam domum necnon et ante portam dicti monasterii in fundo ipsius quoddam fossatum de novo facere presumpserunt. —

Ut inquisita veritate, absque strepitu et figura judicii statuant super illis auctoritate apostolica vel amicabiliter vel judicialiter inter partes easdem, prout viderint expedire.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

955 (LXXI) Vatican, 15 mars 1296.

Dispensatio super beneficiis retinendis. (fol. 17.)

Dilecto filio Volrado de Crempa, preposito ecclesie Çwerinensis. Apostolice sedis —.

Dispensatur cum eo, obtentu Benedicti sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, cujus capellanus existit, ut Lubicensis et Zwerinensis ecclesiarum preposituras una cum canonicatibus et prebendis in eisdem ac prepositura Botsowensi, Zwerinensis diocesis, licite possit retinere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. martii, anno secundo.

956 (LXXII) Vatican, 16 janvier 1296.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 17.)

1. *Ms.* reddituum.

Dilecto filio Landulfo electo Brisinensi. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus tam pro tuis necessariis quam pro ecclesie Brixinensis negotiis apud sedem apostolicam expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti ut usque ad summam duorum milium florenorum auri mutuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis, etc., ut in forma communi. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xvii kal. februarii, anno primo.

957 (lxxiii et lxxiiii) Vatican, 3 février 1296.

Translatio Trajectensis episcopi ad Tullensem ecclesiam. (fol. 17.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Tullensi. Debitum officii —. Cum itaque venerabiles fratres nostri .. Portuensis et .. Ostiensis episcopi, nomine venerabilis fratris nostri Conradi olim episcopi Tullensis, a quo habebant ad hoc sufficiens et speciale mandatum, libere in nostris manibus renuntiaverint regimini Tullensis ecclesie, — nos attendentes quod ecclesia Trajectensis, cui preeras, multis gravabatur injuriis circumstantium tyrannide superborum teque pro ipsius ecclesie Trajectensis defensione jurium graves oportebat subire labores, ac volentes tam quieti tue quam predicte ecclesie Tullensis commodo providere, te — ad dictam ecclesiam Tullensem transferimus. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii non. februarii, anno secundo.

In eundem modum decano et capitulo ecclesie Tullensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Tullensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Tullensis.
In e. m. universis vassallis ecclesie Tullensis.
In e. m. archiepiscopo Treverensi.

958 (lxxv) Vatican, 27 février 1296.

Nominatio episcopi Giennensis. (fol. 17 v°.)

Venerabili fratri Petro episcopo Giennensi. Licet ad universas —. Dudum siquidem ecclesia Giennensi per obitum bone memorie J. episcopi Giennensis solatio destituta pastoris, dilecti filii Johannes decanus et capitulum ejusdem ecclesie — insimul convenerunt, et post tractatus aliquos super hoc habitos inter ipsos, duas ab eis contigit in eadem ecclesia electiones in discordia celebrari, unam videlicet de memorato decano et aliam de Fortunio [1] Garsie, canonico Giennensi. —

1. *Ms. hic* foramio, *sed rectius infra* fortunio.

Resignantibus tandem dictis Johanne et Fortunio, preficitur ipse Petrus, antea abbas secularis ecclesie sancti Michaelis de Transmiris, Bracharensis diocesis, in Giennensem episcopum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iiii kal. martii, anno secundo.

In eundem modum J. decano et capitulo ecclesie Giennensis.
In e. m. clero civitatis et diocesis Giennensis.
In e. m. populo civitatis et diocesis Giennensis.

959 (lxxvi) Anagni, 27 septembre 1295.

Absolutio voti transfretandi. (fol. 18.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni comiti Flandrie. Per grata devotionis —. Lecta siquidem coram nobis tua petitio continebat quod tu ab olim crucis reverende signaculo insignitus et ad promotionem negotii Terre Sancte ferventer aspirans, in testamento quod post assumptionem ipsius signaculi condidisti decem milia librarum turonensium parvorum de bonis tuis propriis pro tue salutis augmento tuique redemptione voti legasti Terre subsidio memorate, per executores ipsius testamenti in predictum subsidium disponenda. — Dat. Anagnie, v kal. octobris, anno primo.

960 (lxxvii) Anagni, 27 septembre 1295.

Licentia habendi altare portatile. (fol. 18 v°.)

Eidem. Speciali gratia —. Dat. ut supra.

961 (lxxviii) Vatican, 14 février 1296.

De munere consecrationis recipiendo. (fol. 18 v°.)

Dilecto filio D. electo Cenomanensi. In vinea Domini —.

Ut possit consecrationis munus a metropolitano suo, si temporalis vite commodis perfruatur, alioquin ab ecclesie metropolitane capitulo recipere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, xvi kal. martii, anno secundo.

962 (lxxviiii) Vatican, 14 février 1296.

Licentia absolvendi. (fol. 18 v°.)

Eidem. Graves et periculose discordie —.

Ut possit absolvere ad cautelam universos et singulos suspensionis, interdicti et excommunicationis sententiis innodatos ratione et occasione discordiarum que olim inter Johannem epis-

copum Cenomanensem et capitulum ejusdem ecclesie plurimum viguerunt.

Dat. ut in precedenti.

963 (LXXX) Vatican, 29 mars 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 18 v°.)

Dilecto filio Bartholomeo dicto Le Borgne, clerico Noviomensis diocesis. Probitatis studia —.

Dispensatur cum eo, jam undecimum etatis sue annum attingente, ut non obstante defectu natalium quem patitur, de clerico in minoribus ordinibus constituto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri possit.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII kal. aprilis, anno secundo.

964 (LXXXI) Vatican, 5 février 1296.

Citatio archiepiscopi Remensis. (fol. 19.)

Dilectis filiis Grimerio de Placentia, thesaurario Bajocensi, et Thedisio[1] *dicto Malocello, Cameracensis, ac Grifoni de Perusio, Cathalaunensis canonicis ecclesiarum.* Exposita nobis dilecti filii Alberti de Lavania, archidiaconi Remensis, capellani nostri, petitio continebat —.

Ut citent ad curiam P. archiepiscopum Remensem et magistros Guillelmum de Voys et Dionysium de Senonis, ejus officiales, per se vel procuratores idoneos responsuros de injuriis illatis dicto Alberto archidiacono.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

965 (LXXXII) Vatican, 15 mars 1296.

Privilegia pro duobus monasteriis. (fol. 19.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse monasterii de Gratia beate Marie virginis ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Religiosam vitam eligentibus —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, per manum Petri sancte Marie nove diaconi cardinalis et sancte Romane ecclesie vicecancellarii, id. martii, indictione VIIII, incarnationis dominice anno millesimo CC° LXXXXVI°, pontificatus vero domini Bonifatii pape VIII anno secundo.

1. *Ms.* thesidio.

In eundem modum dilectis in Christo filiabus .. abbatisse monasterii Pie[ta]tis beate Marie virginis de Waterbeche ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Religiosam vitam etc.—ut supra usque in fine, cum subscriptionibus pape et cardinalium et data sicut in precedenti.

(POTTHAST, 24297, qui auctore Sbaralea legit III *id. mart.* Suspicor a syllaba *rij*, qua vox *cancellarii* ineunte linea terminatur, errorem illum defluxisse.)

966 (LXXXIII) Vatican, 31 mars 1296.

Dispensatio matrimonii, quarto gradu consanguinitatis non obstante.

Dilecto filio nobili viro Gualthero nato nobilis viri Gualtheri domini de Castelione et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete nate Johannis de Dompnapetra, militis, Cathalaunensis diocesis. Licet matrimonii —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. aprilis, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 49, ubi bulle nostre numerus 78 falso attribuitur.)

967 (LXXXIV) Vatican, 3 avril 1296.

Dispensatio matrimonii, quarto affinitatis gradu non obstante. (fol. 20.)

Dilecto filio nobili viro Radulfo de Claromonte, co[n]stabulario Frantie, domino de Nigella, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelli nate dilecti filii nobilis viri Johannis comitis Haynonie[1]. Etsi conjunctio —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III non. aprilis, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 49 v°., ubi bulle numerus 79 falso attribuitur.)

968 (LXXXV) Vatican, 27 février 1296.

Reservatio ecclesie Theanensis. (fol. 20.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut ad nostrum pervenit auditum, ecclesia sancti Salvatoris Theanensis per mortem quondam magistri Angeli de Reate, ipsius ecclesie rectoris, qui nuper Reate debitum nature persolvit, vacare noscatur, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. martii, anno secundo.

1. *Ms.* hiynonie.

969 (LXXXVI) Vatican, 3 février 1296.

Pro episcopo Tullensi. (fol. 20.)

Carissimo in Christo filio A. regi Romanorum illustri. Debitum officii nostri —.

Certior fit de translatione Johannis Trajectonsis episcopi ad ecclesiam Tullensem libera resignatione Conradi olim Tullensis episcopi vacantem, et monetur ne dictum Johannem ab aliquibus indebite molestari permittat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III non. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24277.)

970 (LXXXVII) Vatican, 16 avril 1296.

Executoria super mutuo contrahendo. (fol. 20 v°.)

Dilectis filiis .. Pistoriensis et magistris Johannis de Palasono, baptisterii Parmensis prepositis et Johanni de Penestre, thesaurario Cathalaunensis ecclesiarum. Exponente pridem nobis dilecto filio Petro abbate monasterii Aureliacensis — ac supplicante ut usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi etc., usque auxilio et exceptionibus eisdem, a dilectis filiis Baldo Raynerii, Bonino Gerardini, Cicho Valterani et Pacino Putii, mutuantibus pro se ac Clarentino et Lanfrancho Anselmi, Merguliese et Johanne Brachii, Marsupino et Anselmo Meliorati, Pucio Raynerii et Morgiano Floravantis, Gerardino Bonini, Lapo Brachii, Andrea Merguliesi et Donato Bartholomei ac ceteris eorum sotiis de sotietate Clarentum, civibus et mercatoribus Pistoriensibus, pro necessariis etc., ut in forma usque in finem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XVI kal. maii, anno secundo.

971 (LXXXVIII) Vatican, 13 avril 1296.

Licentia exercendi jurisdictionem extra diocesim. (fol. 20 v°.)

Venerabili fratri episcopo Tridentino. Tue devotionis —.

Ut possit jurisdictionem ordinariam exercere extra civitatem et diocesim suas, etiam ad tres dietas a fine ipsius diocesis, cum ad ecclesiam suam, propter quorumdam nobilium malitiam, qui castra et bona dicte ecclesie violenter occupaverunt et detinent, accedere nequeat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

972 (LXXXIX) Vatican, 31 mars 1296.

Contra filios comitis Tyrolensis. (fol. 20 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Torcellano et dilectis filiis .. abbati monasterii sancti Rufini prope Mantuam et .. archidiacono Senensi. Dudum per felicis recordationis —.

Commemoratur series processuum habitorum contra Maynardum ducem Karinthie et comitem Tyrolensem, qui « sicut accepimus, jam diem clausit extremum, relictis Octone, Lodoyco et Henrico ejus filiis, qui sibi succedentes in vitium bona et jura predictorum episcopi et ecclesie Tridentinorum, que idem Meynardus dum viveret, ut predicitur, detinebat, detinent similiter occupata, » et mandatur eis ut moneant dictos filios eteorum complices ad resipiendum infra certum terminum, alioquin eos denuntient excommunicatos, procedant spiritualiter et temporaliter contra eos, auxiliumque brachii secularis ac presertim regis Romanorum invocent.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II kal. aprilis, anno secundo.

973 (LXXXX) Vatican, 1er février 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 21 v°.)

Dilecto filio Alvaro Pelagii, clerico Compostellane diocesis. Illegitime genitos —.

Ut non obstante natalium defectu quem patitur, de conjugato genitus et soluta, possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam si curam animarum habeat, recipere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. februarii, anno secundo.

974 (LXXXXI) Vatican, 9 février 1296.

Exemptio decime regi Sicilie concesse. (fol. 21 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani. Dum paterne —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V id. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24280.)

975 (LXXXXII) Vatican, 30 janvier 1296.

Collatio canonicatus Ulixbonensis. (fol. 21 v°.)

Dilecto filio Egee Laurentii dicto Macro, canonico et decano ecclesie Ulixbonensis [1]. Laudabile testimonium —. Cum itaque dilectus filius magister Raymundus Laurentii, juris civilis professor, capellanus dilecti filii nostri P.

1. *Ms.* Ulixsenen.

sancti Eustachii diaconi cardinalis, canonicus ecclesie Ulixbonensis, olim decanus ipsius ecclesie Ulixbonensis, decanatum hujusmodi quem in eadem ecclesia obtinebat in nostris manibus resignaverit, —.

Confertur ei predictus decanatus, cum prebenda in eadem ecclesia, si vacat ad presens, vel cum primum vacaverit, eo non obstante, inter alia, quod in Colimbriensi canonicatum et prebendam et in sancte Marie de Lirena ecclesiis quandam perpetuam portionem ac ecclesiam sancte Marie de Sena, curam animarum habentem, Colimbriensis diocesis, noscitur obtinere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, III kal. februarii, anno secundo.

976 (LXXXXIII) Vatican, 15 mars 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam mille quadringentorum florenorum auri. (fol. 22.)

Venerabili fratri Petro episcopo Giennensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus,—. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. martii, anno secundo.

977 (LXXXXIIII) Vatican, 23 mars 1296.

Executoria precedentis. (fol. 22.)

Venerabili fratri .. episcopo Apamiarum et dilectis filiis magistro Ranaldo de Vicello, Lichefeldensis, et Perfecto de Castro, Florentine ecclesiarum canonicis. Exponente pridem —.

Executoria pro episcopo Giennensi de mutuo mille et quadringentorum florenorum auri ab Umilcone Ducte et Ricço Galguani, mutuantibus pro se, ac Maso et Galligano Ducte et ceteris eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentinis, contracto.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, X kal. aprilis, anno secundo.

(Laporte du Tueil, fol. 51.)

978 (LXXXXV) Vatican, 18 avril 1296.

Licentia contrahendi mutuum usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum. (fol. 22.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Moisiacensis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIIII kal. maii, anno secundo.

979 (LXXXXVI) Vatican, 27 février 1296.

Unio plebis sancte Innocentie, Senensis diocesis, mense episcopali Senensi. (fol. 22 v°.)

Venerabili fratri Raynaldo episcopo Senensi. Inter cetera —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII kal. martii, anno secundo.

(Potthast, 24293.)

980 (LXXXXVII) Vatican, 4 mars 1296.

Nominatio archiepiscopi Turritani. (fol. 23.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Turritano. In dispensatione ministeriorum —. Olim siquidem Turritana ecclesia per obitum bone memorie Dergotorii archiepiscopi Turritani pastoris solatio destituta, venerabilis frater noster Raynerius episcopus Plonanensis, fuit ad regimen ipsius ab ejusdem ecclesie canonicis in discordia postulatus. —

Repulsa postulatione, Nicolaus IV provisionem ecclesie Turritane sedi apostolice reservavit et interim curam ejus Pandulfo episcopo Pactensi commendavit ad beneplacitum dicte sedis. Revocata dicta commissione, ipse Johannes antea Nicosiensis archiepiscopus ecclesie Turritane preficitur in archiepiscopum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII non. martii, anno secundo.

In eundem modum capitulo ecclesie Turritane.

In e. m. vassallis ecclesie Turritane.

In e. m. universis episcopis suffraganeis ecclesie Turritane.

981 (LXXXXVIII) Vatican, 13 février 1296.

Dispensatio super matrimonio. (fol. 23.)

Dilecto filio Johanni dicto Sevage, militi, ac dilecte in Christo filie Margerite Rollandi de Ostende, uxori ejus, Cantuariensis diocesis. Sedis apostolice providentia —.

Ut possint in contracto matrimonio remanere, quamvis Maria prior dicti Johannis uxor fuerit dicte Margarite quarto consanguinitatis gradu conjuncta.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

982 (LXXXXVIIII) Anagni, 9 septembre 129[6]

Licentia redimendi decimas a manibus laicorum. (fol. 23 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii de Camberone, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis. Devotionis vestre —. Dat. Anagnie, v id. septembris, anno primo.

(Potthast, 24183.)

983 (c) Vatican, 1er mars 1296.

Confirmatio prepositi de Placentia. (fol. 23 v°.)

Dilecto filio Johanni de Lugagnano, preposito ecclesie sancte Marie duodecim apostolorum de Placentia, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Inter sollicitudines —.

Confirmatur in prepositum dicte ecclesie, ad cujus regimen fuerat electus tempore Celestini pape V.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. martii, anno secundo.

In eundem modum capitulo ejusdem ecclesie.

984 (ci) Vatican, 1er mars 1296.

Confirmatio prepositi de Ferraria, Albensis diocesis. (fol. 24.)

Dilecto filio Ruffino dicto Sancto de Asta, preposito monasterii de Ferraria, per prepositum soliti gubernari, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Albensis diocesis. Inter sollicitudines —.

Confirmatur ejus electio in prepositum a conventu dicti monasterii jam tempore Celestini V facta, post cassationem prioris electionis Guillelmi de Sancta Victoria.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. martii, anno secundo.

In eundem modum priori et conventui dicti monasterii.

985 (cii) Vatican, 3 avril 1296.

Confirmatio concordie. (fol. 24 v°.)

Dilectis filiis nobilibus viris Ademario de Pictavia, comiti Valentino, et Hugonecto nato quondam Hugonis Ademarii, domini Montilii Ademarii, Valentine diocesis. Ea que juditio —.

Confirmatur concordia inter predictos, ex una parte, et Philippum de Bernisono, tunc rectorem comitatus Venaysini nomine ecclesie Romane, inita super castris de Garda et de Raco, Tricastrinensis diocesis, nec non super castro Savacie et castro novo Dalmasceno, Valentinensis et Diensis diocesium.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iii non. aprilis, anno secundo.

(Potthast, 24309.)

986 (ciii) Vatican, 2 avril 1296.

Licentia percipiendi fructus in absentia. (fol. 25 v°.)

Dilecto filio Johanni de Vilars, canonico et camerario ecclesie Lugdunensis. Meritis tue probitatis inducimur ut te vita et moribus commendatum favore apostolico prosequamur. Hinc est quod nos obtentu meritorum hujusmodi et consideratione venerabilis fratris nostri H. archiepiscopi Lugdunensis, cujus nepos existis, — auctoritate tibi presentium indulgemus ut scholasticis disciplinis, ubi studium vigeat generale, vel ejusdem archiepiscopi insistens obsequiis, fructus, redditus et proventus canonicatus et camerarie tuorum seu officii camerarie ecclesie Lugdunensis per sex annos — percipere valeas. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, iiii non. aprilis, anno secundo.

(Laporte du Theil, fol. 53.)

987 (ciiii) Vatican, 4 février 1296.

Nominatio episcopi Reatini. (fol. 25 v°.)

Venerabili fratri Berardo episcopo Reatino. Romani pontificis —.

De Anconitano episcopatu transfertur ad Reatinum, renuntiatione fratris Nicholai, Cisterciensis ordinis professoris, vacantem.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, ii non. februarii, anno secundo.

In eundem modum capitulo ecclesie Reatine.
In e. m. clero civitatis et diocesis Reatine.
In e. m. populo civitatis et diocesis Reatine.

(Cf. Potthast, 24278 a.)

988 (cv) Vatican, 20 février 1296.

De possessione prebende in ecclesia Ferrariensi. (fol. 25.)

Dilectis filiis Bonifatio de Loliano, Bononiensis, et Andalo de Contrariis, Ferrariensis ecclesiarum canonicis. Sua nobis dilectus filius Raynaldus de Reate, canonicus ecclesie Ferrariensis, conquestione monstravit quod licet ipse quandam prebendam vacantem per mortem quondam Johannini ejusdem ecclesie canonici auctoritate lit-

terarum felicis recordationis Nicolai pape IIII[ti], predecessoris nostri, fuisset canonice assecutus, — tamen Petrus de Ferraria, mansionarius ecclesie Bononiensis, fultus potentia nobilis viri.. marchionis Estensis, dictum Raynaldum eadem prebenda contra justitiam spoliavit. —

Ut prefatum Petrum ad restitutionem inducant, alioquin eum ad curiam infra unum mensem citare curent.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. martii, anno secundo.

989 (CVI) Vatican, 4 février 1296.

Exemptio a decima regi Sicilie concessa. (fol. 26.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancti Sabe de Urbe, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Sincere devotionis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, II non. februarii, anno secundo.

990 (CVI *bis*) Vatican, 13 février 1296.

Licentia retinendi abbatiam cum episcopatu. (fol. 26.)

Dilecto filio Petro electo Giennensi. Meritis tue devotionis —. Cum itaque Giennensis ecclesia, cui tunc vacanti tuis exigentibus meritis te prefecimus in pastorem, a Saracenorum incursibus in suis facultatibus lesiones multiplices substineat, — tibi — indulgemus ut abbatiam secularis ecclesie sancti Michaelis de Transmuris, Bracharensis diocesis, curam animarum habentem, quam promotionis tue tempore, prout asseris, canonice obtinebas, ac ejus fructus, redditus et proventus cum episcopatu Giennensi possis usque ad triennium licite retinere. — Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

991 (CVII) Vatican, 13 avril 1296.

Confirmatio permutationis. (fol. 26 v°.)

Dilectis filiis .. generali ceterisque prioribus et fratribus ordinis sancti Guillelmi. Cum a nobis petitur —.

Confirmatur quedam permutatio facta inter dictos fratres et F. tunc Urbevetanum, nunc Florentinum episcopum.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

992 (CVIII) Vatican, 1er mai 1296.

Executoria super mutuo contracto. (fol. 26 v°.)

Dilectis filiis .. priori basilice principis apostolorum de Urbe ac .. preposito Maguntine ac magistro Guillelmo de Atrebato, archidiacono Leodiensis ecclesiarum. Exponente pridem nobis venerabili fratre nostro Guillelmo episcopo Trajectensi — ac supplicante ut usque ad summam quatuor milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis etc. ut in forma, usque auxilio et exceptionibus eisdem a dilectis filiis Petro Juliani Porcarii et Petrutio Andree Vezoli, sociis, civibus et mercatoribus Romanis, pro necessariis et negotiis eisdem mutuo receperit centum libras turonensium grossorum, — nos de expresso consensu etc. ut in forma usque in finem. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, kal. maii, anno secundo.

993 (CVIIII) Vatican, 22 avril 1296.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 26 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Paduano. Tue fraternitatis sinceritas —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, x kal. maii, anno secundo.

994 (CX) Vatican, 22 avril 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 26 v°.)

Eidem. Quia presentis vite —. Dat. ut supra.

995 (CXI) Vatican, 25 janvier 1296.

« Quod possit facere reconciliari cimiteria et ecclesias per alium. » (fol. 26 v°.)

Venerabili fratri Egidio archiepiscopo Narbonensi. Exigentibus tue devotionis meritis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno secundo.

(LAPORTE DU THEIL, fol. 55.)

996 (CXII) Vatican, 10 mars 1296.

Licentia dispensandi super matrimonio. (fol. 27.)

Venerabili fratri .. episcopo Urgellensi. Sedis apostolice —.

Ut, inquisita veritate, nobili viro Bernardo Guillelmi de Porcella et nobili mulieri Sibilie nate quondam nobilis viri Gauceradi (*sic*) de Pinos licentiam det in contracto matrimonio re-

manendi, quamvis dicta Sibilia quondam Blancam de Fonolleto, priorem dicti Bernardi uxorem, quarta consanguinitatis linea contingat.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, vi id. martii, anno secundo.

997 (CXIII) Vatican, 10 février 1296.

Indulgentia pro reedificatione ecclesie Florentine cathedralis. (fol. 27.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Florentinis. Vestre meritis devotionis —. Cum itaque, sicut asseritis, ecclesiam vestram Florentinam nimia vetustate collapsam de novo edificare ceperitis opere plurimum sumptuoso et ad ipsius consummationem operis alienum suffragium sit vobis non modicum oportunum, —.

Ut possint de usuris, rapinis et ceteris male acquisitis usque ad summam trium milium florenorum auri recipere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, IIII id. februarii, anno secundo.

998 (CXIIII) Vatican, 6 avril 1296.

Licentia confiscandi feuda ecclesiastica. (fol. 27 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Trajectensi. Attendens eximie devotionis affectum —.

Ut feuda ecclesie Trajectensis, quorum homagium ei denegabitur, possit libere aliis concedere.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII id. aprilis, anno secundo.

999 (CXV) Vatican, 5 avril 1296.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 27 v°.)

Eidem. Desideriis tuis —. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, non. aprilis, anno secundo.

1000 (CXVI) Vatican, 5 avril 1296.

Licentia absolvendi clericos. (fol. 27 v°.)

Eidem. Tua nobis fraternitas —.

Ut possit clericos suos ab excommunicationis sententia et ab irregularitate absolvere.

Dat. ut supra.

1001 (CXVII) Vatican, 5 avril 1296.

Contra sacerdotes filiabus suis bona ecclesiastica relinquentes. (fol. 27 v°.)

Eidem. Nuper nobis te significante innotuit quod in locis quam pluribus diocesis Trajectensis nefarius et detestabilis inolevit abusus, videlicet quod sacerdotes locorum ipsorum parrochiales et alias etiam ecclesias obtinentes bona et possessiones ecclesiarum ipsarum dividere ac ea divisa filiis et filiabus eorum erogare presumunt et, quod etiam orribilius est auditu, sacerdotes ipsi pluries prelibatas ecclesias clericis predictas filias juxta illarum consuetudinem partium ducentibus in uxores quas de concubinis sibi juramento confederatis illicito publiceque detentis Dei timore postposito genuerunt ausu dampnabili relinquere non verentur, in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, super quo apostolice sedis oportunum adhiberi remedium implorasti. —

Ut possit bona predicta ad proprietatem ecclesiarum revocare.

Dat. ut supra.

1002 (CXVIII) Vatican, 9 avril 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 27 v°.)

Eidem. Quia presentis vite —. Dat. Rome, apud sanctum, v id. aprilis, anno secundo.

1003 (CXVIII) Vatican, 6 avril 1296.

Pro clero Trajectensi a laicis offenso. (fol. 27 v°.)

Dilectis filiis sancti Michaelis Antwerpiensis et de Midleborch monasteriorum abbatibus ac .. decano ecclesie de Antwerpia, Cameracensis et Trajectensis diocesium. Ex parte dilectorum filiorum capituli et cleri Trajectensium nuper nobis extitit intimatum quod cives Trajectenses sequentes proprie voluntatis arbitrium ac libertatem ecclesiasticam ledere ac offendere multipliciter non verentes, predictos capitulum et clerum non sine multa temeritate compellunt eorum municipalibus legibus subjacere, in quibus inter ceteras presumptiones dampnabiles continetur quod capitulum et clerus predicti pedagia et tholonearias exactiones solvere teneantur et quod eorum vinum vendant secundum ordinationem civium predictorum quodque prefatum capitulum in solo proprio construere non presumant vel in eo constructa edificia reparare. —

Ut capitulum et clerum denuntient ad predicta non teneri et dictos cives compellant ut clerum molestare desistant.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, VIII id. aprilis, anno secundo.

1004 (CXX) Vatican, 9 avril 1296.

Indulgentia pro ecclesia Trajectensi. (fol. 28.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet Is —.

Indulgentia pro ecclesia Trajectensi in honore sancti Martini constructa unius anni et quadraginta dierum in ipsius sancti Martini et Nativitatis ac Ascensionis dominice necnon et Pentecosten ac etiam in singulis beate Marie virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes ac in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesie.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, V id. aprilis, anno secundo.

1005 (CXXI) Vatican, 22 avril 1296.

Licentia Johanni episcopo Paduano. (fol. 28.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Paduano. Personam tuam —.

Ut officium Predicatorum, cujus professor existit, dicere valeat in secreto.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. maii, anno secundo.

1006 (CXXII) Vatican, 6 mai 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 28.)

Venerabili fratri episcopo Baiocensi. Quia presentis vite conditio etc. usque desideras pervenire —.

Ut libere testari valeat de bonis suis et de bonis mobilibus ecclesiasticis sue dispensationi seu administrationi commissis et que non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum sibi commissarum, et juxta quantitatem residui erga ecclesias se liberalem exhibeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. maii, anno secundo.

1007 (CXXIII) Vatican, 5 février 1296.

« Abbati monasterii S. Dyonisii Mediolanensis, quod confirmet electionem cujusdam prepositure. » (fol. 28.)

Dilecto filio .. abbati monasterii sancti Dionisii Mediolanensis diocesis. Petitio dilecti filii Leonis canonici ecclesie de Gripio Mediolanensis diocesis nobis exhibita continebat quod, vacante olim prepositura ipsius ecclesie per mortem quondam Venture de Nigarda, ejusdem ecclesie prepositi, major et sanior pars capituli dicte ecclesie ad quod in ea electio prepositi pertinere dicitur eumdem Leonem in prepositum dicte Ecclesie canonice eligere procuravit, minore parte ipsius capituli quondam Bonifatium de Sarlina prepositum ecclesie sancte Tecle Mediolanensis ad prepositum dicte ecclesie de Tripio (*sic*) eligente —.

Cum, mortis dicti Bonifacii causa, eadem ecclesia de Gripio per octo annis et amplius vacaverit, dictus Leo in prepositum confirmari possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. februarii, anno secundo.

1008 (CXXIIII) Vatican, 24 avril 1296.

Licentia Egidio archiepiscopo Narbonensi concessa. (fol. 28 verso.)

Venerabili fratri Egidio archiepiscopo Narbonensi. Devotionis tue precibus —.

Quod possit celebrare et facere celebrari super altari portatili.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii anno secundo.

1009 (CXXV) Vatican, 9 janvier 1296.

Mandatum episcopo Liciensi ut Hectori, se gerenti episcopum Castrensem, « interdicat omne genus alienationis. » (fol. 28 v°.)

Venerabili fratri episcopo Liciensi. Ad audientiam nostram pervenit quod olim ecclesia Castrensi per obitum bone memorie Pegrini episcopi Castrensis pastoris regimine destituta, Hector quondam canonicus ecclesie Idrontinensis qui pro episcopo Castrensi se gerit per secularis potestatis abusum — in dicta Castrensi ecclesia temere se intrusit et administrationi bonorum dicte Castrensis ecclesie, quanquam intollerabilem pateretur in litteratura defectum, ausu temerario se ingessit. Cumque id ad audientiam venerabilis fratris nostri J. archiepiscopi Idrontinensis [loci metropolitani clamosa fuisset insinuatione prelatum, idem archiepiscopus volens — super premissis scire plenius veritatem contra dictum Hectorem,

ad inquirendum super premissis metropolitana auctoritate descendit, et — ipsum ab administratione bonorum spiritualium et temporalium ejusdem Ecclesie Castrensis, justicia exigente, suspendit.

Cum dictus Rector, post suspensionem, nonnulla bona ecclesie tam mobilia quam immobilia alienaverit, hec Liciensis episcopus ad proprietatem ecclesie revocet.

Proviso ne aliquis auctoritate extra Liciensem et Castrensem civitates et dioceses ad judicium evocetur nec procedatur in aliquo contra eum —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iv id. januarii, anno secundo.

1010 (cxxvi) Vatican, 28 janvier 1296.

Licentia retinendi decanatum et custodiam. (fol. 28 v°.)

Dilecto filio Humberto decano ecclesie Claromontensis. Libenter illos —.

Ut possit retinere cum decanatu predicto custodiam ecclesie sancti Stephani Lugdunensis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

1011 (cxxvii) Vatican, 29 février 1296.

« Quod episcopus Viterbiensis possit quasdam terrulas permutare ». (fol. 28 v° et 29.)

Dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum ordinis Viterbiensibus. Exposuit nobis —.

Ut concedant Petro Viterbiensi et Tuscanensi episcopo licentiam vendendi et permutandi quasdam possessiones ad mensam suam spectantes.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii kal. martii, anno secundo.

(Potthast, 24294.)

1012 (cxxviii) Vatican, 12 février 1296.

Licentia retinendi elemosinas. (fol. 29 v°.)

Dilectis filiis generali et prioribus ac fratribus ordinis sancti Guillelmi. Ordinem vestrum —.

Ut libere suscipere et licite retinere valeant omnia que ad ecclesias et oratoria eorum, intuitu pietatis, offerantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii id. februarii, anno secundo.

1013 (cxxviiii) Vatican, 26 avril 1296.

« Andree episcopo Avenionensi, quod restituat quemdam clericum pristine libertati. » (fol. 29.)

Venerabili fratri Andree episcopo Avenionensi. Quanto majorem —. Nuper si quidem ad audientiam nostram pervenit quod tu ad occupationem bonorum dilecti filii magistri Petri de Malaspina Massiliensis canonici prioris ecclesie secularis sancti Laurentii de Arboribus tue diocesis—processisti, bona ipsa quorum valentia (*sic*) prout fidedigna testatur assertio decemmilium librarum Turonensium parvorum summam excedere noscebatur, — eo et familiaribus suis a loco in quo ipsa bona consistebant absentibus, temere occupando. Nec hiis contentus sed acrius seviens in eundem, — priorem ipsum ausu capi nefario cumque in quodam tuo fortalitio, ut patrie verbis utamur, fecisti — detrudi, qui adhuc ibi sub custodia detinetur, ita quod extunc, quasi sublatus de medio, videri non potuit ab ejus consanguineis et amicis. Et quanquam prefati prioris nomine ad apostolicam sedem extitit appellatum, tu tamen, hujusmodi appellatione contenta, quod pontificalem non decuit honestatem, adversus priorem eundem ad inquisitionem pro tue voluntatis procedere libito curavisti, ac eum, non facta sibi, licet petita, frequentius inquisitionis copia supradicte, in amissionem bonorum et beneficiorum suorum contra justiciam finaliter condempnasti, beneficia ipsa certis personis de facto postmodum conferendo. A qua utique condempnatione sive sententia dictus prior et etiam nonnulli proxima sibi consanguinitate conjuncti, quam cito ad eorum pervenit notitia, ad predictam sedem vocem appellationis, ut dicitur, emiserunt. At tu appellationi hujusmodi minime deferens ipsum libertati restituere non curasti —.

Injungitur ut dictum priorem pristine libertati restituat et omnia bona ablata cum integritate reddat.

Alioquin abbati monasterii de Saono, priori de Cetasio Valentinensis et Vivariensis diocesium, ac Guidoni dicto Septem, scriptori nostro, canonico ecclesie sancti Thimotei (*sic*) Remensis — injungimus ut ipsi— te ad ea, auctoritate nostra, sublato appellationis diffugio, compellere non omittant, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii kal. maii, anno secundo.

In eundem modum dictis abbati, priori et canonico. Ut procedant contra dictum episcopum, mittant ad presentiam pape priorem libertati restitutum, aut, si mortuus fuerit, bona et beneficia ejus sibimetipsis assignari faciant. Episcopus vero, si infra quindecim dies non obedierit, citetur infra bimestris temporis spatium in presentia pape.

Dat. ut supra.

1014 (CXXX) Vatican, 21 février 1296.

Licentia concedendi dispensationem matrimonii. (fol. 29 verso.)

Dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum ordinum Pisanis. Oblata nobis —.

Ut, non obstante Vicarii bone memorie Pisani archiepiscopi in adversum sententia, cum Tondellino comite de Sangolanda et Sophia ejus uxore super matrimonio dispensent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. martii, anno secundo.

(POTTHAST, 24289.)

1015 (CXXXI) Vatican, 9 avril 1296.

Dispensatio super defectu etatis. (fol. 29 v°.)

Dilecto filio Giptio dicto Soczio clerico Perusano. — Ex laudabilibus juventutis tue studiis —.

Ex precibus nobilis viri Ranaldi Tancredi civis Perusani ei conceditur ut, licet minores solum receperit ordines nec vicesimum annum exegerit, ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, libere recipere et retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. aprilis, anno secundo.

1016 (CXXXII) Vatican, 21 février 1296.

Auctoritas dispensandi cum nonnullis clericis. (fol. 29 v°.)

Venerabili fratri episcopo Ripensi. Ad audientiam nostram —.

Ut cum nonnullis clericis ejusdem diocesis, beneficia ecclesiastica contra generalis concilii statuta retinentibus, dispenset, et eis, dimittentibus ecclesias sic obtentas, remittantur fructus et redditus percepti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. martii, anno secundo.

1017 (CXXXIII) Vatican, 13 février 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 30.)

Venerabili fratri episcopo Herbipolensi. Exposuit nobis dilectus filius Burcardus Conradi de Monte ferarum, canonicus ecclesie secularis sancti Johannis novi monasterii Herbipolensis —.

Ut, defectu natalium non obstante, idem Burcardus habere beneficia et ad ecclesiasticas dignitates assumi possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

1018 (CXXXIIII) Vatican, 28 janvier 1296.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 30.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, comitisse Marchie et Engolisme. Devotionis tue —.

Quod, quem voluerit, possit eligere confessorem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

1019 (CXXXV) Vatican, 28 janvier 1296.

Eadem licentia. (fol. 30.)

Dilecto filio nobili viro Hugoni Bruni, comiti Marchie et Engolisme. Benigno tibi —

Quod, quem voluerit, possit eligere confessorem.

Dat. ut supra.

1020 (CXXXVI) Vatican, 22 avril 1296.

« Executoria de mutuo contrahendo pro Johanne episcopo Paduano. » (fol. 30.)

Dilectis filiis abbati monasterii Sancte Marie et priori Sancti Apolenaris (sic) Florentinorum, ac magistro Raynerio de Vichio, canonico Lichefeldensi, in Romana curia commoranti. Exponente pridem nobis venerabili fratre nostro Johanne episcopo Paduano quod — magna expensa subire oportebat —.

Ut possit usque ad summam trium millium et quingentorum florenorum auri mutuum contrahere a Donato Lamberti de Lantella, suo nomine et Masi Johannis Bankelli, fratrum et filiorum dicti Lamberti, Guidonis Compagni, Francisci Guidonis, Becci ejus filius, Tanutii et Moretti fratrum dicti Francisci Guidonis, de societate Masi predicti de Lantellis, civibus et mercatoribus Florentinis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. maii, anno secundo.

1021 (CXXXVII) Vatican, 16 avril 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 30.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Paduano. Cum sicut in nostra —.

Ut possit supradictum trium millium et quingentorum florenorum auri contrahere mutuum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xvi kal. maii, anno secundo.

1022 (cxxxviii) Vatican, 9 mai 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 30.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Aniciensi. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus —.

Ut quingentorum librarum turonensium parvorum mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, vii id. maii, anno secundo.

In eundem modum et pro eodem. Ut possit mutuum mille librarum turonensium parvorum contrahere.

Dat. ut supra.

1023 (cxxxviiii) Vatican, 9 mai 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 30 v°.)

Venerabili filio Guidoni episcopo Xantonensi (*sic*). Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus —.

Ut mutuum trium milium florenorum auri contrahere possit.

Dat. ut supra.

1024 (cxl) Vatican, 9 mai 1296.

« Executoria de mutuo contrahendo pro abbate monasterii Moisiacensis. » (fol. 30.)

Dilectis filiis preposito ecclesie Pistoriensis, et Parisiensi ac Nemausensi officialibus. Exponente pridem nobis —.

Conceditur Guillemo abbati monasterii Moisiacensis Caturcensis diocesis ut a Baldo Raynerii, mutuante pro se ac Clarentino et Lanfranco Anselmi, Merguliese et Johanne Brachii, Pucio Raynerii, Raynerio et Morziano Fioravantis, Bonino et Rodulfo Girardini, Andrea Merguliesii, Danato Bartholomei, Symone Anselmi, Bonnillano Luccetti, Conrado Gaȳ, Bertino Roanne Fortebrachii ac Micho Caccialconis, et ceteris eorum sociis de societate Clarentini, civibus et mercatoribus Pistoriensibus, mutuum trium milium librarum turonensium parvorum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iiii non. maii, anno secundo.

Similis facta fuit eidem sub data, viii id. maii, anno secundo.

1025 (cxli) Vatican, 9 février 1296.

Auctoritas dispensandi cum Hugone abbate monasterii de Bonavalle super defectu natalium. (fol. 30 v°.)

Dilecto filio abbati monasterii de Castellarii (*sic*) *Pictavensis diocesis.* Petitio dilecti filii Hugonis abbatis monasterii de Bonavalle —.

Ut, non obstante defectu natalium, ejusdem Hugonis in abbatem monasterii de Bonavalle electio confirmetur.

Dat. apud Sanctum Petrum, v id. februarii, anno secundo.

1026 (clxii) Vatican, 31 mars 1296.

Dispensatio super quodam delicto. (fol. 30 v°.)

Dilecto filio Ancelino de Balma, presbytero, monacho Cluniacensis ordinis. Exhibita nobis tua petitio continebat quod cum quondam Petrus Guiers, diaconus olim dum viveret, destrueret quedam fossata prioratus de Nantolio ejusdem ordinis Meldensis diocesis, capiendo ibi terram in predicti prioratus prejuditium et gravamen, tu, dicti prioratus tum prepositus, accessisti ad fossata predicta ut jura predicti defenderes prioratus, et prefatum diaconum, prout tibi ex commisso ut asseris incumbebat officio, pignorares. Idem vero diaconus te bis cum ferro usque ad effusionem sanguinis vulneravit, tuque, hujusmodi occasione vulnerum furoris spiritu inflammatus, statim de quodam cultello duobus itibus (*sic*) eundem diaconum vulnerasti; quorum occasione vulnerum dictus diaconus post dies aliquos expiravit. —

Cum in primis a M. Portuensi episcopo, tunc tituli sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, fuerit pro eo intercessum et dispensatum ut, in minoribus duntaxat ordinibus, dictus Ancelinus ministrare possit, nunc auctoritate apostolica conceditur ut, non obstante supradicto delicto, prioratus non conventuales et administrationes predicti Cluniacensis ordinis obtinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii kal. aprilis, anno secundo.

1027 (clxiii) Vatican, 16 février 1296.

Licentia servandi « officium quod servatur in ecclesia Parisiensi. » (fol. 31.)

Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie de castro Tornodori de novo constructi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis diocesis. Pia nos excitat —. Consideratione carissime in Christo filie nostre Margarete regine Sicilie illustris, vidue relicte clare memorie C. regis Sicilie, qui hospitale prefatum fundasse ac dotasse scitur —.

Indulgetur ut in eodem hospitali et ipsius oratorio divinum officium quod habetur in usu in ecclesia Parisiensi in perpetuum habeatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. martii, anno secundo.

1028 (CXLIIII) Anagni, 21 juillet 1295.

Assignatio fratribus S. Johannis Jerosolimitani facta de domibus fratrum Penitentie in civitatibus Terrascona et Massilia. (fol. 31.)

Venerabili fratri episcopo Carpentoractensi [1]. Illa quantum cum Deo —.

Ex parte prioris et fratrum Sancti Johannis Jerosolimitani de sancto Egidio in Provincia,

Fuit propositum coram nobis quod de Francia, Anglia, Alamagnia et Alvernia fratribus ipsius ordinis volentibus ad partes ultramarinas accedere et exinde remeare, villa de Terrascona Avinionensis (*sic*) diocesis adeo extitit abilis quod dicti fratres, transfretare volentes, ad ipsam accedere quasi necessario compelluntur. Quare ipsi in dicta villa sibi desiderant de loco eis acomodo (*sic*) provideri. —

Ut priori et fratribus eisdem domum fratrum Penitentie Jesu Christi, cum ecclesia, orto et pertinentis suis, in dicta villa existentem, sub conditione impendendi fratribus Penitentie Jesu Christi vite necessaria, assignari procuret.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo.

In e. m. *priori de sancto Genesio Arelatensis diocesis.* Illa quantum cum Deo possumus *usque* remeare. Civitas Massiliensis adeo exstitit abilis *etc. usque* compelluntur: Quare in civitate sibi desiderant *etc. usque in fine.* Dat. ut supra.

1029 (CXLV) Vatican, 24 avril 1296.

Nominatio electi Urbevetani. (fol. 31.)

Dilecto filio Leonardo electo Urbevetano. Pastoralis officii —.

1. *Ms.* Carpenteracensi.

Francisco episcopo Urbevetano ad ecclesiam Florentinam translato, provisio Urbevetane ecclesie ea vice apostolice sedis dispositioni reservatur et ad ejus regimen prefertur dictus Leonardus, Barrensis archidiaconus in ecclesia Lingonensi, pape capellanus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis archipresbytero et capitulo ecclesie Urbevetane.*

In e. m. *dilectis filiis clero civitatis et diocesis Urbevetane.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Urbevetane.*

In e. m. *universis vassallis ecclesie Urbevetane.*

1030 (CXLVI) Vatican, 25 janvier 1296.

Privilegium concessum archiepiscopo Narbonensi. (fol. 31 verso.)

Venerabili fratri E. archiepiscopo Narbonensi. Personam tuam —.

Ut incedens per provinciam suam possit dedicare basilicas, consecrare virgines etc., et impendere sacramenta que sunt solis pontificibus reservata.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno secundo.

1031 (CXLVII) Vatican, 24 avril 1296.

Commissio ad statuendum numerum monialium in monasterio Fontis Ebraudi. (fol. 31 v°.)

Dilecto filio episcopo Nivernensi. Ex parte dilecte in Christo filie abbatisse monasterii Fontis Ebraudi—, Pictavensis diocesis, nobis extitit intimatum quod monasterium ipsum — est in suis facultatibus usque ad valorem annuum trium milium librarum parvorum turonensium diminutum, et alias in receptionibus quamplurium monialium nimium pregravatum. —

Ut monialium numerum, facultatibus congruentem, statuat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

1032 (CXLVIII) Vatican, 26 mars 1296.

Mandatum episcopo Liciensi ut « interdicat administrationem ecclesie Castrensis Ilectori—. » (fol. 32.)

Venerabili fratri episcopo Liciensi [1]. Ad audientiam nostram pervenit quod, olim ecclesia Castrensis pastoris regimine destituta, quidam ex canonicis ejusdem ecclesie Johannem de Parisius clericum in Castrensem episcopum elegerunt, ac capitulum ecclesie Idrontine, ipsi ecclesie Castrensi metropolitane, tum eadem ecclesia Idrontina regimine archiepiscopi destituta, presentatam sibi electionem hujusmodi confirmavit. Cumque dictus Johannes ab eadem ecclesia Castrensi per potentiam quondam nobilis viri Narzonis de Turriaco, regis Sicilie amirati, tunc viventis, violenter ejectus fuisset, Hector canonicus Idrontinus, clericus et familiaris ejusdem nobilis, ad predictam ecclesiam — ; — procuravit — quod idem Johannes renuntiavit juri, si quod sibi in dicta Castrensi competebat, et quod postmodum dictus Hector ad ipsius regimen electus extitit —.

Dictus Hector canonicus a Jacobo archiepiscopo Idrontino, de consilio dicti capituli ecclesie Idrontine ac suffraganeorum suorum, suspensus, et citatus ut ad Romanam curiam compareret, ab hujusmodi processu appellavit, sed non dubitans vassallos ecclesie Castrensis talliis et collectis aggravare, et latorem litterarum ab archiepiscopo ad papam super hoc directarum capere,

— Necnon domum quondam Nicolai dicti de Mauro, tabellionis, qui acta dicte inquisitionis scripserat, nocturno tempore accedens cum multitudine armatorum, eundem tabellionem immaniter interfecit, uxori dicti tabellionis pluribus plagis letalibus crudeliter irrogatis —.

Ut infra mensis unius spatium post citationem in curia compareat, et de administratione omnino excludatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. aprilis, anno secundo.

1033 (CXLVIIII) Vatican, 16 février 1296.

« Citatio preceptoris et fratrum hospitalis S. Johannis Jerosolimitani » quorumdam « in causa quam habent cum G. episcopo Pictavensi. » (fol. 32.)

Dilectis filiis Guillelmo de Cipra, Sancti Frontonis[2] *Petragoricensis, et Johanni de Brugis Sancte Radegundie Pictavensis, et Gaufrido Modici sancte Marie de Mortuo monasterio Pictavensis diocesium ecclesiarum canonicis.* Significavit nobis —.

Ut preceptor et fratres hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ville de Pleicorant, in dicta villa et locis adjacentibus sitis in castellania et districtu castri de Englia ad ecclesiam Pictavensem spectantis, que ad episcoporum pertinere noscantur, usurpare justitiam, furcas ad puniendum malefactores erigere, pedagia levare et habitatores dicte ville ad interdictum per episcopum promulgatum violandum compellere abstineant, atque infra duos menses post citationem preceptor personaliter et fratres per procuratorem ydoneum se apostolico conspectui representent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. martii, anno secundo.

1034 (CL) Vatican, 16 février 1296.

Citatio Gaufridi de Valeia pro castro de Englia. (fol. 32 v°.)

Eisdem. Sua nobis venerabilis frater noster —.

Ut Gaufridus de Valeia qui castrum de Englia et castellaniam ipsius castri ad ecclesiam Pictavensem spectantia, occupavit, redditus eorumdem percepit, bona mobilia quedam episcopi asportavit, et subditos in eodem castro manentes carceri mancipari fecit, infra duos menses post citationem ad curiam personaliter compareat.

Dat. ut supra.

1035 (CLI) Vatican, 7 mars 1296.

Collatio canonicatus in ecclesia Parisiensi. (fol. 32 v°.)

Dilecto filio Petro de Gressibus canonico et cantori ecclesie Parisiensis. Apostolice sedis benignitas —.

De canonicatu, cantoria et prebenda, quos Dyonisius de Phalesia (*sic*), electus Cenomanensis, quondam tenebat in ecclesia Parisiensi, collationi sedis apostolice reservandis, ei providetur, et de ipsis Petrus Ispanus, camere apostolice clericus, canonicus Carnotensis, nomine prefati canonici presentialiter investitur.

Non obstantibus quod nondum effluxum tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum, aut quibuslibet aliis statutis et consuetudinibus ipsius Parisiensis ecclesie contrariis, juramento, confirmatione sedis apostolice seu quacumque firmitate alia roboratis, sive si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem Parisiensi ecclesia in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus faciendis aliquibus de dignitatibus et personatibus in eadem Parisiensi ecclesia specialiter, vel in illis partibus generaliter, predicte sedis vel legatorum ejus littere sint directe —, vel si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius Parisiensis ecclesie solitum juramentum, dummodo in absentia tua

1. Cf. n° 1009, *eidem*.
2. *Ms :* Flontonis.

per procuratorem ydoneum et, cum ad eandem ecclesiam Parisiensem perveneris personaliter, illud prestes, seuque in Carnotensi cancellaria et in eadem ac Autisiodorensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. martii, anno secundo.

1036 (CLII) Vatican, 13 avril 1296.

Licentia. (fol. 33.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Nivernensi. Volentes tuam honorare —.

Ut possit duabus personis officium tabellionatus conferre.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

1037 (CLIII) Vatican, 30 mars 1296.

Licentia. (fol. 33.)

Eidem. Quia presentis vite —.

Ut possit condere testamentum ut supra in bulla que dirigitur episcopo Baiocensi, capitulo CXXII.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. aprilis, anno secundo.

1038 (CLIIII) Vatican, 30 mars 1296.

Dispensatio visitandi limina Apostolorum. (fol. 33.)

Eidem. Nuper te apud sedem apostolicam constitutum —.

A juramento Apostolorum limina singulis bienniis visitandi, licet ecclesia sua jurisdictioni archiepiscopi Senonensis jure metropolitico sit subjecta, absolvitur.

Dat. ut supra.

1039 (CLV) Vatican, 13 avril 1296.

Dispensatio residentie pro sex clericis. (fol. 33.)

Eidem. Volentes tuam —.

Ut sex clerici suis obsequiis insistentes, redditus beneficiorum suorum cum ea integritate per triennium percipere valeant, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent personaliter residerent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

1040 (CLVI) Vatican, 31 janvier 1296.

« Quedam ordinatio in ecclesia Albiensi. » (fol. 33 v°)

Ad perpetuam rei memoriam. Ingens assidua —.

Cum Nicolaus papa secundus R. Ruthenensi et S. Mimatensi episcopis et P. abbati Tutellensi Lemovicensis diocesis munus conveniendi apud ecclesiam Albiensem ordinis sancti Augustini commisit, ut super mutatione canonicorum regularium in seculares, a preposito et capitulo ejusdem ecclesie petita, et super facultatibus ejusdem ecclesie statuerent, nec tamen effectum adhuc negotium suscepit, inhibetur ne prepositus, capitulum, seu canonici ejusdem Albiensis ecclesie ad quos canonicorum receptio pertinet, ad aliquam receptionem seu provisionem vel quamcumque dispositionem canonicorum in ecclesia ipsa procedant absque mandato apostolice sedis speciali.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis abbati monasterii Sancti Pontii de Thomeriis et .. sacriste ac .. precentori ecclesie Lodovensis.* — Dat. ut supra.

1041 (CLVII) Vatican, 6 avril 1296.

Facultas excommunicandi quosdam concessa. (fol. 34.)

Venerabili fratri Willelmo episcopo Trajectensi. Exposite nobis —.

Ut excommunicare possit quosdam vassallos debitis servitiis respondere et homagium prestare nolentes.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. aprilis, anno secundo.

1042 (CLVIII) Vatican, 9 avril 1296.

Necessitas servandi ab omnibus interdicti. (fol. 34.)

Eidem. Nuper ad nostram —.

Ut, non obstantibus privilegiis et indulgentiis quibuscumque ab omnibus personis ecclesiasticis tam secularibus quam religiosis impetratis, servetur interdictum in civitate et diocesi Trajectensi ab auctoritate ordinaria promulgatum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V id. aprilis, anno secundo.

1043 (CLIX) Vatican, 9 avril 1296.

Contra usurarios. (fol. 34.)

Eidem. Habet fidedigna —.

Ne ullo clerico diocesis Trajectensis liceat, pretextu privilegii apostolici non obstante, usurarios et excommunicatos in ecclesiis vel cimiteriis tumulare.

Dat. ut supra.

1044 (CLX) Vatican, 22 avril 1296.

Committitur « custodia cujusdam abbatie. » (fol. 34 v°.)

Venerabili fratri Gentili archiepiscopo Regino, [*custodi*] *ecclesie sancti Johannis in Venere ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Theatinensis diocesis.* Suscepti cura —. Nos attendentes quod occasione guerrarum ingruentium in partibus Calabrie, cujus pars non modica per inimicos ecclesie dinoscitur occupata, et fere omnibus proventibus archiepiscopalibus et bonis aliis Regine ecclesie destitutus —, — curam, custodiam et regimen dicti monasterii, bonorum et jurium ejus in spiritualibus et temporalibus gerendorum a te usque ad dicte sedis beneplacitum — duximus committenda. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis conventui ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis universis vassallis monasterii supradicti.* — Dat. ut supra.

1045 (CLX) Vatican, 21 février 1296.

Dispensatio contracto matrimonio super. (fol. 34 v°.)

Venerabili fratri archiepiscopo Bituricensi. —

Ut Radulpho de Bangiaco et Aelipidi ejus uxori, qui, licet consanguinitatis vinculo juncti, matrimonium contraxerunt et per tredecim annos insimul habitaverunt, in dicto matrimonio licite remanere concedat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. martii, anno secundo.

1046 (CLXI) Vatican, 24 avril 1296.

Guidonis « translatio de ecclesia Aniciensi in ecclesiam Xanctonensem. » (fol. 34 v°.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Xanctonensi. Pastoralis officii debitum —. Sane dudum ecclesia Xanctonensi per obitum bone memorie Ranulphi Xanctonensis episcopi pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie, vocatis omnibus qui voluerunt et potuerunt comode interesse pro substitutione novi pastoris, in hujusmodi electionis negotio per viam scrutinii procedentes, duos scrutatores, magistrum videlicet Yterium Johannis et Guillelmum de Domino, canonicos ejusdem ecclesie, assumpserunt, qui, suis et aliorum canonicorum votis secreto et singillatim exquisitis, et eis publicatis illico in comuni, — compertum extitit quod novem ex canonicis ecclesie predicte, qui omnes erant decem et septem numero, consenserunt in magistrum Hugonem Vigerii, ecclesie prefate canonicum, qui, sue voci renuntians in prefato scrutinio, neminem voluit nominare, reliquis septem in diversos dividentibus vota sua. Prefatus vero Guillelmus, vice sua et illorum qui in dictum H. consenserant, collatione facta numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, adhibitis etiam sollempnitatibus qui in electionibus requiruntur, eumdem H. elegit, per prefatos septem electione nulla secuta; idemque Hugo infra tempus a jure statutum hujusmodi electioni de se facte consensit. Preorto negotio electionis hujusmodi per appellationem Ademari de Baynaco, ecclesie prefate canonico, qui se contra eundem electum et illius electionem ex certis causis opposuit, ad sedem apostolicam legitime devoluto, prefatus electus in nostra presentia constitutus, serie facti proposita coram nobis, dictam electionem de se factam humiliter petiit confirmari. Tandem vero altrisecus aliquandiu inter partes in presentia nostra discusso negotio, pure ac simpliciter idem electus electioni de se facte omnique juri, si quod ex ea sibi fuerat acquisitum, in nostris manibus sponte cessit. —

Hujus ecclesie igitur provisione ad apostolicam sedem reservata, ad hanc transfertur prefatus G. episcopus Aniciensis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In. e. m. *dilectis filiis capitulo Xanctonensi.*

In e. m. *dilectis filiis clero civitatis et diocesis Xanctonensis.*

In eodem modo *universis vassallis ecclesie Xanctonensis.* — Dat. ut supra.

1047 (CLXI *bis*) Vatican, 24 août 1296.

Promotio electi Tudertini. (fol. 35.)

Dilecto filio Nicolao electo Tudertino. Debitum nostri—.

Dictus electus, tunc canonicus Rothomagensis, in episcopum Tudertine ecclesie auctoritate apostolica promovetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Tudertine ac clero civitatis et diocesis Tudertine.* — Dat. ut supra.

In e. m., *dilectis filiis populo civitatis et diocesis Tudertine.* — Dat. ut supra.

1048 (CLXII) Vatican, 25 mars 1296.

Licentia percipiendi fructus prioratuum omnium per annum. (fol. 35 v°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Cluniacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Matisconensis diocesis. Ab olim ante. —

Ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium prioratuum Cluniacensis ordinis ubilibet consistentium, et quos usque ad sex annos duntaxat a data presentium inchoandos vacare contigerit, percipiant et ad debitorum solutionem adhibeant, auctoritate apostolica conceditur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. aprilis, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis de Sargniaco, de Martigniaco ac de Sancta Margarita in Helinavera prioribus, Claromontensis, Eduensis et Belvacensis diocesium.* — Dat. ut supra.

1049 (CLXIII) Vatican, 26 janvier 1296.

Hortatio ad recipiendam pro quadam domu recompensationem. (fol. 35 v°.) [1]

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancte Genovefe Parisiensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini. Ex parte dilectorum filiorum magistri Evrardi de Noyentello et Girardi de Sancto Justo, canonicorum Belvacensium, executorum testamenti — bone memorie Johannis tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, fuit propositum coram nobis quod idem Cardinalis quamdam pecunie summam et res alias suas per manus dictorum executorum in pios usus erogari precepit —, sicque dicti executores partem pecunie ac rerum predictarum in usus hujusmodi convertere satagentes, quamdam domum in civitate Parisiensi de pecunia et rebus hujusmodi acquisiverunt, et in ea — certum pauperum magistrorum et scolarium in theologie facultate studentium numerum collocarunt, eis pro substentatione sua sufficientibus redditibus assignatis. Qui predicti executores nobis humiliter supplicaverunt ut, cum ipsi pro quodam annuo censu quatuor solidorum et dimidii monete parisiensis, in quo pro dicta domo vobis tenentur, recompensationem vobis velint facere, competentem apponere in hac parte apostolice provisionis remedium dignaremur. Quare — universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente — quatenus, hujusmodi recompensatione recepta, eosdem executores ac predictos magistros et scholares (*sic*) ac per eos domum prefatam a solutione dicti census in perpetuum absolvere ac liberare curetis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. februarii, anno secundo.

1. Cf. n° 1071, *de eodem.*

1050 (CLXIIII) Vatican, 26 janvier 1296.

Concessionis cujusdam confirmatio. (fol. 26.)

Dilectis filiis custodibus, magistris et scholaribus domus pauperum scholarium prope ecclesiam sancti Stephani de Gressibus Parisiensis. Cum a nobis petitur —.

Capelle Sancti Symphoriani concessio, a conventu Sancte Genevefe eidem domui facta, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24270; FÉLIBIEN, Hist. de Paris, III, 301; DUBREUL, Théâtre des Antiq. de Paris, 648.)

1051 (CLXV) Vatican, 28 février 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 36.)

Venerabili fratri S. archiepiscopo Penestrino. Exhibita nobis —.

Ut Renerius natus Oliverii Biondi de Duaco et Johanna nata Henrici dicti Malet Atrebatensis diocesis, nonobstantibus sponsalibus cum Johanne Porchiaux defuncto quondam per verba de futuro promissis, in matrimonio licite remaneant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. martii, anno secundo.

1052 (CLXVI) Vatican, 24 janvier 1296.

« Confirmatio cujusdam executionis olim domini Johannis Choleti cardinalis. » (fol. 36 v°.) [1]

Dilectis filiis custodibus, magistris et scolaribus domus pauperum scolarium prope ecclesiam Sancti Stephani de Gressibus Parisiensis. Cum a nobis —.

1. Cf. n° 1068, *de eodem.*

Quod constitutum fuit ab Evrardo de Noyentello et Gerardo de Sancto Justo, canonicis Belvacensibus, executoribus testamenti Johannis sancte Cecilie tituli presb. card. pro ejusdem collegii fundatione confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24270.)

1053 (CLXVII) Vatican, 1er mai 1296.

Promotio abbatis monasterii Pultheriarum. (fol. 37.)

Dilecto filio Guidoni abbati Pultheriarum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Lingonensis diocesis. Licet ecclesiarum —.

Is in abbatem monasterii Pultheriarum a priore prioratus Bragniaci Eduensis diocesis promovetur, et H. Ostiensi et Velletrensi episcopo benedictionis eidem abbati impendende munus committitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno secundo.

In e. m. *conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vassallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1054 (CLXVIII) Vatican, 26 février 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 37 v°.)

Venerabili fratri episcopo Lucano. Ex parte dilecti filii —.

Super defectu natalium Stephani Nicolai Martini, de conjugato et soluta nati, dispensatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. martii, anno secundo.

1055 (CLXIX) Vatican, 26 février 1296.

Committitur administratio ecclesie Anconitane. (fol. 37, v°.)

Venerabili fratri Pandulpho episcopo Pactensi, administratori Ecclesie Anconitane. Apostolice sollicitudinis—.

Insulam Sicilie et ecclesiam Pactensem inimicis Ecclesie detinentibus, Anconitane ecclesie tunc vacantis administratio ei committitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. maii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Anconitane.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Anconitane.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Anconitane.*

In e. m. *universis vassallis ecclesie Anconitane.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24330; UGHELLI, Ital. sacra, I, 335.)

1056 (CLXX) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia eligendi confessorem. (fol. 37 v°.)

Dilecto filio A. regi Romanorum illustri. Benigno tuus —.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno secundo.

1057 (CLXXI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia altaris habendi portatilis. (fol. 38.)

Eidem. Etsi sedis apostolice —. Dat. ut supra.

1058 (CLXXII) Vatican, 20 avril 1206.

Licentia pro religiosis domus imperatoris. (fol. 38.)

Eidem. Exigit magne devotionis —.

Ut religiosi domus sue possint comedere carnes.

Dat ut supra.

1059 (CLXXIII) Vaticau, 10 janvier 1295.

Licentia procurationes in pecunia numerata recipiendi. (fol. 38.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Ambianensi. In nostra constitutus presentia retulisti quod in tua diocese talis consuetudo vel verius abusio inolevit quod cum Ambianensem episcopum —, predictam visitando diocesim, ad ecclesias seu monasteria vel alia religiosa loca — declinare contigerit, nobiles circumadjacentium partium ad edendum et bibendum in illis in tanta multitudine per sepe conveniunt quod nonnunquam ecclesie, monasteria et loca predicta majores propter eo subire coguntur expensas quam in procurationibus memorato

episcopo et ejus familiaribus exhibendis, nec possunt jamdicti nobiles de prefatis ecclesiis, monasteriis atque locis expelli de facili, quin ipsi concepta exinde indignationis ira succensi, acrius duriusve repellerent expellentes, ac eos in personis et rebus non modicum pregravarent.

Ut possit procurationes debitas in pecunia numerata recipere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. januarii, anno primo.

1060 (CLXXIIII) Vatican, 23 janvier 1296.

Licentia oratorium construendi in hospitali Matisconensi. (fol. 38.)

Eidem. Te devotionis sinceritas —. — volentes itaque benigne annuere votis tuis ut, in hospitali pauperum civitatis Matisconensis de qua oriundus, ut asseris, extitisti, oratorium construere valeas et in eo perpetuum constituere sacerdotem qui cotidie divina officia pauperibus celebret in hospitali morantibus supradicto. Non obstante si patrono ecclesie, in cujus parochia prefatum hospitale consistit, a sede apostolica sit indultum quod infra ipsius parochie limites oratorium seu capellam nullus omnino construere valeat —.

Oratorium construendi, Matisconensi episcopo assentiente, conceditur facultas.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. februarii, anno secundo.

1061 (CLXXV) Vatican, sans date de jour, 1296.

Executoria de mutuo contrahendo pro Landulfo episcopo Brixinensi. (fol. 38.)

Dilectis filiis Raynerio de Casulo electo Cremonensi, et abbati monasterii Sancte Marie Florentine ordinis sancti Benedicti, ac Raynerio de Vichio [1] *canonico Lichefeldensi.* Exponente pridem —.

Ut Landulfus Brixinensis episcopus dua millia florenorum auri a Jacomino Alfani de societate Alfanorum de Florentia et Vermilio ejus filio, Lapo Alfani, Bruno Aldobrandini, Raynerio Johannis, Johanne Gualterotti et ceteris in mutuum recipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, anno secundo.

1. *Ms.* Vicchio.

1062 (CLXXVI) Vatican, 8 mai 1296.

Executoria de mutuo contrahendo pro Guillelmo episcopo Trajectensi. (fol. 38 v°.)

Eisdem. Exponente pridem —.

Quod Guillelmus episcopus Trajectensis ab eisdem mercatoribus tria millia librarum turonensium mutuo receperit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII idus maii, anno secundo.

Vatican, 15 mai 1296.

In e. m., pro eodem, *Raynerio de Casulis electo Cremonensi, et Matheo Grimiti primicerio Gaietane, ac Jacobo de Piperno canonico Tullensis ecclesiarum.*

Quod idem episcopus a Francisco Donati et Baccimeo Cavaloferi, civibus et mercatoribus Pisanis, quingentos florenos auri receperit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. maii, anno secundo.

1063 (CLXXVII) Anagni, 25 septembre 1295.

Citatio abbatis S. Remigii Remensis. (fol. 38 v°.)

Dilectis filiis decano et Gualtero de Nova villa canonico ecclesie Remensis. Exposuit nobis dilectus filius Garinus de Spinallo, monachus monasterii Sancti Remigii Remensis, quod ipse, quem dicti monasterii ubera spiritualiter et temporaliter diutius lattaverunt, non sine amaritudine multa conspiciens quod ipsius monasterii bona sub Johannis abbatis ejusdem notabili negligentia et ignavia notabiliori dilapidabantur enormiter et distrahebantur enormius, ipsaque tanquam carentia defensoris obsequioso solatio dissipabat passim iniquitas invasorum, spiritualia quoque laxabantur in eo, et verius regularis observantie — conditio jugiter vergebat in deterius monasterii memorati. Hec venerabili fratri nostro — archiepiscopo Remensi in spiritu lenitatis denuntiavit humiliter et de renuntiando super illis abbatem accusavit eundem. Idem vero archiepiscopus, certificatus quod idem monachus zelo in hac parte justicie ducebatur, dictum abbatem super hoc pluries certis et terminis assignatis fecit ad suam presentiam evocari. Verum idem abbas, calliditatis ductus consilio, tamque male sibi conscius, pretendens quod obtentu peregrinationis disposuerat sedem apostolicam visitare, ejusdem sedis super hiis et aliis hujusmodi negotiis contingentibus totaliter subiturus examen, dicto archiepiscopo super hoc litteras excusatorias destinavit. Sed idem archiepiscopus adver-

tens prudenter quod hujusmodi excusatio fictionis erat fermentata veneno, illam non admisit, sed reputavit illum, ut debuit, contumacem. Cumque postmodum idem archiepiscopus ad prosecutionem hujusmodi negotii eidem monacho, qui proprium non habet, de bonis ipsius monasterii expensas necessarias decrevisset, tandem in dictum abbatem et ejus officiales qui illas eidem monacho ministrare indebite recusarunt, auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgavit, quam dictus abbas aliquandiu substinuit animo indurato. Postremo vero dictus monachus a dicto archiepiscopo humiliter postulavit ut dictum abbatem propter hujusmodi suas contumacias canonica pena puniret et de expensis quas pretextu contumacie hujusmodi fecerat, sibi ab eodem satisfieri faceret competenter; et quia dictus archiepiscopus eundem monachum, qui hujusmodi negotium de licentia prosequebatur ejusdem, audire super hoc contra justiciam denegavit, ipse ad sedem apostolicam appellavit, cujus appellationi dictus archiepiscopus detulit reverenter. Nos itaque super hoc eidem monacho paterno compatientes affectu, ac propter ea volentes ejus precavere dispendiis mandamus —.

Ut infra duos menses per dictos decanum et canonicum citetur abbas coram papa.

Dat. Anagnie, VII kal. octobris, anno primo.

1064 (CLXXVIII) Vatican, 9 mai 1296.

Super pecunia debita episcopo Humanati a quibusdam mercatoribus Recanatensibus. (fol. 36 v°.)

Venerabili fratri episcopo Mimatensi[1], *marchie Anconitane rectori.* Venerabilis frater noster Gerardus episcopus Humanas proposuit coram nobis quod fe. re. N. papa IIII predecessor noster, tempore quo episcopum ecclesie ac civitati Racanatensi (*sic*) de novo prefecit, omnes possessiones et quicquid juris habebant in spiritualibus et temporalibus episcopus et ecclesia Humanates in predicta civitate Racanatense et ejus territorio usque ad flumen Muscianis eidem ecclesie Racanatensi concessit, volens diocesim Racanatensem usque ad fluvium predictum extendi, ac prudenter attendens quod predicta ecclesia Humanas ea concessione hujusmodi erat nimium in suis facultatibus diminuta, in recompensatione possessionum et jurium hujusmodi sibi taliter subtractorum, communi predicte civitatis Racanatensis mandavit ut sex milia florenorum auri pro emendis possessionibus ad opus ipsius ecclesie Humanatis ipsi Humanati ecclesie exhiberent, dilecto filio nostro Neapoleone sancti Adriani diacono cardinale — super hoc executore per suas sub certa forma litteras deputato. Et licet Nicolaus Christiani, Natumpace Girardi, et Simoninus Bonacursi, cives et mercatores Anconitani, pro predictis comuni — promisissent predicto episcopo Humanati prefata sex milia florenorum auri, usque ad sex annos ex tunc computandos, quolibet anno videlicet mille florinos (*sic*) certis terminis exhibere, confitendo hujusmodi quantitatem pecunie ab ipso episcopo pro dicta Humanate ecclesia in deposito se habere, et nichilominus Maynetus Rubei, Bonjacobus Michaelis, Benevenutus Jacobini, et Marcus Raynaldi Barilis, cives et mercatores Racanatenses, simili modo promiserint facere et curare quod predicti mercatores Anconitani hujusmodi pecuniam solverent eidem episcopo Humanati terminis supradictis, et tam ipsi ad id quam iidem mercatores Anconitani ad solutionem hujusmodi pecunie se ac heredes suos voluntarie obligarint, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur, non tamen sunt ipsi episcopo nisi mille nongenti et viginti floreni auri de dicta pecunia persoluti, quanquam quinque anni et amplius sint elapsi. Unde venerabilis frater noster Raymundus episcopus Valentinus, tum Marchie Anconitane rector, ad quem dictus episcopus Humanas habuit super hoc recursum, in prefatos Anconitanos et Racanatenses mercatores qui, citati propter hoc legitime coram eo, in prefixo sibi termino competenti peremptorio comparere contumaciter non curarunt, excommunicationis sententiam exigente justicia promulgavit, quam iidem mercatores animis substinent induratis.

Compellat igitur spiritualiter et temporaliter dictos mercatores ad persolvendum ad presens tria millia florenorum, et residua millia florenorum, cum terminus mercatoribus prefixus advenerit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno secundo.

1065 (CLXXVIIII) Vatican, 12 mai 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 39.)

Dilecto filio nobili viro Helye Thalayrandi comiti Petragoricensi et vicecomiti Leomanie ac Altivillaris et dilecte in Christo filie nobili mulieri Puelle, nate quondam Geraldi comitis Armaniaci, uxori ejus. Etsi conjunctionem copule —.

Ut in matrimonio illicite contracto remanere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24340.)

1. Ms. Mimathensi.

1066 (CLXXX) Vatican, 29 avril 1296.

Nominatio episcopi Laudensis. (fol. 39 v°.)

Venerabili fratri Berardo episcopo Laudensi. Rationis oculis —.

Is, tunc prepositus Laudensis ecclesie, ejusdem preficitur in episcopum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Laudensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Laudensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Laudensis.*
In e. m. *universis vasallis ecclesie Laudensis.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24329.)

1067 (CLXXXI) Vatican, 24 avril 1296.

Nominatio electi Cremonensis. (fol. 39 v°.)

Dilecto filio Raynerio de Casulo electo Cremonensi. Ad universalis ecclesie regimen —.

Cum Guiczardus de Persico post nominationem suam, ex canonicorum votis factam, ad episcopatum Cremonensis civitatis, venerit in curiam Romanam ut suam electionem a duobus canonicis contradictam defenderet, ibique mortuus sit, ejusdem ecclesie provisio hac vice a papa reservatur, et promovetur in episcopum dictus Raynerius de Casulo, tunc capellanus et canonicus Vulterranus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *archidiacono, archipresbytero et capitulo ecclesie Cremonensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Cremonensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Cremonensis.*
In e. m. *universis ecclesie Cremonensis vasallis.*
In e. m. *capitulo Mediolanensi.*
In e. m. *potestati, consilio et communi Cremonensibus.* — Dat. ut supra.

1068 (CLXXXII) Vatican, 28 mars 1296.

Licentia confirmandi « permutationem episcopi Dolensis et monasterii de Troncheto. » (fol. 40 v°.)

Venerabili fratri episcopo et dilectis filiis decanis Abrincensibus. Ex parte venerabilis fratris nostri —.

Ut licentiam habeant confirmandi quamdam permutationem ecclesiarum, capellarum, domorum, possessionum, etc., inter episcopum Dolensem et monasterium de Troncheto ordinis sancti Benedicti faciendam.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. aprilis, anno secundo.

1069 (CLXXXII *bis*) Vatican, 20 mai 1296.

Executorie de mutuo contrahendo pro episcopo Aniciensi. (fol. 40 v°.)

Dilectis filiis magistris Paganello, priori sancti Apolinaris Florentini, et Raynerio de Vichio Lichefeldensis ac Bartholo Abbatis Fesulane ecclesiarum canonicis. Exponente nobis pridem venerabili fratre nostro Johanne episcopo Aniciensi quod tam pro suis necessariis quam pro ecclesie Aniciensis negotiis apud sedem apostolicam expediendis eum subire oportebat magna onera expensarum ac supplicante ut usque ad summam mille librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis *etc, usque* auxilio et exceptionibus eisdem, a dilectis filiis Marcho Raynutii de Abbatibus pro se ac Ranucio Rustici, Johanne Rossellino Bacherelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Maffeo Ponti, Jacobo Maffei et Bernardo Raynerii, ac ceteris eorum sociis de societate eorumdem Ranucci Rustici de Abbatibus et Johannis Bacharelli, civibus et mercatoribus florentinis, pro necessariis et negotiis ejusdem mutuo receperit predictam summam pecunie mille librarum parvorum turonensium, certis eisdem mercatoribus loco et termino persolvendam, prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos de expresso consensu etc. *ut in forma usque in finem.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. junii, anno secundo.

Vatican, 22 mai 1296.

In e. m. *dilectis filiis Pistoriensis ac magistro Johanni de Palasono baptisterii Parmensis prepositis, ac Johanni de Penestre thesaurario Cathalaunensis ecclesiarum.* Exponente nobis —.

In eadem forma episcopo Aniciensi licentia datur mutuum quingentarum librarum turonensium parvorum contrahendi a Baldo Baynerii, mutuante pro se ac Clarentino Lanfranco Anselmi, Merguliese et Johanne Bractii, Marsupino et Anselmo Meliorati, Puctio Raynerii, Raynerio et Mugiano Floravantis, Gerardino Bonini, Bonino et Radulfo ejus filiis, Lapo Baccii, Andrea Merguliesi, Corrado Ga˜, Bertino et Johanne Fortebrachii, Donato Bartholomini, Cecho Wulterrani et Paccino Puccii, civibus et mercatoribus Pistoriensibus de societate Clarentum de Pistorio.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xi kal. junii, anno secundo.

1070 (CLXXXIII) Vatican, sans date de jour, 1296.

Confirmatio electionis episcopi Menevensis. (fol. 40 v°.)

Venerabili fratri David episcopo Menevensi. Pastoralis officii debitum —. Sane dudum ecclesia Menevensis, per obitum bone memorie Thome Menevensis episcopi, pastoris solatio destituta, dilectus filius Thomas precentor et capitulum ipsius Ecclesie, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse pro substitutione futuri pastoris, die ad hoc prefixa insimul convenerunt, deliberantes per viam scrutinii procedere ad electionem hujusmodi celebrandam, sicque iidem capitulum tres scrutatores videlicet Thomam precentorem predictum, Johannem dictum Fotk, archidiaconum, et Petrum dictum Loef, canonicum Menevensem, assumpserunt, qui, suis et aliorum canonicorum ipsius ecclesie votis secreto et singillatim exquisitis et eis publicatis ilico in comuni,— compertum extitit quod quatuordecim ex canonicis ecclesie predicte, qui omnes erant viginti unus, necnon precentore computato, in te, tunc ipsius ecclesie canonicum, consenserunt, reliquis sex, qui in te noluerant consentire, in Thomam de Goldeburgh, ejusdem ecclesie canonicum, dirigentibus vota sua, factaque collatione unius ad unum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, adhibitis etiam sollempnitatibus que in electionibus requiruntur, prefatus precentor vice sua et illorum qui in te consenserant et de ipsorum mandato te in episcopum Menevensem elegit. Adam vero archidiacono Breconensi, prefati precentoris et longe majoris et sanioris partis capituli Menevensis procuratorio nomine, electionis de te facte negotium prosequente, coram dilectis filiis priore et capitulo ecclesie Christi Cantuariensis ad quos, ipsa ecclesia Cantuariensi vacante, electionum ipsius Menevensis ecclesie examinatio et confirmatio de jure spectare noscuntur, Petrus de Carnoto contra electionem de te factam se, procuratorio nomine dicti Thome, opposuit, et tandem per tempus aliquod coram dictis priore et capitulo hujusmodi electionis negotio ventilato, pro parte dicti Thome ad sedem apostolicam dicitur apellatum.

Predictus ergo David, qui omnia jura ex ea electione acquisita in manibus pape cessit, in episcopum Menevensem preficitur, et ab H. Ostiensi episcopo munus consecrationis recipere debet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, anno secundo.

In e. m. *carissimo in Christo filio Eduardo regi Anglie illustri.* Ad fovendum —.

Ut eidem episcopo vel procuratori suo, ejus nomine, regalia ejusdem ecclesie Menevensis per se, durante vacatione, percepta restituat.

Dat. ut supra.

In e. m. *venerabili fratri ⌈archi⌉episcopo Cantuariensi.*

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Menevensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Menevensis.*

In e. m. *dilectis filiis populo civitatis et diocesis Menevensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Menevensis.* — Dat. ut supra.

1071 (CLXXXV) Vatican, 15 mai 1296.

Johannes abbas S. Germani de Pratis preficitur in episcopum Aniciensem. (fol. 41 v°.)

Venerabili fratri J. episcopo Aniciensi. Licet ad universas orbis —. Vacante siquidem nuper Aniciensi ecclesia per translationem de venerabili fratre nostro G. Xanctonensi, olim Aniciensi episcopo, factam ad ecclesiam Xanctonensem, —ad te, tunc abbatem monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis, mentis oculos dirigentes, de persona tua ipsi ecclesie Aniciensi duximus providendum — tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum H. Ostiensem et Velletrensem [episcopum] munus consecrationis impendi, ac demum palleum de corpore beati Petri sumptum, cujus tibi competit usus, ex privillegio speciali eidem ecclesie Aniciensi dudum ab apostolica sede concessum, a te cum ea qua decuit instantia postulatum, fecimus exhiberi —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Aniciensis.*

In e. m. *dilectis filiis clero civitatis et diocesis Aniciensis.*

In e. m. *dilectis filiis universis vasallis ecclesie Aniciensis.*

In e. m. *carissimo in Christo Phylippo regi Francorum illustri.* — Dat. ut supra.

1072 (CLXXXVI) Vatican, 7 février 1296.

Licentia episcopo Alatrino concessa. (fol. 42 v°.)

Venerabili fratri Raynaldo episcopo Alatrino. Devoti oni tue —.

Ut tres ecclesias rurales in Alatrino diocesi consistentes, quas maluerit, ad suam tantum vel ad suam cum consensu capituli collationem spectantes, cum eas vacare contigerit, mense sue applicare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. februarii, anno secundo.

1073 (CLXXXVII) Vatican, 24 avril 1296.

De coadjutore episcopo Leonensi deputato. (fol. 42 v°.)

Venerabili fratri episcopo Dolensi. Querelam venerabilis fratris nostri Alani episcopi Trecorensis nuper accepimus continentem quod venerabilis frater noster Reginaldus archiepiscopus Turonensis, suam visitando provinciam, Yvonem dictum Ruz, tunc cantorem ecclesie Leonensis, nunc archidiaconum Agnensem in ipsa ecclesia Leonensi, coadjutorem ipsi episcopo suffraganeo suo deputavit invito, administratione spiritualium et temporalium ipsi episcopo interdicta, dictusque Yvo, hujusmodi coadjutoris officio se ingerens, beneficia ad ipsius episcopi collationem spectantia contulit et alia ibidem exercuit que ad eundem episcopum pertinent, in ejusdem episcopi prejudicium et gravamen, propter quod etiam inter nonnullos illarum partium discordie ac scandala sunt exorta —. Cum itaque per constitutionem nostram nuper editam declarando decrevimus et decernendo duximus declarandum ut personis episcopali et supra preditis dignitate coadjutores non nisi per auctoritatem apostolice sedis dentur —.

Ei mandatur ut a predicte coadjutorie executione dictum Yvonem amoveat, ac ad reddendum rationem integram administrationis eum coram se ipso compellat; de statu et conditionibus ipsius episcopi Leonensis diligenter indagatur, et, si coadjutorem sibi dari expediat, denuntiet capitulo Trecorensi ut ad dicte sedis notitiam id deducant, vel inducat ipse eundem episcopum ad cedendum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

1074 (CLXXXVIII) Vatican, 10 janvier 1296.

Auctoritas compellendi abbates et priores ad synodum. (fol. 42 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Ambianensi. Ex tenore —.

Abbates et priores, ratione monasteriorum et prioratuum quos in diocesi Ambianensi tenent, ut ad synodum in Ambianensi ecclesia celebrato accedant per censuram ecclesiasticam compellere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. januarii, anno primo.

1075 (CLXXXIX) Vatican 6 février 1296.

Dispensatio super restitutione facienda. (fol. 42 v°.)

Dilecto filio Marquardo de Usendal militi Constanciensis diocesis. Magne devocionis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu nonnulla bona minus licite acquisisti et alias aliquibus in eorum rebus dampna plurima irrogasti, nec habes certam notitiam illorum omnium quibus est super hiis restitutio et satisfactio impendenda; indulgemus ut, si usque ad decennium a data presentium computandum, super premissis de quibus certus extitisti, restitutionem et satisfactionem illis quibus prestande sunt exhibueris competentes, ita quod singulis annis decimam partem illorum ad que ratione hujusmodi restitutionis et satisfactionis teneris persolvas eisdem, et super hoc in manibus confessoris tui sufficienter exhibeas cautionem, ad satisfactionem reliquorum de quibus certitudinem te asseris non habere minime tenearis, neque ad id a quoquo valeas coartari. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. februarii, anno secundo.

1076 (CLXXXX) Vatican, 17 mai 1296.

Dispensatio super corporali infirmitate. (fol. 42 v°.)

Dilecto filio Alberto, nato Johannis dicti de Cachenges, clerico Leodiensi. Exhibita nobis —.

Ut, etsi duobus digitis manus sinistre privatus sit, duos clericos rixantes separando, possit ad ordines sacros promoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. junii, anno secundo.

(POTTHAST, 24332.)

1077 (CLXXXXI) Vatican, 3 mai 1296.

De dispensatione matrimonii concedenda. (fol. 42 v°.)

Venerabili fratri episcopo et dilectis filiis lectori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum Florentinis. Intenta salutis —. Sane intellecto pridem quod de contrahendo matrimonio inter dilectum filium nobilem virum Cursum

Symonis de Donatis de Florentia, militem, et dilectam in Christo filiam nobilem Texam (*sic*), filiam quondam Ubertini de Ubertinis ejusdem loci militis, agebatur, quodque iidem Cursus et Tessa quarto consanguinitatis gradu sibi ad invicem attinebant, nos ipsi nobili sub certa forma dici fecimus in mandatis ut nullatenus sponsalia vel matrimonium cum dicta Tessa contraheret et, si jam forsitan contraxisset, non auderet illud vel illa quomodolibet consumare ; quod si foret inter eos sponsalia de facto contracta vel matrimonium per carnalem copulam consumatum, diverterent alter ab altera nec insimul habitarent aut invicem jungerentur, sed a quohabitatione (*sic*) mutua inter se penitus abstinerent quousque coram competenti judice docuissent fore ipsis licitum per sponsalia et matrimonium insimul copulari. Nuper autem fuit nobis expositum quod, antequam ad eos mandatum hujusmodi pervenisset, ipsi jam matrimonium inter se invicem per verba de presenti contraxerant, dictusque Cursus eandem Tessam ad ejus domum transduxerat, et carnalis inter eos erat copula subsecuta —.

Videant si, habitis circumstantiis, salutari penitentia primum imposita et suspensa ad tempus cohabitatione, dispensatio matrimonii sit concedenda.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v nonas maii, anno secundo.

(Potthast, 24332.)

1078 (clxxxxii) Vatican, 13 février 1296.

Citatio Colutii civis Lucani ad curiam. (fol. 44 v°.)

Dilectis filiis priori Sancti Michaelis in foro et Guillelmo Anterminelli canonico Lucanis. Sua nobis —.

Cum magister et fratres hospitalis Sancti Jacobi de Altopassu, Lucane diocesis, a quondam Bonifacio de Luca milite omnia bona sua, inter que castrum Rabiti atque terras, vinea et prata sita in territorio de Siccelo, per testamentum recepissent, et quidam Colutius, filius quondam Ranutii Liene, civis Lucanus hec per violentiam occupavisset, arbitri fuerunt ex utraque parte electi, scilicet Guido Barche, Guido Pollarii et Bocisanus Guerardi, qui arbitrium tulerunt in lesionem enormem dicti hospitalis redundans.

Nos igitur in causa hujusmodi, non obstante quod causa ipsa de sui natura apud sedem eandem tractanda forsitan non existit, venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum dedimus super hiis eisdem partibus auditorem —.

Citare curent dictum Colutium ut infra quindecim dies apostolice conspectui se representet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno secundo.

1079 (clxxxxiii) Vatican, 28 avril 1296.

Commissio componendi discrimen. (fol. 43.)

Venerabili fratri G. episcopo Atrebatensi et dilectis filiis Johanni de Sancto Verano archidiacono Sigalonie Aurelianensis, ac Granerio de Placentia thesaurario Baiocensis ecclesiarum. Nuper inter venerabilem —.

Ut componant discrimen quoddam inter Petrum archiepiscopum Remensem et decanum ac capitulum Remenses exortum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iiii kal. maii, anno secundo.

(Potthast, 24327.)

1080 (clxxxxiiii) Vatican, 24 avril 1296.

Confirmatio electionis abbatis monasterii de Quadraginta. (fol. 43 v°.)

Dilectis filiis Petro abbati monasterii de Quadraginta, ordinis sancti Augustini, Narbonensis diocesis. Ad regimen universale —. Vacante siquidem dudum monasterio de Quadraginta, ordinis sancti Augustini, per obitum quondam Bernardi, abbatis ipsius conventus ejusdem monasterii, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, die ad hoc prefixa convenientibus insimul, — eisque in plures dividentibus vota sua, duas ibi contigit electiones in discordia celebrari, unam videlicet de te, tunc sacrista, et alteram de quondam Hermengaudo, canonico et operario monasterii prelibati. Porro hujusmodi electionum negotio per appellationem ex parte ipsius Hermengaudi super hoc ad sedem apostolicam interjectam ad eandem sedem legitime devoluto, fe. re. Nicolaus papa quartus predecessor noster Nos primo, tunc in minori constitutos officio, Nobisque demum per processus aliquos super hoc habitos per predecessorem eundem ad partes alias destinatis, J. episcopum Tusculanum deputavit in causa electionum hujusmodi auditores. —

Cum quidem interea dictus operarius mortuus fuisset et ipse papa ad summum apicem assumptus, per Robertum tituli Sancte Potentiane presbyterum ac Franciscum Sancte Francisce in Silice diaconum cardinales examinata fuit electio, et, nunc ea

canonice celebrata confirmata, dictus Petrus in abbatem prelibati monasterii promovetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis conventui monasterii de Quadraginta.*

In e. m. *dilectis filiis universis vasallis monasterii de Quadraginta.* — Dat. ut supra.

1081 (CLXXXXV) Vatican, 24 avril 1296.

Uniuntur Tyrensis ac Arborensis ecclesie. (fol. 44 v°.)

Venerabili fratri S. Tyrensi et Arborensi archiepiscopo. Romane ecclesie —.

Considerato quod Tyrensis diocesis a Sarracenis occupatur, ecclesia Arborensis, post obitum Petri archiepiscopi sedi apostolice hac vice reservata, ecclesie Tyrensi unitur.

— Quodque quotiens ecclesias ipsas pastore vacare contigerit, electio futuri archiepiscopi apud dictam Arborensem ecclesiam celebretur, itaque canonici Tyrenses, si que fuerint in insula Sardinie, per ipsius ecclesie Arborensis capitulum ad electionem hujusmodi evocentur, eorum singuli voces singulas in electione hujusmodi habituri, cujus electionis confirmationem sedi apostolice duximus reservandam, quanquam dicta Tyrensis ecclesia patriarche Jerosolimitano jure metropolitico subesse noscatur, cui seu patriarchali ecclesie, postquam Tyrensis ecclesia recuperata extiterit, nullum volumus prejuditium generari —. Hujusmodi autem unionem tamdiu volumus perdurare quousque ecclesiam et civitatem Tyrensem predictas, Deo propitio, de potestate dictorum Saracenorum eripi et recuperari contigerit ad cultum nominis Christiani —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Arborensis ac clero Arborensis civitatis et diocesis.* — Dat. ut supra.

1082 (CLXXXXVI) Vatican, 10 mai 1296.

Citatio quorumdam clericorum et laicorum Remensium. (fol. 44 v.°)

Dilectis filiis Grifoni de Perusio Chatalaunensis (sic), *Citerio Octaviani Suessionensis, Uberto de Advocatis de Placentia Maceriensis, Remensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* Dilectus filius Petrus Caputia de Urbe, canonicus Remensis, gravi nobis conquestione monstravit quod Droetus de Bellomonte, Stephanus dictus Pestes, Perrardus de Villari, Bernardus de Burgo et Personus dictus Possons, apparitores clerici, et Petrus de Pontefabricato, dudum prepositus civitatis Remensis, et nonnulli alii ministriales (*sic*) venerabilis fratris nostri archiepiscopi Remensis in eundem canonicum, tum apud civitatem ipsam causa faciendi residentiam in Remensi ecclesia commorantem, dum ad domum quorumdam concanonicorum suorum accederet, cum armis temere irruentes manibusque injectis in eum, Dei timore postposito, — ipsum ingnominiose ad carcerem dicti archiepiscopi adduxerunt et eidem carceri nequitus manciparunt, et tam ipsi quam prefatus archiepiscopus minus veraciter asserentes eundem Petrum incontinentie vitio laborare ac aliis diversis fore criminibus irretitum, eum super hoc apud bonos et graves multipliciter diffamarunt, propter quod idem Petrus dampna gravia se asserit incurrisse et expensas. Et, licet dilecti filii decanus et capitulum ecclesie supradicte prefatum archiepiscopum humiliter requisissent ut predictum canonicum in quem jurisdictionem et correctionem non idem archiepiscopus, set tantum iidem decanus et capitulum juxta tenorem privilegiorum apostolicorum eisdem decano et capitulo concessorum et approbatas consuetudines et libertates ipsius ecclesie habere noscuntur, faceret a predicto carcere liberari, dictus tamen archiepiscopus, id efficere ad hujusmodi requisitionem indebite pretermittens, eum fecit seu passus fuit nichilominus aliquandiu in carcere detineri. Quare memoratus Petrus nobis humiliter supplicavit ut faceremus de prefatis archiepiscopo, clericis, preposito et ministrialibus super hiis eidem apud sedem apostolicam justitiam exhiberi. Cum itaque Nos venerabilem fratrem nostrum Sabinensem episcopum in causa hujusmodi deputavimus auditorem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus predictos archiepiscopum — et alios ministriales ipsius archiepiscopi, videlicet Theobaldum de Pontefabricato, Gerardum de Vernino, Johannem dictum Presbyterum, Prioletum dictum Poules, Collinum dictum de Sollio, Ponsoletum de Mosonio, Johannem dictum Cormelons, Huguetum dictum Magnetum et Johannem dictum Loque, laicos, ex parte vestra perentorie per vos vel per alium seu alios citare curetis ut infra duos menses post citationem —.

Per se vel procuratores ydoneos apostolico conspectui se representent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno secundo.

1083 (CLXXXXVII) Vatican, 28 avril 1296.

Collatio prepositure. (fol. 44 v°.)

Dilecto filio magistro Fredolo Cappellerii, preposito ecclesie Massiliensis. Olim canonicatum —.

Post obitum Guillelmi tituli sancti Clementis presbyteri cardinalis, ad partes Aragonie pro rebus sedis apostolice missi, qui tenebat olim canonicatum, prebendam et preposituram ecclesie Massiliensis, hujusmodi officio apostolice sedi reservato investitus fuit dictus Fredolus Capellerii, Neapoleonis sancti Adriani diaconi cardinalis camerarius, dum a capitulo ejusdem ecclesie eligebatur quidam Jacobus Gantelmi. Ab eo autem preposituram, prebendam et canonicatum renuntiatos predictus Fredolus libere possideat, non obstantibus consuetudinibus vel statutis ecclesie contrariis, et insimul ecclesiam de Rupetheobaldi Agennensis diocesis, et decimas in Agennensi, Lectorensi et Tholosana diocesibus retinere possit, nec predicto Jacobo de archidiaconatu suo Rodesii quem in Narbonensi, et canonicatu et prebenda quos primitus in eadem Massiliensi ecclesiis obtinebat, prejuditium aliquod generetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Aptensi et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis ac archidiacono Messanensi.* Dat. ut supra.

1084 (CLXXXXVIII) Vatican, 19 mai 1296.

Confirmatio electionis patriarche Gradensis. (fol. 45 v°.)

Venerabili fratri Egidio patriarche Gradensi. Ad universalis ecclesie regimen —. Dudum siquidem Gradensis ecclesia per obitum bone memorie Laurentii patriarche Gradensis pastore vacante, tres fuerunt electiones in ea, una videlicet de — penitentiario et capellano nostro, alia vero de Florio, priore domus ordinis Predicatorum de Venetiis, et reliqua de Bonifacio, ejusdem ordinis lectore Bononiensi, a capitulo ejusdem ecclesie celebrate. Cumque postmodum eorum quilibet electioni de se facte renuntiasset expresse, dicti capitulum, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, pro futuri substitutione pastoris convenientes in unum, ac per viam compromissi ad provisionem ipsius ecclesie procedere intendentes, in venerabiles fratres nostros Nicolaum Crapulanum et Bartholomeum Castellanum episcopos, ac dilectum filium Petrum Rossellum archipresbyterum Gradensen unanimiter compromittere curaverunt, promittentes illum recipere in patriarcham quem ipsi ducerent eligendum. Dicti vero compromissorii, hujusmodi compromisso recepto, secedentes in partem et demum inter se deliberatione prehabita, — in te, ejusdem ordinis professorem et tunc capellanum dilecti filii nostri Guillelmi Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, direxerunt oculos sue mentis, et demum predictus Crapulanus episcopus, suo nomine et de collegarum suorum expressa voluntate,— te in patriarcham Gradensem elegit et eligendo etiam postulavit et mox electionem hujusmodi dicto capitulo presentavit, quam cum dicti capitulum unanimiter acceptassent, tuque illi de licentia tui superioris tuum prestitisses assensum, ipsam presentatam nobis per speciales nuntios petierunt humiliter confirmari —.

Electio, per H. Ostiensem episcopum et Nicolaum Sancti Laurentii in Damaso et Francisci sancte Lucie in Damaso diaconos cardinales examinata, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. junii, anno secundo.

In e. m. *capitulo Gradensi.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Gradensis.*

In e. m. *universis suffraganeis patriarchatus Gradensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Gradensis.*

In e. m. *comiti, consilio et comuni Gradensibus.* — Dat. ut supra.

1085 (CLXXXXIX) Vatican, 19 mai 1296.

Commendatio pro eodem. (fol. 45 v°.)

Dilecto filio nobili viro duci Venetorum. Nuper siquidem Gradensis ecclesia pastoris solatio destituta, nos de ipsius provisione solliciti, prout ex debito officii nostri tenemur, venerabilem fratrem nostrum Egidium, patriarcham Gradensem, tunc Predicatorum ordinis professorem, — ipsi ecclesie de fratrum nostrorum consilio, in patriarcham prefecimus et pastorem —. Rogamus itaque nobilitatem tuam attente et hortamur in Domino quod ob reverentiam apostolice sedis et nostram predictum patriarcham, cum ad te veniet, — honorifice suspicias et susceptum honores, ipsumque ac ejus ecclesiam in suis agendis propitius dirigas et in recuperandis et manutenendis juribus ecclesie prefate favorabiliter assistas eidem —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. junii, anno secundo.

1086 (cc) Vatican, 10 mai 1296.

Licentia puniendi fratres Predicatores delinquentes. (fol. 46 v°.)

Dilectis filiis magistro, prioribus et fratribus ordinis Predicatorum.

Ut, ad correctiones et punitiones fratribus ejusdem ordinis delinquentibus infligendas, prelati ordinis supradicti ad quos eedem spectare noscuntur, rimulis et apicibus ipsis postpositis, libere procedere valeant secundum consuetudines approbatas et generalia facta et etiam facienda ipsius ordinis instituta.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, vi idus maii, anno secundo.

1087 (cci) Vatican, 10 mai 1296.

« Exemptio ipsius ordinis Predicatorum. » (fol. 46.)

Eisdem. Licet — Romani pontifices predecessores nostri prefatum ordinem a prelatorum jurisdictione quorumlibet prorsus exemerint, — nos et ordinem ipsum ab omnium et singulorum quorumlibet prelatorum et personarum ecclesiasticarum omnimoda potestate ac jurisdictione eximimus de apostolice plenitudine potestatis ; — ecclesias insuper, oratoria, domos et loca predicta que tenetis et inhabitatis ad presens, ac tenebitis et inhabitabitis in futurum, dum et quotiens vos illa tenere ac inhabitare contigerit, exempta prorsus existere nulloque medio sedi subesse decernimus prelibate. Dat. ut supra.

1088 (ccii) Vatican, 19 mai 1296.

« Confirmatio sive ordinatio ipsius ordinis. » (fol. 46 à 48.)

Eisdem. Virtute conspicuas sacri vestri ordinis professores — decet — provide dirigi —. Hinc est quod cum, sicut nobis exponere curavistis, tu, fili magister, et predecessores tui, juxta ejusdem ordinis consuetudinem observatam hactenus et a sede apostolica tolleratam, statim postquam electi secundum predicti constitutiones ordinis fratrum ipsius curam gesseritis, magisterii officium plene ac libere in omnibus exercentes, iidem fratres vobis devote et humiliter obedierint ac intenderint reverenter, et in eodem ordine sit statutum ut magister ipsius qui pro tempore fuerit a magisterii officio amoveri valeat a diffinitoribus capituli generalis —. Ut successores tui, fili magister, qui erunt pro tempore, statim postquam electi secundum constitutiones fuerint supradictas, *eo ipso*

veri ejusdem ordinis magistri effecti, curam fratrum ipsius ordinis plene habeant et libere gerant. —

Sequuntur instructiones pro lectoribus et professoribus theologie, pro nominatione priorum et varia privilegia.

— Nullus insuper archiepiscopus vel episcopus nullusque alius prelatus ecclesiasticus, nec eorum vicarii vel officiales, ad portandum vel deferendum litteras, vel exequendum vel denuntiandum sententias contra principes seculares, communitates, populos, seu quoscunque benefactores vestros, nullusque delegatus vel ordinarius judex ad faciendum citationes vel commissiones recipiendas, sive quod sitis in causis aliquibus assessores, seu ad alia lites seu controversias contingentia in causis que coram ipsis tractantur, quemquam vestrum compellere valeat sine predicte sedis mandato vel licentia speciali expressam faciente de hac indulgentia mentionem —. Nullusque prelatus, nec aliqua persona religiosa vel secularis, de fratribus ejusdem ordinis, seu cardinalis Romane ecclesie ad sua seu ecclesie negotia procuranda vel secum manendum, aliquos assumere valeat, nisi quos magister vel prior provincialis ipsorum tanquam ydoneos et discretos sibi duxerit assignandos —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xiiii kal. junii, anno secundo.

(Potthast, n° 24344.)

1089 (cciii) Vatican, 13 mai 1296.

Auctoritas ad compellendum debitores. (fol. 48.)

Dilecto filio magistro Giffredo de Vezano canonico Cameracensi, clerico camere nostre, nuncio apostolice sedis in Angliam.

Ut possit debitores Ecclesie ad solutionem per interdictum compellere, et etiam absolvere, secundum tenorem litterarum olim ab eadem sede concessarum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus maii, anno secundo.

1090 (cciv) Vatican, 13 mai 1296.

Aliud privilegium eidem. (fol. 48 v°.)

Eidem. Cum in partibus Anglicanis apostolice sedis negotiis immoreris te libenter, ab hiis ex quibus eadem possint negotia impediri vel aliam tibi lesionem ingerere preservamus —.

Ne cognitionibus negotiorum seu executionibus eorumdem a legatis et subdelegatis intromittatur.

Dat. ut supra.

1091 (ccv) Vatican, 7 mai 1296.

« Citatio quorumdam rectorum Virdunensium. » (fol. 48 v°.

Dilecto filio .. de Sancto Chrysophoro in Alta et .. de Sancto Arnulfo de Cryspeyo prioribus, ac .. decano ecclesie Sancti Mellonis de Pontisera, Belvacensis, Silvanectensis et Rothomagensis diocesium. Venerabilis frater noster Jacobus Virdunensis episcopus nostro nuper apostolatui patefecit quod Ancelinus de Sancto Victore, Jacobus de Genecourt, qui se gerit pro rectore seu vicario sancti Salvatoris, Nicholaus de Cuseyo, Nicolaus de Marcheuils, Stephanus de Donichan, Santinus de Lames, Nicolaus de Sancto Andrea, Warnerus de Resecourt, Hugo de Sancto Amantio et Petrus dictus Papars de Bertaucourt, civitatis et diocesis Virdunensis ecclesiarum rectores, dantes ab olim in commotionibus pedes suos, seque non sine ordinis clericalis obprobrio et gravi suarum dispendio animarum ad actus nepharios pronaque opera dampnabiliter convertentes, in tantam prerumperunt temeritatis audaciam — quod contra eum rebellionis et inobedientie spiritum assumpserunt, — et mala malis adicere non verentes, se Virdunensibus civibus ipsius episcopi et ecclesie sue persecutoribus manifestis per pactiones et confederationes illicitas et colligationes nepharias colligarunt. Et licet memoratus episcopus in rectores eosdem propter hujusmodi eorum excessus excommunicationis sententiam exigente justitia duxerit promulgandam, ipsi tamen, tanquam in sensum reprobum dediti et proprie salutis immemores, non solum ab eisdem excessibus resilire non curant, sed eos potius nefandis ausibus augmentare conantur. — Super quibus memoratus episcopus per apostolicam sedem oportunum applicari remedium suppliciter imploravit. — Quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, predictos rectores in civitate Virdunensi vel locis aliis de quibus ad eorum notitiam verisimiliter hujusmodi possit pervenire citatio ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duos menses post citationem nostram immediate sequentes sub excommunicationis et amissionis omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum penis — compareant personaliter coram nobis, super premissis satisfacturi plenarie et recepturi pro meritis, vel suam in hoc, si poterunt, innocentiam ostensuri. Die vero citationis *ex forma etc., usque in finem.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v idus maii, anno secundo.

1092 (ccvi) Vatican, 18 mai 1296.

Citatio Thome primicerii Virdunensis. (fol. 48 v° à 49.)

Eisdem. Querela gravis venerabilis fratris nostri Jacobi episcobi (*sic*) Virdunensis continebat quod Thomas primicerius Virdunensis, ecclesie finibus propriis non contentus, sueque potentie confisus viribus, — episcopatum Virdunensem per incendia et rapinas ac alias etiam multipliciter dampnificare presumpsit —, et contra homagium eidem episcopo prestitum temere veniens, ipsius jurisdictionem episcopi graviter hactenus perturbavit et turbare multimode non desistit; redditus etiam et proventus episcopatus ejusdem olim, dum predicta Ecclesia duabus vicibus viduitatis incommoda toleraret, temere occupavit eosque detinet taliter occupatos ac ipsos eidem episcopo restituere, ut tenetur, vel sibi de illis rationem debitam reddere contradicens, eos ad se pertinere minus veraciter asserendo —. Quoddam insuper castrum ejusdem ecclesie, quod Hathonis castrum vulgariter nuncupatur, dudum prodicionaliter capiens, illudque aliquandiu captum tenens, bona ejusdem episcopi in ipso inventa magnamque piscium quantitatem qui in stagno prope castrum consistente predictum — existebant, quorum valor quingentarum librarum turonensium parvorum summam excedere noscebantur, non sine multa temeritate rapuit et de illis disposuit pro sue libito voluntatis, aliaque plura et gravia contra prefatos episcopum et ecclesiam diversis temporibus committendo in divine majestatis offensam —. Quare pro parte ipsius episcopi a nobis cum instantia petebatur ut providere sibi et eidem ecclesie super hiis de benignitate sedis apostolice dignaremur. Nolentes itaque — excessus primicerii predicti relinquere impunitos —, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, — primicerium, quem exnunc a temporalium et spiritualium executione suspendimus, in civitate Virdunensi vel in loco eidem civitati vicino — citare curetis, ut infra duos menses post citationem nostram immediate sequentes compareat personaliter coram nobis super premissis satisfacturus plenarie —, etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. junii, anno secundo.

1093 (ccvii) Vatican, 13 mai 1296.

Citatio Johannis archidiaconi de Argona in ecclesia Virdunensi. (fol. 49.)

Eisdem. Constitutus in presentia nostra venerabilis frater noster Jacobus episcopus Virdunensis non sine multa conquestione monstravit quod Johannes prepositus ecclesie Montisfalconis, archidiaconus de Argona in ecclesia Virdunensi, ad depressionem bonorum et jurium episcopi et Virdunensis ecclesie predictorum vehementer aspirans — procuravit, consuluit et consensit quod in civitate Virdunensi de novo et illicite ac de facto, ad ci-

vium ejus instantiam, nonnulli justiciarii quos vulgus juratos nominat, preter jamdicti consensum episcopi, ad quem duntaxat juratorum ipsorum asseritur pertinere creatio, crearentur et jurisdictionem inhibi exercerent in non modicum predictorum episcopi et ecclesie prejudicium et gravamen. Sacerdotes etiam infra sui archidiaconatus limites consistentes ad rebellionem et inobedientiam episcopi et ecclesie predictorum induxit, eosque in illis fovet ac retinet et tuetur inductos —. Super quibus idem episcopus suppliciter petiit per apostolice sedis circumspectam prudentiam provideri. — Quatenus vos — predictum archidiaconum in civitate Virdunensi predicta citare curetis ut infra duos menses post citationem vestram — compareat personaliter —. Dat. ut supra.

1094 (CCVIII) Vatican, 24 février 1296.

Licentia quedam beneficia retinendi. (fol. 49.)

Dilecto filio Landulfo electo Brixinensi. Te nuper exponente —.

Confirmantur certe littere Mathei, Sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, per quas prefato episcopo datur licentia conservandi preposituram ecclesie Wilburgensis Treverensis diocesis, per Warmatiensem episcopum collatam, necnon canonicatum et prebendam in eadem Warmatiensi ecclesia, ac parrochialem ecclesiam de Biberaco Constantiensis diocesis, quam et quos retinuerat post suam promotionem in episcopum Brixinensem, et ea beneficia licite retinendi cum episcopatu predicto usque ad quadriennium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. martii, anno secundo.

1095 (CCIX) Vatican, 29 avril 1296.

Nominatio episcopi Cathonensis. (fol. 49 v°.)

Venerabili fratri Ade episcopo Cathonensi in Scotia. Ex suscepte [1] servitutis —.

Adam, precentor ecclesie Rossensis, preficitur in episcopum Cathonensis ecclesie in Scotia.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno secundo.

(POTTHAST,)

1096 (CCX) Anagni, 8 juin 1296.

Mandatum colligendi pecunias in Frantia. (fol. 50.)

1. *Theiner legit* suscepto, *quod etiam reperitur apud Potthast.*

Dilectis filiis Jacobo Normanni archidiacono Narbonensi et Grimerio de Placentia canonico Parisiensi. Dire persecutionis —.

Consideratis Terre sancte extremis necessitatibus, exigant et recipiant, ecclesie Romane et Terre sancte nomine, in regno Frantie ea omnia que sedi apostolice seu Terre predicte spectant de legatis, redemptionibus crucis et votorum, obventionibus, censibus et debitis quibuscumque, aut testamentis vel bonis clericorum decedentium ab intestato, et pecunias receptas assignare curent Medico Alioti de Spinorum, Lando Sigoli de Mozorum de Florentia et Baldo Raynerii de Clarentum de Pistorio societatibus, camere mercatoribus.

Dat. Anagnie, VI id. junii, anno secundo.

1097 (CCXI) Anagni, 6 juin 1296.

De translatione quarumdam pecuniarum camere. (fol. 50 v°.)

Venerabili fratri episcopo et dilecto filio decano ecclesie Pistoriensis. Cum dilecti filii —.

Inducant Hughettum Honesti necnon Squarcialupum Jacobi et Bellutium Belli ac Orlandinum Paganelli et eorum socios, cives Lucanos, ad colligendas pecunias per apostolicam sedem deputatos, ut infra duorum mensium spatium assignent pecunias collectas Medico Alioti de Spinorum, Lando Sigoli de Mozorum de Florentia et Baldo Raynerii de Clarentum societatibus.

Dat. Anagnie, VIII id. junii, anno secundo.

1098 (CCXII) Anagni, 8 juin 1296.

Mandatum assignandi pecuniam decime ordinis Cisterciensis quibusdam mercatoribus. (fol. 50 v°.)

Dilectis filiis Cistercii et Clarevallis monasteriorum abbatibus. Licet continuata —.

Assignent decem et novem millia librarum turonensium parvorum de pecunia decime reddituum et proventuum ordinis Cisterciensis Medico Alioti de Spinorum, *etc. ut supra*, ad quod, si adimplere neglexerint, ab episcopo Lingonensi et Grimerio de Placentia canonico Parisiensi compellentur.

Dat. Anagnie, VI id. junii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Lingonensi et dilecto filio Grimerio de Placentia.* — Dat. ut supra.

1099 (CCXIII) Vatican, 7 mai 1296.

Licentia dispensandi cum quibusdam clericis. (fol. 51.)

Dilecto filio preposito ecclesie Casletensis Morinensis diocesis. Sua nobis —.

Interdicto quondam ab executoribus sedis apostolice contra Guidonem comitem Flandrie et in terras ejus promulgato, ratione collationis auctoritate apostolica facte Leonardo de Flisco de prepositura ecclesie Brugensis Tornacensis diocesis, cui opposuerat dictus comes, non admittens in suum cancellarium, ut debebat, dictum Leonardum, non obstante dicto interdicto nonnulli clerici divina celebraverant. Cum dictis clericis, intercedente comite, dispenset.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno secundo.

1100 (CCXIII) Anagni, 9 juin 1296.

Auctoritas absolvendi Lucanos interdictos. (fol. 51.)

Venerabili fratri episcopo Pistoriensi. Pridem in nostra presentia constitutus venerabilis frater noster Lunensis episcopus nobis exposuit quod potestas, capitaneus, syndicus, anciani, priores, consilium et commune Lucani, suis finibus non contenti, in terris, castris, villis et locis aliis in quibus iidem episcopus et Lunensis ecclesia dominium obtinent temporale, sibi jurisdictionem contra justitiam usurpantes, vicarios, judices et notarios generales in terris, castris, villis et locis predictis, necnon rectores seu potestates hactenus ponere presumpserunt, qui jurisdictionem temporalem exercebant ibidem —. Preterea castrum Ponzani cum pertinentiis suis ad episcopum et ecclesiam predictos spectans, in cujus possessione pacifica dictus existebat episcopus, hostiliter invadentes, eosdem episcopum et ecclesiam possessione predicta et jurisdictione quam in ipsis habebant indebite spoliarunt. Quare dilecto filio Alberto de Grondula canonico Veronensi per nostras sub certa forma dedimus litteras in mandatis ut predictos potestatem — et commune monere — procuraret, ut infra quindecim dies, a sue monitionis tempore continue numerandos, castra et alias terras ac loca predicta, amotis omnino exinde hujusmodi vicario, judice, notario, rectoribus et aliis officialibus quibuscumque —,

Integre restituant sub pena ecclesiastice censure. Quum predicti canonici monitis obtemperare Lucani neglexissent, interdicto obnoxii fuerunt; deinde autem per specialem syndicum pape mandatis obedire promiserunt. Iidem ergo nunc absolvantur a vinculo excommunicationis.

Dat. Anagnie, v id. junii, anno secundo.

1101 (CCXV) Vatican, 17 mai 1296.

« De ordinatione quorumdam locorum Florentinorum. » (fol. 51 v°.)

Venerabili fratri episcopo Florentino. Exposita nobis dilecti filii prioris et fratrum de Sancto Egidio prope muros civitatis Florentine ordinis de Penitentia Jesu Christi, ac rectoris capelle et hospitalis Sancte Marie Nove prope muros predictos petitio continebat quod, licet monasterium priorisse et sororum domus de Ripolis Florentine diocesis, sub cura et institutionibus fratrum Predicatorum viventium, satis prope civitatem predictam in decenti loco, operoso, — sit constructum, ac in loco predicto de Sancto Egidio dicti ordinis de Penitentia Jesu Christi, de duodenario numero dictorum fratrum ipsius ordinis qui inhibi consueverant immorari, adhuc octo remansissent in dicto eorum ordine Domino famulantes, suggestaque nobis minus veraciter quod priorissa et sorores predicte in eadem domo que a civitate predicta non modico spatio distare dicebatur, non poterant absque personarum et animarum periculo commorari, quodque in dicto loco de Sancto Egidio dicti ordinis de Penitentia Jesu Christi — de fratribus pauci remanserant —.

Supplicatum fuit ut locum de Sancto Egidio vendi priorisse et sororibus mandaretur, et Vicentino tunc episcopo Florentino commissum ut eundem locum venderet dictis sororibus, competenti pretio, cum consilio Thome Spiliaci civis Florentini.

Idem vero episcopus, non attendens quod hujusmodi littere per veri suppressionem et falsi suggestionem fuerant impetrate, locum predictum — dictis priorisse et sororibus pro pretio mille florenorum auri, quamvis longe majoris valoris existeret, dicitur vendidisse, in contradictores et rebelles excommunicationis sententia generaliter promulgata. Quare tam pro parte prioris et fratrum ejusdem loci de Sancto Egidio quam rectoris capelle et hospitalis predicti fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ex hujusmodi processu dicti episcopi super hoc habito grave in illis partibus scandalum sit exortum, dictusque locus de Sancto Egidio eidem hospitali, sola quadam platea intermedia, sit conjunctus et eidem hospitali plurimum oportunus ad ampliationem divini cultus et hospitalitatem inibi largius observandam, locum eundem dicto rectori eorumdem capelle et hospitalis eo modo vendi, revocatis prioribus ad eundem episcopum directis litteris et processibus per eas habitis, mandaremus, ut predicti octo fratres ejusdem loci inibi nichilominus quoad vixerint remanerent sub eorum ordine Domino famulando. Super quo etiam rectores et consules artium civitatis predicte nobis per suas litteras humiliter suppli-

carunt. Nos igitur — predictum locum de Sancto Egidio cum domibus, ortis, vineis, pertinentiis, supellectilibus et aliis bonis — pro pretio duorum milium florenorum auri — vendas rectori capelle et hospitali predicto, ut predicti fratres ejusdem loci qui inibi, ut predicitur, remanserunt, in eodem loco non sub rectoris, sed eorum prioris obedientia, — perpetuo possint remanere. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. junii, anno secundo.

1102 (CCXVI) Vatican, 21 janvier 1296.

« Indulgentia concessa in loco S. Francisci de Assisio. » (fol. 52.)

Dilectis filiis custodi et fratribus ordinis Minorum ecclesie Sancti Francisci de Assisio. Ante thronum divine clementie —.

Pro omnibus penitentibus et confessis qui ad eandem ecclesiam in festo beati Francisci et per septem dies festivitatem ipsam immediate sequentes accesserint, unius anni et quadraginta dierum indulgentia conceditur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno primo.

(POTTHAST, 24265.)

1103 (CCXVII) Anagni, 2 juin 1296.

Licentia super receptione procurationum. (fol. 52.)

Dilecto filio Adinulfo de Supino archidiacono Barensi in ecclesia Lingonensi, capellano dilecti filii nostri Francisci Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis. Laudabilia tue merita —.

Ut recipere possit in pecunia numerata procurationes a visitatis locis debitas.

Dat. Anagnie, IIII nonas junii, anno secundo.

1104 (CCXVIII) Vatican, 22 mai 1296.

Dilatio pro censu debito. (fol. 52.)

Carissimo in Christo filio C[arolo] regi Sicilie illustri. Per tuos nobis nuntios —.

Census quadraginta millium unciarum auri ad generale pondus regni Sicilie pro quinque annis debitorum, quinta scilicet parte in festo apostolorum Petri et Pauli proximo futuro solvenda, conceditur dilatio usque ad festum predictorum apostolorum futuro venturum, quod erit anno Domini millesimo ducentesimo LXXXXVII.

— Si prefatam supplicationem tuam et dilationem nostram ratas habueris, super hoc patentes litteras tuas — aurea bulla munitas, nobis ad ipsius ecclesie romane cautelam infra festum beate Marie Magdalene — exhibere procures. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. junii, anno secundo.

1105 (CCXVIII *bis*) Vatican, 20 mai 1296.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 52 v°.)

Venerabili fratri David episcopo Menevensi. Cum sicut —.

Executoria de mutuo contrahendo usque ad summam mille marcharum argenti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. junii, anno secundo.

1106 (CCXIX) Vatican, 23 avril 1296.

Nominatio abbatis monasterii Exiensis. (fol. 52 verso.)

Dilecto filio Arnaldo Raymundi abbati monasterii Exiensis Cluniacensis ordinis Agennensis diocesis. Pastoralis officii—. Sane dudum monasterio Exiensi Cluniacensis ordinis Agennensis diocesis, per obitum quondam Bertrandi de Rupe abbatis —, pastoralis solatio destituto, dilecti filii prior et conventus ejusdem monasterii, vocatis omnibus, — assumpserunt duos compromissarios videlicet fratres Guillelmum dictum Capreoli, priorem majorem, et Guillelmum dictum de Sendrens, sacristam ipsius monasterii Exiensis, ipsis potestate tradita nominandi et eligendi quinque monachos ejusdem monasterii qui plenam et liberam potestatem haberent postulandi et eligendi abbatem dicto monasterio Exiensi de gremio monasterii Moysiacensis, prout de antiqua et approbata et hactenus observata consuetudine —. Dicti vero prior et sacrista secedentes — elegerunt Gerardum Alboini, Bernardum de Sancto Ananio [1], Petrum de Caturcinio, Arnaldum de Savinhaco, et Pontium de Lezerguas — qui eligendi abbatem, ut premittitur, plenam potestatem haberent. Sane prefati quinque monachi sic electi — accedentes ad monasterium Moysiacensem predictum —, post diversos et varios quos inter se super electione prefati abbatis habuere tractatus, cum omnes simul in unam non possent concordare personam, tres ex ipsis, videlicet Bernardus de Sancto Ananio, Petrus de Caturcinio et Pontius de Lezerguas fratrem Armanum Pagani,

1. *Ms.* Amano.

priorem de Sancta Gavella, predicti monasterii Moisiacensis monachum, elegerunt in abbatem —. Sane post electionem hujusmodi, predicto compromisso per sexdecim ex monachis dicti monasterii Exiensis ex causis aliquibus revocato, — compromisserunt in Geraldum Albayni, Petrum Bernardi, sacristam, Arnaldum de Savinhaco, camerarium monasterii Exiensis, dantes eisdem compromissariis plenam potestatem providendi dicto Exiensi monasterio de abbate, qui quidem — fratrem Bertrandum dal Faro, priorem de Securio, monasterii Moysiacensis monachum, in abbatem elegerunt —.

Interjectis autem diversis appellationibus, et prioribus sic electis suis juribus renuntiantibus, a papa preficitur in abbatem predicti monasterii Arnaldus Raymundi, prior de Pomerio vico, Moysiacensis monasterii monachus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis priori et conventui monasterii Exiensis Cluniacensis ordinis Agennensis diocesis.*

In e. m. *universis vasallis monasterii Exiensis*, etc.. — Dat. ut supra.

1107 (CCXX) Vatican, 24 mai 1296.

Dilecto filio fratri Arnaldo Raymundi abbati monasterii Exiensis Cluniacensis ordinis Agennensis diocesis. Pastoralis officii debitum —.

Eadem ac precedens bulla (n° 1106). Sane per errorem scribe bis transcripta.

1108 (CCXXI) Latran, 25 mai 1296.

Citatio quorumdam in curia. (fol. 53.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Compostellano et .. episcopo Mindoniensi, ac dilecto filio archidiacono de Avantis in ecclesia Lucensi. Quamvis grave feramus —.

Ut injuriosos in fratres ordinis Minorum Aurenses ad comparendum coram apostolica sede citent.

Dat. Laterani, VIII kal. junii, anno secundo.

(POTTHAST, 23345.)

1109 (CCXXII) Anagni, 12 juin 1296.

Ut renuntiatione abstineat. (fol. 53 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Pictavensi. Ille vere novit —.

Renuntiatione et cessione ecclesie Pictavensis quas per Andream archipresbyterum de Luciaco et Bartholomeum de Placentia canonicum ecclesie beate Marie Majoris Pictavensis, nuntios, a papa permitti rogaverat, abstineat.

Dat. Anagnie, II id. junii, anno secundo.

1110 (CCXXIII) Anagni, 20 juin 1296.

Relaxatio interdicti contra Lucanos lati. (fol. 53 v°.)

Dilectis filiis potestati, capitaneo, syndico, ancianis, prioribus, consilio et comuni Lucanis. Pridem in nostra presentia —.

Lucani magistratus et commune propter violentias contra bona et terras episcopi Lunensis ac specialiter contra castrum Ponzani latas, ab Alberto de Grundula interdicti, deinde quidem ad saniora consilia reducti, a sententia interdicti relaxantur.

Dat. Anagnie, X kal. julii, anno secundo.

In e. m. *Guardiano fratrum Minorum Lucanorum.* Pridem in nostra —.

Dictos magistratus et commune absolvat.

Dat. ut supra.

1111 (CCXXIIII) Vatican, 25 mai 1296.

Venerabili fratri episcopo Carleolensi. Non facile ferimus —. Dudum siquidem attendentes — grandia et utilia necessariaque servitia quibus quondam Ubertus Raynaldi, tunc vivens, et dilecti fillii Amanatus Bote, Maynetus Raynaldi, Gaietanus Odorisii et alii eorum socii, cives et mercatores Florentini, de societate Pulicum et Lambertinorum (*sic*) [1] de Florentia erga nos et Romanam ecclesiam — diu viguerunt — et adhuc incessanter vigere noscuntur, eorum personas et bona pro nobis, ecclesia, — tam graviter quam utiliter et necessario exponentes, dignum duximus et conveniens equitati eorum comodis favorabiliter intendendum. Sicque cum in regno Scotie pro carissimo in Christo filio nostro E[duardo] rege Anglie illustri, qui ad Terre sancte subsidium suscepit venerabile signum crucis, fuerint per fe. re. Nicolaum papam quartum decime imposite ad sex annos, tuque per ipsam Romanam ecclesiam in dicto regno Scotie [2] ipsarum decimarum fuisses deputatus collector, certis pactionibus et conventionibus initis inter eandem ecclesiam et dictum regem, nos, volentes pacta et conventiones hujusmodi in aliquo immutari —, consideratione quoque dilectorum

1. *Alias et ultra* Rembertinorum.
2. *Ms.* Scocie.

filiorum nostrorum Mathei Sancte Marie in Porticu et Neapoleonis Sancti Adriani diaconorum cardinalium, — tibi precipimus ut dilectis filiis Durazo Uberti, Abraza Gerardi, Gerardo Symoneti et Raynerio Belinzonis, civibus et mercatoribus Florentinis, de societate predicta eorumdem tunc Uberti, Amannati, Maynecti et Gaietani mercatorum sociis —, *decem millia marcarum bonorum et legalium sterlingorum* de pecunia dictarum decimarum, ad quarum collectionem fuisti in regno Scotie [1], ut premittitur, deputatus, absque cujuslibet dilationis diffugio et difficultatis obstaculo in depositum nomine nostro et ecclesie prelibate infra unius mensis spatium post receptionem ipsarum litterarum liberaliter et integre assignare curares—. Nec in dicta decem millium marcarum summa computari vel de ipsa deduci voluimus, si qua de decima per te vel etiam per venerabiles fratres nostros Lincolniensem et Wintoniensem episcopos, deputatos in regno Anglie decimarum hujusmodi collectores, apud predictos mercatores de prefata [2] societate Pulicum et Rembertinorum deposita noscerentur, cum nostre intentionis fuerit et existat quod, preter illa, per te apud mercatores et societatem eosdem predicta marcharum decem milia deponantur —. Verum, sicut accepimus, licet tibi fuerint pro parte mercatorum ipsorum predicte nostre littere presentate ac super hoc fueris per eos cum instantia requisitus, tu tamen, certis occasionibus adinventis, id efficere, de quo admirari compellimur, non curasti. Cum igitur nostre intentionis existat quod prelibati mercatores super hoc plenum consequantur effectum, fraternitati tue — mandamus quatenus, infra unius mensis spatium post receptionem presentium, predicta decem milia marcharum — apud eosdem mercatores de Pulicum et Rembertinorum societate prefata — deponere — procures —. Alioquin venerabili fratri nostro episcopo Rossensi in Scotia [3] et dilectis filiis magistro Goffrido de Vezano canonico Cameracensi, camere nostre clerico ac nuntio nostro in Anglia, damus per alias nostras litteras in mandatis ut ipsi vel alter ipsorum, per se vel alium seu alios, ex tunc te ad id, monitione premissa, auctoritate nostra apostolica te compellant —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. junii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Rossensi in Scotia et Goffrido de Vezano canonico Cameracensi.*

Dictum episcopum ad assignationem predictam cogant.

Dat. ut supra.

1. *Ms.* Scocie.
2. *Ms.* Prefate.
3. *Ms.* Scocia.

1112 (CCXXV) Vatican, 24 avril, 1296.

Nominatio archiepiscopi Dublinensis. (fol. 53 v°.)

Dilecto filio fratri Guillelmo de Othun, ordinis Predicatorum, electo Dublinensi. Romane matris ecclesie —.

Preficitur in Dublinensem archiepiscopum, post obitum b. m. J[ohannis] archiepiscopi et cassationem electionis magistri Thome de Reddeworte, decani ecclesie Sancti Patritii Dublinensis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui ecclesie Dublinensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Dublinensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Dublinensis.*
In e. m. *universis vasallis ecclesie Dublinensis.*
In e. m. *carissimo in Christo filio E[duardo] regi Anglie illustri, domino Ybernie.*

(POTTHAST, 24324.)

1113 (CCXXVI) Agnani, 22 août 1296.

Dispensatio residentie. (fol. 55.)

Dilecto filio Reginaldo de Foresta Regis, diacono, rectori ecclesie de Treniaco Antisiodorensis diocesis. Volentes personam tuam —

Ut fructus, redditus et proventus ecclesie de Tregniaco per quinquennium percipere possit, nec ad residendum teneatur.

Datum Anagnie, XI kal. septembris, anno primo.

In e. m. *dilectis filiis subdecano et subcentori ecclesie Carnotensis ac magistro Roberto de Sancto Mederico canonico Remensi.*

1114 (CCXXVII) Anagni, 2 juin, 1296.

Confirmatio pro monialibus S. Damiani. (fol. 55 v°.)

Dilectis filiis generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum. Quasdam litteras —.

Confirmantur littere quedam Innocentii pape IIII[i], date Lugduni quarto id. julii, pontificatus anno quarto, per quas monialibus ordinis Sancti Damiani seu sancte Clare conceditur ut sub magisterio et doctrina ordinis fratrum Minorum ponantur.

Dat. Anagnie, IIII [1] non. julii, anno secundo.

1. *Ms.* V.

1115 (CCXXVIII) Anagni, 2 juin 1296.

Dispensatio de solutione decimarum. (fol. 55 v°.)

Dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et conventibus monialium inclusarum ordinis sancte Clare, sive Sancti Damiani seu Minorisse dicantur. Laudabilis sacra religio —.

Ut ad decimarum vel procurationum solutiones minime teneantur.

Dat. Anagnie, IIII non. junii, anno secundo.

(POTTHAST, 23346.)

1116 (CCXXVIIII) Anagni, 18 juin 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 56.)

Dilecto filio magistro Petro de Croc canonico Parisiensi, Quia venustate morum —.

Ei de canonicatu et prebenda proxime vacantibus in ecclesia Parisiensi, considerato quod theologie facultatis magisterium obtinuit, providetur, sub ea conditione ut dimittat post assecutionem dicti canonicatus omnia alia beneficia que possidet.

Dat. Anagnie, XIIII kal. julii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri archiepiscopo Narbonensi et dilectis filiis priori Sancti Christofori Silvanectensis diocesis ac magistro Petro de Montechiello canonico Dolensi.* Quia venustate morum —. Dat. ut supra.

1117 (CCXXX) Anagni, 18 juin 1296.

De bannitis in civitate Beneventana immorantibus. (fol. 56.)

Ad perpetuam rei memoriam. Quanto amplius civitatis —.

Ne Beneventane civitatis rector et cives permittant, ut fecerunt, bannitos de regno Sicilie in predicta civitate immorari, propter quod odium suscitatum est inter regni dominos et cives Beneventanos, ac super delictis per eosdem cives ante sui regiminis initium commissis rector provideat.

Dat. Anagnie, XIIII kal. julii, anno secundo.

1118 (CCXXXI) Anagni, 18 juin 1296.

Constituitur archiepiscopus Beneventanus judex appellationum. (fol. 56 v°.)

Dilectis filiis civibus Beneventanis ecclesie Romane fidelibus. Exposita nobis —.

Cum judex quidam appellationum usque ad summam unciarum auri quindeci, a Nicolao papa IIII° quondam constitutus, propter hominum paupertatem sua stipendia non recipiens, a civitate recesserit, constituitur in appellationum judicem usque ad predictam summam archiepiscopus Beneventanus tam in civilibus quam in criminalibus.

Dat. ut supra.

1119 (CCXXXII) Anagni, 18 juin 1296.

Licentia pro civibus Beneventanis. (fol. 56 v°.)

Eisdem. Ad vestrum et civitatis —.

Ut rectores per Romanam ecclesiam in civitate Beneventana deputati, necnon ipsorum officiales et familiares, auctoritate apostolica syndicentur, eis indulgetur.

Dat. ut supra.

1120 (CCXXXIII) Anagni, 18 juin 1296.

Hortatio ad ordinationem revocandam. (fol. 56 v°.)

Carissimo in Christo filio C. regis Sicilie illustri. Habet, fili, fidedigna relatio quod regalis Sublimitas ordinavit statuitque de novo ut omnes qui ad civitatem Beneventanam merces seu venalia quelibet deferunt solvant, ratione doane, pro qualibet auri uncia quindecim grana auri, in grave civitatis ejusdem et ejus civium prejuditium libertatis ac in derogationem privilegiorum — super hoc — concessorum. —

Ordinationem hujusmodi revocet et cives suis privilegiis libere perfrui permittat.

Dat. ut supra.

1121 (CCXXXIIII) Anagni, 18 juin 1296.

Judex appellationum constituitur. (fol. 56 v°.)

Venerabili fratri archiepiscopo Beneventano. Exposita nobis —.

Constituitur judex appellationum usque ad summam quindecim unciarum auri in civitate Beneventana.

Dat. ut supra.

1122 (CCXXXV) Anagni, 18 juin 1296.

De concessione officiorum quorumdam. (fol. 56 v°.)

Eidem. Ex parte communis —.

Ut judicatus et tabellionatus officia Nicolao Stellatello et Stampalupo, civibus Beneventanis, concedat.

Dat. ut supra.

In e. m. *archiepiscopo Neapolitano*. — Pro Nicolao de Theano et Lancelloto Gregorii.

Dat. ut supra.

1123 (CCXXXVI) Vatican, 20 mars 1296.

Relaxatio interdicti et mulcte. (fol. 56.)

Potestati, consilio et communi Perusinis. Sedes apostolica —.

Perusini, propter guerram contra Fuliginates initam, censuris ecclesiasticis et mulcta decem milium marcharum argenti puniti, a penis spiritualibus et ab obligatione residuum mulcte pagandi solvuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. aprilis, anno secundo.

(POTTHAST, 24303; ARCH. STOR. ITAL. XVI, II, 490.

1124 (CCXXXVII) Anagni, 21 juin 1296.

Licentia retinendi beneficia. (fol. 56.)

Dilecto filio Petro Remigii cantori ecclesie Ulixbonensis. Illis apostolica sedes —.

Ut ecclesiam sancti Andree de Mafara Ulixbonensis diocesis, una cum cantoria, canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, retinere possit.

Dat. Anagnie, XI kal. julii, anno secundo.

1125 (CCXXXVIII) Anagni, 24 juin 1296.

Restitutio hereditatis sub conditione feudi. (fol. 56 v°.)

Dilecto filio nobili viro Pone quondam Peponis de Campilio. Tue devotionis et fidei —.

Cum dictus Pone heres institutus fuisset a patruo suo Neapoleone de Campilio et patre suo Pepone, certis sub conditionibus, quas infra tempus prefixum non observaverat, hec bona ad Romanam ecclesiam devoluta fuerant. Nunc autem, conditionibus impletis et divisione habita cum aliis heredibus, hec bona restituuntur predicto in perpetuum feudum ecclesie Romane sub annuo censu quinque florenorum auri, pro quo feudo Matheus de Palliano, canonicus Corinthiensis, recipiet ejus juramentum.

Dat. Anagnie, VIII kal. julii, anno secundo.

In e. m. *dilecto filio magistro Matheo de Palliano, capellano nostro, canonico Corinthiensi.* Devotionis et fidei —. Dat. ut supra.

1126 (CCXXXVIIII) Anagni, 17 juin 1296.

Translatio cancellarie ecclesie Parisiensis. (fol. 57.)

Dilecto filio magistro de Sancto Adomaro canonico Parisiensi. Adjuti meritis —.

Canonicatu et prebenda ac archidiaconatu quos in ecclesia Remensi tenebat quondam Rufinus, in Mediolanensem archiepiscopum prefectus, magistro Bertaudo de Sancto Dyonisio cancellario Parisiensi collatis, vacans hujusmodi cancellerie munus dicto Adomaro transfertur.

Dat. Anagnie, XV kal. julii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis abbati monasterii Sancti Victoris juxta Parisius et magistris Gualtero de Sancto Richario Ebroicensis ac Andree de Cresciaco Baiocensis ecclesiarum canonicis.* Adjuti meritis —.

Ut eum in corporalem possessionem predicte cancellarie inducant.

Dat. ut supra.

1127 (CCXL) Anagni, 17 juin 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 57 v°.)

Dilecto filio Stephano dicto de Jumeauvilla canonico Abrincensi. Digne agere —.

In canonicum ecclesie Abrincensis promovetur, non obstante quod possidet ecclesiam Beate Marie de Nousiaco Carnotensis diocesis.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis magistris Dominico de Sancto Urbano, capellano nostro, archidiacono de Virtuto Cathalaunensis, et Radulpho de Haricuria ac Guillelmo de Tournebu canonicis Constanciensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1128 (CCXLI) Anagni, 22 juin 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 59.)

Dilecto filio Guidoni de Castro Arquato canonico ecclesie Sancti Nicolai Belvacensis. Tue merita probitatis —.

Ei, precibus G. episcopi Sabinensis, de canonicatu vacante in ecclesia Abrincensi per liberam renuntiationem Jacobi de Casa apud sedem apostolicam per procuratorem factam, pro-

videtur, non obstante quod habet in ecclesiis Sancti Nicolai de Castro Arquato Placentine diocesis prepositnram, et Sancti Salvatoris de Sancto Paolo Morinensis diocesis, canonicatum et prebendam.

Dat. Anagnie, x kal. julii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis abbati monasterii Sancti Luciani juxta Belvacum et archidiacono Parmensis et thesaurario Baiocensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1129 (CCXLII) Anagni, 10 juin 1296.

Nominatio collectoris decimarum in Anglia. (fol. 59 v°.)

Dilecto filio magistro Giffredo de Vezano canonico Cameracensi, nuntio nostro in Anglia. Dudum felicis —.

Eligitur ad colligendum cum episcopo Wintoniensi decimas Cantuariensis et Eboracensis provinciarum, a Nicolao quarto Eduardo regi per sex annos concessas, in loco Lincolniensis episcopi, etate graviter laborantis.

—Mandantes ut quicquid ad te de decima ipsa pervenerit, aut apud aliquam edem factam et tutam aut penes mercatores camere nostre de societate Clarentum de Pistorio, Mutiorum et Spinorum de Florentia deponere studeas—. Dat. Anagnie, IIII id. januarii, anno secundo.

1130 (CCLIII) Anagni, 7 juillet 1296.

Licentia de mutuo contrahendo. (fol. 59.)

Venerabili fratri Petro episcopo Autisiodorensi. Cum sicut ex parte —.

Ut usque ad summam quinque millium librarum turonensium mutuum contrahere possit.

Dat. Anagnie, non. julii, anno secundo.

1131 (CCXLIIII) Anagni, 9 juillet 1296.

Nominatio episcopi Vivariensis. (fol. 99 v°.)

Venerabili fratri episcopo Vivariensi. Ad regimen universalis —.

Guillelmus, frater ordinis Minorum, in Vivariensem episcopum preficitur.

Dat. Anagnie, VII id. julii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Vivariensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Vivariensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Vivariensis.*
In e. m. *nobilibus viris, baronibus, aliisque vasallis ecclesie Vivariensis.* — Dat. ut supra.

1132 (CCXLV) Anagni, 1er juillet 1296.

Nominatio abbatis S. Ambrosii Mediolanensis. (fol. 60.)

Dilecto filio Bertrando abbati Sancti Ambrosii Mediolanensis ordinis sancti Benedicti. Ad regimen universalis —.

Cum, dicto monasterio per obitum Facii abbatis regimine destituto, due electiones per monachos facte fuissent, una videlicet de Matheo dicto Cocca et altera de Astulfo de Lampuniano, atque renuntiasset Astulfus, Bertrandus, tunc monachus Sancti Victoris Massiliensis, preficitur in abbatem Sancti Ambrosii.

Dat. Anagnie, kal. julii, anno secundo.

In e. m. *conventui monasterii Sancti Ambrosii.*
In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Ambrosii.* — Dat. ut supra.

1133 (CCXLVI) Anagni, 8 juillet 1296.

Nominatio abbatis S. Justine Paduane. (fol. 60 v°.)

Dilecto filio Radulfo abbati Sancte Justine Paduane ordinis sancti Benedicti. Inter alia —.

Cum, dicto monasterio per obitum Oderici abbatis regimine destituto, due electiones per monachos facte fuissent, una de Nicolao ipsius monasterii priore claustrali, altera de Bonifacio priore prioratus Sancti Salvatoris de Montesilice Paduane diocesis, et uterque electioni renuntiasset, Radulfus, tunc prior prioratus Sancte Crucis de Venetiis ordinis sancti Benedicti Castellane diocesis, preficitur in abbatem Sancte Justine.

Dat. Anagnie, VIII id. julii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui monasterii Sancte Justine.*
In e. m. *universis vasallis predicti monasterii.* — Dat. ut supra.

1134 (CCXLVII) Anagni, 2 juillet 1296.

Confirmatio electionis abbatis S. Benigni Fructuanensis. (fol. 61.)

Dilecto filio Uberto abbati monasterii Sancti Benigni Fructuanensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Yporiensis diocesis. Debitum officii —.

Cum, dicto monasterio per obitum Bonifacii abbatis regimine destituto, per tres fratres scilicet Jacobum dicti monasterii priorem claustralem, Henricum priorem prioratus de Merozio, ac Ubertum de Alba prepositum ecclesie Sancti Benigni de Serralonga Astensis et Albensis diocesium, electos com-

promissarios, abbas nominatus fuerit dictus Ubertus, tunc prior prioratus Sancti Secundi de Turri Astensi, confirmatur ejusdem electio.

Dat. Anagnie, v non. julii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1135 (CCXLVIII) Anagni, 7 juillet 1296.

Indulgentia pro clericis. (fol. 61 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo archiepiscopo Rothomagensi.

Ut quinque clerici ipsius, quos duxerit eligendos, possint per quinquennium percipere fructus beneficiorum suorum, etiam si personatus et dignitates existant et curam habeant animarum, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, ea cum integritate cum qua illos perciperent si personaliter in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent residerent, nec interim ad faciendum in eisdem personalem residentiam teneantur.

Dat. Anagnie, non. julii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. Sancti Audoeni Rothomagensis et Sancte Catherine in Monte juxta Rothomagum monasteriorum abbatibus, et magistro Petro de Montechiello canonico Dolensi.* — Dat. ut supra.

1136 (CCXLIX) Anagni, 7 juillet 1296.

Licentia adhibendi censuram ecclesiasticam. (fol. 61 v°.)

Eidem. Desideriis tuis —.

Cum nonnulli clerici, prelati etiam in pontificalibus constituti, ac laici, milites et barones occupent bona ecclesie Rothomagensis et amplius invadere presumant, « ut in occupatores et turbatores bonorum tuorum et ipsius ecclesie ubicumque infra regnum Frantie consistentium ac etiam in tuos et ejusdem ecclesie malefactores in regno consistentes eodem, nisi a te canonice moniti ab injuriis et violentiis cessaverint et hujusmodi occupata tibi restituerint et de dampnis illatis satisfaciant congruenter, infra competentem terminum quem eis peremptorie duxeris prefigendum, possis censuram ecclesiasticam ratione previa libere exercere auctoritate tibi presentium indulgemus —. »

Dat. ut supra.

1137 (CCL) Anagni, 7 juillet 1296.

Licentia reconciliandi loca violata. (fol. 62.)

Eidem. Attendentes benignius —.

Ut ecclesias et cimiteria civitatis et diocesis, per effusionem sanguinis violata, ab ydoneis personis reconciliari faciat, aqua per se prius, ut moris est, benedicta.

Dat. ut supra.

1138 (CCLII *sic*) Anagni, 4 juillet 1296.

Licentia conferendi prebendas. (fol. 62.)

Venerabili fratri S. archiepiscopo Bituricensi. Personam tuam —.

Possit, non obstante contradictione, tres personas ydoneas in Bituricensi ecclesia, in qua receptio canonicorum et collatio prebendarum ad archiepiscopum et decanum ac capitulum ejusdem ecclesie noscitur comuniter pertinere, in canonicos et in fratres recipere ac providere eorum singulis de singulis prebendis.

Dat. Anagnie, v id. julii, anno secundo.

1139 (CCLIII) Anagni, 11 juillet 1296.

Alia licentia. (fol. 62.)

Eidem. Dono scientie preditus —.

Possit, quandiu apud sedem apostolicam morabitur, per ydoneos vicarios, unum vel plures, diocesim visitare et procurationes debitas in pecunia numerata per eos recipere.

Dat. ut supra.

1140 (CCLIIII) Anagni, 7 juillet 1296.

Dispensatio residentie. (fol. 62 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Montechiello rectori ecclesie Sancti Jangulfi Cabilonensis diocesis. Considerantes tue multiplicis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod ecclesie tue Sancti Jangulfi Cabilonensis diocesis cura imminet animarum, quodque si te in ea personaliter residere contingeret, parum posses proficere in eadem, cum ydyomatis (*sic*) illarum partium sis ignarus, propter quod ad majoris consolationis et edificationis solatium ipsius ecclesie parrochianis accederet si vicarium eorum ydyoma scientem et alias ydoneum in eadem ecclesia continue retineres. —

Possit redditus predicte ecclesie integraliter percipere, etsi non residat, et inibi constituere vicarium ydoneum cum congrua reddituum portione.

Dat. Anagnie, vii id. julii, anno secundo.

In e. m. *episcopo Nivernensi et dilectis filiis plebano plebis*

de Montechiello Clusiniensis (sic) *diocesis ac magistro Riccardo de Senis canonico Rothomagensi.* — Dat. ut supra.

1141 (CCLV) Anagni, 6 juin 1296.

Licentia contrahendi mutuum. (fol. 62 v°.)

Venerabili fratri Hugoni episcopo Tholosano. Cum pro imminentibus —. Nos — fraternitati tue contrahendi mutuum usque ad summam quinquaginta millium librarum turonensium parvorum, nomine tuo et ipsius ecclesie Tholosane, ac te ipsum et successores tuos ac predictam ecclesiam ac tua et eorumdem bona mobilia et immobilia presentia et futura usque ad summam hujusmodi creditoribus obligandi, usuris omnino cessantibus, et renuntiandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum, omnibus litteris et indulgentiis apostolicis impetratis et etiam impetrandis et omni juris canonici et civilis auxilio et conventioni judicum et locorum, si eorumdem creditorum super hiis apostolicas litteras contigerit impetrari, necnon omnibus aliis exceptionibus per quas contra creditores eosdem tu dictique tui successores possetis in posterum vos tueri, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem —. Ceterum ne in hoc vorago locum sibi vendicet usurarum, nostre intentionis existit et volumus quod tu et iidem successores aut dicta ecclesia Tholosana sua vel tua vel ipsorum bona per has nostras litteras per cujusdam fraudis seu calliditatis astutiam sub quovis palio seu colore verborum ad usuras aliquas obligari nullatenus valeatis, easdem litteras et concessiones, cautiones et recognitiones, seu promissiones per eas vel earum auctoritate seu occasione factas, quoad obligationem usurarum hujusmodi, decernentes irritas —. Dat. Anagnie, VIII id. januarii, anno secundo.

1142 (CCLVI) Anagni, 12 juillet 1296.

Confirmatio archiepiscopi Magdeburgensis. (fol. 63.)

Venerabili fratri Burchardo archiepiscopo Magdeburgensi. Inter sollicitudines varias —.

Is, per Bernardum prepositum, Gottefridum decanum, Henricum scolasticum et Albertum de Ketheliz canonicum ejusdem ecclesie, compromissarios capituli nomine unanimiter electus, tunc archidiaconus in Wedinge, considerato quod per eum ecclesie « jura poterunt a quorumlibet malignorum incursibus defensari, » et electione a tribus cardinalibus examinata, confirmatur.

Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Magdeburgensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Magdeburgensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Magdeburgensis.*
In e. m. *universis vasallis ecclesie Magdeburgensis.*
In e. m. *universis suffraganeis ecclesie Magdeburgensis.*
In e. m. *carissimo in Christo filio A. regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1143 (CCLVI *bis*) Anagni, 1er juillet 1296.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 63 v°.)

Venerabili fratri Galtero episcopo Nigripontensi. Extendentes benignius —.

Eximitur a Constantinopolitani patriarche, « etiam si eum in illis partibus legationis officium habere contigerit, » necnon Atheniensis archiepiscopi, metropolitani sui, jurisdictione.

Dat. Anagnie, kal. julii, anno secundo.

1144 (CCLVII) Anagni, 19 juillet 1296.

Assignatio pallii. (fol. 63 v°.)

Dilecto filio Andree electo Brundusino. Cum pallium, insigne videlicet pontificalis officii —.

Ei pallium, per Baonem de Murcano canonicum Brundusinum pro dicto electo rogatum, conceditur, et Ostuanensi et Castellanetensi episcopis, qui predicto illud insigne assignent, dirigitur per eundem nuntium.

Dat. Anagnie, XIIII kal. augusti, anno secundo.

1145 (CCLVIII) Anagni, 19 juillet 1296.

De eodem. (fol. 63 v°.)

Venerabilibus fratribus Ostuanensi et Castellanetensi episcopis. Cum pallium —.

Ut pallium, Andree electo Brundusino concessum, eidem assignent.

Dat. ut supra.

1146 (CCLIX) Anagni, 17 juillet 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 64 v°.)

Dilecto filio nobili viro Pellario, nato quondam Lamberti militis, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Theodore, nate quondam Ugolini de Caperna, civium Pisanorum. Etsi conjuncto copule —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod ab olim inter progenitores vestros, insti-

gante pacis emulo generis humani inimico, graves fuerunt inimicitie ac discordie suscitate, quarum occasione preter non modica dampna rerum, plura personarum et animarum pericula evenerunt, et ne graviora contingant verisimiliter dubitatur, propter quod affectatis, ut hujusmodi cessent inimicitie, discordie ac pericula terminentur, cum aliud in hac parte congruum nequeat adhiberi remedium, matrimonialiter invicem copulari, sed quia quarto estis gradu consanguinitate conjuncti non potest, impedimento hujusmodi obsistente, vestrum in hac parte desiderium adimpleri —.

Super hoc quarti gradus consanguinitatis impedimento dispensatur.

Dat. Anagnie, xvi kal. augusti, anno secundo.

1147 (CCLX) Anagni, 13 juin 1296.

Dispensatio super defectu etatis. (fol. 64.)

Dilecto filio Bartholello clerico, nato dilecti filii nobilis viri Jacobelli de Tuderto, familiaris nostri. Tua et tuorum devotio —.

Ut possit, non obstante defectu etatis, quintum decimum annum tantum exagens, beneficium ecclesiasticum, etsi curam habeat animarum, recipere.

Dat. Anagnie, id. junii, anno secundo.

1148 (CCLXI) Anagni, 7 juillet 1296.

Alia dispensatio. (fol. 64.)

Venerabili fratri Petro episcopo Caminensi. Habet tue fraternitatis quod quondam Michael pater tuus, dum adhuc viveret, in juvenili constitutus etate, traditus extitit studio litterarum et tandem illud improvide deserens cum quondam Margarita, matre tua, tunc virgine matrimonium contraxit, carnali postmodum inter eos copula subsecuta, et eidem uxori cohabitans, postmodum omnes sacros ordines, uxore predicta penitus ignorante nec postmodum id ratum habente, suscepit, et demum in sacerdotio positus te ex uxore genuit supradicta —.

Ei super hoc de abundanti dispensatio conceditur.

Dat. Anagnie, non. julii, anno secundo.

1149 (CCLXIII) Anagni, 21 juillet 1296.

Dispensatio visitationis. (fol. 64.)

Venerabili fratri Rostangno (sic) *Aquensi archiepiscopo.* Habet in nobis— .

Possit, propter infirmitatem sui corporis, per alium diocesim suam visitare et procurationes in pecunia numerata recipere.

Dat. Anagnie, xii kal. augusti, anno secundo.

1150 (CCLXII) Anagni, 14 juin 1296.

Licentia conferendi canonicatum. (fol. 64.)

Venerabili fratri Jacobo episcopo Morinensi. Tuam volentes —.

Possit, non obstante contradictione, unam personam ydoneam in Morinensi ecclesia in canonicum recipere et de prebenda ei providere.

Dat. Anagnie, xviii kal. julii, anno secundo.

1151 (CCLXIIII) Anagni, 17 juin 1296.

Nominatio abbatis S. Saturnini. (fol. 64 v°.)

Dilecto filio Sanctio abbati monasterii Sancti Saturnini diocesis Tholosane, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini. Apostolatus officium—.

Post mortem Arnaldi de Villamuro abbatis, duabus electionibus in discordia factis a monasterii capitulo, una scilicet de Raymundo Octonis de Calvomonte, altera de Vitali de Martiribus prioratuum prioribus, qui resignaverunt jus suum in manibus pape, preficitur in abbatem predicti monasterii dictus Sanctius, tunc archidiaconus M[en]se (?) in ecclesia Pampilonensi.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno secundo.

In e. m. *conventui monasterii Sancti Saturnini.* — Dat. ut supra.

1152 (CCLXV) Anagni, 11 juillet 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 64 v°.)

Dilecto filio magistro Matheo Carazulo de Neapoli, notario nostro, canonico Rothomagensi. Clara tue probitatis —.

Pro suis meritis et consideratione dilectionis pape ad patruum suum magistrum Berardum de Neapoli, apostolice sedis notarium, vacantem aut proximo vacaturum canonicatum in ecclesia Rothomagensi per se vel per procuratorem ydoneum recipiat, non obstantibus canonicatibus quos in Baiocensi ac Saresbiriensi et Capuana ecclesiis, et ruralibus capellis Sanctorum Nicolai et Petri de Summa Nolani ac Sancti Laurentii de Triano atque Sancti Cipriani prope Neapolim, quas noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, v. id. julii, anno secundo.

In e. m. *magistro Raymundo de Tarentasia Aurelianensi, capellano nostro, et Raymundo Lauterii Ulixbonensi ac Ma-*

rino Filimarini de Neapoli Capuano canonicis. Clara probitatis —.

Ut dictum Matheum in corporalem possessionem predicti canonicatus inducant.

Dat. ut supra.

1153 (CCLXVI) Anagni, 20 juillet 1296.

Donatio ordini militie Templi. (fol. 65.)

Dilectis filiis magistro et fratribus ordinis militie Templi Jerosolimitani. Ordinis vestri favor —.

Cum in Campanie maritime partibus nullum receptaculum habeant, eis in dono conceduntur domus et ortus seu casalinus juxta ipsam domum, cum pertinentiis que posita sunt in civitate Anagnina in parrochia Sancte Balbine, ad Romanam ecclesiam pertinentes.

Dat. Anagnie, XIII kal. aug. anno secundo.

1154 (CCLXVII) Latran, 24 mai 1295.

Dispensatio super defectu ordinum. (fol. 65 v°.)

Dilecto filio Hugolino subdiacono, priori secularis ecclesie Sancti Johannis de Marsiano Perusine diocesis. Ex parte tua —.

Cum, dictum prioratum canonice assecutus, se non fecerit infra annum in presbyterum ordinari, et dicti prioratus redditus per plures annos retinuerit, ei conceditur ut ipsum prioratum licite retinere possit, nec, usque ad quinquennium, ad susceptionem diaconatus et presbyteratus teneatur.

Dat. Laterani, VIIII kal. junii, anno secundo.]

1155 (CCLXVIII) Anagni, 23 juillet 1296.

Committitur munus inquirendi super scandalis in ecclesia Tolosana. (fol. 65 v°.)

Venerabilibus fratribus Carcassonensi et Biterrensi[1] *episcopis.* Grave gerimus et molestum —. Dudum siquidem dilecto filio Arnaldo ecclesie Tholosane preposito, tum apud sedem apostolicam constituto, vive vocis oraculo duximus injungendum ut, cum ecclesia predicta que solet hactenus titulis clarere conspicuis meritorum, tunc, prout fidedignis pandebatur affatibus, propter graves et enormes excessus actusque nepharios quorumdum canonicorum ejusdem ecclesie qui dare non metuunt in commotionibus pedes suos, erat multiplicis nubilo diffamationis obducta, et etiam in civitate Tholosana non levis dissensionis et scandali materia suscitata, religionem in eadem ecclesia reformaret, corrigendo in illa sollicite que correctionis et reformationis videntur officio indigere ac expedire utiliter honori et statui ecclesie memorate. Cumque postmodum prelibatus prepositus ad eandem ecclesiam rediisset intendens sollicite ad mandatum nostrum hujusmodi exequendum, congregato ecclesie predicte capitulo generali, cui cura sibi ex sui debito prout asseritur incumbit officii, universos et singulos ejusdem capituli tam de mandato predicto quam auctoritate sua caritative monere ac inducere procuravit, ut ipsi, proprie saluti et fame ac honori ejusdem ecclesie curiosis et sollicitis studiis providentes, ad ipsius claustrum ecclesie quod inhoneste dimiserant sublata qualibet dilatione redirent, ac in dormitorio communi jacerent, refectorio ederent, ut tenentur, dictique claustri portas versus vias publicas que ab eis quasi continue non sine multa indecentia tenebantur aperte, fermare seu claudere non differrent, vestes autem dissolutas et religionis honestati contrarias omnino dimitterent, ac infra septus ecclesie supradicte, discursibus omissis illicitis, morarentur, aliasque suam ut convenit regulam observare ac honeste casteque vivere procurarent; tunc, propter vitam aliquorum ex eis nimia dissolutione collapsam ac alia prava et perversa ipsorum opera, non solum ad vicinas sed remotas etiam partes jam gravis ejusdem ecclesie diffamatio pervenisset. Sed licet due fere partes ipsius capituli ad obedientie bonum suos preparantes animos seque per devotionis affectum apostolicis beneplacitis conformantes, monitioni et inductioni sepefati prepositi paruissent, tamen, sicut ipse prepositus nobis intimare curavit, Isarnus de Sancto Paulo, Pilusfortis de Rabastengis, Petrus et Pilusfortis de Garuleto, Bellengarius de Bello affari, Bernardus de Astaraguesio, Bernardus ejus nepos, Aymericus de Insula, Bertrandus Scoti et Arnaldus de Cosengis, ecclesie predicte canonici, mentes suas ad malum inobedientie obfirmantes et precipitis voluntatis imitantes arbitrium, a se judicio rationis excluso, nolentes quoque intelligere ut bene agerent seque ab illicitis actibus revocarent, monitionibus et inductionibus memorati prepositi acquiescere vel parere contumacibus et rebellibus actibus recusarunt, propter quod idem prepositus in eos et ipsorum singulos excommunicationis sententiam, exigente justicia, promulgavit. At iidem canonici, perversis actibus initentes proprieque salutis obliti, hujusmodi ligati sententia divinis officiis temere se immiscent seque, laicali fulti potentia, in preconcepta tueri malitia non desistunt. Quare dictus prepositus nobis humiliter supplicavit ut, ne canonicorum ipsorum detestanda presumptio de sua malitia glorietur

1. *Ms.* Bitteren.

illaque cadat aliis in exemplum, providere super hoc, prout facti qualitas suggerit et illorum contumacia exigit, curaremus —.

Inquirant ergo super hoc et sedi apostolice responsum reddant.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1156 (CCLXIX) Anagni, 8 juin 1296.

Reservatio canonicatus. (fol. 66.)

Dilecto filio magistro Johanni Judicis notario nostro. Insistant nostris —.

Primus vacans canonicatus in ecclesia Remensi, cujus existit canonicus, conceditur ei, non obstantibus prepositura quam in Maguntina, et canonicatibus quos in eadem et prefata Remensi, Parisiensi, Ambianensi, Atrebatensi, Meldensi, Lincolniensi, Brugensi et Tornacensi, ac in Lugdunensi sub exspectatione vacature prebende, ecclesiis obtinet, nec teneatur ad sacerdotium promoveri vel in ecclesia Remensi facere residentiam.

Dat. Anagnie, VI id. junii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis Sancte Genovephe Parisiensis ac Sancti Dyonisii in Francia Parisiensis diocesis monasterium abbatibus ac .. cantori ecclesie Sancte Radegundis Pictavensis diocesis.*

Ut eum in corporalem potestatem inducant.

Dat. ut supra.

1157 (CCLXX) Anagni, 28 juillet 1296.

Committitur munus consecrandi episcopum Landavensem. (fol. 66.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi. Ad statum universalis ecclesie —.

Cum, post mortem G. episcopi Landavensis, concessum fuerit predicto archiepiscopo a Celestino quinto assumere ea vice in eam sedem pastorem ydoneum, et de ea prefata Johanni de Movemuta, doctore theologie facultatis, provisum sit; « licet hujusmodi provisio, longe antequam idem antecessor curasset renuntiare papatui, facta fuerit, prefatus tamen magister Johannes, dubitans ne per constitutionem nostram quam super revocatione concessionum et litterarum ab antecessore impetratarum eodem pridem edidimus posset illi prejudicium generari, maxime cum dicta provisio ante constitutionem predictam sibi presentata non fuerit, consecrationis munus hucusque recipere recusavit —. » Impendat ergo predicto Johanni munus consecrationis et, si ante aut post receptionem presentium mortuus fuerit ipse Johannes, provideat de ecclesia predicta alio quem ydoneum invenerit.

Dat. Anagnie, v kal. augusti, anno secundo.

1158 (CCLXXI) Anagni, 14 janvier 1296.

Collatio canonicatus et ecclesie. (fol. 66 v°.)

Venerabili fratri Herrico archiepiscopo Lugdunensi. Attendentes laudanda —.

Ei conceduntur canonicatus cum prebenda ecclesie Sancti Anatolii de Salino Bisuntinensis et ecclesia Beate Marie Magdalene de Barro super Alba Lingonensis diocesis, per mortem Roberti de Balina ipsius Sancti Anatolii canonici dicteque Beate Marie rectoris ecclesiarum nuper apud sedem apostolicam vacantes, « nec sit alius qui canonicatum, prebendam et ecclesiam conferre possit eosdem, constitutione fe. re. Clementis pape quarti predecessoris nostri super personatibus, dignitatibus, canonicatibus, prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis apud sedem ipsam vacantibus per Romanum duntaxat pontificem conferendis non obstante, ac nondum temporis effluxerit statutum per moderationem pie me. Gregori pape x^{mi}, predecessoris nostri, super hoc adhibitam in generali consilio Lugdunensi —. »

Dat. Anagnie, II id. julii, anno secundo.

1159 (CCLXXII) Anagni, 20 juin 1296.

De dispensatione super defectu natalium concedenda. (fol. 67.)

Venerabili fratri archiepiscopo Bracharensi. Ex parte dilecti filii —.

Ut Dominico Martino de Ripario, monacho monasterii de Palumbario, ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, de soluto et soluta genito, dispensationem ab eo petitam super defectu natalium, concedat.

Dat. Anagnie, XII kal. julii, anno secundo.

1160 (CCLXXIII) Vatican, 1er mai 1296.

Licentia pro duobus fratribus ord. Predicatorum. (fol. 67.)

Venerabili fratri Jacobo episcopo Marsicano. Ex tuorum provenire —.

Possit ad sua obsequia exsequenda duos fratres ordinis Predicatorum secum retinere et cum eis de carne comedenda dispensare.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno secundo.

1161 (CCLXXIIII) Anagni, 16 juin 1296.

Licentia retinendi quedam bona. (fol. 67.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Aniciensi[1]. Exigente tuorum —.

Possit secum retinere de bonis que ipse, tunc abbas monasteri Sancti Germani de Pratis Parisiensis diocesis, obtinebat, omnes equos ac partem dimidiam cunctorum mobilium necse moventium ad mensam et capellam suas dum prefato monasterio presidebat pertinentium, sive in auro et argento, lapidibus pretiosis, pannis aureis, sericis ornamentis, libris, sive rebus aliis similiter mobilibus nec se moventibus quibuscumque consistant.

Dat. Anagnie, xvi kal. julii, anno secundo.

1162 (CCLXXV) Anagni, 23 juillet 1296.

Licentia recipiendi donationes. (fol. 67 v°.)

Dilectis filiis priori et fratribus monasterii Sancti Georgii prope Anagniam ordinis sancti Benedicti. Paterne pietatis —.

Per donationem, testamentum, aut ultimas voluntates, salva portione canonica que locorum ordinariis debetur, libere recipere possint.

Dat Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1163 (CCLXXVI) Anagni, 13 août 1296.

Privilegium et ordinatio monasterii S. Georgii de Monte Anagnino. (fol. 67 v°).

Dilectis filiis priori monasterii Sancti Georgii de Monte Anagnino ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam —. Monasterium Sancti Georgii de Monte Anagnino abbatem proprium non habens, set per priorem solitum gubernari, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privillegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus quem secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio constitutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quoscumque possessiones, quecumque bona idem monasterium possidet — illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, domos, ortos, oliveta, morrectum de Rivo alto cum cesis, terris cultis et incultis, stupetis atque morrectis juxta monasterium memoratum positis cum omnibus pertinentiis suis in civitate Anagnina, domum positam in plaia de Fusano, domum positam in piscina cum vineis de Cannetis, et oliveto de Vincolis, cum omnibus que habet in Anagnia et ejus territorio et diocesi Anagnina, possessiones, tuguria et omnia que habet in castro Ponciani et ejus territorio cum omnibus pertinentiis suis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis, pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, cum omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, [n]ullus a vobis decimas exigere aut extorquere presumat —.

Conceduntur alia spiritualia seu ecclesiastica privilegia, et monasterii jurisdictio definitur, secundum consuetudinem.

— Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Bonifacius catholice ecclesie episcopus ss.

Ego Johannes Tusculanus episcopus ss.

Ego frater Hugo Ostiensis et Velletrensis episcopus ss.

Ego frater Thomas tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis ss.

Ego Nicolaus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis ss.

Ego frater S. tituli Sancte Balbine presbyter cardinalis ss.

Ego Matheus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.

Ego Neapoleo Sancti Adriani diaconus cardinalis ss.

Ego Guillelmus Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.

Ego Franciscus Sancte Lucie in Silice diaconus cardinalis ss.

Ego Franciscus Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis ss.

Ego Gerardus Sabinensis episcopus ss.

Ego frater Matheus Portuensis et Sancte Rufine episcopus ss.

Ego Johannes tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbyter cardinalis ss.

Ego frater Robertus tituli Sancte Potentiane presbyter cardinalis ss.

Ego frater Jacobus tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis ss.

Ego Jacobus Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.

1. *Ms.* Anictien.

Ego Petrus Sancti Eustachii diaconus cardinalis ss.

Ego Benedictus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.

Ego Jacobus Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Anagnie per manum magistri Ricciardi de Senis sancte Romane ecclesie vicecancellarii, id. augusti, indictione VIIII, incarnationis dominice anno millesimo CC° LXXXXVI°, pontificatus vero domini Bonifacii pape VIII[1] anno secundo.

1164 (CCLXXVII) Vatican, 10 mai 1296.

Dispensatio super redditibus perceptis. (fol. 68.)

Dilecto filio Talano de Tosingis de Florentia, presbytero. Petitio tua —.

Ei, qui, minoribus in ordinibus constitutus et ex cetera causa a Latino Ostiensi episcopo quondam excommunicatus, plebanatum plebis Sancti Martini de Sexto Florentine diocesis assecutus fuerat et retinuerat, non obtenta excommunicationis remissione nec infra annum assumpto sacerdotio, nunc absoluto et presbytero facto, conceduntur redditus predicti plebanatus percepti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, VI id maii, anno secundo.

Anagni, 16 juillet 1296.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Florentino.* — Datum Anagnie, XVII kal. augusti, anno secundo.

1165 (CCLXXVIII) Vatican, 17 mai 1296.

Confirmatio abbatis S. Marie de Vangaditia. (fol. 68 v°.)

Dilecto filio Guidoni abbati monasterii Sancte Marie de Vangaditia ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Camaldulensis Ariminensis diocesis. Cum a nobis —.

Is, tunc monasterii de Savignano Ariminensis diocesis abbas, post cessionem a Bernardo abbate S. Marie de Vangaditia factam, per G. Sabinensem, J. Tusculanum, M. Portuensem et H. Ostiensem episcopos, et B. tituli Sancte Potentiane presbyterum, et F. Sancte Lucie in Silice diaconum cardinales in abbatem electus, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. junii, anno secundo.

1166 (CCLXXVIIII) Anagni, 23 juin 1296.

De translatione cujusdam pecunie decimarum. (fol. 68 v°.)

[*Episcopo Valentino* [1].] Cum de pecunia decimarum collectarum pro subsidio Terre sancte in Aragonie et Navarre regnis per quondam Benenatum de Lavania canonicum Narbonensem, olim in eisdem regnis earumdem decimarum collectorem per sedem apostolicam deputatum, penes Arnaldum de Bastida et Berengarium de Fenestris mercatores commorantes in Barchinona deposite fuerint per ipsum collectorem mille libre turonensium in grossis, nomine Romane ecclesie et ad opus dicti subsidii conservande —, nec apud sedem predictam inveniatur aliquis qui respondere seu satisfacere velit de pecunia supradicta pro eis, fraternitati tue — mandamus quatinus Arnaldum et Berengarium prefatos per te vel per alium — inducere studeas ut infra unum mensem post monitionem tuam predictas mille libras turonensium in grossis dilectis filiis Baldo Raynerii, Bonino Gherardini, Morgiano Floravantis, Donato Bartholomei, Justo Foresii et Guillerutio Jacobi, civibus Pistoriensibus, de societate Clarentum, camere nostre mercatoribus, vel alicui eorum seu uni vel pluribus de ipsorum sociis — dare et assignare procurent —,

Sub pena excommunicationis et invocato auxilio brachii secularis.

Dat. Anagnie, VIIII kal. julii, anno secundo.

Anagni, 28 juin.

In e. m. *dilectis filiis .. preposito Pistoriensis ecclesie et .. officiali Nemausensi.* Cum de pecunia —.

De summa mille librarum turonensium bonarum per Bernardum, tunc Carcassonensem episcopum et collectorem decimarum pro subsidio Terre sancte, in manibus Johannis Vandalesii mercatoris Pistoriensis depositarum.

Dat. Anagnie, IIII kal. julii, anno secundo.

1167 (CCLXXX) Vatican, 10 mai 1296.

De tabellionatus officio conferendo. (fol. 69.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Clonfertensi [2]. Ex parte tua —.

Possit duabus personis ydoneis tabellionatus conferre officium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24339.)

1. Deficit suscriptio.
2. *Ms* .Clonforten.

1168 (CCLXXXI) Vatican, 4 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69.)

Eidem. Sicut ex parte —.

Per triennium ecclesias et cimiteria sue civitatis et diocesis reconciliare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. maii. anno secundo.

(POTTHAST, 24339, VI id. maii.)

1169 (CCLXXLII) Vatican, 10 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69.)

Eidem. Per sincere devotionis —.

Possit in locis interdictis, « clausis januis, non pulsatis campanis, voce submissa, » facere celebrari per quinquennium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno secundo.

1170 (CCLXXXIII) Vatican, 4 mai 1294.

Pro eodem. (fol. 69 v°.)

Eidem. Mentis tue devotionis —.

Possit per procuratores visitationes exercere et procurationes in pecunia numerata recipere, per quadriennium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. maii, anno secundo.

1171 (CCLXXXIIII) Vatican, 4 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69 v°.)

Eidem. Magne devotionis —.

Ne contra eum nullus subdelegatus interdictum promulgare valeat, absque speciali mandato sedis apostolice, per quinquennium.

Dat. ut supra.

1172 (CCLXXXV) Vatican, 4 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69 v°.)

Eidem. Inducti devotionis —.

Ne teneatur juxta instituta sui ordinis vel consuetudines ecclesie Cantuariensis de qua assumptus est, sed juxta consuetudines ecclesie Clonfertensis, officium celebrare.

Dat. ut supra.

1173 (CCLXXXVI) Vatican, 4 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69 v°.)

Eidem. Te per confessionis —.

Possit suum eligere confessorem.

Dat. ut supra.

1174 (CCLXXXVII) Vatican, 4 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 69 v°.)

Eidem. Devotionis tue —.

Possit habere altare portatile.

Dat. ut supra.

1175 (CCLXXXVIII) Anagni, 12 juin 1296.

Licentia dispensandi cum quibusdam clericis. (fol. 69 v°.)

Venerabili fratri nostro Petro episcopo Caminensi. Tua nobis fraternitas —.

Cum nonnulli clerici, ecclesias parrochiales et alia beneficia habentes, fructus perceperint nec infra annum se in presbyteros promoveri fecerint, dispenset cum eis, « propter non modicam multitudinem et patronorum ecclesiarum ipsarum potentiam necnon et novitatem gentis, » ut ecclesias et beneficia sua licite retinere valeant.

—Volumus autem quod de fructibus ex eisdem ecclesiis et beneficiis a clericis ipsis perceptis congruam portionem in perpetuam et manifestam utilitatem ecclesiarum —, ad arbitrium bonorum virorum, infra biennium a data presentium numerandum converti, ac eos statutis temporibus ad sacerdotium facias promoveri —. Dat. Anagnie, II id. junii, anno secundo.

1176 (CCLXXXIX) Anagni, 12 juin 1296.

Pro eodem. (fol. 70.)

Eidem. Attendentes benignius —.

Possit per alios reconciliari facere ecclesias et cimiteria, per quinquennium.

Dat. ut supra.

1177 (CCLXXXX) Anagni, 12 juin 1296.

Pro eodem. (fol. 70.)

Eidem. Licet populum —.

Quoties missarum sollemnia, conveniente populo, celebret et proponat verbum Dei, quadraginta dierum indulgentiam concedere possit.

Dat ut supra.

1178 (CCLXXXXI) Anagni, 17 juillet 1296.

Pro fratribus ord. Minorum Parisiensibus. (fol. 70 v°.)

Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum Parisiensibus. Paupertati vestre —.

De legatis indistincte in pios usus relictis in regno Francie mille marche argenti pro ipsorum necessitatibus eis conceduntur.

Dat. Anagnie, XVI kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24361.)

1179 (CCLXXXXII) Vatican, 24 avril 1296.

Licentia recipiendi procurationes in pecunia. (fol. 70.)

Dilecto filio Fredolo archidiacono Montaldensi in ecclesia Agennensi, camerario dilecti filii nostri Neapoleonis Sancti Adriani diaconi cardinalis. Nuper nobis quasdam litteras dilecti fratris Petri de Murrone olim Celestini pape V[i] —.

Non volente papa de hac concessione antecessoris approbare litteras, sed gratia speciali utente, possit archidiaconatus sui loca per procuratorem visitare.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno secundo.

1180 (CCLXXXXIII) Anagni, 15 juillet 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 70.)

Dilecto filio abbati monasterii de Rupibus Cisterciensis ordinis Autisiodorensis diocesis. Quamvis illegitime —.

Cum Theobaldo de Senonis, de soluto et soluta nato, qui non obstante defectu natalium jam in regulares ordinis predicti administrationes assumi potest, dispenset ut ad abbatias quaslibet ejusdem ordinis ille assumi valeat, abbatiis Cisterciensis, Firmitatis, Pontiniaci, Clarevallensis et Morimundi monasteriorum exceptis.

Dat. Anagnie, id. julii, anno secundo.

1181 (CCLXXXXIIII) Vatican, 29 avril 1296.

Confirmatio abbatis S. Petri ad Vincula Ravennatis diocesis. (fol. 70 v°.)

Dilecto filio Octaviano abbati monasterii Sancti Petri ad Vincula ad Romanam ecclesiam nulla medio pertinentis Camaldulensis ordinis Ravennatis [1] *diocesis.* Etsi monasteriorum —.

Electio de eo, tunc electo in abbatem monasterii Sancti Theonisti Ariminensis diocesis, facta in abbatem predicti monasterii Sancti Petri in Vincula, Ravennatis diocesis, per Rambertum et Benedictum ejusdem monasterii monachos, compromissario nomine, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *potestati, consilio et communi Ravennatibus.* — Dat. ut supra.

1182 (CCLXXXXV) Vatican, 1[er] mai 1296.

« Indulgentia pro clericis suis » duobus. (fol. 71.)

Venerabili fratri J. episcopo Parmensi. Gerentes erga personam —.

Duo ejus clerici possint redditus beneficiorum suorum obtinere nec personaliter in eisdem residere teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Savini ac preposito ecclesie Sancti Antonini* [2] *Placentini.* — Dat. ut supra.

1183 (CCLXXXXVI) Vatican, 1[er] mai 1296.

Facultas concessa eidem. (fol. 71.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Parmensi. Devotionis tue —.

Providendi in seculari ecclesia Sancti Donini de Burgo Parmensis diocesis, in qua prebendarum collatio ad prepositum ipsius ecclesie pertinet, uni persone ydonee etiam alias prebendate, de prebenda proxime vacante, ei conceditur facultas.

Dat. ut supra.

1184 (CCLXXXXVII) Vatican, 3 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 71.)

Eidem. Ut per confessionis lavacrum —.

1. *Ms.* Nemausen.
2. *Ms.* Antolini.

Possit sibi eligere confessorem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v non. maii, anno secundo.

1185 (CCXXXXVII *bis*) Vatican, 28 avril 1296.

Dispensatio residentie. (fol. 71 v°.)

Dilecto filio Raynerio dicto Flori, preposito secularis ecclesie Sancti Michaelis majoris Papiensis. Tue probitatis merita —.

Ut, obtinens in seculari Sancti Michaelis majoris Papiensis preposituram et in Terdonensi ac Modotiensi Mediolanensis diocesium ecclesiis canonicatus et prebendas, cum integritate dictorum beneficiorum redditus percipiat, nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. maii, anno secundo.

In e. m. *abbati monasterii Sancti Bartholomei in Strata et preposito secularis ecclesie Sancti Zeni* (sic) *Papiensis ac archidiacono Mediolanensi.* — Dat. ut supra.

1186 (CCLXXXXVIII) Anagni, 17 août 1296.

« Quod impendat munus consecrationis Waltero Conventrensi et Lichefeldensi electo ». (fol. 71 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Albanensi. Ex tuarum et venerabilis fratris nostri S. episcopi Penestrini serie litterarum accepimus quod dilectum filium Walterum Conventrensem et Lichefeldensem [1] electum, cum electio facta de ipso in Conventrensi et Lichefeldensi ecclesia sit per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Cantuariensem, metropolitanum ejus, rationabiliter confirmata, oportet consecrationis munus ab archiepiscopo ipso suscipere infra certi temporis spatium a canone diffinitum. Verum cum idem electus vobiscum in Francie partibus moram trahat, ratione promotionis negotiorum per nos vobis commissorum, et presentia sua sit vobis pro ipsis prosequendis negotiis plurimum fructuosa, quam vobis subtrahere absque vestro et negotiorum eorumdem magno incommodo non possetis, sicque comode nequeat ad archiepiscopum predictum accedere infra tempus ipsum pro hujusmodi consecrationis munere obtinendo, nobis pro ipso tu et idem [2] Penestrinus cum instantia supplicastis ut impendi sibi hujusmodi consecrationis munus in predictis Francie partibus mandaremus. Nos igitur — mandamus quatinus eidem electo, id petenti humiliter et volenti, — demum ascitis duobus vel tribus episcopis partium earumdem catholicis, gratiam et comunionem apostolice sedis habentibus, auctoritate nostra infra premissum tempus in eisdem Francie partibus prefatum munus consecrationis impendas. Dat. Anagnie, XVI kal. septembris, anno secundo.

1. *Ms.* Licefelden. *Eadem forma adhibetur sequenti linea.*
2. *Ms.* eidem.

1187 (CCLXXXXIX) Vatican, 30 avril 1296.

Licentia retinendi prioratum de Brugniaco. (fol 91 v°.)

Dilecto filio fratri Guidoni abbati monasterii Pultheriarum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Lingonensis diocesis. Cum nuper te —.

Possit prioratum de Brugniaco ordinis sancti Benedicti Eduensis diocesis ad monasterium Sancti Martini Eduensis ejusdem ordinis immediate spectantem, quem tenebat antequam in abbatem monasterii Pultheriarum prefectus fuisset, cum omnibus juribus et pertinentiis suis una cum abbatia retinere, considerato quod « monasterium Pultheriarum, sicut asseritur, sit magnis debitis pregravatum et propter excrescentem voraginem usurarum adeo in bonis temporalibus diminutum quod, nisi per oportune subventionis auxilium eidem celeriter succurramus, a debitis ipsis ex quibus predicto monasterio Pultheriarum irreparabile imminet detrimentum non posset aliquatenus relevari. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. maii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Eduensi et dilectis filiis .. priori Sancte Crucis de Venetiis ac decano ecclesie de Sedeloco, Castellanensis et Eduensis diocesium.* — Dat. ut supra.

1188 (CCC) Anagni, 26 juillet 1296.

« Executoria de mutuo contrahendo pro episcopo Menevensi. » (fol. 72.)

Dilecto filio Bertoldo de Labro Bononiensi et Royero de Salerno de Baucesio in ecclesia Constanciensi archidiaconis, capellanis nostris, ac Raynerio de Vichio canonico Lichefeldensi. Exponente pridem —.

Executoria pro mutuo mille marcharum argenti quod contrahere obtinuit David Menevensis episcopus a Feo Bonfantini et Lando Sigoli, civibus et mercatoribus Florentinis de societate Mozorum, pro se ipsis ac Thomasio et Johanne de Mozis, Riccardo et Andrea dicti Thomasii filiis, Giano Bentivegne, Borghino Loterii, Bartholo Usimbardi, Ambrosio Juncte, Jacobo Clariti, Lapo Pitti, Barth_olo Johannis, Bartholomeo Gerardi, Jacobo Davanzati et Philippo Borgi, a nibus recepit qua-

dringentas marchas sterlingorum novorum de Anglia, tredecim solidis et quatuor denariis sterlingorum pro marchia qualibet computatis, etc.

Dat. Anagnie, VII kal. augusti, anno secundo.

1189 (CCCI) Anagni, 4 juin 1296.

Concessio cujusdam ecclesie. (fol. 72.)

Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii de Domo pietatis beate Marie Virginis in Watherbeche ordinis sancte Clare Eliensis diocesis. Vestre religionis —.

Eis conceditur una de ecclesiis non collegiatis, cujus fructus valorem annum quadraginta marcharum sterlingorum non excedant, in quibus Dionisia de Monte Canisio, Eduardi regis Anglie consanguinea, fundatrix dicti cenobii, jus patronatus sola obtinet.

Dat. Anagnie, II non. junii, anno secundo.

(POTTHAST, 24328.)

1190 (CCCII) Vatican, 4 mai 1296.

Licentia camisiam deferendi. (fol. 72.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Clonfertensi. [1] Ut ex speciali —.

Possit rochetum seu camisiam albam continue deferre, non obstante consuetudine ordinis sancti Benedicti de quo ad episcopalem dignitatem assumptus est.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. maii, anno secundo.

1191 (CCCIII) Anagni, 30 juillet 1296.

Nominatio episcopis Suessionensis. (fol. 72).

Dilecto filio Guidoni electo Suessionensi. Ad apicem summi —.

Provisione Suessionensis ecclesie, per mortem Gerardi episcopi pastore destitute, hac vice apostolice sedi reservata, eidem ecclesie is, tunc Turonensis ecclesie thesaurarius, preficitur.

Dat. Anagnie, III kal. augusti, anno secundo.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Suessionensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Suessionensis..*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Suessionensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Suessionensis.*

In e. m. *carissimo in Christo Phylippo regi Francie illustri.*

Commendatum habeat Guidonem electum Suessionensem, suis obsequiis in Romana curia fideliter insistentem.

Dat. ut supra.

1. *Ms.* Clonforten.

1192 (CCCIIII) Vatican, 27 avril 1296.

Provisio monasterii quarumdam monialium. (fol. 72 v°.)

Venerabili fratri episcopo et dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum ordinum Gerundensibus. Ad audientiam nostram —.

Aliquam personam ydoneam preficiant in abbatissam monasterii monialium Sancti Danielis ordinis sancti Benedicti Gerundensis diocesis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V. kal. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24326.)

1193 (CCCV) Vatican, 27 avril 1296.

Provisio alterius monasterii eidem commissa. (fol. 73.)

Eidem [episcopo]. Ad audientiam nostram —.

Aliquem ydoneum preficiat in priorem monasterii Sancte Marie de Oliano ordinis sancti Augustini Gerundensis diocesis.

Dat. ut supra.

1194 (CCCVI) Anagni, 28 juillet 1296.

Licentia locandi molendinum. (fol. 73).

Dilectis filiis decano et capitulo Capuanis. Exhibita nobis —.

Possint nobili viro Bartholomeo de Capua, regni Sicilie logothete, et ejus heredibus locare sub annuo censu ad viginti et quinque annos quoddam molendinum situm in aqua Vulturni fluminis, in loco ubi dicitur Ala posterula, non obstante constitutione per G. episcopum Sabiniensem edita, dum legationis officio fungeretur in regno Sicilie, de bonis immobilibus ecclesiasticis ultra quinquennium non locandis.

Dat. Anagnie, V kal. augusti, anno secundo.

1195 (CCCVII) Anagni, 12 juin 1296.

Licentia providendi aliquibus clericis. (fol. 73.)

Venerabili fratri Petro episcopo Caminensi. Ut eo gratiosior habearis —.

Ut in ecclesiis Caminensi, Colbergensi, Stettinensi ac Gustroensi collegiatis duobus ydoneis clericis de prebendis vacantibus aut proxime vacaturis providere valeat.

Dat. Anagnie, II id. junii, anno secundo.

1196 (CCCVIII) Anagni, 23 juillet 1296.

Licentia percipiendi redditus. (fol. 73).

Dilecto filio Landulpho dicto Musico, de Anagnia, canonico Sancti Amati Duacensis Atrebatensis diocesis. Ut tua et tuorum —.

Ut, residens in aliqua ecclesiarum in quibus beneficiatus existit, redditus sue ecclesie Sancti Amati Duacensis, integre et sine contradictione percipiat.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri.. episcopo Anagnino et dilectis filiis Guidoni de Collemedio, notario nostro, archidiacono ac Johanni Antelini canonico Atrebatensibus.* — Dat. ut supra.

1197 (CCCVIIII) Anagni, 8 juillet 1296.

Confirmatio canonicatus. (fol. 73 v°.)

Dilecto filio magistro Guillemo de Godorio, decretorum doctori, canonico Caturcensi, capellano nostro, cancellario dilecti filii nobilis viri Roberti ducis Calabrie, nati karissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris ac ejus in regno Sicilie vicarii generalis. Dignum est ut —. Quare nos, postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, omnes receptiones canonicorum auctoritate dicti predecessoris [1] factas in ecclesiis quibuscunque, quibus non esset jus in re, licet ad rem alicui acquisitum per constitutionem suam, irritavimus, hujusmodi tua receptio, quia prebendam vel dignitatem seu personatum adeptus in dicta ecclesia non fueras, fore noscitur revocata —.

Is confirmatur in canonicum Caturcensem, non obstante revocatione predicta, non obstantibus quoque prioratu ecclesie de Betengis Caturcensis diocesis, canonicatibus in Colimbriensi et Sancti Severini Burdegalensis ecclesiis, ac Sancti Victoris, Sancte Marie de Cucto, Sancti Pauli de Baxanis ac de Sancto Georgio ecclesiis Tholosane diocesis, quarum tres dependunt de quarta, quos et quas noscitur obtinere.

Dat. Anagnie, VIII id. julii, anno secundo.

In e. m. *preposito Aptensis et archidiacono Agennensis ac cancellario Tholosane ecclesiarum.*

Ut eum in corporalem possessionem dicti canonicatus inducant.

Dat. ut supra.

1198 (CCCVIII *bis*) Vatican, 12 décembre 1295.

Collatio decanatus. (fol. 74.)

Dilecto filio Fulconi Cavallarii decano ecclesie Legionensis. Dum conditiones —.

Ei conferuntur, consideratione M. Portuensis episcopi, cujus capellanus exstabat dictus Fulco, canonicatus, decanatus et prebenda quos et quas quondam tenebat Alfonsus Johannis, decanus ecclesie Legionensis, non obstantibus canonicatibus et prebendis quos et quas in Majoricensi et Valentinensi ecclesiis et officio « quod prepositura seu mensata vulgariter appellatur », quod in eadem ecclesia Valentinensi, ac ecclesia Sancte Marie de Sineu, et quibusdam capellaniis quas in ejusdem loci de Sineu, et de Manacaro, de Scorcha, de Ginent et de Tulugiis, Majoricensis et Elnensis diocesium, ecclesiis noscitur obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. decembris, anno primo.

In e. m. *archiepiscopo Terraconensi, .. episcopo Tirasonensi, ac decano ecclesie Pictavensis.*

Ut eum in corporalem possessionem dicti decanatus inducant.

Dat. ut supra.

1199 (CCCX) Anagni, 5 août 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 74 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Sorra, capellano nostro, canonico Ambianensi. Apostolice sedis benignitas —.

Ei conceditur canonicatus in ecclesia Ambianensi nunc vacans aut proxime vacaturus, non obstantibus canonicatibus et prebendis quos et quas in Cameracensi, Atrebatensi et Leodiensi diocesibus obtinere noscitur.

Dat. Anagnie, non. augusti, anno secundo.

In e. m. *abbati monasterii Sancti Martini ad Gemelles Ambianensis et .. decano Pictavensis ac .. thesaurario Cathalaunensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1200 (CCCXI) Vatican, 10 mai 1296.

Licentia disponendi de quibusdam bonis. (fol. 75.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Clonfertensi [1]. Quia presentis vite —.

De bonis mobilibus ecclesiasticis sue dispositioni commissis, que non fuerint altaris ministerio deputata, pro expensis sui funeris et diversis aliis disponere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24338.)

1. *Scilicet Nicolai quarti.*

1. *Ms.* Clonforten.

1201 (CCCXII) Vatican, 18 janvier 1296.

Dispensatio super decima solvenda. (fol. 75.)

Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Xasia de Urbe ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Inter cetera hospitalia —.

Non teneantur in futurum ad prestandam decimam ecclesiasticorum proventuum que Carolo regi Sicilie ad prosequendum negotium Sicilie quondam a papa concessa fuerat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. februarii, anno secundo.

1202 (CCCXIII) Vatican, 23 mai 1296.

Licentia visitationem exercendi per procuratores. (fol. 75 v°.)

Dilecto filio magistro Ricardo de Feringes archidiacono ecclesie Cantuariensis, juris canonici professori. Honestatem morum —. Cum —, sicut asseris, te oporteat apud sedem apostolicam moram trahere, causa prosequende questionis que super totali jurisdictione quam, archiepiscopali sede Cantuariensi vacante, ad te ratione archidiaconatus tui Cantuariensis in archiepiscopatu ipso asseris pertinere, inter te ex una parte et dilectos filios — priorem et conventum ecclesie Cantuariensis ex altera in nostra curia agitatur, cum absque tuo incomodo ipsi cause tuam subtrahere presentiam non vales, nos nolentes quod personis archidiaconatus predicti visitationis et correctionis officium in tuum et earumdem personarum spirituale dispendium subtrahatur, — concedimus ut, te prosecutioni dicte cause apud sedem insistente memoratam, officium ipsum, prout tibi et ancessoribus tuis competit ab antiquo, per biennium per aliquam seu aliquas personas ydoneas quibus id commiseris valeas exercere —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. junii, anno secundo.

1203 (CCCXIIII) Vatican, 9 février 1296.

Licentia percipiendi fructus in absentia. (fol. 75 v°.)

Dilecto filio Henrico de Virneburgh canonico ecclesie sancti Gereonis[1] *Coloniensis, consanguineo et capellano carissimi in Christo filii nostri Adolfi regis Romanorum illustris.* Quanto majoris —.

Possit, precibus regis Romanorum, suorum beneficiorum omnes redditus, ejusdem regis insistens obsequiis, percipere nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. februarii, anno secundo.

1. *Ms.* Geronis.

1204 (CCCXV) Vatican, 18 mai 1296.

Reservatio et collatio canonicatus. (fol. 76.)

Eidem. Eximie devotionis —.

Ei reservatur canonicatus cum prebenda vacans aut proximo vacaturus in eclesia cathedrali Treverensi seu quavis alia ecclesiarum civitatis vel diocesis Treverensis, non obstantibus canonicatibus quos in Sancti Gereonis Coloniensis et Sancti Florini in Confluentia, Sancti Severi Monasteriensis in Menevelt et de Castro Monasteriensi in Eyllia (*sic*) ecclesiis, Treverensis et Coloniensis diocesium, ac ecclesiis quas in Belmiche et in Portiche noscitur obtinere, salvo quod omnino dimittat eandem ecclesiam in Portiche.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. junii, anno secundo.

In e. m. *decano Leodiensi et magistris Huguitonni* (sic) *de Vercellis Brugensis Tornacensis diocesis, subdiacono, capellano nostro, ac Ernesto de Renverbergh Coloniensis canonicis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1205 (CCCXVI) Anagni, 30 juillet 1296.

Licentia pro oblatis et familiaribus monasteriorum sancte Clare. (fol. 76 v°.)

Dilectis in Christo filiabus abbatissis et conventibus monasterii ordinis sancte Clare per Alamaniam constitutis. Devotionis vestre precibus —.

Oblati earum monasteriorum in dictis monasteriis sacramenta, preterquam in festo Resurrectionis dominice, recipere possint.

Dat. Anagnie, III kal. augusti, anno secundo.

(Potthast, 24377.)

1206 (CCCXVII) Anagni, 28 juillet 1296.

Licentia pro receptione sacramentorum. (fol. 76 v°.)

Dilectis filiis universis fratribus et dilectis in Christo filiabus sororibus ordinis Continentium, de penitentia sancti Francisci vulgariter nuncupatis, per Alamaniam constitutis. Devotionis vestre precibus —.

A fratribus ordinis Minorum corporis Domini sacramentum recipere valeant, quoties fuerit opportunum.

Dat. Anagnie, v kal. augusti, anno secundo.

(Potthast, 24375.)

1207 (CCCXVIII) Anagni, 25 juillet 1296.

Dispensatio propter violentam manuum injectionem. (fol. 76 v°.)

Dilecto filio Petro dicto Faukes, acolito, Noviomensis diocesis. Lecta nobis tua petitio continebat quod, cum dudum quondam laicus, emulus tuus, te evaginato gladio, ut tibi mortis inferret periculum, percussisset, contigit quod idem laicus, te illum baculo repercutiente in brachio, coactus est predictum dimittere gladium quem tenebat, et tu illum accipiens — sibi vulnus in sinistre manus indice intulisti, cujus occasione idem laicus, per malam curam adhibitam, prout credis, quasi medietatem amisit indicis supradicti; tu quoque postmodum, pro violenta injectione manuum in duos clericos, in canonem incedisti sententie promulgate ac nihilominus, dispensatione seu etiam absolutione super hiis a sede apostolica non obtentis, per simplicitatem et juris ignorantiam te fecisti rite tamen alias in acolitum ordinari. —

Dispensatur ut beneficium obtinere possit.

Dat. Anagnie, VIII kal. augusti, anno secundo.

1208 (CCCXVIIII) Anagni, 28 juillet 1296.

Licentia quibusdam monialibus concessa. (fol. 76 v°.)

Dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii Sancte Marie Montis Guardie per priorissam soliti gubernari ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Bononiensis diocesis. Vestre merita devotionis —.

Cum in loco Sancti Mathie prope Bononiam propter majorem loci commoditatem residentiam facerent, eis conceditur in dicto loco residere posse, monasterio supradicto minime propterea derelicto, et ibidem omnibus solitis frui privilegiis.

Dat. Anagnie, v kal. augusti, anno secundo.

1209 (CCCXX) Vatican, 3 mai 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 77.)

Venerabili fratri .. episcopo Parmensi. Quia presentis vite. —

De bonis mobilibus ecclesiasticis sue dispositionis commissis, que non fuerint altaris ministerio deputata etc., possit condere testamentum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v non. maii, anno secundo.

1210 (CCCXXI) Anagni, 9 août 1296.

Nominatio episcopi Soranensis. (fol. 77.)

Dilecto filio Andree electo Soranensi. Inter sollicitudines alias —.

In ecclesie Soranensis episcopum promovetur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Soranensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Soranensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Soranensis.* — Dat. ut supra.

1211 (CCCXXII) Vatican, 15 mai 1276.

Committitur tabellionatus officium. (fol. 77.)

Dilecto filio Leoni nato Johannis Armati de Guarcino. laico, Alatrine diocesis. Ne contractuum memoria —.

Is tabellionatus officium, ydoneus repertus per Petrum Sancte Marie Nove diaconum cardinalem, Romane ecclesie vice cancellarium, exercere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. maii, anno secundo.

1212 (CCCXXIII) Anagni, 9 août 1296.

Nominatio episcopi Theanensis. (fol. 77.)

Venerabili fratri Nicolao episcopo Theanensi. Romani pontificis —.

Is, tunc ecclesie Soranensis episcopus, in episcopum Theanensem promovetur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Theanensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Theanensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Theanensis.* — Dat. ut supra.

1213 (CCCXXIV) Anagni, 23 juillet 1296.

Licentia uniendi quasdam ecclesias. (fol. 77 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Exigit magne devotionis —.

Ecclesie Sancti Nicolai Barensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, que in redditibus non abundat, unire quasdam ecclesias seu capellas ad suam collationem spectantes libere possit.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1214 (CCCXXV) Anagni, 10 août 1296.

Concessio indulgentiarum. (fol. 77 v°.)

Dilectis filiis priori et capitulo ecclesie secularis Sancti Nicolai Barensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Licet is —.

Omnibus penitentibus et confessis qui ad eamdem ecclesiam devote accesserint in singulis beate Marie Virginis, sancti Vincentii martyris et sancti Nicolai confessoris festivitatibus, ac anniversariis diebus dedicationum ipsius ecclesie et altaris ejusdem sancti Nicolai, ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et a festo Commemorationis omnium sanctorum usque ad octavas Epiphanie Domini et a prima dominica quadragesime usque ad dominicam primam post festum Pentecostes, unus annus et quadraginta dies de penitentiis injunctis relaxantur.

Dat. Anagnie, IIII id. augusti, anno secundo.

1215 (CCCXXVI) Vatican, 16 décembre 1295.

Unitur monasterium Moniachi monasterio Marmossolii .(fol. 77 v°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Marmossolii Cisterciensis ordinis Velletrensis diocesis. Monasterium vestrum —. Sane ad audientiam nostram produxit relatio fidedigna quod temeritatis abominabilis filius T. qui se gerit pro episcopo Neocastrensi — inter nephanda sue presumptionis opera, monasterium Moniachi ordinis sancti Benedicti Messanensis diocesis ausu detestabili occupavit illudque occupatum detinere detestabiliori audatia non formidans, spiritualibus in eo proh dolor! conculcatis, quin imo totaliter cultu divino subducto in ipso, temporalia ejus adeo consumpsit et diripuit consumendo quod, nisi eidem monachorum obsequiis et presentia destituto apostolice provisionis remedio celeriter et salubriter succuratur, vix aliquis adiciet ut resurgat —.

Monasterio Marmossolii unitur et conceditur predictum monasterium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. januarii, anno primo.

In e. m. *dilectis filiis abbati Fosse nove Cisterciensis ordinis Terracinensis diocesis et .. archimandrite Grecorum Sancti Salvatoris de Linguafari Messanensis monasteriorum ac Rogerio de Salerno archidiacono Palermitano, capellano nostro.*

Ut predictos in corporalem possessionem monasterii Moniachi inducant.

Dat. ut supra.

1216 (CCCXXVII) Anagni, 21 juillet 1296.

Licentia conferendi prebendam. (fol. 78.)

Dilecto filio Benedicto Sanctorum Cosme et Domiani diacono cardinali. Cum dilectus filius —.

Possit clerico, quem voluerit, canonicatum conferre quem Nicolaus de Seronis in ecclesia Sancti Aniani Aurelianensis diocesis tenebat olim et nunc resignavit.

Dat Anagnie, XII kal. augusti, anno secundo.

1217 (CCCXXVIII) Anagni, 23 août 1296.

Collatio ecclesie Nolane. (fol. 78.)

Venerabili fratri [Petro archiepiscopo Montisregalis. — Recte agitur—.

Ecclesia Nolana, quam quondam sibi assignatam obtinebat F. Messanensis tunc episcopus, Messanensi ecclesia per rebelles frustratus, qui nunc ad Mediolanensem archiepiscopatum promotus est, confertur predicto P. qui, perfidia Siculorum invalescente, ab ecclesia sua Montisregalis exulare cogitur. Eadem ecclesia a jurisdictione archiepiscopi Neapolitani eximitur.

Dat. Anagnie, X kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie necnon clero civitatis et diocesis Nolane.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Nolane.* — Dat ut supra.

1218 (CCCXXIX) Vatican, 23 mai 1296.

Commissio pensionem quamdam annuam solvendi. (fol. 78 v°.)

Dilectis filiis magistro Benedicto de Aquino archidiacono de Belvacino in ecclesia Belvacensi ac Matheo de Neapoli canonico Baiocensi, notariis nostris, et.. abbati monasterii Sancti Laurentii extra muros Urbis. Rata devotionis —.

Franco, fratri hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, capellano pape et priori predicti ordinis, « infra cujus prioratum curia Romana tunc temporis residebit », pensionis nomine, singulis annis centum libras turonensium parvorum exhiberi faciant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. junii, anno secundo.

1219 (CCCXXX) Vatican, 17 mai 1296.

Confirmatio electionis. (fol. 79.)

Dilecto filio Johanni abbati monasterii Sancti Andree Sanctique Silvestri de monte Siracti ad Romanam ecclesiam

nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Castellane diocesis. Cum a nobis —.

Is, electus quondam per G. Sabinensem, J. Tusculanum, M. Portuensem et H. Ostiensem episcopos, ac B. Sancte Potentiane presbyterum et F. Sancte Lucie in Silice diaconum cardinales, confirmatur in prefati monasterii abbatem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xvi kal. maii, anno secundo.

1120 (cccxxxi) Anagni, 12 juin 1296.

Auctoritas absolvendi quosdam clericos. (fol. 79.)

Venerabili fratri Petro episcopo Caminensi. Tua nobis fraternitatis —.

Possit centum de clericis et laicis sue diocesis qui pro violenta manuum injectione in clericos et personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerunt, et, ignari vel facti immemores, susceperunt ordines et divina celebrarunt officia sic legati, absolvere.

Dat. Anagnie, ii id. junii, anno secundo.

1221 (cccxxxii) Anagni, 17 juillet 1296.

Commissio compellendi episcopum Burgensem ad quamdam solutionem. (fol. 79.)

Venerabili fratri episcopo Calagoritano. Olim sic accepimus—.

Compellat Fernandum episcopum Burgensem ad solvendum guardiano et fratribus ordinis Minorum Parisiensibus trecentas libras turonensium parvorum, residuum cujusdam summe quingentarum librarum quas eis, elemosine nomine, assignare debebat.

Dat. Anagnie, xvi kal. augusti, anno secundo.

1222 (cccxxxiii) Anagni, 17 juillet 1296.

Eadem de re. (fol. 79 v°.)

Venerabili fratri Fernando episcopo Burgensi. Olim sicut —.

Solvat guardiano et fratribus ordinis Minorum Parisiensibus trecentas libras turonensium, alioquin *etc.*, *ut supra*.

Dat. Anagnie, ut supra.

1223 (cccxxxiii) Vatican, 7 mai 1296.

Donatio immobilium bonorum. (fol. 79 v°.)

Dilectis in Christo filiabus Johanne abbatisse et conventui monasterii monialium Sancti Laurentii de monte Salernitano ordinis sancte Clare. Nuper fuit —.

Vinea in loco qui dicitur Pastoranum, viridarium cum molendino in loco qui dicitur Lambagine, et alia bona eis perpetuo conceduntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno secundo.

(Potthast, 24333.)

In e. m. *Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato*. — Dat. ut supra.

1224 (cccxxxv) Anagni, 21 juin 1296.

Pro quodam canonico Lemovicensis diocesis. (fol. 80).

Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Lemovicensis. Venerabilis frater noster —.

Possint Stephano de Ornhaco, canonico ecclesie Ahentensis Lemovicensis diocesis, in ipsorum ecclesia de canonicatu vacante aut proximo vacaturo providere, non obstantibus canonicatu in ecclesia Ahentensi et ecclesia de Chambareto, quem et quam obtinet.

Dat. Anagni, xi kal. julii, anno secundo.

1225 (cccxxxvi) Anagni, 18 juillet 1296.

De restitutione quibusdam camere mercatoribus facienda. (fol. 80.)

Carissimo in Christo Philippo regi Francorum illustri. Exposito nobis dudum ex parte dilectorum filiorum Philippi Scolarii et Gratie Gualterotti mercatorum de societate Pulicum et Rimbertinorum (*sic*) de Florentia, quod, cum ipsi apud civitatem Parisiensem a venerabili fratre nostro Johanne Wintoniensi episcopo ducentas libras turonensium grossorum in depositum recepissent, mercatores ipsi hujusmodi pecuniam, de qua jam pro parte episcopo satisfecerant memorato et de reliqua postmodo satisfecerunt eidem, compulsi fuerunt tibi vel tuis officialibus solvere in grave dispendium eorumdem, ad suggestionem forsitan aliquorum, pretextu guerrarum que inter te et carissimum in Christo filium nostrum E. regem Anglie illustrem procurante inimico humani generis sunt exorte. Nos — super hujusmodi restitutione pecunie tuam duximus per nostras litteras sollicitudinem exortandam, sed, sicut accepimus, nondum exortatio ipsa optatum invenit effectum. Profecto, fili carissime, licet

alias de gravibus sancte matris ecclesie oneribus et pressuris aliqualem tibi pro similibus quasi negotiis fecerimus mentionem, regiam tamen volumus non latere notitiam quod, occasione guerre inter te et predictum regem Anglie exorte, inundantibus insuper undique in ipsius terris ecclesie ac maxime in Sicilie regno aliisque locis et partibus inter renatos sacri fonte baptismatis gravissimis guerrarum dissidiis et fluctuationibus tempestatum, adeo mercationes predicte et aliarum societatum necnon et alii qui curiam nostram secuntur (*sic*), mole penurie ac debitorum honere (*sic*) pregravantur, quod debitores fere deficiunt et creditores possunt rarius inveniri. Cum igitur prelibati mercatores de societate Pulicum et Rimbertinorum nobis et ecclesie Romane in magna quantitate pecunie teneantur, et adeo sint ob premissas causas exausti pecunia et facultatibus diminuti, quod nobis et ipsi ecclesie vix satisfacere possint, voluntarii vel coacti, celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente quatinus in hac parte ipsius ecclesie negotium favorabiliter prosequendo prelibatas ducentas libras memoratis mercatoribus, sublato difficultatis obice, facias eum integritate restitui, jubens illas dilectis filiis Bentio Davanzati, Rinuctio Hugonis de Spinorum, Jacobo Clariti et Lapo Pitti de Mozorum de Florentia, Symoni Anselmi et Bonvillano Loketti de Clarentum de Pistorio societatibus vel uni eorum in solidum, nostre camere mercatoribus, nostro et ipsius ecclesie nomine ac pro nobis et ipsa ecclesia, in parte satisfactionis eorum in quibus nobis et eidem ecclesie mercatores ipsi de societate Pulicum et Rimbertinorum tenentur, liberaliter assignari. Per hoc enim digne Deo placebis et comodum ipsius prosequeris ecclesie, ac nos et eam tibi propterea in regiis beneplacitis obligabis, dictique mercatores restitutionem hujusmodi consecuti liberabuntur in ipsa quantitate a debito quo nobis et ecclesie memorate tenentur—. Dat. Anagnie, xv kal. augusti, anno secundo.

1226 (CCCXXXVII) Vatican, 13 février 1296.

« Quod revocet gravamina illata clericis sue diocesis. » (fol. 80.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Maguntino. Non solum graves —. Profecto dilecti filii abbates, priores, prepositi et conventus monasteriorum, rectores et capitula ecclesiarum et capellarum per Sancte Marie Erfordensis, Jecheburgensis, Dorlonensis ac Northunensis archidiaconatuum terminos constitutarum et adherentes eisdem, tue diocesis, quorum innumerosa quasi fore pretenditur multitudo, gravi nobis querela monstrarunt quod tu ad eorum et monasteriorum ac ecclesiarum ipsorum et aliorum etiam gravamina et molestias nimis immoderate tuas manus extendens, proprie voluntatis libito statuisti quod quelibet ecclesia collegiata sive regularis sive secularis tue diocesis unam prebendam seu precariam integram per te alicui posse vendendam ad vitam, et nichilominus tam ipse collegiate ecclesie quam alie tantum subsidium, quantum primo anno tue promotionis dederant, dare tibi iterum et exhibere deberent, certis a te qui hujusmodi prebendas seu precarias exigerent et subsidia imponerent et contradictores compellerent executoribus deputatis. Cumque predicti executores ad eorum executionem in predictorum abbatum, priorum, prepositorum, conventuum, capellanorum et rectorum ac monasteriorum, ecclesiarum et capellarum prejuditium et gravamen, prout eis commiseras, processissent, iidem abbates, priores, prepositi, conventus, capitula, et rectores a te pressi continui mole gravaminis, et jam quodammodo impotenter effecti ad ferenda ulteriora gravamina, cum alias in eisdem collegiatis ecclesiis prebendas seu precarias hujusmodi extorsisses, ac tam ab eis quam ab aliis ecclesiis subsidia et exactiones tot et tantas non solum primo tui regiminis anno, sed etiam sepius exegisses, quod monasteria, ecclesie et capelle predicte, tum propter exactiones hujusmodi, tum propter continua guerrarum discrimina que partes illas concusserant exhauste ac oppresse nimium noscerentur, et jam debito ministrorum servitio defraudate, presertim cum persone quibus hujusmodi vendideras precarias in nullo penitus ipsis ecclesiis deservirent, tuque ad iteratam exactionem hujusmodi non caritative sed per indebite compulsionis instantiam ab ipso principio processisses, nullamque quasi prorsus moderationem seu mitigationem apud te requisitum humiliter in talibus invenissent, ad sedem apostolicam pro se suisque adherentibus appellarunt; set tu appellationi hujusmodi minime deferens, non absque contemptu [1] apostolice sedis, in personas et loca ipsarum de facto, cum de jure non posses, suspensionum, excomunicationum et interdicti sententias promulgasti, alias eis diversa gravamina et molestias irrogando, ac graves inferendo minas et incutiendo timores et, quod gravius ferimus, duos sacerdotes, ad te super hujusmodi negotio destinatos, propter ea capi fecisti et adhuc detines carcerali custodie mancipatos; super quibus omnibus pro parte predictorum abbatum, priorum, prepositorum, conventuum, monasteriorum, capitulorum et rectorum ac adherentium ad nostram providentiam humiliter habitus est recursus —.

Ista omnia gravamina infra mensem a receptione presen-

1. *Ms.* contentu.

tium revocet, et indebitas excommunicationis sententias relaxet; quod nisi fecerit, compareat infra subsequentem mensem coram apostolica sede.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus februarii, anno secundo.

1227 (CCCXXXVIII) Vatican, 13 février 1296.

Eadem de re. (fol. 80 v°.)

Dilectis filiis.. de Porta ac.. de Valle Beati Georgii monasterii abbatibus Cisterciensis ordinis Maguntini et Neuburgensis [1] *diocesis.* Ex parte dilectorum —.

Archiepiscopo Maguntino presentent predictas litteras pape, et de eorum presentatione faciant publicum instrumentum confici.

Dat. ut supra.

1228 (CCCXXXIX) Anagni, 28 août 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 81.)

Dilecto filio Odoni abbati Minoris Monasterii Turonensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum sicut in nostra —.

Possit duorum milium et quingentarum librarum turonensium contrahere mutuum.

Dat. Anagnie, v kal. septembris, anno secundo.

1229 (CCCXL) Anagni, 17 juin 1296.

Irregularis electionis confirmatio. (fol. 81.)

Dilecto filio Bernardo abbati monasterii Sancte Marie de Rosis ordinis sancti Benedicti Gerundensis diocesis. Olim sedes apostolica —.

Confirmatur electio de eo in abbatem predicti monasterii per Otgerum camerarium, Bertrandum, monachum ipsius monasterii, et Jaspertum, abbatem monasterii Sancti Salvatoris de Breda, quondam facta, que jure non valebat quia, non obstante reservatione apostolice sedi devoluta omnium beneficiorum durante interdicto in Aragonia vacantium, evenerat.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno secundo.

1230 (CCCXLI) Anagni, 17 juin 1296.

Nominationis confirmatio. (fol. 81.)

1. *Ms.* Nueburgen.

Dilecto filio Jasperto abbati monasterii Sancti Salvatoris de Breda ordinis sancti Benedicti Gerundensis diocesis. Petitio tua —.

Is monasterii predicti, cujus regimini, non obstante interdicto in Aragonia vigente, a B. Gerundensi episcopo prepositus fuerat, et quod per octos annos egregie gubernaverat, confirmatur in abbatem.

Dat Anagnie, xv kal. julii, anno secundo.

1231 (CCCXLII) Vatican, 17 maii 1297.

Commissio eligendi quemdam abbatem. (fol. 81 v°.)

Venerabili fratri episcopo Senensi et abbati monasterii Sancti Eugenii de Mon[te?] *prope Senas.* Ad audientiam nostram —.

Ut in abbatem monasterii Sancti Salvatoris de Spongia juxta castrum de Colle Vallis Else ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Vulteranne diocesis, cujusdam Mattarelli presbyteri qui se in abbatem eligi procuraverat nec a sancta sede confirmatus fuerat recepta renuntiatione, ydoneam personam eligat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xvi kal. junii, anno secundo.

1232 (CCCXLIII) Anagni, 17 juillet 1296.

Concessio fratribus ord. Minorum Parisiensibus. (fol. 81 v°.)

Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum Parisiensibus. Paupertati vestre —.

Eis, ad preces Jacobi tituli Sancti Clementis presbyteri cardinalis, de legatis in pios usus indistincte relictis in regno Francie mille marche argenti conceduntur.

Dat. Anagnie, xvi kal. augusti, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri.. episcopo Parisiensi.* — Dat. ut supra.

(Potthast, 24361 et 24364.)

1233 (CCCXLIIII) Anagni, 17 juillet 1296.

De alio legato eisdem assignando. (fol. 81 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Parisiensi. Cum sicut accepimus —.

Predictis fratribus ord. Minorum Parisiensibus assignare faciat trecentas libras turonensium quas Adea domina de Pernis in subsidium Terre sancte legavit, et que, a Maria dicta la Faynere muliere Parisiensi, dum viveret, ab executoribus dicte do-

mine in deposito quondam habite, nunc ad manus Gaufridi dicti de Gie clerici Parisiensis et Johannis de Perno civis Parisiensis pervenerunt.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24365.)

1234 (CCCXLV) Anagni, 16 juin 1296.

Licentia ingrediendi monasteria ord. sancte Clare. (fol. 81 verso.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blance, nate clare memorie Philippi Francorum regis. Devotionis tue merita —.

Ut, cum duobus fratribus ordinis Minorum et sex vel octo ad plus honestis matronis in decenti habitu monasteria sancte Clare ubicunque existentia ingredi libere valeat.

Dat. Anagnie, XVI kal. julii, anno secundo.

(POTTHAST, 24352).

1235 (CCCXLVI) Anagni, 16 juin 1296.

Ejusdem concessio facultatis. (fol. 82).

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, nate clare memorie Philippi Francorum regis. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

1236 (CCCXLVII) Anagni, 1er juillet 1296.

Licentia. (fol. 82.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne domine Virgimonis et Mazeriarum. Pium arbitramur —.

Propter infirmitatem et debilitatem sui corporis possit secum habere altare portatile.

Dat. Anagnie, kal. julii, anno secundo.

1237 (CCCXLVIII) Anagni, 16 août 1296.

Commissio monasterii administrandi. (fol. 82.)

Dilecto filio Thome tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali. Virtutum merita —.

Ei monasterii Sancti Johannis in Venere ordinis sancti Benedicti Theatine diocesis committitur administratio.

Dat. Anagnie, XVII kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Johannis in Venere.* — Dat. ut supra.

1238 (CCCXLIX) Anagni, 23 juillet 1296.

« Indulgentia pro clericis suis. » (fol. 82).

Carissimo in Christo Adolfo regi Romanorum illustri. Eximie devotionis —.

Ut clerici ejus obsequiis insistentes omnium beneficiorum suorum redditus percipere valeant, nec ad residentiam teneantur.

Dat. Anagnie, X kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24368).

In e. m. *venerabilibus fratribus archiepiscopo Treverensi et.. Bambergensi ac.. Brixinensi episcopis.*

In e. m. *carissime in Christo filie Ymagine regine Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1239 (CCCL) Anagni, 28 juillet 1296.

Alia indulgentia pro eodem. (fol. 82 v°.)

Carissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum. Sincere devotionis —.

Ut in locis interdictis divina celebrari facere possit.

Dat. Anagnie, V kal. augusti, anno secundo.

In e. m. *carissime in Christo filie Ymagine regine Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1240 (CCCLI) Anagni, 23 juillet 1296.

Pro eodem. (fol. 82 v°.)

Eidem. Ingens et sincera —.

Ut in eum, Ymaginam reginam et liberos ejus nullus delegatus vel subdelegatus pape interdicti excommunicationisque sententias absque sedis apostolice speciali mandato promulgare possit.

Dat Anagnie, X kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24369.)

1241 (CCCLI) Anagni, 16 août 1296.

De impendendis ordinibus abbati monasterii Leonensis. (fol. 82 v°.)

Venerabilibus fratribus Parmensi et Brixiensi episcopis. Cum nuper —.

Petro, subdiacono, in abbatem monasterii Leonensis ordinis sancti Benedicti Brixiensis diocesis electo a J. episcopo Tusculano ac Symone Sancte Balbine presbytero et Guillelmo Sancti Nicolai in Carcere Tulliano cardinalibus, diaconatus

et presbyteratus ordines unus eorum conferat et abbatis recipiat juramentum.

Dat Anagnie, XVII kal. septembris, anno secundo.

1242 (CCCLIII) Anagni, 28 août 1296.

Indulgentia. (fol. 83.)

Venerabili fratri Ade episcopo Adversano. Tue pacis querentes —.

Ut in eum nullus delegatus seu subdelegatus apostolice sedis sine speciali mandato interdicti aut excommunicationis etc. sententias promulgare possit.

Dat. Anagnie, V kal. septembris, anno secundo.

1243 (CCCLIIII) Anagni, 28 août 1296.

Pro eodem. (fol. 83.)

Eidem. Quia presentis vite —.

Ut possit condere testamentum de certis bonis, ut supra episcopo Parmensi, capit. CCCXX.

Dat. ut supra.

1244 (CCCL) Anagni, 28 août 1296.

Pro eodem. (fol. 83).

Eidem. Devotionis tue —.

Possit quinque clericis suis obsequiis insistentibus de beneficiis ad suam collationem pertinentibus, nunc in civitate et diocesi Adversana vacantibus aut proximo vacaturis, quorum cujuslibet redditus non excedat quatuor unciarum auri valorem annuum, providere.

Dat. ut supra.

1245 (CCCLVI) Vatican, 30 avril 1296.

De archipresbyteratu Ferrariensi. (fol. 83.)

Venerabili fratri Frederico episcopo Ferrariensi. Merita tue sinceritatis —.

Possit persone ydonee cui voluerit archipresbyteratum Ferrariensem conferre.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. maii, anno secundo.

1246 (CCCLVII) Vatican, 14 mai 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 83.)

Dilecto filio Hugoni[1] *Sanctorum, nato Johannis Mazochi notarii de Arimino, laico.* Solet sedes apostolica —.

Ut ad preces Johannis Mazochi patris sui possit, etsi de soluto et soluta natus, tanquam heros legitimus bonis patris sui succedere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. maii, anno secundo.

1247 (CCCLVIII) Anagni, 27 août 1296.

De concessione fratribus Minoribus Oxoniensibus facienda. (fol. 83 v°.)

Venerabili fratri episcopo Lincolniensi. Ex parte dilectorum. —

Concedat fratribus ordinis Minorum domum sive aream Oxoniensem quam possidebant fratres de Penitentia Jesu Christi et nunc, ut dicitur, reliquerunt.

Dat. Anagnie, VI kal. septembris, anno secundo.

1248 (CCCLIX) Vatican, 20 avril 1296.

Commissio confirmandi quamdam abbatissam. (fol. 83 v°.)

Dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum ordinum Mediolanensibus. Ex parte dilectorum—.

Numeriam, monialem monasterii Sancti Ambrosii de Carugate, in abbatissam monasterii Sancte Marie Pertisugatie siti prope locum de Carnate, ordinis sancti Benedicti Mediolanensis diocesis, confirment.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno secundo.

1249 (CCCLX) Anagni, 9 août 1296.

Nominatio electi Brandeburgensis. (fol. 83 v°.)

Dilecto filio Volrado de Crempa electo Brandeburgensi. Debitum officii nostri —. Sane Brandeburgensis ecclesia per obitum bo. me. Hadenrici Brandeburgensis episcopi solatio destituta pastoris, — prepositus, prior et capitulum ejusdem ecclesie die ad eligendum prefixa convenientes in unum quondam Richardum, scolasticum ecclesie Magdeburgensis, in suum episcopum concorditer elegerunt et, eodem Richardo hujusmodi electionis de se facte consentire nolente, iidem prepositus, prior et capitulum Thidericum, prepositum ecclesie Lezekensis, Brandeburgensis diocesis, ad ipsius Brandeburgensis ecclesie regimen elegerunt. Verum quia bo. me. Ericus

1. Mss. Hōī.

Magdeburgensis episcopus presentatam sibi electionem hujusmodi de Thiderico factam cassavit, idem T hidericus] propter hoc ad sedem apostolicam vocem appellationis emisit; nosque causam appellationis hujusmodi et negotii principalis dilecto filio nostro Neapoleoni Sancti Adriani diacono cardinali comisimus audiendam. Cumque postmodum idem cardinalis nobis et fratribus nostris merita ipsius cause, que servato juris ordine plene discusserat, retulisset, nos, eisdem meritis plenius intellectis et cum dictis fratribus deliberatione prehabita diligente, comperto quod prefatus Thidericus se non curaverat propter hoc, juxta constitutionem a fe. re. Nicolao papa IIIIto, predecessore nostro, super hoc editam, conspectui apostolico presentare, de ipsorum fratrum consilio pronuntiavimus, secundum dicte constitutionis tenorem, eundem Thidericum a jure, si quod ipsi ex hujusmodi sua electione competierat, cecidisse, ipsamque electionem justitia cassavimus exigente. —

Is igitur, tunc Lubicensis ecclesie prepositus, in episcopum preficitur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

In e. m. *preposito, priori et capitulo ecclesie Brandeburgensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Brandeburgensis.*

In e. m. *dilectis filiis nobilibus viris marchionibus Brandeburgensibus.*

In e. m. *universis ministerialibus et vasallis ecclesie Brandeburgensis.*

In. e. m. *carissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1250 (CCCLXI) Anagni, 9 août 1296.

Confirmatio episcopi Colimbriensis. (fol. 84.)

Venerabili fratri Petro episcopo Colimbriensi. Pastoralis officii —.

Cum a tribus compromissariis per capitulum ecclesie Colimbriensis nominatis, scilicet Petro Martini cantore, Sancto Petri et Ferdinando Martini, is, tunc Elborensis episcopus, electus sit, et per Petrum Martini canonicum et Johannem Gomerii portionarium approbatio sedis apostolice sollicitata sit, in episcopum Colimbriensem de qua civitate oriundus est preficitur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

n. e. m. *decano et capitulo ecclesie Colimbriensis.*

In. e. m. *clero civitatis et diocesis Colimbriensis.*

In. e. m. *populo civitatis et diocesis Colimbriensis.*

In. e. m. *universis vasallis ecclesie Colimbriensis.* — Dat. ut supra.

1251 (CCCLXII) Vatican, 27 mars 1296.

Assignatio prefixa episcopo Tullensi et predecessori suo. (fol. 84 v°.)

Venerabili fratri Conrado quondam episcopo Tullensi. Intellecto dudum quod —.

Ei de bonis episcopatus Tullensis ducente libre turonensium parvorum annuatim persolvende pro sustentatione assignantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. aprilis, anno secundo.

(POTTHAST, 24306.)

In e. m. *venerabili fratri Johanni episcopo Tullensi.*

Ut predictam pensionem Conrado predecessori suo assignari faciat.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. Metensi et Basiliensi episcopis ac dilecto filio .. scolastico ecclesie Basiliensis.*

Ut ad predictam pensionem solvendam Tullensem episcopum inducant.

Dat. ut supra.

1252 (CCCLXIII) Vatican, 22 avril 1296.

De restitutione pristino episcopo Tullensi facienda. (fol. 85.)

Dilectis filiis decano, archidiacono et capitulo Tullensibus. Petitionem venerabilis —.

Conrado quondam episcopo Tullensi bona, que post ipsius episcopatui cessionem ceperunt, restituant, ita tamen quod hujusmodi restitutio facienda summam mille librarum turonensium parvorum non excedat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24323.)

In e. m. *Metensi et Basiliensi episcopis ac scolastico ecclesie Basiliensis.*

Ut ad restitutionem predictam dictum capitulum compellant.

Dat. ut supra.

1253 (CCCLXIIII) Vatican, 18 mai 1296.

« Citatio Virdunensium super excessibus illatis episcopo. » (fol. 85 v°.)

Dilectis filiis .. de Sancto Christoforo in Halata [1] *et .. de sancto Arnulfo de Crispeyo* [2] *prioribus, ac .. decano*

1. « *Cf.* n° 1091, Alta. »
2. « *Ms.* Chrispeyo. »

ecclesie Sancti Mellonis de Pontisera, Silvanectensis, Belvacensis et Rothomagensis diocesium. Oblata nobis venerabilis fratris Jacobi Virdunensis episcopi petitio continebat quod, licet ad eum ex concessione imperatorum, regum et aliorum catholicorum principum facta jamdudum ecclesie Virdunensi in civitate Virdunensi pertineat omnimodo jurisdictio temporalis, et justiciarios qui vulgariter jurati vocantur in civitate ipsa creare, facere, seu constituere spectet tantummodo, nulla omnino in civitate predicta eligendi judicem vel officialem aliquem seu scabinum, sive infligendi corporalem vel temporalem penam alicui absque auctoritate et licentia episcopi supradicti cives habeant potestatem, prefati tamen cives, non absque conspirationis nota contra eundem episcopum attemptare, ad occupationem bonorum et jurium ipsius episcopi et ecclesie supradicte ausu nephario aspirantes, et contra fidelitatis eodem episcopo prestitum venientes temere juramentum, facere seu creare de novo hujusmodi justiciarios in civitate predicta, ejusdem episcopi super hoc auctoritate non habita nec obtenta licentia, presumpserunt, magnas pecuniarum summas a justiciariis ibidem per jam dictum episcopum constitutis et eorum sociis per violentiam extorquendo. Quamobrem nonnulli ex eis, hujusmodi ducti formidine, de civitate recesserunt eadem, quidam vero ad cathedralem et nonnullas alias predicte civitatis ecclesias confugerunt, dictique cives, ne inde quomodolibet pateret egressus, circa ipsas ecclesias non modicam armatorum multitudinem posuerunt, nullatenus permittentes ut eis victualia preberentur, cujusdam capelle ipsius ecclesie cathedralis, in qua veluti tutele presidio se prefati fugientes incluserant, foribus cum lignis seu fustibus firmiter obseratis; sicque illi metu mortis et victualium subtratione (*sic*) compulsi prefatis civibus maximam propterea, quia justiciarii ab eo episcopo positi fuerant, summam pecunie persolverunt; et cum prelibatus episcopus propter premissa contra cives processisset eosdem et ad ipsos cum suis litteris processus hujusmodi continentibus quosdam clericos destinasset, iidem cives in quendam clericorum suorum manibus violenter injectis sibi per violentiam predictas litteras auferentes, ausu nephario dilaniarunt easdem, ac predictum clericum et etiam notarium quendam curie ipsius ad locum ad quem fures ceterique malefici duci solent non sine multa ignominia multoque opprobrio pertraxerunt, quidam alium clericum tunc in prefata cathedrali ecclesia constitutum per vim et metum, que in constantem virum cadere poterant, compellendo ad tradendum eisdem quasdam alias ipsius episcopi litteras sub ejus custodia consistentes, quas similiter dictorum civium dilaniare temeritas non expavit, apertius cominando quod si quisque ad civitatem predictam se personaliter conferre presumpserit ad mandatum aliquod ipsius episcopi inibi faciendum, ei vel dire necis periculum vel gravis periculum mutilationis inferret. Cumque memoratus episcopus, propter hujusmodi notorios et horrendos civium predictorum excessus in nonnullos eorum excommunicationis sententiam promulgasset ac civitatem eandem supposuisset ecclesiastico interdicto et quamplures sacerdotes sibi subjectos ad quendam locum, qui civitatis predicte vicus sive suburbium reputatur, ad publicandum ibidem interdictum hujusmodi destinasset, cives ipsi flamma furoris accensi, cum armatorum et aliorum multitudine copiosa contra sacerdotes procedentes eosdem, ac in ipsos subito irruentes, quamplures ex eis ad civitatem predictam turpiter ducere non fuerunt veriti ac trahere violenter eos invitos in quadam domo, tamdiu retinentes inclusos donec ab eis exegerunt (*sic*) corporaliter juramentum quod nullum omnino ipsius mandatum exequerentur episcopi contra eos. Statuerunt etiam dicti cives non sine scrupulo heretice pravitatis, si hec veritate nitantur, quod ad prefatum episcopum vel ejus curiam nullus predicte civitatis incola sive civis accedere quomodolibet attemptaret, nec idem permitteretur episcopus aliqua victualia de prefata exhibere civitate, quodque si laicus civitatis ejusdem cum clerico fortassis ad verbera deveniret, clericus ipse impune posset occidi, et si laicus alius, illos adinvicem rixantes inspiciens, laicum contra clericum non juvaret, penam gravem incurreret super hoc specialiter ordinatam. Prefati quoque cives quamplures clericos de civitate oriundos eadem banire de ipsa seu expellere presumpserunt, bona predictorum concivium qui, sicut premittitur, de civitate affugerunt et recesserunt eadem venalia exponentes, clericos et laicos civitatis ejusdem ad emptionem eorum nichilominus compellendo. Et cum prefatus episcopus tunc in sua diocesi constitutus, dictorum civium temerarios impetus seu motus illicitos reformidans, eos per probos viros religiosos et etiam seculares benigne requiri fecisset si ad ecclesiam suam tute posset ac sine dubitatione redire, ibique moram contrahere ad pontificale officium exercendum, cives ipsi nullum sibi responsum ad hoc sufficiens reddiderunt, preconceptam nequitiam inde apertius exprimentes. Quendam insuper in potestatem civitatis ejusdem in ipsorum episcopi et ecclesie grave prejudicium et jacturam creare de facto seu constituere attemptarunt, ac alia gravia et enormia non facile numeranda contra eosdem episcopum et ecclesiam ac libertatem ecclesiasticam commiserunt hactenus et committere non verentur

que Deum offendunt et fidelium animas scandalizant. Super quibus sepefatus episcopus oportunum per apostolicam circumspectam prudentiam adhiberi remedium humiliter imploravit. Quia igitur tantos ac tam graves tamque abhominabiles et enormes civium predictorum excessus nolimus, siculi nec debemus, urgente conscientia, quomodolibet tolerare, dignitati vestre per apostolica scripta sub pena excommunicationis quam ipso facto vos incurrere volumus si mandatis in hac parte nostris non curaveritis efficaciter obedire, districte precipiendo, mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, predictos cives seu universitatem civitatis predicte, per syndicum vel procuratorem ydoneum ad hoc specialiter constitutum, Martinum vero Duesercy, Jacobum dictum Ponioyse, Ottinum Lepetit, Petrum Arrions, Ottinum Quernarure, Colinum de Sans, Colinum Tuillart, Jacobum Licapre, Jenninum Blampie, Jacobum Chapon, Nicolaum Sautinet, Petrum Lafolle, Oliverium de Monte Sancti Victorii, Johannem Oliverii, Jacobum dictum Sigart, Wauteretum dictum Paquet, Roland Wautereti, Colinum dictum Killart, Jenninum Robetet, Colardum Belier, Jacobum Autopiere, Jenninum Tuillart, Warnerum Paturel, Blesum dictum Cuelier, Therricum de Estein, Henricum le Jeniche, Ottinum Ledovre et Collesonum dictum le Cot, cives Virdunenses, qui plurimum in premissis culpabiles asseruntur, ut personaliter infra duos menses post citationem nostram apostolico se conspectui representent super premissis satisfacturi plenarie ac alias pro meritis recepturi, vel suam ostensuri, si poterunt, innocentiam in hac parte, ex parte nostra in civitate ipsa Virdunensi vel in alio loco eidem civitati vicino, de quo ad eorum notitiam verisimiliter possit hujusmodi pervenire citatio, peremptorie citare curaretis. Nos enim exnunc prout extunc in quemlibet predictorum nominatim expressorum civium qui hujusmodi vestre citationi contumaciter parere contempserint excommunicationis, — interdicti sententias promulgamus. Illos vero qui propter predicta vel eorum aliquod excommunicationis sententiam latam a canone forsitan incurrerunt, excommunicatos usque ad satisfactionem in genere publice nuntietis et faciatis etiam nuntiari. Postquam autem hujusmodi citationes facte fuerint, inhibeatis civibus et universitati jamdictis ne, causa et lite pendentibus, in prejudicium litis dicti episcopi et juris ejusdem aliquam faciant novitatem. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis nobis, remissis presentibus, fideliter intimare curetis. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. junii, anno secundo.

1254 (CCCLXV) Anagni, 5 juillet 1296.

Nominatio electi Cesaragustani. (fol. 86.)

Dilecto filio Eximino de Lucia Cesaragustano electo. Romani pontificis —.

Cesaragustane ecclesie provisione dilationem patiente, is, tunc ejusdem ecclesie sacrista, in episcopum a papa preficitur.

Dat. Anagnie, III non. julii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Cesaragustane.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Cesaragustane.*

In e. m. *nobilibus viris baronibus atque vasallis ecclesie Cesaragustane.*

In e. m. *archiepiscopo Terraconensi.*

In e. m. *carissimo in Christo filio Jacobo regi Aragonum illustri.* — Dat. ut supra.

1255 (CCCLXVI) Anagni, 12 août 1296.

Nominatio episcopi Magalonensis. (fol. 86 v°.)

Venerabili fratri Gaucelino episcopo Magalonensi. Quam sit onusta —.

Is, renuntiatione Bernardi de Viridisicco a capitulo in episcopum electo apud sedem apostolicam habita, de ecclesia Lodovensi ad ecclesiam Magalonensem transfertur.

Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno secundo.

In e. m. *preposito et capitulo ecclesie Magalonensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Magalonensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Magalonensis.*

In e. m. *universis ecclesie Magalonensis vasallis.*

In e. m. *archiepiscopo Narbonensi.*

In e. m. *carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24381.)

1256 (CCCLXVII) Anagni, 23 août 1296.

Nominatio archiepiscopi Mediolanensis. (fol. 87 v°.)

Venerabili fratri Francisco archiepiscopo Mediolanensi. Ad regimen universalis —.

Is de ecclesia Messanensi ad ecclesiam Mediolanensem transfertur et pallio, pro ipso per M. Sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem postulato, decoratur.

Dat. Anagnie, x kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *archipresbytero et capitulo ecclesie Mediolanensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Mediolanensis.*

In e. m. *episcopis suffraganeis ecclesie Mediolanensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Mediolanensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Mediolanensis.* — Dat. ut supra.

1257 (CCCLXVIII) Vatican, 18 mai 1269.

Indulgentia pro archiepiscopo Bisuntino. (fol. 88.)

Venerabili fratri Oddoni archiepiscopo Bisuntino. Personam tuam —.

Ut predictus archiepiscopus, cui nulla pertinet collatio prebendarum, duobus clericis, suis obsequiis insistentibus, uni scilicet in Majori, alteri in Sancte Marie Magdalene ecclesiis Bisuntinis, de canonicatibus vacantibus aut proximo vacaturis, providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. junii, anno secundo.

1258 (CCCLXVIIII) Anagni, 30 juillet 1296.

Indulgentia pro episcopo Reatino. (fol. 88.)

Venerabili fratri Berardo episcopo Reatino. Sincere devotionis —.

Ut, in Majori et in Sancti Leotherii, Sancti Johannis de Statua, Sancti Angeli et Sancte Cecilie ecclesiis Reatine civitatis, in singulis videlicet ecclesiarum ipsarum singulis personis ydoneis de canonicatibus etc., providere possit.

Dat. Anagnie, III kal. augusti, anno secundo.

1259 (CCCLXX) Vatican, 29 avril 1296.

Commendatio pro abbate S. Petri ad Vincula. (fol. 88 v°.)

Dilecto filio priori generali ordinis Camaldulensium. Ad tuam volumus —.

Ut commendatum habeat Octavianum, dudum electum in abbatem monasterii Sancti Theonisti Camaldulensium ordinis, nunc in abbatem monasterii Sancti Petri ad Vincula ejusdem ordinis Ravennatis diocesis promotum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno secundo.

1260 (CCCLXXI) Anagni, 12 juin 1296.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 88 v°.)

Dilecto filio Roberto de Robertis canonico Paduano, capellano nostro. Provenit ex tuarum —.

Archipresbyteratum plebis Sancti Geminiani de Prato Regine diocesis, simul cum canonicatu ecclesie Padovane quem a Nicolao IIII° obtinuerat sub ea conditione ut dimitteret predictum archipresbyteratum, et considerato quod nunquam dimiserit dictum archipresbyteratum, retinere possit.

Dat. Anagnie, II id. junii, anno secundo.

1261 (CCCLXXII) Anagni, 12 juillet 1296.

Concessio cujusdam hereditatis. (fol. 88 v°.)

Venerabili fratri episcopo Ortano. Exposuisti nobis —.

Cum quondam Nicolaus Bonhomi, civis Ortanus, tribus suis filiabus sua bona per testamentum reliquerit equali portione et voluerit quod, si hec tres sine filiis aut filiabus morerentur, sua bona pro remedio peccatorum suorum adhiberentur, his ita sine posteritate defunctis, possit episcopus omnia predicta bona mense episcopalis usibus applicare, sub ea conditione ut singulis annis in perpetuum celebrentur pro anima dicti Nicolai in ecclesia Ortana missa in die anniversario mortis et die precedenti vigilie defunctorum, pro quibus missa et vigiliis florenum unum auri pagabitur canonibus qui intervenient.

Dat. Anagnie, IIII id. julii, anno secundo.

1262 (CCCLXXIII) Vatican, 22 avril 1296.

Dispensatio. (fol 89.)

Dilecto filio Ugolino, nato Johanelli Veronice, canonico ecclesie Perusine ordinis sancti Augustini. Probitatis tue meritis —.

Ei obtentu Johanelli Veronice, civis Perusini, Romane ecclesie devoti, pro suo filio supplicantis, indulgetur ut, non obstante defectu quem in etate et ordinibus patitur, cum minores tantum ordines receperit nec sextum decimum annum exegerit, ad administrationes quaslibet, etiam curam habentes animarum, sui duntaxat ordinis, ad collationem archipresbyteri et capituli Perusinorum spectantes, libere assumi valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. maii, anno secundo.

1263 (CCCLXXIIII) Anagni, 9 août 1296.

Nominati prioris S. Crucis Colimbriensis. (fol. 89.)

Dilecto filio Petro priori monasterii Sancte Crucis Colimbriensis diocesis, per priorem soliti gubernari, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini. Licet ex debito —.

Is tunc prior claustralis monasterii Sancti Vincentii Ulixbonensis, renuntiatione Martini Petri, in priorem per viam compromissi assumpti, coram sede apostolica habita, in monasterii Sancte Crucis priorem preficitur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

In e. m. *conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1264 (CCCLXXV) Anagni, 8 août 1296.

Nominatio abbatis monasterii Cassinensis. (fol. 89 v°.)

Dilecto filio Galhardo abbati monasterii Cassinensis. Viduatarum ecclesiarum —. Dudum siquidem monasterio Cassinensi ordinis sancti Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, propter quod specialius nobis cura provisionis incumbit ejusdem, per obitum quondam Beraldi abbatis ipsius monasterii, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituto, bo. me. Bernardo Tripolitano episcopo prefati monasterii curam et administrationem — duximus committendas; quo, ut Domino placuit, viam universe carnis ingresso, — cum non de facili multitudo concordet, set plerumque eligentium vota dissidant [1], provisionem de substitutione futuri pastoris ipsi monasterio faciendam nobis ea vice duximus reservandam. —

Dictus ergo Galhardus, tunc prior Beate Marie Deaurate Tholosane, in abbatem preficitur.

Dat. Anagnie, VI id. augusti, anno secundo.

In e. m. *decano et conventui monasterii Cassinensis.*

In e. m. *universis vasallis monasterii Cassinensis.* — Dat. ut supra.

1265 (CCCLXXVI) Anagni, 27 août 1296.

Confirmatio abbatis Majoris monasterii Turonensis. (fol. 89).

Dilecto filio Oddoni abbati Majoris monasterii Turonensis [2] *ac Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti.* Licet ex debito —.

Is, unanimiter electus compromissario nomine per quindecim ydoneas ejusdem ordinis personas, videlicet Philippum Sancti Johannis in Valle Carnotensi, Johannem de Lehonio, Johannem de Spernone, Johannem de Cella in Bria, Johannem de Petraforte, Johannem de Chinuliaco, Odonem de Moreis, Martinum de Bereyo, Guillelmum de Boceyo, Yvonem de Ventellayo, Guidonem de Villa petrosa, Leodegarium de Gisortio, prioratuum priores, Philippum infirmarium, Matheum camerarium et Bertrandum cantorem, in abbatem predicti monasterii confirmatur.

Dat. Anagnie, VI kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *priori ejusdem monasterii.*

In e. m. *carissimo in Christo Phylippo regi Francorum illustri.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1. *Ms.* dissiderant.
2. *Ms.* Turronensis.

1266 (CCCLXXVII) Anagni, 8 août 1296.

Nominatio abbatis mon. S. Michaelis de Clusa. (fol. 90 v°.)

Dilecto filio Ricardo abbati monasteri Sancti Michael (sic) *de Clusa, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis.* Inter sollicitudines varias —.

Is, tunc prior de Megena ordinis sancti Benedicti Gebennensis diocesis, in abbatem Sancti Michaelis de Clusa, per obitum Raymundi, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastore destituti, preficitur.

Dat. Anagnie, VI id. augusti, anno secundo.

In e. m. *conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1267 (CCCLXXVIII) Vatican, 28 janvier 1296.

Exemptio a jurisdictione ordinarii. (fol. 90 v°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Benedicti Floriacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis ejusdem sancti, Aurelianensis diocesis. Meritis vestre religionis —.

Ut universi priores et monachi prioratuum huic monasterio subjectorum utantur privilegiis, indulgentiis et libertatibus quibus utuntur monachi in dicto monasterio commorantes, ita ut nullus ordinarius possit contra eos jurisdictionem aliquam exercere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. februarii, anno secundo.

In e. m. .. *Sancte Columbe, Senonensis, et Sancte Marie de Burgo Dolensi ac.. de Rineto, Bituricensis et Vasatensis diocesium, monasteriorum abbatibus.*

Ut non permittant super hoc predictos abbatem et conventum, priores et monachos indebite molestari.

Dat. ut supra.

1268 (CCCLXXVIIII) Vatican, 11 mai 1296.

Mandatum confirmandi quamdam abbatissam. (fol. 91.)

Venerabili fratri episcopo Adriensi. Inter diversas sollicitudines —.

Cum electio per moniales monasterii Sancti Antonii de Pollicino ordinis sancti Benedicti, Ferrariensis diocesis, de Johanna de Brixia predicti monasterii moniali in ejusdem monasterii abbatissam facta, per tres cardinales, quibus examinanda commissa fuit, canonice celebrata habita fuerit, impendat electe abbatisse munus benedictionis ejusque juramentum recipiat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. maii, anno secundo.

1269 (CCCLXXX) Anagni, 13 juin 1296.

Dispensatio. (fol. 91.)

Dilecto filio Marino, nato dilecti filii Marchi Siboti ducatus Venetiarum notarii, canonico Pergamensi. Dudum apud sedem —.

Cum, non obstante defectu etatis, de canonicatu in ecclesia Pergamensi post Johannis canonici in episcopum Pergamensem promotionem ei provisum fuerit, et deinde quidam Ubertus Lazarouus ejus receptioni obstiterit sub ea ratione ut, per constitutionem Gregorii pape decimi, de decem prebendis ecclesie Pergamensis ulla nemini, nisi in ordinibus jam constituto, concedi debebat, super hoc statuitur ut canonicatum libere tenere et redditus integraliter percipere, quamvis in ecclesia Sancte Marine de Venetiis Castellane diocesis residens, possit, nec ad permutandum hunc canonicatum pro alio cogatur.

Dat. Anagnie, id. junii, anno secundo.

In e. m. *.. preposito Sancti Mathei Pergamensis et Roberto de Robertis archipresbytero de Prato ac.. plebano Sancti Johannis Novi de Venetiis, Castellane et Regine diocesium, ecclesiarum.* — Dat ut supra.

1270 (CCCLXXXI) Anagni, 19 août 1296.

De decima concessa regi Sicilie. (fol. 92.)

Littere decime commisse episcopo Tudertino super decima concessa regi Sicilie. Venerabilibus fratribus Perusino, Interannensi[1] *ac universis in ducatu Spoletano necnon .. Castellano episcopis, et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon domorum beate Marie Theotonicorum prioribus, preceptoribus seu magistris, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, tam in eodem ducatu quam in Perusina, Tudertina, Interannensi*[2] *et Castellana civitatibus et diocesibus earum aliisque locis infra eorum fines constitutis, salutem, etc.* Dudum, post nostre promotionis auspicia, ex dignis et evidentibus causis ac urgente necessitate decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in ducatu Spoletano ac Perusina, Tudertina, Interannensi et Castellana civitatibus et diocesibus earum aliisque locis infra fines eorum constitutis carissimo in Christo filio nostro Carolo regi Sicilie illustri, pro ipsius Sicilie regni consummando negotio, per tres annos a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste tunc proximo preterito numerandos, duximus de fratrum nostrorum consilio concedendam, dantes vobis per diversas nostras sub certa forma litteras in mandatis ut vos per dictum ducatum et easdem Perusinam, Tudertinam, et Interannensem civitates et dioceses ac alia loca infra eorum fines constituta bo. me. Nicolao episcopo Tudertino tunc viventi, ac vos per dictas Castellanam civitatem et diocesim aliaque loca infra fines ipsarum similiter constituta, venerabili fratri nostro Viterbiensi episcopo, quos ad vos et partes vestras pro hujusmodi collectione decime destinamus, aut illis quos ipsi deputarent ad collectionis hujusmodi ministerium exequendum, in prefigendis vobis terminis liberaliter solveretis. Cum igitur predictus Nicolaus episcopus Tudertinus diem postmodum clausisse noscatur extremum, nos nolentes ut in predictis commissis sibi locis et partibus negotium decime prefate depereat, dilectum filium Nicolaum electum Tudertinum in officio collectionis dicte decime in ipsis locis et partibus duximus subrogandum, volentes ut etiam in prefatis civitate et diocesi Castellana prefato episcopo Viterbiensi commissis, commissione ipsi episcopo Viterbiensi super hoc facta nequaquam obstante, prelibatus Nicolaus electus decimam exigat memoratam. Quocirca universitatem vestram attente monemus — quatenus vos, magnam et instantem necessitatem negotii memorati, quod multam accellerationem promotionis exposcit, ac etiam non modicam indigentiam regis ejusdem diligentius attendentes, et compatientes ab intimis laboribus dispendiis et jacturis Romane ecclesie matris nostre, ob divinam et apostolice sedis ac nostram reverentiam, vestrorum omnium ecclesiasticorum reddituum, proventuum et obventionum, ut premittitur, decimam per hujusmodi triennium predicto Nicolao electo Tudertino quem ad vos et partes vestras, pro hujusmodi collectione decime, destinamus, aut illi vel illis quem vel quos ille deputaverit ad collectionis hujusmodi ministerium exequendum in prefigendis vobis terminis liberaliter persolvatis. — Dat. Anagnie, XIIII kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *dilecto filio Nicolao electo Tudertino, collectori decime in ducatu Spoletano, necnon in Perusina, Tudertina, Interannensi et Castellana civitatibus et diocesibus earum, ac aliis locis infra eorum fines constitutis pro negotio regni Sicilie deputato.* — Dat ut supra.

1. *Ms.* Interanensi.
2. *Ms.* Interapnensi.

1271 (CCCLXXXII) Anagni, 3 août 1296.

Privilegium. (fol. 93.)

Dilecto filio abbati monasterii Sancti Johannis Angeliacensis [1] *ordinis sancti Benedicti Xanctonensis diocesis.* Sicut nobis exponere —.

Ut prioratus, ecclesie, grangie et domus predicti monasterii per dictum abbatem et successores suos ut antea visitari, non autem per ordinarium seu ejus procuratorem, possint.

Dat. Anagnie, III non. augusti, anno secundo.

1272 (CCCLXXXIII) Anagni, 5 septembre 1296.

Licentia condendi testamentum, in forma consueta. (fol. 93.)

Dilecto filio Leonardo electo Urbevetano. Quia presentis vite —. Dat. Anagnie, non. septembris, anno secundo.

1273 (CCCLXXXIIII) Anagni, 3 septembre 1296.

De promotione abbatis S. Michaelis de Clusa. (fol. 93.)[2]

Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Tarentasiensi et.. episcopo Gebennensi [3]. Cum nos ad supplicationem —.

Ricardo, in diaconatus ordine constituto, nunc in abbatem monasterii Sancti Michaelis de Clusa ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis prefecto, presbyteratus ordinem conferant, munus benedictionis impendant et ab eo fidelitatis juramentum recipiant.

Dat. Anagnie, III non. septembris, anno secundo.

1274 (CCCLXXXV) Anagni, 13 septembre 1296.

Approbatio concessionis cujusdam. (fol. 93.)

Dilectis filiis priori et fratribus Heremitarum loci Parisiensis ordinis sancti Augustini. Vestre religionis —. Sane petitio vestra nobis exposita continebat quod cla. me. Lodovicus rex Francorum, cupiens terrena pro celestibus et transitoria pro eternis salubri commercio commutare, quendam locum in civitate Parisiensi fratribus de Penitentia Jesu Christi in puram contulit elemosinam intuitu pietatis. Eisdem vero fratribus locum ipsum deserentibus, carissimus in Christo filius noster Phylippus rex Francorum illustris, nolens locum ipsum, qui dictorum contemplatione fratrum deditus et attributus in pios usus fuerat, aliquatenus ad prophanos reverti, ac habens ad vos specialem devotionis affectum, prefatum locum cum juribus et pertinentiis suis vobis et successoribus in perpetuum regia liberalitate concessit. —

Hec concessio, jam ab episcopo Parisiensi confirmata, a papa approbatur.

Dat. Anagnie, id. septembris, anno secundo.

1. *Ms.* Angliacensis.
2. Cf. n° 1266.
3. *Ms:* Gibensi.

1275 (CCCLXXXVI) Anagni, 23 août 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 93 v°).

Dilecto filio nobili viro Nicolao Petri et dilecte in Christo filie nobili mulieri [1] *nate dilecti filii nobilis viri Peponis Gatti, civibus Viterbiensibus.* Romani pontificis —.

Ut, etsi sint quarto consanguinitatis gradu vincti, ad compescendas inimicitias inter parentes suscitatas, matrimonium contrahere valeant eis indulgetur.

Dat. Anagnie, X kal. septembris, anno secundo.

1276 (CCCLXXXVII) Anagni, 7 septembre 1296.

Licentia quoddam conferendi beneficium. (fol. 93 v°.)

Venerabili fratri Petro archiepiscopo Montis regalis. Cum dilectus filius —.

Ei committitur cura alicui ydoneo, quem voluerit, conferendi beneficium quod resignavit Andreas Masaronis, electus Soranus, in ecclesia Sancti Valentini Ferentinatis.

Dat. Anagnie, VII id. septembris, anno secundo.

1277 (CCCLXXXVIII) Anagni, 18 août 1296.

« Inhibitio venditionis cujusdam castri. » (fol. 93 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Placentino. Petitio tua nobis —.

Ne castrum Rocca de Varsio vulgariter nuncupatum, ad mensam episcopalem pertinens, ab eo seu successoribus suis vendatur, obligetur, vel aliquo modo alienetur.

Dat. Anagnie, XV kal. septembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24387.)

1278 (CCCLXXXVIIII) Anagni, 14 septembre 1296.

Dispensatio. (fol. 93 v°.)

Dilecto filio Laurentio, nato nobilis viri Bradi de Circulis, clerico Florentino. Laudabilia tue juventutis —.

Possit, non obstante defectu quem in ordinibus et etate pa-

1. *Abest nomen.*

titur, beneficium ecclesiasticum, vel animarum curam habens, obtinere.

Dat. Anagnie, xviii kal. octobris, anno secundo.

1279 (CCCLXXXX) Anagni, 28 août 1296.

Licéntia quasdam ecclesias concedendi. (fol. 94.)

Venerabili fratri Herrico archiepiscopo Lugdunensi. Attendentes laudanda —.

De ecclesiis Sancti Andree de Montebruysone (*sic*) per mortem quondam Roberti de Pinci et Sancti Johannis de Bonesfonz per mortem Hugonis de Valleta nuper apud sedem apostolicam decedentium vacantibus, personis ydoneis, quas voluerit, provideat.

Dat. Anagnie, v kal. septembris, anno secundo.

1280 (CCCLXXXXI) Anagni, 17 juin 1296.

Concessio. (fol. 94.)

Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum Tropensibus. Cum a nobis petitur —.

Concessio parochialis ecclesie Sancti Petri site juxta ripas Tropee confirmatur.

Dat. Anagnie, xv kal. julii, anno secundo.

(POTTHAST, 24354, ubi Tropea scribitur *Troppea.*)

1281 (CCCLXXXXII) Anagni, 21 août 1296.

Reservatio. (fol. 94.)

Dilecto filio magistro Johanni de Mon. clerico Rothomagensis diocesis. Probitatis tue —.

Ei, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, parrochialis ecclesia, « si vacat ad presens vel proximo vacatura in civitate vel diocesi Rothomagensi, spectans ad collationem vel presentationem venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Rothomagensis seu dilectarum in Christo filiarum abbatisse et conventus monasterii Sancte Marie de Monasterio Villari ordinis sancti Benedicti », reservatur.

Dat. Anagnie, xii kal. septembris, anno secundo.

In e. m. scribitur executoribus.. *archidiacono de Ocha et magistro Galterio de Sancto Richerio, canonico Ebroicensis, ac cancellario Parisiensis ecclesiarum* — Dat. ut supra.

1282 (CCCXXXXIII) Vatican, 21 mai 1296.

Provisio in ecclesia Legionensi. (fol. 94 v°.)

Dilectis filiis.. archidiacono de Alauruia Tudensis, et thesaurario ac.. magistro scolarum Legionensis ecclesiarum. Volentes personam —.

Sancium natum quondam Antonii de Riporolis, comitis de Sancto Martino, ad preces F. episcopi Ferrariensis, inducant in personalem possessionem canonicatus nunc vacantis aut proximo vacaturi in ecclesia Legionensi, non obstantibus canonicatu quem in Palentie et beneficio quod in Vallis Oleti Palentine diocesis ecclesiis dictus Sancius noscitur obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xii kal. junii, anno secundo.

In e. m. .. *decano Compostellane, et .. de Mineac ac .. de Alauruya Tudensis archidiaconis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1283 (CCCLXXXXIIII) Anagni, 25 août 1396.

Licentia. (fol. 94 v°.)

Venerabili Francisco archiepiscopo Mediolanensi. Quia presentis vite —.

Ut possit condere testamentum, in forma consueta.

Dat. Anagnie, viii kal. septembris, anno secundo.

1284 (CCCLXXXXV) Anagni, 25 août 1296.

Pro eodem. (fol. 94 v°.)

Eidem. Tue devotionis —.

Ut quatuor clerici, ejus obsequiis insistentes, fructus beneficiorum que in partibus ecclesie Mediolanensis obtinent, integraliter percipere valeant, nec ad residentiam teneantur.

Dat. Anagnie ut supra.

In e. m. *venerabili fratri.. episcopo et dilectis filii Brancaleoni, notario nostro, Parmensis ac Guidoni de Basio* (sic) *Regine ecclesiarum archidiaconis.* — Dat. ut supra.

1285 (CCCLXXXXVI) Anagni, 23 juillet 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 95.)

Dilecto filio Manni, nato quondam Andree Jaqueti militis, et dilecte in Christo filie Angelerie, nate dilecti filii Lamberti Petri, civibus Tudertinis. Romani pontificis —.

Matrimonaliter copulari possint, etsi dictus Manni matrimonium antea contraxisset, non carnali autem copula subsecuta, cum quondam Beneasai, nata Guerrisii Odonis de Tuderto, militis, quarto consanguinitatis gradu dicte Angelerie attinente.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1286 (CCCLXXXXVII) Anagni, 23 juillet 1296.

Indulgentia. (fol. 95.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum omnium —.

Omnibus qui ecclesiam Sancti Luce evangeliste sitam in parochia Groclingabo de Gutlandia, Lingopensis diocesis, pie visitaverint in festivitatibus ipsius sancti Luce, beate Marie Virginis, beate Marie Magdalene, cujus reliquie in eadem ecclesia requiescunt, sancte Catherine et Ascensionis Domini, unus annus et quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

In e. m. pro ecclesia Sancti Johannis Baptiste sita in parrochia de Gutlandia ejusdem diocesis.

Dat. ut supra.

1287 (CCCLXXXXVIII) Anagni, 5 août 1296.

« Quod dispenset in natalibus cum Johanne Michaelis. » (fol. 95.)

Venerabili fratri episcopo Colimbriensi. Ex parte dilecti. —

Cum Johanne Michaelis presbytero, canonico monasterii Sancte Crucis Colimbriensis ordinis sancti Benedicti, de soluto et soluta genito, dispenset, ita ut possit ille, non obstante defectu natalium, ad omnes regulares administrationes, citra abbatiam ejusdem duntaxat ordinis, assumi.

Dat. Anagnie, non. augusti, anno secundo.

1288 (CCCLXXXXVIIII) Anagni, 25 août 1296.

Commissio collationis cujusdam. (fol. 95.)

Dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum fratrum Lemovicensibus. Cum dilectus filius —.

Ut, renuntiatione canonicatus et prebende a magistro Hugone Lajaces canonico Lemovicensi recepta, persone ydonee, quam voluerint, canonicatum et prebendam eosdem conferant.

Dat. Anagnie, VIII kal. septembris, anno secundo.

(Potthast, 24388.)

1289 (CCCC) Anagni, 19 août 1296.

Alia commissio. (fol. 95 v°.)

Dilecto filio Brancaleoni de Flisco, archidiacono Parmensis, notario nostro, ac de Dexio et.. de Pontirolo, Mediolanensis diocesis, prepositis ecclesiarum. Dilectus filius —.

Ut Bertramo de Malsate, clerico Mediolanensi, conferant in ecclesia Sancte Thecle quoddam perpetuum officium « superstantiam » vulgariter appellatum, « quod tam clericis quam laicis conferri hactenus consuevit, » nunc vacans aut primo vacaturum.

Dat. Anagnie, XIIII kal. septembris, anno secundo.

1290 (CCCCI) Anagni, 25 août 1296.

Privilegium. (fol. 95 v°.)

Venerabili fratri Francisco archiepiscopo Mediolanensi. Personam tuam —.

Personis ydoneis quas voluerit in singulis collegiatis sue civitatis et diocesis ecclesiis, singulas prebendas, nulli alii de jure debitas, seu vacantes seu proximo vacaturas, conferre possit.

Dat. Anagnie, VIII kal. septembris, anno secundo.

1291 (CCCCII) Anagni, 2 août 1296.

Dispensatio super perceptione fructuum. (fol. 95 v°.)

Dilecto filio Mathie, nato dilecti filii Gregorii Ambrosii militis Ferentinatis familiaris nostri, canonico Atrebatensi. Ut tua et tuorum —.

Ut redditus prebende quam obtinet in ecclesia Atrebatensi integraliter percipere valeat, nec ad faciendum residentiam in ipsa teneatur.

Dat. Anagnie, IIII non. augusti, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. Sancti Vedasti Atrebatensis et .. Montis Sancti Eligii juxta Atrebatum monasteriorum abbatibus, ac Guidoni de Anagnia canonico Parisiensi.* — Dat. ut supra.

1292 (CCCCIII) Anagni, 16 septembre 1296.

« Confirmatio tabellionatus. » (fol. 96.)

Dilecto filio Walthero de Amella, clerico, in minoribus ordinibus constituto. Quondam frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus papa V^{us}, predecessor noster, devictus instantia et ambitione nimia, plurimorum ignarus eorum que et juris debitum et gravitas pastoralis cui presidebat officii requirebant, seductus insuper atque deceptus per captiosam astuciam et deceptibilem aliquorum, fecit diversa et concessit varia minus digne inordi-

nata et insolita, quorum aliqua sbricemus ex causa, sub cujus bulla nonnulla, ut fertur, preter ipsius conscientiam transiverunt, que non indigne immo necessario limam correptionis apostolice exposcebant. Unde dicto predecessoro ex causis legitimis papatui sponte cedente, nos postmodum dispositione divina ad apicem summi apostolatus assumpti, ut sedes apostolica ipsius predecessoris actus lucidius discutere possit et in melius reformare, ejusque errata corrigere, omissa supplere ac in irritum revocanda deducere, omnia privillegia et litteras gratiosas, sub quibuscunque gratiis vel gratiosis concessionibus, de quibuscunque juribus, rebus vel bonis, que quoquo modo processerant seu que obtempta (*sic*) fuerant ab eo; necnon que a predecessore predicto verbo seu litteris facta, concessa, data vel indulta fuerant quibuscunque personis ecclesiasticis, que, per aliquas nostras litteras super hoc generaliter factas et etiam publicatas, revocata non essent nec penitus anullata quantum ad omnem effectum eorum, de fratrum nostrorum assensu et consilio, suspendentes, voluimus et districte precepimus ut hujusmodi gratias obtinentes, infra certi temporis spatium, quod quidam tempus pro peremtorio termino assignavimus, ipsa nostro et prefate sedis conspectui presentarent et ad nostram et dicte sedis notitiam deducerent, apostolice discussionis examen justo judicio subitura, ipsaque sic manere suspensa, quousque per ipsam sedem forent ex certa scientia approbata. Alioquin extunc illa et quicquid ex eis vel ob ea secutum esset vel imposterum sequeretur apostolica auctoritate de potestatis plenitudine cassavimus, irritavimus et vacuavimus, cassa, irrita et vacua nuntiavimus, ipsa omnino carere juribus decernentes —.

Dictus Waltherus, olim examinatus ex commissione Celestini pape per magistrum Clericum de Pisis et Raynerium Cremonensem episcopum ac ydoneus repertus, litterisque presentatis infra tempus assignatum, in tabellionarium confirmatur.

Dat. Anagnie, xvi kal. octobris, anno secundo.

1293 (ccccIII) Vatican, 21 mai 1296.

Licentia. (fol. 96.)

Venerabili fratri .. episcopo Placentino. Personam tuam —.

Uni persone ydonee de prebenda in ecclesia Placentina nunc vacanti aut proximo vacatura providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xii kal. junii, anno secundo.

1294 (ccccv) Vatican, 21 mai 1296.

Pro eodem. (fol. 96 v°.)

Eidem. Volentes tuam —.

Duabus personis ydoneis tabellionatus officium conferre possit.

Dat. ut supra.

1295 (ccccvi) Anagni, 9 septembre 1296.

Dispensatio super perceptione fructuum. (fol. 96 v°.)

Dilecto filio Nicolao dicto Malalma, de Anagnia, canonico Laudunensi. Ut tua et tuorum —.

Possit integraliter redditus prebende sue in ecclesia Laudunensi obtinere, nec ad faciendum in ea residentiam teneatur.

Dat. Anagnie, v id. septembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis Guidoni de Collemedio archidiacono Atrebatensi, notario nostro, et.. Sancti Vincentii ac.. Sancti Martini Laudunensis monasteriorum abbatibus.* — Dat. ut supra.

1296 (ccccvii) Anagni, 15 août 1296.

De satisfactione impendenda mercatoribus camere. (fol. 96 v°.)

Dilecto filio Nicolao tituli Sancti Laurentii in Damaso diacono cardinali. Dilecti filii Rogerius Maneti, et Lappus, Philippus et Spina Hugonis, Medicus Alioti, Ducius Juncte, Symon Gherardi et Albinus Martini, ac alii eorum socii de societate Spinorum de Florentia, camere nostre mercatores, nobis exponere curaverunt quod ipsi dudum venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris, rectoribus ecclesiarum, conventibus, capitulis, aliisque clericis et ecclesiasticis personis in Alamanie, Francie, Yspanie, Anglie, Scotie, Aragonie et Navarre regnis, necnon in Italie et Romanie partibus aliisque civitatibus et provinciis constitutis certas in Romana curia apostolica auctoritate mutuarunt pecunie quantitates, certis eis loco et termino persolvendas, prout in instrumentis publicis inde confectis plenius dicitur contineri. Verum quia dicti archiepiscopi, episcopi et alii, de hujusmodi pecuniarum summis requisiti auctoritate predicta, eisdem mercatoribus in prefixis sibi terminis satisfacere non curarunt, mercatores ipsi, cum ex hoc dampna gravia meruerunt et expensas, nec sperant, propter ipsorum debitorum dif-

fugia et potentiam in eisdem partibus, satisfactionem debitam posse consequi de premissis, ad apostolice provisionis consilium recurrerunt. Nos itaque cupientes eisdem mercatoribus in hac parte de oportuno remedio providere, ne inde dampnorum dispendia sustineant, — dignitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus predictos archiepiscopos, episcopos et alios — inducas ut infra terminum competentem a se prefigendum eisdem prefatis mercatoribus vel alicui ex eis vel ex ipsorum sociis et societate — plenam satisfactionem impendant —. Dat. Anagnie, XVIII kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *eidem cardinali*. Dilecti filii Thomas Vanni et Rizardus (*sic*) de Mozis, Feus Bonfantini et Landus Sigoli, et alii eorum socii de societate Mozorum de Florentia, camere nostre mercatores, *etc, ut in precedenti per totum usque in finem*. Dat. ut supra.

In e. m. *eidem*. Dilecti filii Lanfrancus Anselmi, Baldus Raynerii, Morgianus et Lippus Floravanti, Boninus Girardini (*sic*) et alii eorum socii de societate Clarentum de Pistorio, camere nostre mercatores, *etc, ut in prima per totum*. Dat. ut supra.

1297 (CCCCVIII) Anagni, 11 septembre 1296.

Collatio prepositure. (fol. 97.)

Dilecto filio Johanni, nato dilecti filii magistri Acursini de Pistorio, habitatoris Urbis et familiaris nostri, preposito ecclesie Pratensis Pistoriensis diocesis. Virtutum studiis —.

Ei confertur prepositura ecclesie Pratensis, nunc vacans per obitum Alcampi, non obstante etatis defectu, cum quintum decimum annum nondum exegerit, non obstantibus quoque canonicatibus quos in Baiocensi et Pisana diocesibus, et in Pistoriensi sub expectatione vacature prebende, obtinet.

Dat. Anagnie, III id. septembris, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri.. episcopo et dilectis filiis.. preposito Pistoriensi ac.. abbati monasterii Sancti Sabbe de Urbe.* — Dat. ut supra.

1298 (CCCCVIIII) Anagni, 2 juin 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 97 v°.)

Dilecto filio magistro Hugoni dicto de Gonfancurte, canonico Remensi. Dignum est ut —. Volentes igitur te qui, diu insistens studio litterarum, in eo sic laudabiliter diceris profecisse quod in liberalibus artibus et in jure civili cathedram meruisti ascendere magistralem, tum ob hoc, tum etiam ob aliorum tuorum exigentiam meritorum, necnon et obtentum dilecti filii Symonis tituli Sancte Balbine presbyteri cardinalis, nobis super hoc supplicantis, prerogativa prosequi gratie specialis, canonicatum ecclesie Remensis cum plenitudine juris canonici ac prebendam nulli alii de jure debitum, si in ecclesia ipsa vacat ad presens, cum omnibus juribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illis, dictumque cardinalem de ipsis tuo nomine per nostrum annulum presentialiter investimus — ;

Etsi in clericum chori Sancti Aniani Aurelianensis receptus fuerit.

Dat. Anagnie, IIII non. junii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis priori Sancti Mauritii Remensis et .. archidiacono de Jonvilla in ecclesia Cathalaunensi ac magistro Johanni de Foliaquerio canonico Parisiensi.* — Dat. ut supra.

1299 (CCCCX) Anagni, 5 septembre 1296.

Licentia retinendi prebendam. (fol. 97 v°.)

Dilecto filio magistro Hugoni de Bisuntio canonico Laudunensi. Grata nobis habet —.

Consideratione Francisci Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis et.. episcopi Laudunensis, cujus officialis existit, possit prebendam in ecclesia Laudunensi, que presbyteratus requirat ordinem, retinere per quinquennium, nec, in diaconatus ordine tantum constitutus, se facere ad presbyteratum promoveri vel in ipsa ecclesia personaliter residere teneatur.

Dat. Anagnie, non. septembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis.. Sancti Vincentii et.. Sancti Martini monasteriorum abbatibus, sancti Benedicti et Premonstratensis ordinum, ac .. thesaurario ecclesie Sancti Petri in foro Laudunensis.* — Dat. Anagnie ut supra.

1300 (CCCCXI) Anagni, 10 septembre 1296.

Dilectis filiis preceptori et fratribus domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Aquensis. Cum venerabilis frater noster A. episcopus Avinionensis (*sic*), juxta mandatum nostrum sibi factum oraculo vive vocis, per patentes litteras suas mandet — vicario et officialibus suis ut omnia bona dilecti filii Petri de Malaspina, canonici Massiliensis et prioris ecclesie Sancti Laurentii de Arboribus, Avinionensis diocesis, dudum arrestata de mandato episcopi memorati, vobis, nostro et ecclesie Romane nomine

sublata difficultate qualibet, instanter assignet, dignitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus omnia bona predicta, venerabili fratre nostro.. episcopo Nemausensi presente, si requisitus voluerit interesse, ad manus vestras recipiatis nomine supradicto, et penes vos sub diligenti custodia conservetis quousque de bonis ipsis aliud duxerimus ordinandum, de assignatione bonorum ipsorum facientes fieri duo publica consimilia instrumenta continentia particulariter et distincte quicquid vobis a vicario et officialibus supradictis fuerit assignatum, quorum uno vobis retento, reliquum transmittatis nostre camere consignandum. Dat. Anagnie. IIII id. septembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis magistro Guidoni dicto Septem, scriptori nostro, et Guillelmo Ebrardi clerico Uticensis diocesis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *senescallo Provintie et .. vicario carissimi filii nostri Caroli Sicilie regis illustris in Avinione.* — Dat. ut supra.

In e. m. *archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ad quos presentes littere pervenerint.* — Dat. ut supra.

1301 (CCCCXII) Anagni, 26 août 1296.

Licentia percipiendi fructus. (fol. 98.)

Venerabili fratri Fernando episcopo Ovetensi. Sicut ex parte —.

Percipiat usque ad triennium redditus canonicatus, prebende et prestimoniorum que promotionis sue tempore in Palentina ecclesia obtinebat, eosque in solutionem debitorum aliasque necessitates suas convertat.

Dat. Anagnie, VII kal. septembris, anno secundo.

1302 (CCCCXIII) Anagni, 21 août 1296.

« Revocatio beneficiorum Landulfi, episcopi Brixinensis. » (fol. 98 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo et dilectis filiis.. preposito Sancti Stephani et.. decano majoris Constanciensis [1] *ecclesiarum.* Querelam venerabilis fratris nostri Landulfi episcopi Brixinensis nuper accepimus continentem quod, licet nos eum pridem in Brixinensem episcopum promoventes, Warmatiensis et Wirburgensis Treverensis diocesis preposituras ecclesiarum, et canonicatum ac prebendam ejusdem ecclesie Warmatiensis, et ecclesiam de Biberaco Constanciensis diocesis, quos ipse hujusmodi promotionis sue tempore obtinebat, donationi apostolice duximus reservandos et decrevimus irritum et inane si secus de illis contigerit attemptari, ac postmodum dilectus filius noster Matheus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, auctoritate nostra sibi specialiter in hac parte commissa, cum eodem episcopo dispensasset ut preposituram, canonicatum, prebendam et ecclesiam supradictam una cum episcopatu Brixinensi licite [possit] retinere ac fructus et proventus percipere ex eisdem et hoc idem cardinalis per suas notificasset litteras — decano et capitulo Warmatiensis ecclesie supradicte; iidem tamen decanus et nonnulli de capitulo memorato eandem preposituram ejusdem ecclesie Warmatiensis Henrico de Duna, preposito ecclesie Sancti Pauli Warmatiensis de facto, cum de jure nequiverint, auctoritate propria contulerunt, ac idem Henricus de Duna et Berlewinus [1], talium collationum pretextu, non solum preposituras easdem, verum etiam nonnulla bona ipsius episcopi Brixinensis ibidem inventa temere occupantes, familiam ejusdem episcopi a possessione ipsarum prepositurarum per violentiam ejecerunt, in grave ipsius episcopi prejuditium et jacturam. —

Prefatos decanum et canonicos Warmatienses compellant ad revocandas collationes factas in detrimentum Brixinensis episcopi, atque Henricum de Duna ad dimittendum Warmatiensem et Boleswinum Wirburgensem preposituras infra terminum prefigendum, sub pena interdicti.

Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1303 (CCCCXIIII) Anagni, 21 juillet 1296.

Commissio confirmandi quamdam electionem. (fol. 98 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albiensi et dilecto filio fratri Raynaldo Rygaldi, ministro fratrum ordinis Minorum in Aquitania. Suscepti cura regiminis —.

Ut Helyt Adzemarie, jam electam, monasterii Sancti Saturnini prope Ruthenam ord. sancti Benedicti preficiant in abbatissam, si eam ydoneam invenerint.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24366.)

1304 (CCCCXV) Vatican, 27 janvier 1296.

Collatio decanatus. (fol. 99.)

1. *Ms.* Costancien.

1. *Alias* Boleswinus.

Dilecto filio Imberto Aurei decano ecclesie Brechinensis. Digne agere credimus —.

Ei decanatus ecclesie Brechinensis, per promotionem Thome in episcopum Rossensem vacans, precibus H. cardinalis Ostiensis, confertur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Illidii Claromontensis et .. archidiacono Sancti Andree in Scotia ac magistro Petro de Montechiello canonico Dolensi.*

Ut eum inducant in corporalem possessionem.

Dat. ut supra.

1305 (CCCCXVI) Anagni, 10 août 1296.

De receptione decimarum ecclesie debitarum. (fol. 99 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Castellano. Dura nimis —.

Ut petat, exigat et recipiat in Aquileiensi et Gradensi patriarchatibus, necnon in Jadrensi et Spalatensi archiepiscopatibus et per totam Dalmatiam, ac in civitate et diocesi Ferrariensi, aliisque locis infra eorum fines constitutis ea omnia que apostotolice sedi seu Terre sancte, « tam de residuis decimarum in concilio Lugdunensi pro ipsius Terre subsidio quam trium annorum, primo et secundo, in prosecutione negotii regni Sicilie et quibusdam ecclesie Romane necessitatibus concessarum, necnon de legatis quocumque modo in ejusdem Terre subsidium, redemptionibus crucis et votorum obventionibus, censibus, truncis seu zippis ecclesiarum », etc., debentur; et collectas hujusmodi summas committat Thome Vanni et Riccardo de Mozzis ac Feo Bonfantini et Lando Sigoli de Mozzorum, Rogerio et Lapo Spine, Medico Aliotti, Symoni Gherardi et Albizo Martini de Spinorum de Florentia, Clarentino et Lanfranco Anselmi, Baldo Raynerii, Raynerio et Morgiano Floravanti de Clarentum de Pistorio, societatibus, camere mercatoribus.

Dat. Anagnie, IIII id. augusti, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Parmensi*, pro Mediolanensi, Januensi et Ravennate archiepiscopatibus atque provintiis, necnon in Ariminensi, Papiensi, Placentina et Ferrariensi civitatibus et diocesibus. — Dat. ut supra.

In e. m. *Florentino et Pistoriensi episcopis*, pro archiepiscopatu et provintia Pisana, tota Tuscia, patrimonio Beati Petri, Massa Trabaria, ac civitate et diocesi Lunensi. — Dat. ut supra.

1306 (CCCCXVII) Vatican, 15 mai 1296.

Indulgentia. (fol. 100.)

Dilectis filiis universis fratribus ordinis Minorum in orientalium Tartarorum partibus constitutis. Inter cetera desideria —.

Omnibus fratribus qui de voluntate seu speciali mandato apostolice sedis vel generalis ministri ad has partes accesserint, eadem peccatorum venia quam transfretantibus in Terre sancte subsidium conceditur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. maii, anno secundo.

1307 (CCCCXVIII) Anagni, 17 juin 1296.

De abolitione absoleti interdicti. (fol. 100.)

Dilecto filio .. ministro fratrum ordinis Minorum Coloniensi. Oblata nobis ex parte tua et fratrum tui ordinis provintie Coloniensis petitio continebat quod ab olim tanto transacto jam tempore quod quasi de hoc memoria non habetur, in terras quorumdam nobilium dicte provintie fuerunt, ut dicitur, interdicti sententie promulgate, de quibus servandis, tanquam in oblivionem jam quasi deductis, nullus curare videtur, quin imo, si tu vel ipsi fratres eas servare velitis, illi de dicta provintia ad earum observantiam propterea non trahuntur, sed potius ad turbationem et scandalum concitantur. —

Ne ad observantiam hujusmodi sententiarum, si antiquate sunt, teneantur.

Dat. Anagnie, XV kal. julii, anno secundo.

(POTTHAST, 24353.)

1308 (CCCCXVIIII) Anagni, 26 juin 1296.

De numero quarumdam monialium. (fol. 100.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et sororibus ordinis sancte Clare in Nussia Coloniensis diocesis. Exhibita nobis —.

Ut, non obstante juramento ab eis facto, plures sorores recipere possint.

Dat. Anagnie, VI kal. julii, anno secundo.

(POTTHAST, 24357.)

1309 (CCCCXX) Anagni, 15 septembre 1296.

De receptione canonicorum inhibitio. (fol. 100.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis preposito et capitulo Tholosanis. Obviare dissidiis —.

Ne, sub excommunicationis et privationis dignitatum, personatuum, administrationum et aliorum beneficiorum penis, quempiam absque apostolice sedis licentia instituere vel recipere in canonicum in predicta ecclesia presumant.

Dat. Anagnie, XVII kal. octobris, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Carcassonensi et dilectis filiis .. abbati monasterii de Soricinio Tholosane diocesis ac.. archidiacono Ysaltensi in ecclesia Convenarum.* — Dat. ut supra.

1310 (CCCCXXI) Anagni, 13 septembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 100 v°.)

Venerabili fratri G. episcopo Vivariensi. Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam duorum milium florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Anagnie, id. septembris, anno secundo.

1311 (CCCCXXII) Anagni, 18 juillet 1296.

Commissio interveniendi inter episcopum et capitulum Vivarienses. (fol. 100 v°.)

Venerabilibus fratribus.. Mimatensi et .. Nemausensi ac.. Avignionensi (sic) episcopis: Venerabilis frater noster Guillelmus episcopus Vivariensis nobis exposuit quod, cum olim inter bone memorie H. Vivariensem episcopum ex parte una et capitulum Vivariense ex altera super quibusdam diversis articulis orta fuisset materia questionis, demum super hiis inter partes quedam amicabilis compositio intervenerit que redundat in enormem episcopalis sedis Vivariensis lesionem, de observanda compositione ipsa prestito ab eisdem partibus juramento, in qua inter alia continetur quod nullus episcopus Vivariensis ad possessionem vel quasi castrorum et aliorum bonorum temporalium et jurium ad episcopum ipsum pertinentium admittatur, nisi prius se juramento astrinxerit compositionem hujusmodi observare. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum dicta compositio iniqua sibique ac prefate sedi dampnosa existat, ac per hoc eis valde dispendiosum esset si ad ejus observationem se astringeret juramento, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur volentes super hoc illud remedium adhiberi per quod hujusmodi evitetur dispendium, nec exinde dicte compositioni, si forsan illa de jure observanda fuerit, in posterum derogetur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, eidem episcopo quem nuper ecclesie prefate prefecimus in episcopum et pastorem, vel procuratori suo ejus nomine ante omnia sine prestatione dicti juramenti faciatis a preposito et capitulo ipsius ecclesie aliisque suis subditis tanquam patri et pastori animarum suarum obediri humiliter et intendi, ac ipsum vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem predictorum castrorum, bonorum et jurium inducatis et defendatis inductum, sibique faciatis de fructibus, redditibus et proventibus episcopalibus, tempore vacationis ecclesie predicte perceptis, plenariam rationem et satisfactionem impendi —, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; ac deinde, postquam idem episcopus fuerit pacificam administrationis episcopatus Vivariensis possessionem adeptus, eosdem episcopum et capitulum ex parte nostra peremptorie citare curetis ut, infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi, per procuratores ydoneos cum dicta compositione ac omnibus actis, juribus et munimentis suis compositionem ipsam contingentibus compareant coram nobis, nostrum super compositionem ipsam juditium subituri. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali et nostra etiam per quam inhibetur ne aliquis extra suam civitatem vel diocesim ad juditium evocetur nec procedatur in aliquo contra eum —. Dat. Anagnie, XV kal. augusti, anno secundo.

1312 (CCCCXXIII) Anagni, 13 septembre 1296.

Eodem de negotio. (fol. 100 v° [1].)

Venerabili fratri G. episcopo Vivariensi. Digne petitiones tuas in hiis ad gratiam exauditionis admittimus per que tu et episcopalis sedes Vivariensis possitis a dispendiis preservari. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod cum olim inter bone memorie Hugonem episcopum Vivariensem predecessorem tuum ex parte una et capitulum Vivariense ex altera super quibusdam diversis articulis orta fuisset materia questionis, demum iidem episcopus et capitulum super hiis in venerabilem fratrem nostrum G. Viennensem archiepiscopum loci metropolitani, tanquam arbitratorem et amicabilem com-

1. *In imo ejusdem fol. legitur hec adnotatio, que modum indicat a scribis in regestorum compilatione et redactione adhibitum:* Balduinus de Espensi, Leodiensis diocesis, scribit IX quaternos sequentes.

positorem, juramentis hinc inde a partibus prestitis sub certa pena, concorditer compromittere curaverunt; idem vero archiepiscopus, hujusmodi compromisso recepto, predictam causam tam arbitraria quam metropolitica auctoritate per quandam ordinationem noscitur terminasse, que redundat in non modicum jurium episcopalium ipsius ecclesie prejudicium et jacturam, inter alia continentem quod Vivarienses episcopi, qui pro tempore fuerint, non admittantur ad bona episcopalia, nec bonorum ipsorum possessio tradatur eisdem quousque de observanda dicta ordinatione corporale prestiterint juramentum. Cum autem, sicut asseris, adversus dictam ordinationem prosequi jus tuum et dicte sedis intendas, nos, volentes in hac parte tue ac dicte sedis episcopalis indempnitati paterna diligentia precavere, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si etiam tu, per te vel alium tuo nomine, hujusmodi juramentum prestasti, nichilominus libere prosequi jus valeas supradictum et propter hoc reatum perjurii seu penam aliquam non incurras. Dat. Anagnie, id. septembris, anno secundo.

1313 (CCCCXXIIII) Anagni, 29 septembre 1296.

Licentia pro eodem. (fol. 101.)

Eidem. Ex parte tua —.

Ut duabus personis ydoneis conferre possit tabellionatus officium.

Dat. Anagnie, III kal. octobris, anno secundo.

1314 (CCCCXXV) Anagni, 30 août 1296.

Pro eodem. (fol. 101.)

Eidem. Volentes personam —.

Ut duabus clericis ydoneis conferre possit canonicatus in ecclesia Vivariensi.

Dat. Anagnie, III kal. septembris, anno secundo.

1315 (CCCCXXVI) Anagni, 17 septembre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 101.)

Dilecto filio Raynaldo, nato dilecti filii Johannis de Sermineto domicelli et familiaris nostri, canonico ecclesie sancti Gaugerici Cameracensis. Devotionis tue —.

Ei confertur canonicatus in ecclesia S. Gaugerici Cameracensis vacans per mortem Francisci de Placentia, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum.

Dat. Anagnie, XV kal. octobris, anno secundo.

In e. m. .. *episcopo Anagnino et .. abbati monasterii S. Sepulchri ac decano ecclesie Cameracensis*. — Dat. ut supra.

1316 (CCCCXXVII) Anagni, 17 septembre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 101 v°.)

Dilecto filio Theobaldo, nato dilecti filii Jacobi Gemme militis Anagnini, canonico ecclesie Sancti Gaugerici Cameracensis. Tue devotionis —.

Ei confertur canonicatus vacans in ecclesia Sancti Gaugerici Cameracensis per mortem quondam Alcampi prepositi Pratensis.

Dat. Anagnie, XV kal. octobris, anno secundo.

In e. m. eisdem executoribus ac supra.

1317 (CCCCXXVIII) Anagni, 1er septembre 1296.

Relaxatio excommunicationis et restitutio archidiaconatus. (fol. 101 v°.)

Dilecto filio Herrico de Blibio archidiacono Nicosiensi, capellano nostro, regni Cypri cancellario. Dignum esse conspicimus —.

Relaxatur quecumque excommunicationis sententia, si in eum lata fuerit, eique restituuntur archidiaconatus, canonicatus, prebenda, eorumque fructus, quibus per Johannem, ordinis Minorum fratrum, Nicosiensem archiepiscopum, privatus erat.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno secundo.

(Potthast, 24390.)

In e. m. *venerabili fratri archiepiscopo Tyrensi et Arborensi, ac dilectis filiis thesaurario Famagustane et Nicolino de Camilla canonico Ambianensis, capellano nostro, ecclesiarum*. — Dat. ut supra.

1318 (CCCCXXVIIII) Anagni, 27 août 1296.

Licentia. (fol. 102 v°.)

Dilecto filio Arberto Aycelini archidiacono de Tornodoro in ecclesia Lingonensi, nepoti venerabilis fratris nostri H. episcopi Ostiensis. Cupientes ut —

Ut possit per quinquennium jura civilia audire et docere extra archidiaconatum suum, nec dimittere debeat fructus ejusdem.

Dat. Anagnie, vi kal. septembris, an. secundo.

1319 (CCCCXXX) Anagni, 1er septembre 1296.

De electione prepositi generalis monasteriorum beate Marie Magdalene in Alamania. (fol. 102 v°.)

Dilectis filiis Wizeburgensis et Salsensis[1] *monasteriorum abbatibus ordinis sancti Benedicti, Spirensis et Argentinensis diocesium.* Suscepti cura regiminis —. Sane dudum prepositura generali monasteriorum beate Marie Magdalene in Alamania, ordinis sancti Augustini, per mortem quondam fratris Wirichonis eorumdem monasteriorum prepositi generalis vacante, dilecti filii provinciales, priores et priorisse ac pars monasteriorum eorumdem, ad quos electio generalis prepositi monasteriorum pertinet, fratrem Henricum, priorem monasterii Sancte Magdalene de Mulhusen (*sic*) predicti ordinis, in prepositum generalem dictorum monasteriorum concorditer elegerunt. Cum autem idem Henricus per confirmationem hujusmodi electionis obtinendam ad sedem apostolicam personaliter accessisset, fe. re. Martinus papa IIII^us, predecessor noster ejusdem electionis negotium bo. me. L. Ostiensi episcopo examinandum commisit[2], et demum idem Henricus, qui tempora constitutionis a pie me. Nicolao papa III° super hoc edite non servarat, etiam omne jus resignavit expresse quod sibi ex prefata electione fuerat acquisitum; dictoque predecessore nostro Martino viam universe carnis ingresso, fe. re. N[icolaus] papa IIII^us, predecessor noster, ad instantiam dicti ordinis procuratorum petentium de preposito generali eidem ordini provideri, bo. me. Petro tituli Sancti Marci presbitero cardinali commisit ut hujusmodi petitionem procuratorum predictorum audiret et super hoc sibi relationem faceret diligentem; qui, licet petitionem recepisset eandem, nulla tamen relatione dicto predecessori Nicolao super hoc facta, rebus fuit humanis exemptus. Nosque, ad apicem summi apostolatus assumpti, dilecto filio nostro Johanni tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali commisimus ut negotium examinaret hujusmodi et quod super hoc inveniret fideliter nobis referret. Examinatione autem ipsius negotii facta per eundem Johannem cardinalem juxta commissionem sibi a nobis factam, ut premittitur, diligenti, compertum extitit quod Romana ecclesia in possessione vel quasi juris confirmandi electiones prepositi generalis predicti ordinis hactenus extitit et existit, quodque tanto tempore dicta prepositura vacarat quod ejus provisio erat ad sedem apostolicam legitime devoluta —.

Nichilominus hujusmodi electio fiat per priores, priorissas et personas dictorum monasteriorum in generali capitulo convocatos, et, facta, a prefatis abbatibus confirmetur apostolice sedis nomine.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno secundo.

Sequitur § Juramentum. Ego frater .. prepositus generalis monasteriorum beate Marie Magdalene per Alamaniam, ordinis sancti Augustini, ab hoc ora in antea fidelis, *etc.*, *ut in forma.* Dat. ut supra.

1. *Ms.* Sabsensis.
2. *Ms.* comisit.

1320 (CCCCXXXI) Anagni, 31 août 1296.

Confirmatio decanatus ecclesie Engolismensis. (fol. 103.)

Dilecto filio magistro Herrico dicto Muscat, capellano nostro, decano ecclesie Engolismensis. Tue devotionis —. Cumque subdecanus Sancti Ylarii Pictavensis et Theobaldus Alniceti, canonicus Sancti Juliani, Lemovicensis diocesis, ecclesiarum, subdelegati a predicto archiepiscopo, hujusmodi reservationem, inhibitionem et decretum ad notitiam predictorum episcopi et capituli deduxissent, vacante tandem decanatu ejusdem ecclesie Engolismensis per mortem quondam Geraldi, ejusdem ecclesie Engolismensis decani, prior monasterii Sancti Martini Lemovicensis, subdelegatus a predicto subdecano ecclesie Sancti Ylarii, auctoritate commissionis sibi super hoc facte, prout ex ipsius forma poterat, decanatum predictum sic vacantem, nulli alii de jure debitum, quem pro te procurator tuus, habens ad hoc sufficiens et speciale mandatum, infra predicti mensis spatium acceptavit, tibi cum juribus et pertinentiis suis contulit et etiam assignavit, de illo tibi nichilominus providendo. Verum magistro Helia de Malomonte, qui se gerit pro decano ejusdem ecclesie Engolismensis, asserente sibi fore auctoritate bone memorie J. tituli Sancte Cecilie presbiteri cardinalis, tunc in illis partibus predicte sedis legati, de decanatu predicto provisum, ac illum pretextu talis provisionis etiam occupante, ortaque propter hoc inter te et ipsum magistrum Heliam super eodem decanatu materia questionis et causa hujusmodi ad predictam sedem per appellationes hinc inde interpositas devoluta, nos in ea venerabilem fratrem nostrum M. episcopum Portuensem deputavimus auditorem —. Demum dictus auditor, quia sibi legitime constitit memoratum magis-

trum Heliam in decanatu predicto nullum penitus jus habere, sibi super eo per suam sententiam perpetuum imponens silentium, ejus articulos datos in causa predicta justitia repulit exigente, quibusdam ex eis ad crimina et defectus tendentibus duntaxat exceptis, super quibus voluit, ut justum foret, inquirere veritatem, prout in instrumento publico ejusdem auditoris sigillo munito plenius continetur. Nos autem ad statum tuum paterne considerationis oculum convertentes ac volentes tibi, cujus merita sunt nobis ex tua familiaritate laudabili non ignota, remedia procurare quietis —, predictam sententiam ipsius auditoris provide latam, necnon collationem, assignationem, provisionem tibi factas de decanatu predicto per memoratum priorem ratas habentes et gratas, illas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus —. Dat. Anagnie, II kalendas septembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis abbati monasterii Karrofenensis Pictavensis diocesis et preposito Pictavensis ac archipresbitero Turonensis ecclesiarum* —. Dat. ut supra.

1321 (CCCCXXXII) Vatican, 21 mai 1296.

De concessione cujusdam loci episcopo Baiocensi. (fol. 103 v°.)

Dilecto filio archidiacono Oximensi in ecclesia Baiocensi. Habet assertio venerabilis fratris nostri P. episcopi Baiocensis quod, cum ipse fe. re. Nicolao pape IIII° predecessori nostro exponere curavisset quod locus fratrum ordinis Penitentie Jesu Christi de Cadomo, Baiocensis diocesis, cum domibus dicti loci erat sibi pro necessariis et comoditatibus Baiocensis ecclesie non modicum oportunus et verisimiliter presumi posset quod idem locus in brevi erat ab eisdem fratribus deserendus et in dispositione sedis apostolice, juxta tenorem constitutionis a pie memorie Gregorii pape X[i] predecessoris sui super hoc in generali concilio Lugdunensi edite, remaneret, ac idem episcopus paratus existeret pro loco et domibus ac pertinentiis suis pretium competens exhibere, dictus Nicolaus predecessor cuidam discreto viro dedit per suas litteras in mandatis ut, inquisita super hoc diligentius veritate, si ei de premissis constaret, — predictum locum cum domibus et pertinentiis supradictis eidem episcopo pro pretio competenti auctoritate ipsius Nicolai predecessoris concedere non differret, ac pretium ipsum in aliquo certo loco nomine ipsius predecessoris et Romane ecclesie disponere procuraret, ac super venditione et depositione hujusmodi confici faceret duo publica similia instrumenta, quorum alterum penes se retineret ac reliquum eidem Nicolao predecessori fideliter destinaret. Set, sicut prefatus episcopus asserit per easdem litteras, ex certis causis nullus habitus est processus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc de benignitate solita dignaremur. Cum autem in loco seu domibus memoratis unus duntaxat frater ejusdem ordinis remansisse dicatur, nosque super hoc ejusdem episcopi precibus benigne annuere intendamus, dignitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, predicto fratre per te auctoritate nostra decenter in aliquo monasterio illarum partium collocato, vel facta sibi quoadvixerit congrua pro necessariis suis provisione ab episcopo memorato, super hujusmodi predictorum loci et domorum ac pertinentiarum concessione prefato episcopo facienda procedas juxta predictarum ejusdem Nicolai predecessoris continentiam litterarum, et nichilominus nobis quicquid in hac parte fieri contingeret per tuas litteras plene, distincte ac seriatim studeas intimare —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kalendas junii, anno secundo.

1322 (CCCCXXXIII) Anagni, 30 septembre 1296.

Licentia. (fol. 103 v°.)

Dilecto filio Roberto de Robertis, capellano nostro, canonico Paduano. Laudanda tue probitatis —.

Ut redditus prebende quam in Paduana ecclesia obtinet integraliter percipere possit, nec ad faciendum residentiam teneatur.

Dat. Anagnie, II kal. octobris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii de Cartaria Paduane diocesis, et Gentili de Collealto Lingonensis ac Gregorio de Alatro Trecensis ecclesiarum canonicis, capellanis nostris.* — Dat. ut supra.

1323 (CCCCXXXIIII) Anagni, 13 septembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 104.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Deruensis ordinis sancti Benedicti Cathalaunensis diocesis. Cum sicut —.

Ut usque ad summam duorum milium librarum turonensium mutuum contrahere possit.

Dat. Anagnie, id. septembris, anno secundo.

1324 (CCCCXXXV) Anagni, 4 septembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 104.)

Dilecto filio Radulfo abbati monasterii Sancte Justine Paduane ordinis sancti Benedicti. Sicut in nostra —.

Ut mutuum mille florenorum auri contrahere possit.

Dat. Anagnie, II non. septembris, anno secundo.

1325 (CCCCXXXVI) Anagni, 28 août 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 104.)

Dilecto filio Galhardo abbati monasterii Cassinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum sicut in nostra —.

Ut mutuum duorum milium et quingentorum florenorum auri contrahere possit.

Dat. Anagnie, V kal. septembris, anno secundo.

1326 (CCCCXXXVII) Anagni, 11 juin 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 104.)

Venerabili fratri .. episcopo Placentino. Cum sicut in nostra —.

Ut mutuum nongentorum florenorum auri contrahere possit.

Dat. Anagnie, III id. junii, anno secundo.

1327 (CCCCXXXVIII) Anagni, 6 septembre 1296.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 104.)

Dilectis filiis magistro Bertholdo de Labro Vulteranne[1] *et Raynerio de Vichio Lichefeldensis et Bartholo Abbatis Fesulane ecclesiarum canonicis.* Exponente pridem —.

Certiores fiunt quod Oddo, abbas majoris monasterii Turonensis, duo milia et quingentas libras turonensium in mutuo recepit a Raynutio de Abbatibus et aliis mercatoribus Florentinis de societate prefati Raynutii et Johannis Bacharelli.

Dat. Anagnie, VIII id. septembris, anno secundo.

1328 (CCCCXXXVIIII) Latran, 25 mai 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 104.)

Dilecto filio Gutterio Petri de Alva, scolari, Palentine diocesis. Illegitime genitos —.

Etsi de presbytero genitus et soluta, possit, ad preces S. archiepiscopi Ispalensis cujus consanguineus et familiaris existit, non obstante defectu natalium, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, provisa quod in ecclesiis in quibus pater suus beneficiatus extitit, aliquod beneficium non recipiat absque licentia sedis apostolice speciali.

Dat. Laterani, VIII kal. junii, anno secundo.

1. *Ms.* Wulteran.

1329 (CCCCXL) Anagni, 31 août 1296.

Privilegium. (fol. 104.)

Venerabili fratri Galtero episcopo Pictavensi. Paci et tranquillitati —.

Ei indulgetur per quinquennium ut nullus excommunicationis, suspensionis etc., sententiam in eum injicere valeat, absque sedis apostolice speciali mandato.

Dat. Anagnie, II kal. sept. anno secundo.

1330 (CCCCXLI) Anagni, 31 août 1296.

Venerabilibus fratribus .. Engolismensi et Xanctonensi episcopis, ac dilecto filio priori Sancti Martini Vertavensis Nannectensis diocesis. Ex parte venerabilis fratris nostri episcopi Pictavensis nobis est oblata querela quod venerabilis frater noster Henricus Burdegalensis archiepiscopus, ad ejusdem episcopi et ecclesie Pictavensis gravamen aspirans ac indebitam jurisdictionem in subditos ipsius episcopi Pictavensis in casibus eidem archiepiscopo a jure non permissis sibi satagens usurpare, nonnullis subditis dicti episcopi cupientibus clericali caractere insignari, non interveniente in hoc ipsius episcopi licentia seu consensu, primam tonsuram contulit clericalem, et appellationes quamplurium subditorum ipsius episcopi de facto ad dictum archiepiscopum, omisso memorato episcopo, interjectas admisit, ac in causis que inter ipsos subditos sunt exorte fecit eosdem subditos per viam simplicis querele coram se ad judicium evocari, nonnullas personas ecclesiasticas episcopo ipsi subjectas ad exequendum mandata sibi ab eodem archiepiscopo vel ejus officiali metropolitica auctoritate directa compellere nisus est, quanquam hec sibi non competant de consuetudine vel de jure. Idem quoque archiepiscopus ostia cujusdam capelle consecrate, necnon et domorum ejusdem episcopi frangi, ac magistrum Robertum de Giustella rectorem ecclesie de Pereyo, ipsius episcopi familiarem et clericum ac procuratorem, capi fecit et carceri mancipari, et in nonnullos alios clericos subditos ipsius episcopi manus injici, Dei timore postposito, temere violentas; et quamplures clericos ejusdem episcopi subditos de beneficiis suis que in civitate et diocesi Pictavensi obtinebant, quorum aliqua ad collationem, reliqua non ad institutionem ipsius episcopi pertinebant,

nullo etiam judicario ordine observato de facto, per se vel per alium amovit, et alios in beneficiis ipsis, laicali fultus potentia, fecit intrudi in derogationem jurisdictionis ipsius episcopi ac ejusdem episcopi injuriam, prejuditium et gravamen. Alias autem archiepiscopus ipse memorato episcopo diversa gravamina et injurias intulit ac eum multipliciter molestare presumpsit. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum ei valde dispendiosum existeret, propter ipsius archiepiscopi potentiam, in illis partibus cum eo super premissis ordine judicario experiri, faceremus ei super premissis apud sedem apostolicam justitiam exhiberi. Nos igitur volentes dicto episcopo in hac parte presidio favoris assistere, per quod idem episcopus contra memoratum archiepiscopum absque dampnosa dilatione justitie plenitudinem assequatur, dignitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, predictum archiepiscopum ex parte nostra presentialiter, si ejus presentia de facili possit haberi, alioquin apud ecclesiam Burdegalensem perentorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi cum omnibus juribus et munimentis suis personaliter apostolico se conspectui representet, facturus et recepturus super premissis quod ordo dictaverit rationis —. Dat. Anagnie, II kal. septembris, anno secundo.

1331 (CCCCXLII) Anagni, 5 septembre 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 104 v°.)

Dilecto filio Jacobo, nato nobilis viri Petri de Columpna, clerico Romano. Credite nobis —.

Possit, etsi de soluto genitus et soluta, personatus et quaslibet ecclesiasticas dignitates obtinere, proviso quod pontificalem dignitatem non recipiat absque sedis apostolice licentia speciali.

Dat. Anagnie, non. septembris, anno secundo.

1332 (CCCCXLIII) Anagni, 16 août 1296.

Dispensatio super defectu natalium. (fol. 104 v°.)

Dilecto filio Nicolao Theopolo de Venetiis, scolari, Castellane diocesis. Licet aliquos sic in lubricis lascivire contingat ut, fedantes legitimam copulam, ortum filiorum reddant illegitimitatis maculis odiosum —.

Ei, genito de conjugato et soluta, conceditur ut ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, curam non habens animarum, obtinere valeat.

Dat. Anagnie, XVII kal. septembris, anno secundo.

1333 (CCCCXLIIII) Anagni, 21 août 1296.

Indulgentia. (fol. 104 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum *etc. usque* obtinere. Cupientes igitur ut ecclesia monasterii monialium Sancte Margarete de Costa Granarolii prope Januam, ordinis sancti Augustini, qui in honorem beate Margarete virginis est constructa, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui predictam ecclesiam in singulis ejusdem sancte ac beate Marie Virginis gloriose, sancte Crucis, sanctorum Apostolorum omnium et beate Marie Magdalene festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes venerabiliter visitaverint anuatim (*sic*), de omnipotentis Dei misericordia —, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxamus —. Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1334 (CCCCXLV) Anagni, 21 août 1296.

Alia indulgentia pro eodem monasterio. (fol. 104 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum. —

Omnibus qui monasterium Sancte Margarete de Gratia de Costa Granarolii prope Januam tertia die dominica cujuslibet mensis visitaverint, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. ut supra.

1335 (CCCCXLVI) Anagni, 6 septembre 1296.

Privilegium. (fol. 105.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelle, principesse Achaie. Pium arbitrium —.

Ut possit divina celebrari facere in locis interdictis.

Dat. Anagnie, VIII id. septembris, anno secundo.

1336 (CCCCXLVII) Anagni, 6 septembre 1296.

Pro eadem. (fol. 105.)

Eidem. Desideriis tuis —.

Ut possit, quem voluerit, sibi eligere confessorem.

Dat. ut supra.

1337 (CCCCXLVIII) Anagni, 9 août 1296.

Exemptio. (fol. 105.)

Venerabili fratri Jacobo episcopo Treventino. Magne devotionis —.

Ut pontificalis officii onera facilius valeat supportare, a jurisdictione .. archiepiscopi Beneventani, metropolitani sui, ad vitam eximitur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

1338 (CCCCXLVIIII) Vatican, 15 mai 1296.

Licentia conferendi decanatum. (fol. 105.)

Venerabili fratri .. episcopo Tridentino. Magne devotionis —.

Decanatum et prebendam ecclesie Tridentine, quos resignare intendit Gotsalvus, ydonee persone nomine sedis apostolice conferre, et deinde alie, si decesserit ea cui decanatus predictus collatus fuerit, valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. maii, anno secundo.

1339 (CCCCL) Anagni, 1er septembre 1296.

Commissio dispensandi super matrimonio contracto. (fol. 105 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Osnaburgensi. Exposita nobis dilecti filii nobilis viri Ottonis de Tekeneburh, domicelli, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Beatricis de Rotberch tue diocesis petitio continebat quod, eis olim in puerili constitutis etate, parentes ipsorum pro eis sponsalia contraxerunt; et licet ipsi, postquam ad etatem pervenerunt legitimam, didicissent se fore quarto consanguinitatis gradu conjunctos, propter quod copulari matrimonialiter recusabant, quia tamen ex hoc gravia oriebantur scandala et guerrarum discrimina imminebant ex quibus turbari tota patria timebatur, ipsi tamen Otto et Beatrix, ab eisdem compulsi parentibus ut hujusmodi obviarent periculis, matrimonium inter se per carnis copulam consummantes, prolem ex tali matrimonio susceperunt, cujus occasione matrimonii hujusmodi parata dissensio, divina faciente clementia, non processit. —

Eorum ad preces, dispenset ut, carnali commercio ad tempus interdicto et imposita penitentia salutari, in matrimonio licite remanere valeant.

Dat. Anagnie, kal. septembris, anno secundo.

1340 (CCCCLI) Anagni, 16 juillet 1296.

Confirmatio beneficii. (fol. 105 v°.)

Dilecto filio magistro Bartholomeo decano ecclesie Pictavensis. Tue devotionis —.

Ei auctoritate apostolica confirmatur adcensamentum quod in ecclesia S. Ilarii Pictavensis, cujus existit canonicus, obtinebat; cujus adcensamenti proventus decanus et capitulum S. Ilarii subtrahere molliebantur, quia occasione questionis super decanatu ecclesie Pictavensis idem Bartholomeus absens fuerat et apud sedem apostolicam moram traxerat.

Dat. Anagnie, XVII kal. augusti, anno secundo.

In e. m. *cantori S. Radegunde Pictavensis et capicerio S. Marie de Mirabello ac magistro Guillelmo Anselmi canonico S. Marie Montis Maurilii Pictavensis diocesis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1341 (CCCCLII) Anagni, 6 septembre 1296.

De communi castri de Nursia citando. (fol. 106.)

Dilecto filio Blasio de Anagnia canonico Cameracensi, capellano nostro, ducatus Spoletani rectori. Nuper ad nostrum pervenit auditum quod potestas, capitaneus guerre, consilium et comune vel universitas castri de Nursia, Spoletane diocesis, postposito reverentie debito quo nobis et ecclesie Romane tenentur, de novo post nostre prohibitionis edictum contra castrum et homines de Matrice, Esculane diocesis, nostros et ejusdem ecclesie devotos ac carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris fideles, hostiliter procedentes, contra castrum ipsum nequiter accesserunt et ipsius castri hominibus per combustionem domorum campestrium et ecclesiarum etiam, necnon incisiones arborum, destructiones et devastationes segetum et bonorum, occisiones et captiones personarum, depredationes animalium et alias multipliciter dampna eis gravia, contumelias et injurias irrogarunt, et, quod deterius est, cominantur se processuros graviter contra ipsos, ac nonnullos ex eis quos adhuc detinent captivatos, sub diri carceris langoribus (*sic*), defectibus et angustiis quasi perire compellunt, in divine majestatis offensam ac nostram et apostolice sedis dictique regis injuriam et contentum (*sic*). —

Predictis potestati, capitaneo, consilio et communi injungat, sub pena excommunicationis et mulcte duorum millium marcharum argenti, ut predictos captivos restituant ac relaxent, nullam in futurum molestiam contra homines de Matrice inferant; atque citet eos ad comparendum infra quindecim dies post citationem coram sede apostolica.

Dat. Anagnie, VIII id. septembris, anno secundo.

1342 (CCCCLIII) Anagni, 8 septembre 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 106.)

Dilecto filio nobili viro Raynaldo de Roca et dilecte in Christo filie Eliche, nate dilecti filii nobilis viri Marchi Sermiti, Andrensis diocesis. Etsi conjuncto —.

Quanquam tertio consanguinitatis gradu juncti, considerato quod « propter gravia guerrarum discrimina que inter Latinos et Grecos in partibus Romanie de qua traxistis originem et inibi contrahitis moram, invaluisse noscuntur, nobiles et milites Latini dictarum partium sunt adeo diminuti quam vix inter eos possunt aliqui inveniri quin consanguinitatis vel affinitatis gradu se contingant, quodque per hujusmodi matrimonium, si perducatur in actum, magni favoris auxilium ac ingentis presidii fulcimentum adversus Grecos eosdem Latinis provenient supradictis, et status patrie pacificus servabitur et tranquillus », libere valeant contrahere matrimonium.

Dat. Anagnie, VI id. septembris, anno secundo.

1343 (CCCCLIIII) Anagni, 28 septembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 106 v°.)

Venerabili fratri P. episcopo Novariensi. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam mille florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Anagnie, IIII kal. octobris, anno secundo.

1344 (CCCCLV) Anagni, 8 septembre 1296.

De excommunicatione levanda. (fol. 106 v°.)

Venerabili fratri Landulfo episcopo Brixinensi. Exposuisti nobis —.

Nonnullos clericos tam religiosos quam seculares necnon et laicos ejusdem civitatis, qui participasse noscuntur rebellioni Meynardi comitis Tirolensis contra episcopum et ecclesiam Tridentinos, ab excommunicationis sententia absolvere ; atque cum filiis et heredibus Meynardi predicti, tractando et conferendo cum ipsis personaliter vel per nuntios ac recipiendo destinandoque litteras, tractare sine interdicto incurrendo possit.

Dat. Anagnie, VI id. septembris, anno secundo.

1345 (CCCCLVI) Anagni, 8 septembre 1296.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 106 v°.)

Eidem. Exposuisti nobis —.

Cum ei per M. Sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem concessum fuerit ut, electus Brixinensis, prepposituram Warmatiensem et prepposituram Wilburgensem, Treverensis diocesis, atque canonicatum ejusdem Warmatiensis ecclesie et parochialem ecclesiam de Biberaco, Constantiensis diocesis, possit per quadriennium cum episcopatu Brixinensi licite retinere, amplius a papa conceditur ut; quadriennio predicto finito, ydoneis personis, quas voluerit, predicta beneficia conferre valeat.

Dat. Anagnie, VI id. septembris, anno secundo.

1346 (CCCCLVII) Anagni, 8 septembre 1269.

Nominatio episcopi Halberstadensis. (fol. 106 v°.)

Venerabili fratri Hermanno episcopo Halberstadensi. Regimini universalis ecclesie —.

Halberstadensis ecclesia, per resignationem Volradi episcopi pastore destituta, Hermanno prefato, tunc canonico et portario predicte ecclesie Halberstadensis, confertur.

Dat. Anagnie, VI id. septembris, anno secundo.

In e. m. .. *preposito, .. decano et capitulo ecclesie Halberstadensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Halberstadensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Halberstadensis* [1].

In e. m. *universis vasallis ecclesie Halberstadensis.*

In e. m. *carissimo in Christo filio .. regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1347 (CCCCLVII *bis*) Vatican, 11 octobre 1296.

De mutuo a Fernando [episcopo Legionensi contracto. (fol. 107.)

Dilecto filio magistro Bertholdo de Labro, capellano nostro, canonico Vulterrano. Ex parte venerabilis fratris nostri Fernandi episcopi Legionensis et Mannetti Raynaldi, Bonensegne Bonacursi, Rogeri Huberti, Betti Guelfi, Guatani Odarici et aliorum eorum sociorum, civium et mercatorum Florentinorum, de societate Pulicum et Rambertinorum [2] de Florentia, fuit propositum coram nobis quod idem Boninsegna, suo ac Manetti et aliorum sociorum suorum dicte societatis nomine, dicto episcopo tunc apud sedem apostolicam constituto, tam pro suis necessariis quam ecclesie Legionensis negotiis apud sedem expediendis eandem, habenti usque ad certas pecuniarum summas pro hujusmodi necessariis et negotiis mutuum contrahendi per fe. re. Nicolai pape IIII[i] litteras

1. *Ms.* Alberstaden.
2. *Cf.* n° 1111, Lambertini *et* Rembertini.

facultatem, quasdam mutuavit pecunie quantitates dictas summas minime excedentes —.

Cum, terminis prefixis, dictus episcopus non satisfecisset et ipso facto suspensionis, interdicti et excommunicationis sententias incurreret, soluta tamen ex eisdem summis aliqua parte, inter episcopum et mercatores intervenit amicabilis compositio, « in qua idem episcopus recognovit quod eisdem mercatoribus tam pro sorte quam dampnis,expensis et interesse predictis in quinque milibus ac ducentis et triginta libris parvorum turonensium tenebatur, et de ipsis quinque milibus ducentis et triginta libris mille libras in festo Assumptionis beate Marie Virginis tunc proximo venturo, quod nunc proximo est elapsum, et deinde ad quatuor annos proximo sequentes residuum, videlicet quatuor milia librarum et ducentas et triginta librarum turonensium parvorum, plenarie solvere mercatoribus ipsis promisit —. » Confirmatur hec amicabilis compositio et Bertholdo predicto mandatur ut episcopum prefatum ab excommunicationis sententiis absolvat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. octobris, anno secundo.

1348 (CCCCLVIII) Vatican, 31 janvier 1296.

Restitutio prepositure. (fol. 107 v°.)

Dilecto filio Gerardo Roberti abbati secularis ecclesie Sancte Marie Majoris Pictavensis. Olim tibi abbatiam secularis ecclesie Sancte Marie Majoris Pictavensis, tunc per liberam resignationem magistri Bartholomei de Rosiaco decani Pictavensis, dudum abbatis ipsius ecclesie, factam in manibus venerabilis fratris nostri M. Portuensis episcopi, resignationem ipsam de mandato nostro recipientis, apud sedem apostolicam vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate contulimus et providimus de eadem; decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis contingeret attemptari, certis super hiis executoribus tibi per nostras litteras certi tenoris deputatis, et tecum eadem auctoritate duximus dispensandum ut abbatiam ipsam una cum prepositura quam in Pictavensi ecclesia obtinebas posses licite retinere, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante. Postmodum autem ex certa causa, non tamen persone tue vitio, te tam abbatia quam prepositura privavimus supradictis et reddidimus te inhabilem ad dignitatem seu personatum in dicta Pictavensi ecclesia obtinendum; et demum, volentes te prosequi favore gratie speciali, te ad alteram dictarum dignitatum, videlicet prepositure vel abbatie, quam duceres eligendam restituimus, reddentes te habilem ad quemlibet personatum — obtinendum in predicta Pictavensi et aliis ecclesiis quibuscumque, et nichilominus tibi, qui prefatam abbatiam post hujusmodi nostram restitutionem nosceris elegisse, illam tibi auctoritate apostolica confirmamus per dictas litteras executoribus memoratis directas, omnemque processum per eosdem executores circa executionem ipsius abbatie pro te rite habitum et habendum juxta litterarum ipsarum continentiam approbantes. Volentes igitur, ob tuorum exigentiam meritorum, — personam tuam in hac parte gratia prosequi ampliori, tibi prepositurám cum omnibus suis juribus et pertinentiis restituimus supradictam et tecum auctoritate presentium dispensamus ut prefatam abbatiam una cum eadem prepositura possis licite retinere, predicta constitutione et qualibet alia contra non obstante. Proviso quod eedem abbatia et prepositura debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura in eis, si illa sibi imminet, nullatenus negligatur. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno secundo.

1349 (CCCCLVIIII) Anagni, 31 août 1296.

Collatio beneficii. (fol. 108.)

Dilecto filio Jacobo priori prioratus [de] *Waxeio ordinis sancti Benedicti Cathalaunensis diocesis.* Religionis tue —.

Ei confertur per quinquennium cameraria monasterii Deruensis, ord. sancti Benedicti, Cathalaunensis diocesis, ut possit litterarum, artium et juris canonici insudare studiis, ab hujusmodi dignitate ex nunc amoto fratre Ferrico, ejusdem monasterii monacho, et possit insimul suum prioratum de Waxeio retinere.

Dat. Anagnie, II kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *episcopo Theanensi et decano Virdunensis ac cantori Cathalaunensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1350 (CCCCLX) Anagni, 9 août 1296.

Nominatio episcopi Castrensis. (fol. 108.)

Venerabili fratri Rufino episcopo Castrensi. Pastoralis officii —. Sane Castrensis ecclesia, per obitum bo. me. Bernardi Castrensis episcopi dudum solatio destituta pastoris, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie, vocatis et presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa pro futuri substitutione pastoris insimul convenerunt —. Cum postmodum compromissarii —, hujusmodi potestate recepta, in electionis negotio processissent et demum de dilecto filio Matheo, primicerio ecclesie Gaietane, subsecuta fuisset electio, eaque sibi canonice presentata, dictus primicerius electioni hujusmodi de se facte noluit consentire, sicque memorati capitulum iterato convenientes

— duobus aliis ecclesie prelibate canonicis, eligendi seu postulandi in Castrensem episcopum personam ydoneam potestatem concorditer contulerunt. Prefati vero compromissarii secedentes in parte, tractatu super hoc inter se habito diligente, in quondam Baligantum, canonicum ecclesie Sancti Georgii de Vallepulicella Veronensis diocesis, postulandum in Castrensem episcopum convenerunt, ac unus ex eisdem compromissariis vice sua suique college, de ipsius consensu, eundem Baligantum postulando elegit et eligendo postulavit in Castrensem episcopum et pastorem. —

Dicto vero Baliganto, cum venisset ad sedem apostolicam munus consecrationis petiturus, mortuo, de Montismarinensi ecclesia ad Castrensem auctoritate apostolica dictus transfertur Rufinus.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Castrensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Castrensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Castrensis.* — Dat. ut supra.

1351 (CCCCLXI) Anagni, 29 août 1296.

Nominatio abbatis monasterii Deruensis. (fol. 108 v°.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Deruensis ordinis sancti Benedicti Cathalaunensis diocesis. Debitum officii —.

Post duas de abbate electiones in discordia celebratas, is, tunc prior prioratus de Parvo Belloloco juxta Carnotum, Cluniacensis ordinis, et capellanus S. Sancte Sabine presbyteri cardinalis, preficitur in abbatem monasterii Deruensis.

Dat. Anagnie, IIII kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui monasterii Deruensis, etc.*

In e. m. *universis vasallis monasterii Deruensis.* — Dat. ut supra.

1352 (CCCCLXII) Anagni, 21 août 1296.

Confirmatio donationis. (fol. 109.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Monte Murceto, quod Sancti Angeli super Nimpham vulgariter nuncupatur, Florensis ordinis Velletrensis diocesis.

Confirmatur donatio facta huic monasterio per Alexandrum papam quartum de monasterio Grecorum Sancti Adriani, Rossanensis diocesis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, « deformato in temporalibus et spiritualibus », cum terris, possessionibus, et aliis bonis ac juribus suis.

Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Cusentino et .. episcopo Bisinianensi ac dilecto filio .. abbati monasterii de Flore Cusentinė diocesis.* — Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1353 (CCCCLXIII) Anagni, 21 août 1296.

Commissio venditionem sive permutationem permittendi. (fol. 109 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Ex parte dilecti filii —.

Ut abbas et conventus monasterii Sancti Syri Januensis, ordinis sancti Benedicti, Rogerio de Savignono civi Januensi vendere seu cum eo permutare possint quamdam domum, proviso quod competenti pretio venditio aut pro possessionibus fructuosis et utilibus permutatio efficiatur.

Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1354 (CCCCLXIIII) Anagni, 21 août 1296.

Indulgentia. (fol. 109 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca Sanctorum. —

Omnibus qui ecclesiam Sancti Syri de Malauzana Januensis diocesis, in festo ejusdem sancti et per octo dies ipsius festum immediate sequentes visitaverint, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1355 (CCCCLXV) Vatican, 8 octobre 1296.

Absolutio. (fol. 109 v°.)

Dilecto filio Guillelmo rectori ecclesie de Bedington [1], *Wintoniensis diocesis, carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris clerico et familiari.* Petitio tua nobis —.

Ab omni macula quam contraxerit, retinens post concilium Lugdunense, non obstante defectu in ordinibus, ecclesiam de Norchrek, et ecclesias de Banhirn Norwicensis ac de Bedington Wintoniensis diocesium, curam habentes animarum, absolvitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. octobris, anno secundo.

1. *Ms.* Bedingron : *ultra* Bendington.

1356 (CCCCLXVI) Vatican, 8 octobre 1296.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol. 109 v°.)

Dilecto filio Waltero de Pederton rectori ecclesie de Sueinsce[1] *Menevensis diocesis.* Petitio tua nobis —.

Ut ecclesias de Thallatherne et de Lanthely, Menevensis diocesis, ac ecclesiam de Sueinsce, ejusdem diocesis, curam habentes animarum, una cum canonicatibus quos in ecclesiis de Abwervili et de Landenwibrevi obtinet, retinere licite valeat.

Dat. ut supra.

1357 (CCCCLXVII) Anagni, 12 septembre 1296.

Collatio archidiaconatus. (fol. 110.)

Dilecto filio Guidoni de Baisio archidiacono et canonico Bononiensi, capellano nostro. Consuevit apostolica sedes —.

Ei archidiaconatus, qui per mortem Sinibaldi de Labro in ecclesia Bononiensi vacaverat et super quo questio versa fuerat inter Bertholdum de Labro et Octavianum de Ubaldinis, nunc predicto Ubaldino mortuo et Bertholdi per viam Mathei Sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis habita resignatione, confertur, non obstante quod archidiaconatum curam habentem animarum in Regina et cantoriam in Carnotensi, necnon in eisdem et Sancti Petri Regini ecclesiis, canonicatus et prebendas obtinet.

Dat. Anagnie, II id. septembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis Brancaleoni de Flisco archidiacono Parmensis, notario nostro, et archipresbytero Mutinensis ac Gerardo de Comazano canonico Tornacensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1358 (CCCCLXVIII) Anagni, 9 septembre 1296.

« Declaratio provisionis facte de prebenda Lexoviensi. » (fol. 110 v°.)

Dilectis filiis magistris Rodolfo de Haricuria, Augi in Rothomagensi, et Ricardo Nepotis, de Gaceyo in Lexoviensi, ecclesiis archidiaconis, ac Rodulfo de Cortona cantori ecclesie Lexoviensis. Significavit nobis —.

Restituant Nicolaum de Benefacta canonicum Lexoviensem, camerarium N. Sancti Nicolai in Damaso presbyteri cardinalis, in possessionem canonicatus, qui per S. episcopum Penestrinum ad partes Francie legatum, forsan ignarum, collatus fuit olim indebite Guillelmo Vasalli, post resignationem Nicolai Vasalli.

Dat. Anagnie, V id. septembris, anno secundo.

1. *Ultra* Sueynsee.

1359 (CCCCLXVIIII) Anagni, 26 août 1296.

Licentia retinendi plura beneficia, « nonobstante statuto patrie. » (fol 111.)

Dilecto filio Galeazo, nato nobilis viri Mathei Vicecomitis, canonico Mediolanensi. Inducunt nos —.

Licet a G. tituli Sancti Marci presbytero cardinali, olim in Lombardie partibus apostolice sedis legato, fuerit statutum ut nullus in civitate Mediolanensi aut ejusdem plebatu posset plura beneficia obtinere, cum nullus adhuc redditus a dicto Galeazo ex Sancti Ambrosii et Majoris ecclesie Mediolanensis canonicatibus, ad quos canonice fuit assumptus, perceptus fuit, conceditur ei ut illos retinere valeat una cum canonicatibus quos in Modoetiensi et Sancti Victoris de Varisio ac perpetuo beneficio quod in Sancti Dionisii ejusdem loci de Varisio ecclesiis, Mediolanensis diocesis, obtinet.

Dat. Anagnie, VII kal. septembris, anno secundo.

1360 (CCCCLXX) Anagni, 23 août 1296.

Collatio prioratus. (fol. 111.)

Dilecto filio Antonio Ursi priori secularis ecclesie Sancti Apollinaris Florentini, capellano nostro. Tue probitatis merita —.

Iste prioratus, per mortem Paganelli de Ubertis apud sedem apostolicam mortui vacans, ei confertur non obstantibus archipresbyteratu quem in Majori, et canonicatibus atque prebendis quos in Sancti Jacobi ultra Arnum, Florentine, ac Sancte Marie de Montebello, Vicentine diocesium, ecclesiis obtinet.

Dat. Anagnie, X kal. septembris, anno secundo.

In e. m. *abbati monasterii Sancte Marie et .. priori secularis ecclesie Sancti Laurentii Florentini ac magistro Raynerio de Vichio canonico Lichefeldensi.* — Dat. ut supra.

1361 (CCCCLXXI) Anagni, 1er septembre 1296.

Committitur administratio prioratus de Caritate. (fol. 111 v°.)

Dilectis filiis Oddoni de Borco et Gerardo de Joigniaco prioribus Cluniacensis ordinis, Lemovicensis et Senonensis diocesium. Dudum prioratu de Caritate super Ligerim Cluniacensis ordinis Autisiodorensis diocesis, per promotionem dilecti filii nostri Symonis tituli Sancte Balbine presbyteri cardinalis tunc ipsius prioratus prioris, vacante, cum quondam Guillelmus, abbas monasterii Cluniacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinen-

tis Matisconensis diocesis, tunc vivens et apud sedem apostolicam moram trahens, requisito prius humiliter super provisione prioris dicto prioratui facienda per eum nostre beneplacito voluntatis, dilectum filium Bertrandum, nunc abbatem Cluniacensem, tunc priorem de Nogento Retrodi [*sic*] predicti ordinis Carnotensis diocesis, in priorem jam dicto prioratui prefecisset, nonnulli priores et monachi ejusdem ordinis, tunc apud sedem constituti predictam, qui ex parte conventus ejusdem prioratus de Caritate destinatos se fore dicebant, asserentes esse a longis retro temporibus inconcusse ac inviolabiliter observatum quod, cum prioratum ipsum vacare contingit, idem conventus tres personas ydoneas predicti ordinis abbati Cluniacensi, qui est pro tempore, nominat et presentat, ut unam ex illis, quam preferendam viderit, in priorem preficiat prioratui memorato. Provisioni hujusmodi dicto Bertrando facte de prioratu predicto se opposuerunt, cum hoc non esset in provisione ipsa servatum, eodem Bertrando in contrarium proponente quod abbas Cluniacensis prefato prioratui, cum vacare contingit eundem, libere potest et debet — providere. Nos vero, ad statum tranquillum et prosperum ipsorum monasterii et prioratus studiis paternis intendentes, et cupientes obnixius in hac parte dissensionis et scandali materiam submovere, provisionem hujusmodi — ratam manere voluimus de gratia speciali, non intendentes per hoc predictis abbati et monasterio Cluniacensi, quoad possessionem vel proprietatem, sive conventui aut monachis prioratus Caritatensis predicti, quoad petitorium vel possessorium, aliquod jus diminui vel acquiri de novo, set utramque partem illud jus habere et in eo statu esse voluimus et servari in quo erat priusquam de dicto Bertrando hujusmodi provisio facta foret. Disponebamus etiam partes ad sedem evocare predictam ac summarie de plano sine strepitu et figura juditii hujusmodi questionis negotium celeriter, auctore Domino, terminare. Postmodum autem predictus Guillelmus abbas, de dicta curia nostra discedens et ad Urbem se transferens, diem inibi clausit extremum. Cumque per ejus obitum monasterium Cluniacense predictum abbate careret, prefatus Bertrandus, tunc prior Caritatensis, in ipsius monasterii Cluniacensis abbatem concorditer fuit electus. Nos vero compatientes gravi statui Cluniacensis monasterii supradicti, gravati multipliciter et oppressi, ac eidem electo qui propter infirmitatem proprii corporis ad sedem predictam personaliter comode venire non poterat, — eundem B. — ipsi monasterio Cluniacensi de predictorum fratrum consilio prefecimus in abbatem. Prefato igitur prioratu de Caritate per hujusmodi promotionem de dicto B. ad monasterium Cluniacense factam carente priore, nos provisionem dicti prioratus de Caritate dispositioni nostre et sedis apostolice hac vice duximus reservandam, et intendentes hujusmodi causam summarie de plano sine strepitu et figura juditii celeriter, ut predicitur, auxiliante Domino, terminare, — abbatem et conventum Cluniacensem ac conventum Caritatensem ex parte nostra citari mandavimus peremptorie ut infra duorum mensium spatium post citationem eandem per procuratores ydoneos, super hujusmodi negotio sufficienter instructos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis negotium contingentibus memoratum, apostolice sedis conspectui se representent, diffinitionem et terminationem salubrem et celerem super ipso negotio, dante Domino, recepturi, et ne interim prioratus predictus neglectui expositus videretur neve careret oportune cure presidio ac incurrere posset in spiritualibus et temporalibus detrimentum, nos cupientes tales ad ipsius custodiam depresentare personas quarum bonitate ac studio preservari a noxiis, ad salubria dirigi et in prosperis posset, Deo propitio, ampliari, vobis, de quorum providentia et discretione ac diligentia circumpecta plenam in Domino fiduciam obtinemus, curam et administrationem ipsius prioratus et aliorum prioratuum, ecclesiarum et membrorum subjectorum eidem in spiritualibus et temporalibus de apostolice plenitudine potestatis commisimus libere in omnibus exercendas, ita quod in eisdem spiritualiter et temporaliter disponendi, precipiendi et ordinandi, ac censuram ecclesiasticam exercendi, prout eorum utilitati expedire videritis, — haberetis plenariam facultatem, donec per dictam sedem id contingeret revocari vel de dicto prioratu foret aliter ordinatum, alienatione rerum ecclesiasticarum predicti prioratus de Caritate ac aliorum prioratuum, ecclesiarum et membrorum predictorum sibi subjectorum vobis penitus interdicta. — Per hujusmodi autem commissionem administrationis non intelleximus abbati et monasterio Cluniacensi memoratis, quoad possessionem vel proprietatem, sive conventui aut monachis prefati prioratus Caritatensis, quoad petitorium vel possessorium, aliquod jus diminui vel acquiri de novo, sed utramque partem illud jus habere ac in eo statu esse voluimus et servari in quo erat antequam hujusmodi discordie materia orta esset. Noluimus etiam predictis abbati et conventui seu monasterio Cluniacensi prejudicare, quominus vos eisdem abbati seu conventui obedire teneamini, ut administratores dicti prioratus, quemadmodum teneretur prior qui in dicto prioratu foret canonice institutus, vobis nichilominus per litteras nostras injuncto ut curam et administrationem hujusmodi sic laudabiliter gerere studeatis quod

exinde retributionis eterne premium ac nostram et prefate sedis benedictionem et gratiam possitis non immerito promereri —. Dat Anagnie, kal. septembris, anno secundo.

1362 (CCCCLXXII) Anagni, 9 août 1296.

De protectione Gutlandie. (fol. 112.)

Dilectis filiis clero et populo insule Gutlandie. Sacrosancta Romana —.

Eorum persone et bona sub protectione sedis apostolice suscipiuntur.

Dat. Anagnie, v id. augusti, anno secundo.

(Potthast, 24379.)

1363 (CCCCLXXIII) Anagni, 13 septembre 1296.

Cessio juris in quadam summa pecunie litigiosa. (fol. 112.)

Dilectis filiis communi civitatis Gaietane. Ex parte vestra fuit expositum coram nobis quod, cum olim inter Johannem Maccarium, tunc marescalcie sedis apostolice marescalcum, ecclesie Romane nomine, et Cantellinum Cantelli, civem Januensem, super quadringentis et triginta quinque florenis auri quos idem civis ad se, dictus vero Johannes ad predictam Romanam ecclesiam spectare dicebant, orta esset materia questionis, tandem prefatus Johannes procuravit hujusmodi pecuniam arrestari et eam penes Parisium Muslacam, civem Gaietanum, deponi. Nos igitur attendentes quod in custodia civitatis et maritime Gaietanarum vos subire oportet gravia onera expensarum ac propter hoc volentes pecuniam ipsam, si de jure ipsi ecclesie debeatur, in subsidium expensarum predictarum converti; vestris supplicationibus inclinati, omne jus, si quod predicte ecclesie in prefatis quadringentis et triginta quinque florenis competit, — vobis in predictum subsidium cedimus et donamus. Nulli ergo etc.— Dat. Anagnie, id. septembris, anno secundo.

1364 (CCCCLXXIIII) Anagni, 20 septembre 1296.

« Decisio questionis inter fratres Minores et capitulum — S. Marie Belnensis —. » (fol. 112.)

Dilectis filiis ministro ordinis fratrum Minorum provincie Burgundie et.. guardiano et fratribus ipsius ordinis loci ville Belnensis [1] *Eduensis diocesis ejusdem provincie, ac.. decano et capitulo ecclesie Sancte Marie ejusdem ville Belnensis.* Mente solliciti —.

1. Ms. *ibi et ultra* Bellen.

Ut ad sepulturam in sua ecclesia admittere possint quoscumque ibi sepeliri eligentes, quibusdam tamen observatis conditionibus.

Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno secundo.

(Potthast, 24396.)

1365 (CCCCLXXV) Vatican, 13 octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 112 v°.)

Dilecto filio Jacobo Cambii de Florentia, monacho monasterii Sancti Bartholomei prope civitatem Fesulanam ordinis sancti Benedicti. Laudabile testimonium —.

Ab ordine fratrum Predicatorum ad ordinem sancti Benedicti translatus, possit ad omnes dignitates et administrationes hujus ordinis assumi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. octobris, anno secundo.

1366 (CCCCLXXVI) Anagni, 30 septembre 1296.

Concessio fructuum cujusdam monasterii. (fol. 112 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Ovetensi. Sincere devotionis —.

Ut, pendente negotio suscitato in monasterio Sancti Johannis de Cantiis ordinis sancti Benedicti, Ovetensi ecclesie immediate subjecto, propter duas electiones de abbate in discordia celebratas, possit, consideratis oneribus et debitis ecclesie Ovetensis, per triennium dicti monasterii percipere redditus, dummodo monachis et aliis personis in monasterio degentibus necessaria vite exhibeat.

Dat Anagnie, II kal. octobris, anno secundo.

In e. m. *dilecto filio archidiacono de Arevalo in ecclesia Abulensi.* — Dat. ut supra.

1367 (CCCCLXXVII) Anagni, 22 septembre 1296.

Pro eodem. (fol. 113.)

Venerabili fratri.. episcopo Ovetensi. Tuam volentes honorare —.

Possit dignitates, prioratus, administrationes et alia beneficia ecclesiastica, que in civitate et diocesi suis tanto tempore vacaverunt quam eorum collatio est secundum Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam devoluta, personis ydoneis, singula singulis, conferre.

Dat. Anagnie, x kal. octobris, anno secundo.

1368 (CCCCLXXVIII) Sans date.

Commissio citandi quemdam. (fol. 113.)

Dilecto filio .. decano ecclesie Ebroicensis. Dilectus filius —.

Stephano de Pintervilla, clerico Ebroicensis diocesis, ex mandato Celestini quondam pape quinti, provisum fuerat ab episcopo de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii S. Taurini Ebroicensis pertinente, quod primum vacaverit.

— Dicti tamen abbas et conventus, contra inhibitionem et decretum hujusmodi temere venientes, nepotem ipsius abbatis ad beneficium ipsum prefato episcopo presentarunt ac idem episcopus ipsum instituit in eadem, propter quod ex parte dicti Stephani, dum adhuc prefatus predecessor papatus regimini presideret, ad sedem apostolicam extitit appellatum; nosque postmodum, ad apicem summi apostolatus assumpti, dilectum filium nostrum N. tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiterum cardinalem in causa hujusmodi appellationis et negotii principalis dedimus auditorem; verum, quia, sicut ex fide dignorum relatione accepimus, dictus abbas non sine inobedientie vitio et apostolice sedis contemptu in superbie spiritu protulerat quod nunquam permitteret alicui de beneficiis ad suam collationem vel presentationem spectantibus auctoritate litterarum sedis apostolice provideri —;

Eum citet ad comparendum personaliter coram sede apostolica infra duos menses sub excommunicationis pena.

Datum.

1369 (CCCCLXXXVIIII) Vatican, 14 octobre 1296.

Privilegium. (fol 113 v°.)

Dilecto filio nobili viro Johanni domino de Haricuria. Devotionis affectum —.

Ut tres clerici seu presbyteri, ejus obsequiis insistentes, possint per triennium fructus beneficiorum suorum percipere nec teneantur ad residentiam.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. octobris, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Cenomanensi, et dilectis filiis capicerio Lexoviensis ac magistro Petro Dicitis canonico Senonensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1370 (CCCCLXXX) Vatican, 11 octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 113 v°.)

Dilecto filio Johanni Sugerii rectori ecclesie Sancti Michaelis de Sintria Ulixbonensis diocesis. Illis apostolica sedes —.

Ei, qui post concilium Lugdunense ecclesiam Sancti Michaelis retinuit, ejusdem redditus percepit, nec infra annum post assecutionem se fecit ad sacerdotium promoveri, indulgetur ut ecclesiam et redditus perceptos libere retinere valeat, una cum canonicatibus et prebendis quos in Silvensi et Portugallensi ecclesiis obtinet, dummodo infra annum sequentem se faciat in presbyterum ordinari.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V id. octobris, anno secundo.

1371 (CCCCLXXXI) Vatican, 3 mai 1296.

Dispensatio. (fol. 114.)

Dilecto filio Anselino, nato nobilis viri Zucci de Monte Mellino, clerico Perusino. Ex laudabilibus tue juventutis —.

Is, etsi in minoribus ordinibus tantum constitutus, nec adhuc octavum decimum exagens annum, possit recipere beneficium ecclesiasticum, etiam habens curam animarum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V non. maii, anno secundo.

1372 (CCCCLXXXII) Vatican, 15 octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 114.)

Dilecto filio Petro Hugonis rectori ecclesie de Salis Appamiarum diocesis. Petitio tua nobis exposita continebat quod, vacante dudum ecclesia de Salis, cui cura imminet animarum, olim Tholosani nunc Appamiarum diocesis, pertinente ad presentationem dilecti filii preposit. Tholosani, qui est pro tempore, Tholosano episcopo faciendam, venerabilis frater noster Hugo Tholosanus episcopus, considerans quod super prepositura ejusdem ecclesie Tholosane questio tunc temporis vertebatur et propter hoc credens se posse propter lapsum temporis ecclesiam conferre, predictam ecclesiam ipsam sic vacantem tibi duxerit auctoritate propria conferendam, quam pretextu collationis hujusmodi per tres annos et amplius possedisti teque fecisti ad presbiteratus infra annum ad ipsius ecclesie titulum promoveri. —

Ut possit hanc ecclesiam cum fructibus jam perceptis retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. octobris, anno secundo.

1373 (CCCCLXXXIII) Vatican, 13 octobre 1296.

Exemptio a jurisdictione ordinarii. (fol. 114.)

Dilecto filio magistro Benedicto de Aquino, notario nostro, abbati secularis ecclesie Sancti Constantii Aquinatis. Dum laudanda tue —.

Is, quoad vixerit, et ecclesia Sancti Constantii, ac ejus clerici seu canonici, a jurisdictione episcopi Aquinatis et successorum suorum eximuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. octobris, anno secundo.

1374 (CCCCLXXXIIII) Vatican, 21 octobre 1296.

Nominatio episcopi Cameracensis. (fol. 114 v°.)

Dilecto filio Guidoni electo Cameracensi. Apostolatus officium —.

Is, dudum notarius pape, preficitur episcopatui Cameracensi, per mortem Guillelmi episcopi vacanti.

Dat. [Rome] apud Sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Cameracensis.*
In e. m. *clero civitatis Cameracensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Cameracensis.*
In e. m. *ducibus, comitibus, baronibus, militibus ceterisque vasallis ecclesie Cameracensis.*
In e. m. *A. Regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1375 (CCCCLXXXV Vatican, 25 octobre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 114 v°.)

Eidem. Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam decem millium librarum turonensium mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. novembris, anno secundo.

1376 (CCCCLXXXVI) Anagni, 27 septembre 1296.

Dispensatio. (fol. 115.)

Dilecto filio Amedeo de Sabaudia, monacho monasterii sancti Justi Segussie ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis. Dum tue devotionis —.

Is, ab ordine Minorum ad ordinem sancti Benedicti translatus, possit ad administrationes hujus ordinis licite assumi.

Dat. Anagnie, V kal. octobris, anno secundo.

1377 (CCCCLXXXVII) Anagni, 18 octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 115.)

Dilecto filio Guillelmo, nato quondam Arnaldi de Solerio, canonico Ilerdensi. Intendentes tibi obtentu —.

Ad preces Pontii, prepositi ecclesie Selfonensis Urgellensis diocesis, cujus nepos existit, ei, infra pubertatis annos constituto, licet jam nonum annum attigit, de canonicatu et prebenda ac prepositura nunc in ecclesia Ilerdensi vacantibus aut proximo vacaturis providetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. novembris, anno secundo.

In e. m... *priori de Cordova et.. precentori Selfonensis, Urgellensis diocesis, ac.. sacriste Terraconensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1378 (CCCCLXXXVIII) *In turri nostra prope Anagniam,* 1er octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 115.)

Dilecto filio Guidoni de Sanarzato, rectori ecclesie Beate Marie de Willre in Valle Alberti, Argentinensis diocesis. Meritis tue probitatis —.

Indulgetur ei ut ecclesiam Beate Marie, cum cura animarum, quam per sex annos, nondum ad presbyteratum promotus nec in ea faciens residentiam, tenuit, licite in antea retinere valeat, nec per triennium teneatur ad residendum neque ad recipiendum presbyteratus ordinem.

Dat. in turri nostra prope Anagniam, kal. octobris, anno secundo.

2 octobre 1296.

In e. m. *abbati monasterii Senoniensis et preposito S. Fidis in Bletestat, Tullensis et Argentinensis diocesium.* Dat. in turri nostra prope Anagniam, VI nonas octobris, anno secundo.

1379 (CCCCLXXXVIIII) *In turri nostra prope Anagniam,* 2 octobre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 115 v°.)

Dilecto filio Santio abbati monasterii Sancti Tholosani (sic) *ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini.* Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam quatuor millium florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. in turri nostra prope Anagniam, VI non. octobris, anno secundo.

1380 (CCCCLXXXX) Vatican, 31 octobre 1296.

Prorogatio temporis ad conventionem prefixi. (fol. 115 v°.)

Dilecto filio Gualtero Conventrensi et Lichefeldensi[1] *electo.* Dudum ex venerabilium fratrum nostrorum B. Albanensis et P. Penestrini episcoporum serie litterarum accepto quod, cum electio de te facta in Conventrensi et Lichefeldensi[2] ecclesia foret per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Cantuariensem, metropolitanum tuum, rationaliter confirmata, et oporteret te ab archiepiscopo ipso consecrationis suscipere munus infra certum temporis spatium a canone diffinitum, tuque cum dictis Albanensi et Penestrino episcopis in Frantie partibus moram traheres, — et presentia tua esset eis pro hujusmodi prosequendis negotiis plurimum fructuosa, quam sibi absque ipsorum et negotiorum eorumdem magno incommodo subtrahere non valebant, sicque tu comode archiepiscopatum predictum non posses accedere infra dictum tempus pro hujus consecrationis munere obtinendo ; nos ad eorumdem episcoporum instantiam eidem Albanensi litterarum nostrarum auctoritate sub certa forma commisimus ut illos tibi sacros ordines ad quos forsitan non fores promotus et demum infra premissum tempus in eisdem Frantie partibus consecrationis munus impenderet memoratum. Nuper autem iidem Albanensis et Penestrinus nobis per alias eorum litteras intimarunt quod dictus Albanensis, earumdem nostrarum auctoritate litterarum, te jam in presbyterum ordinarat: set quia ex certis causis, per eos nobis expressis apertius, coartati, statim post hujus sacerdotalis susceptionem ordinis, te ad carissimum in Christo filium nostrum Anglorum regem illustrem duxerant super dictis negotiis destinandum, non poteras infra premissum diffinitum tempus suscipere dictum munus—.

Prorogatur tempus dicte promotionis usque ad unum mensem immediate post instans festum Natalis Domini computandum, et a quocumque antistite citra mare, secundum morem Anglicanum, salvo tamen in futurum archiepiscopi Cantuariensis jure, is consecrari possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. novembris, anno secundo.

1381 (CCCCLXXXXI) Anagni, 13 juin 1296.

Licentia recipiendi donationem. (fol. 116.)

Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie de Cleris ordinis Cisterciensis Taurinensis[1] *diocesis.* Vestre merita religionis —.

Ut, ratione ecclesie quam in suo monasterio edificare opere sumptuoso inceperunt, possint accipere summam centum librarum turonensium parvorum quam quondam Odoninus de Montefalcono, laicus, in manibus Guillelmi Capi de Balbo deposuit sub ea conditione ut hec summa illis solveretur, si licentiam hujus quantitatis recipiende a superiore impetrarent, prout in ipsius Odonini testamento plenius continetur.

Dat. Anagnie, id. junii, anno secundo.

1382 (CCCCLXXXXII) Vatican, 18 octobre 1296.

Commissio citandi quosdam. (fol. 116.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano. Dudum de mente —.

Cum Raynaldus de Mediolano, capellanus pape, canonicus Laudunensis, ecclesie Vicentine, cujus provisio hac vice sedi apostolice reservata erat, in episcopum fuisset promotus, et post hanc provisionem capitulum ejusdem ecclesie Jacobum, subpriorem fratrum Predicatorum de Vicentia, in episcopum elegisset, quem Raimundus Aquileyensis patriarcha, loci metropolitanus, confirmavit, procuret ut patriarcha et subprior compareant coram apostolica sede, et subpriori predicto de bonis ad ecclesiam vel episcopatum Vicentinum spectantibus genus alienationis quodlibet interdicat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. novembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24410.)

1383 (CCCCLXXXXIII) Vatican, 28 octobre 1296.

Confirmatio privilegiorum. (fol. 116 v°.)

Dilectis filiis potestati, consilio et communi Anagnie. Sincere caritatis —.

Omnia que eis ad cartam pacis, statuta, ordinationes, consuetudines et privilegia servanda et bono statui communis videantur utilia, confirmantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. novembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24413.)

1384 (CCCCLXXXXIIII) Vatican, 28 octobre 1296.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 116 v°.)

Eisdem. Olim vobis —.

1. *Ms.* Lichephalden.
2. *Ms.* Licefelden.

1. *Ms.* Thaurinen.

A rectoris Campanie et Maritime jurisdictione, occasione delictorum seu excessuum in ipsorum territorio commissorum, eximuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24414.)

1385 (CCCCXXXXV) Anagni, 28 septembre 1296.

Confirmatio statuti. (fol. 117.)

Eisdem. Merita eximie devotionis —.

Statutum, quo domus civitatis baronibus vel nobilibus alienigenis vendi non debeantur, confirmatur.

Dat. Anagnie, IIII kal. octobris, anno secundo.

(POTTHAST, 24400.)

1386 (CCCCLXXXXVI) Anagni, 28 septembre 1296.

« Executoria super eodem. » (fol. 117.)

Eisdem. Ad audientiam apostolatus —.

Ut, sub pena mille marcarum argenti camere apostolice solvendarum, predictum statutum firmiter observari faciant.

Dat. Anagnie, IIII kal. octobris, anno secundo.

(POTTHAST, 24401.)

1387 (CCCCLXXXXVII) Vatican, 13 octobre 1296.

Nominatio episcopi Vicentini. (fol. 117.)

Dilecto filio Ranaldo (sic) *electo Vicentino.* Sponso celesti cui —.

Preficitur in episcopum ecclesie Vicentine, per mortem Andree episcopi pastore destitute, et apostolice sedis provisioni certis causis reservate.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. octobris, anno secundo.

(POTTHAST, 24408.)

In e. m. *capitulo, clero, populo, vasallis et patriarche.* Require in capitulo DXXII.

1388 (CCCCLXXXXVIII) Anagni, 4 septembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 117.)

Venerabili fratri Dionisio episcopo Cenomanensi[1]. Ex parte tua —.

Ut, usque ad summam trium millium et quingentarum librarum turonensium parvorum mutuum contrahere possit.

Dat. Anagnie, II non. septembris, anno secundo.

1389 (CCCCXXXXVIIII) Vatican, 14 octobre 1296.

Pro eodem. (fol. 117 v°.)

Eidem. Ut eo gratiosior —.

Ut duabus ydoneis personis canonicatus officium in ecclesia Cenomanensi conferre possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. octobris, anno secundo.

1390 (D)[2] Vatican, 14 octobre 1296.

Pro eodem. (fol. 117 v°.)

Eidem. Sicut ex parte —.

Ut ecclesias et cimiteria sue diocesis, violata, per alios presbyteros reconciliari faciat.

Dat. ut supra.

1391 (DI) Vatican, 14 octobre 1296.

Pro eodem. (fol. 117 v°.)

Eidem. Ex parte tua —.

Absolvitur a juramento visitandi singulis bienniis limina Apostolorum.

Dat. ut supra.

1392 (DII) Vatican, 15 octobre 1296.

Collatio prebende. (fol. 117 v°.)

Dilecto filio Petro de Rivo presbytero ecclesie Gerundensis. Probitatis tue meritis —. Sane, sicut accepimus, in ecclesia Gerundensi numerus duodecim presbyterorum existit, duodecim prebendas obtinentium in eadem, qui, licet stallum in choro et locum in capitulo sicut canonici ejusdem ecclesie habeant, et predicte prebende illis quas canonici ipsius ecclesie in ea obtinent sint equales, non tamen iidem presbyteri canonici Gerundenses sed pres-

1. *Ms.* Cennomannen.
2. *Hic numerus et sequentes inscribuntur in regesto* CCCCC, CCCCCI, *etc.*

byteri de capitulo ipsius ecclesie vulgariter nuncupantur. —

Una ex predictis prebendis duodecim, si vacat ad presens, aut proximo vacatura, ei confertur, non obstante quod ecclesiam Sancti Andree de Clerano Urgellensis diocesis, curam habentem animarum, et in Selfonensi ecclesia, cujus portionarius existit, perpetuam portionem noscitur obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. octobris, anno secundo.

In. e. m. *priori de Cordova et precentori Selfonensis, Urgellensis diocesis, ac sacriste Terraconensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1393 (DIII) Vatican, 28 octobre 1296.

Commissio resignationem recipiendi. (fol. 118.)

Venerabili fratri archiepiscopo Bituricensi. Cum dilectus filius —.

Ut recipiat resignationem de parrochiali ecclesia de Albiniaco faciendam per Thomam rectorem ejusdem ecclesie, et eam alicui persone ydonee conferat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno secundo.

1394 (DIIII) Anagni, 28 septembre 1296.

Nominatio abbatis monasterii S. Vitoni Virdunensis. (fol. 118.)

Dilecto filio Philippo abbati monasterii Sancti Vittoni[1] *Virdunensis.* Pastoralis officii. — Sane dudum monasterio Sancti Vittoni Virdunensis, ordinis sancti Benedicti, pastoris solatio destituto per mortem quondam Johannis dicti Lardeinoix, ipsius monasterii abbatis, dilecti filii prior et conventus ejusdem monasterii, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, prout moris est, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, in hujusmodi electionis negotio per viam scruptinii procedentes, tres scrutatores, videlicet Johannem dictum Faucons, thesaurarium, Johannem de Octanges, cantorem, et Terricum dictum Bona anima, dicti monasterii monachos, assumpserunt, qui, suis et aliorum monachorum ipsius monasterii votis secreto et singillatim exquisitis, ea publicarunt illico in communi ; et tandem compertum extitit quod undecim ex monacis monasterii supradicti, qui omnes erant viginti unus numero, consenserunt in fratrem Gobertum, ejusdem monasterii elemosinarium, octo in fratrem Guillelmum Cellararium, monachum sepedicti monasterii, dirigentibus vota sua, ac ipsis Goberto et Guillelmo in dicto scruptinio nolentibus aliquem nominare. Porro negotio electionum hujusmodi per appellationes varias ante et post hinc inde ab electorum partibus interjectas ad sedem apostolicam devoluto, prefatus Guillelmus, electioni de se facte consentiens, et forma constitutionis felicis recordationis Nicolai pape tertii predecessoris nostri super hoc edite diligenter servata, personaliter ad predictam sedem accessit, apud quam, jus electionis prosequens de se facte coram venerabili fratre nostro G. episcopo Sabinensi, quem in causa hujusmodi partibus dedimus auditorem, tandem diem clausit extremum. Dictus vero Gobertus, predictarum appellationum interjectarum per partem adversam non inscius, spreta forma constitutionis prefate, spretis etiam citationibus factis personaliter de eodem, prout exigebat ipsius cause natura, per prefatum episcopum, contumaciter comparere contemnens, se procuravit de facto, auctoritate venerabilis fratris nostri B. archiepiscopi Treverensis, loci metropolitani, in prefate sedis contemptum, in abbate dicti monasterii confirmari. Dictus vero G. episcopus Sabinensis electionem de dicto Goberto factam et confirmationem de predicta electione secutam, et quecumque ex eis vel ob ea, quavis auctoritate processerant. cassavit per diffinitivam sententiam, justitia exigente. —

Hujusmodi sententia per papam confirmata, Philippus, dudum prior de Corbeneyo Remensis diocesis, preficitur in abbatem.

Dat. Anagnie, IIII kal. octobris, anno secundo.

In. e. m. *priori et conventui monasterii Sancti Vittoni Virdunensis.* — Dat. ut supra.

[1] *Ms.* Vitioni.

1395 (DV) Anagni, 2 septembre 1296.

Licentia retinendi redditus. (fol. 118 v°.)

Dilecto filio G. abbati Sancte Marie de Vangaditia ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Camaldulensis ordinis Adriensis diocesis. Pastoralis officii —.

Considerato quod bona monasterii Sancte Marie de Vangaditia, ad quod a monasterio Sancti Benedicti de Savignano Camaldulensis ordinis Ariminensis diocesis translatus est, a civibus Paduanis occupantur et detinentur, possit, usque ad proximas kalendas octobris et exinde usque ad annum completum, dictum monasterium Sancti Benedicti cum omnibus bonis suis spiritualibus et temporalibus retinere et gubernare, ejusque redditus omnes percipere.

Dat. Anagnie, IIII non. septembris, anno secundo.

1396 (DVI) Vatican, 20 octobre 1296.

De inclusione quarumdam monialium. (fol. 119.)

Dilecto filio fratri Lanfranco de Pergamo ordinis Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provintia Lombardie. Inter cetera —. Ad audientiam siquidem apostolatus nostri pervenit quod monialibus et aliis personis degentibus in monasterio Sancte Marie de Pusterna Papiensi ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente ordinis sancti Benedicti, propter egressum ipsarum monialium et ingressum aliorum ad eas, grave salutis atque fame imminet detrimentum —.

Prefatas moniales sub clausura perpetua includat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. novembris, anno secundo.

23 octobre 1296.

In. e. m. *venerabili fratri .. episcopi Papiensi.* — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. novembris, anno secundo.

1397 (DVII) Vatican, 21 octobre 1296.

Licentia providendi. (fol. 119.)

Eidem [1]. Volentes persone tue —.

Possit in singulis collegiatis ecclesiis sue civitatis et diocesis singulas personas ydoneas in canonicos et in fratres recipere, proviso quod pauperes ecclesiastici in obsecutione beneficiorum seu prebendarum hujusmodi preferantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. novembris, anno secundo.

1398 (DVIII) Vatican, 21 octobre 1296.

Licentia providendi. (fol. 119 v°.)

Eidem. Tuam volentes —.

Possit duos clericos ydoneos in Papiensi ecclesia exnunc in canonicos et fratres recipere, et singulis de singulis prebendis vacantibus ad presens aut proximo vacaturis providere.

Dat. ut supra.

1399 (DVIIII) Vatican, 21 octobre 1296.

De ordinatione cotidianarum distributionum. (fol. 119 v°.)

Eidem. Sicut nobis exponere —.

1. *Scilicet episcopo Papiensi.*

Quia in ecclesia Papiensi alique cotidiane distributiones canonicis in ea personaliter residentibus non erant deputate, propter quod plerumque iidem canonici a chori frequentia se absentabant; cumque quidam proventus, preter prebendas distinctas canonicorum ejusdem ecclesie, in ea existant ad capitulum seu canonicos communiter ipsius ecclesie pertinentes, quorum aliqui, « prerogative » vulgariter nuncupati, inter canonicos ipsius ecclesie fore divisi dicebantur, ei conceditur ut de dictis proventibus duntaxat canonicis, quos horis canonicis in ecclesia contigerit interesse, pro cotidianis distributionibus provideatur.

Dat. ut supra.

1400 (DX) Vatican, 21 octobre 1296.

Licentia conferendi beneficia. (fol. 119 v°.)

Eidem. Volentes personam tuam —.

Possit personis ydoneis, auctoritate apostolica, conferre omnia beneficia ecclesiastica in sua ecclesia vacantia, que tanto tempore vacarint ut eorum collatio ad sedem apostolicam per concilium Lateranense legitime sit devoluta.

Dat. ut supra.

1401 (DXI) Vatican, 12 octobre 1296.

Nominatio abbatis Sublacensis. (fol. 119 v°.)

Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii Sublacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Tiburtine diocesis. Licet cunctarum ecclesiarum —.

Is, monachus Tutellensis monasterii ordinis sancti Benedicti Lemovicensis diocesis, in abbatem predicti monasterii, pastoris solatio destituti per assumptionem Bartholomei abbatis in ecclesie Fuliginatis episcopum, preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. octobris, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui ejusdem monasterii.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat. ut supra.

1402 (DXII) Vatican, 12 octobre 1296.

Confirmatio episcopi Grossetani. (fol. 120.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Grossetano. Tunc cor nostrum —.

Is, rector ecclesie Sancti Nicolai de Castellione de Piscaria Grossetane diocesis, post obitum Offredutii Grossetani epis-

copi, in episcopum Grossetanum via compromissi electus per duos dicte ecclesie canonicos, scilicet Sismundum Gioachini et Manellum Maffei, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. octobris, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Grossetane.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Grossetane.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Grossetane.* — Dat. ut supra.

1403 (DXIII) Vatican, 21 janvier 1296.

Indulgentia. (fol. 120 v°.)

Dilectis filiis custodi et fratribus ordinis Minorum Sancti Francisci de Assisio. Licet eis de cujus —.

Omnibus ecclesiam Sancti Francisci devote visitantibus centum dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24266.)

1404 (DXIIII) Rome, 21 octobre 1296.

De dispensatione concedenda. (fol. 120 v°.)

Venerabili fratri episcopo Leodiensi. Regularis ordinis —.

Ad preces abbatis et conventus monasterii Belliredditus in Leodio Premonstratensis ordinis, cum Gerardo dicto de Aquis, presbytero, canonico ejusdem monasterii, genito de subdiacono et soluta, super defectu natalium dispenset ita ut dictus canonicus possit assumi ad sui ordinis administrationes et officia, necnon ad regimen ecclesiarum parrochialium.

Dat. Rome, XII kal. novembris, anno secundo.

1405 (DXV) Vatican, 14 octobre 1296.

Privilegium. (fol. 120 v°.)

Venerabili fratri Dionisio episcopo Cenomanensi. Magne devotionis —.

Ut non possit excommunicari absque sedis apostolice speciali mandato.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. octobris, anno secundo.

1406 (DXVI) Vatican, 14 octobre 1296.

Pro eodem. (fol. 120 v°.)

Eidem. Tue devotionis —.

Ut possit per alios loca ecclesiastica sue diocesis visitare et procurationes in pecunia numerata recipere.

Dat. ut supra.

1407 (DXVII) Vatican, 18 octobre 1296.

Commissio recipiendi juramentum. (fol. 121.)

Dilectis filiis.. priori Predicatorum et.. guardiano Minorum fratrum ordinum Colimbriensibus. Olim monasterii —.

A Petro, olim priore monasterii Sancti Vincentii Ulixbonensis ordinis sancti Augustini, nunc in priorem monasterii Sancte Crucis Colimbriensis ejusdem ordinis assumpto, recipiant fidelitatis juramentum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. novembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24411.)

« Sequitur forma juramenti. § Ego Petrus prior—. » *Inter alia notandum est* : « Singulis trienniis apostolorum limina visitabo. »

1408 (DXVIII) Vatican, 17 octobre 1296.

De venditione quadam procuranda. (fol. 121.)

Venerabili fratri.. episcopo Ilerdensi et dilecto filio abbati monasterii Sancti Petri Agerensis Urgellensis diocesis. Ex parte dilectorum —.

Cum locus quem fratres ordinis beate Marie obtinent in hortis juxta civitatem Ilerdensem sit quasi desertus, quinque fratribus tantum inibi habitantibus, procuret ut dictus locus congruo pretio a fratribus prefatis abbati et conventui monasterii de Bellopodio Premonstratensis ordinis Urgellensis diocesis vendatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. novembris, anno secundo.

1409 (DXVIIII) Anagni, 21 août 1296.

Indulgentia. (fol. 121 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Omnibus qui ecclesiam Sancti Torpetis Januensis in festo ejusdem sancti et per octo dies festum ipsum immediate sequentes venerabiliter visitaverint, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. Anagnie, XII kal. septembris, anno secundo.

1410 (DXX) Anagni, 23 juillet 1296.

De licentia capellam fundandi concedenda. (fol. 121.)

Venerabili fratri.. episcopo Januensi. Ex parte dilectorum filiorum comunis Januensis fuit expositum coram nobis quod quamplures Januenses cives in territorio ville Arbari, tue diocesis, nonnullas terras et possessiones habentes ad quas estivis temporibus pro recolligendis terrarum et possessionum ipsarum fructibus se personaliter conferunt et morantur, ibidem cupiunt in terris et possessionibus ipsis fundare capellam unam seu oratorium, et eam vel illud de bonis dotare propriis, cum parochialis ecclesia in cujus parochia terre ac possessiones ipse consistunt adeo ab illis distare noscatur, quod non possunt commode ad illam accedere pro divinis in ea officiis audiendis —.

Postulatam licentiam concedat.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1411 (DXXI) Vatican, 16 octobre 1296.

Confirmatio episcopi Dumblanensis. (fol. 121 v°.)

Venerabili fratri Alpimo episcopo Dumblanensi. Etsi de cunctis —.

Is, per Thomam de Insula Missarum, Herrico de Abirbrochot et Patritio de Cambusbeynel monasteriorum abbates, eumdem abbatem de Insula Missarum precentoriam, et reliquos duos abbates canonicatus et prebendas in ecclesia Dumblanensi obtinentes, necnon per Johannem decanum, Walterum archidiaconum, Petrum cancellarium, Galfridum thesaurarium, Michaelem de Dono Dei et Willelmo de Goffurd canonicos, nomine capituli ecclesie Dumblanensis compromissarios, in episcopum Dumblanensem unanimiter electus, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. novembris, anno secundo.

In e. m. *capitulo Dumblanensi.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Dumblanensis.*

In e. m. *dilecto filio nobili viro.. comiti de Stratherno, ecclesie Dumblanensis patrono.*

In e. m. *carissimo in Christo filio regi Scotie illustri.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24409.)

1412 (DXXII) Vatican, 13 octobre 1296.

Notificatur provisio episcopi Vicentini. (fol. 122.)

Venerabili fratri.. patriarche Aquileyensi. Sponso celesti —.

Certior fit quod, mense februario proxime preterito provisione ecclesie Vicentine apostolice sedi reservata, Raynaldo capellano pape de hac sede, circa principium septembris vacante, provisum fuit; moneturque ut ei assistat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. octobris, anno. secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie ac clero civitatis et diocesis Vicentine.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Vicentine.*

In e. m. *universis ecclesie Vicentine vasallis.* — Dat. ut supra.

1413 (DXXIII) Vatican, 2 novembre 1296.

Privilegium. (fol. 122.)

Dilecto filio Rogerio Catene archidiacono [de] Guadalfajare et canonico in ecclesia Toletana [1]. Dum ad tue probitatis —.

Possit, existens apud sedem apostolicam vel alibi, redditus archidiaconatus de Guadalfajare ac prebende et prestimoniorum quam et que in ecclesia Toletana obtinet, integraliter percipere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. novembris, anno secundo.

In e. m. *venerabilibus fratribus Theanensi, Burgensi, Anagnino episcopis.* — Dat. ut supra.

1414 (DXXIIII) Vatican, 3 novembre 1296.

Pro eodem. (fol. 122 v°.)

Dilecto filio Rogerio Catene archidiacono [de] Guadalfajare in ecclesia Toletana.

Ut possit per ydoneas personas monasteria, prioratus et alia loca religiosa archidiaconatus sui de Guadalfajare visitare et ratione visitationis procurationes recipere in pecunia numerata.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. novembris, anno secundo.

In e. m. *Theanensi, Burgensi et Anagnino episcopis.* — Dat. ut supra.

1415 (DXXV) Anagni, 24 septembre 1296.

De dispensatione matrimonii concedenda. (fol. 122 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Auximano, apostolice sedis nuntio. Exposita coram nobis —.

1. *Ms.* Tolletan.

Possit, si visis circumstantiis hoc congruum judicet, dispensare cum Antonio de Nigro et Isotta, nata nobilis viri Bulxi Salvatici, civibus Jannensibus, super matrimonio quod contrahere intendunt ad placandum discordias inter consanguineos et amicos suos, licet Claris, nata quondam Jacobi Marocelli de Janua, prior uxor dicti Autonii, eidem Isotte quarto consanguinitatis gradu conjuncta fuerit.

Dat. Anagnie, VIII kal. octobris, anno secundo.

1416 (DXXVI) Anagni, 30 août 1296.

De reformatione ecclesie Seguntine. (fol. 123.)

Venerabilibus fratribus.. Burgensi atque.. Ovetensi episcopis. Specialis fiducie plenitudo —. Exposita siquidem nobis venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilectorum filiorum.. decani et capituli ecclesie Seguntine, ordinis sancti Augustini, petitio continebat quod olim ipsis fe. re. Clementi pape quarto predecessori nostro intimare curantibus quod in ecclesia ipsa, in qua consueverunt hactenus plures quam viginti canonici — Domino sub ipsius observantia ordinis laudabiliter famulari, sex canonici duntaxat remanserant, quodque vix aliqui litterati in illis partibus recipiebantur ydonei qui vellent ad eandem ecclesiam convolare, ibidem sub eadem observantia moraturi, per quos prefata ecclesia in suis juribus, super quibus clerici nonnulli dictarum partium impetebant manuteneri, defensari valeret; et quod predicta ecclesia, occasione hujusmodi, defectum ministrorum patiebatur non modicum in divinis et non levem in eisdem juribus lesionem, quodque si apostolica sedes benigne statueret ut ecclesia ipsa existeret secularis, ac in ea in perpetuum canonicorum secularium haberet collegium institutum, divinus in illa cultus incrementa susciperet, ipsaque conservaretur utiliter in juribus supradictis. Clare memorie Alfonso rege Castelle et Legionis super hoc eidem predecessori per suas patentes supplicante, prefatus predecessor bo. me. Burgensi et Palentino episcopis, qui tunc erant, per suas sub ea forma dedit litteras in mandatis ut ipsi, ad predictam ecclesiam personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, ecclesiam ipsam, si, consideratis attentius circumstantiis universis, — honori et utilitati ejusdem ecclesie expedire viderent, et episcopi Seguntini, decani et capituli predictorum ad id assensus accederet, de canonicis secularibus honestis et ydoneis ac utilibus ecclesie memorate per eosdem episcopum et capitulum, ad quos canonicorum regularium ecclesie predicte receptio et institutio pertinere noscuntur, eorumque successores qui pro tempore fuerint, instituendis ibidem ad laudem et cultum divini nominis ordinare sollicite procurarent —.

Cum autem, Clemente quarto mortuo, nullus processus subsecutus sit, ad ecclesiam Seguntinam accedant, eamque de canonicis secularibus ordinent, prout superius est expressum.

Dat. Anagnie, III kal. septembris, anno secundo.

1417 (DXXVII) Vatican, 14 octobre 1296.

Dispensatio. (fol. 123.)

Dilecto filio Guillelmo de Sagars, presbytero, rectori ecclesie Sancti Petri de Taladello Vicentine diocesis. Petitio tua nobis —.

Perpetue capellanie altaris sancti Vincentii in ecclesia de Tarreya Vicentine diocesis, personalem residentiam exigentis, fructus, una cum redditibus ecclesie Sancti Petri de Taladello ejusdem diocesis, de qua parrochialis existit, percipere possit, nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II idus octobris, anno secundo.

1418 (DXXVIII) Anagni, 11 septembre 1296.

« Confirmatio compositionis habite inter monasterium S. Johannis Angeliacensis et monasterium Blavimontis. » (fol. 123 v°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Johannis Angeliacensis ordinis sancti Benedicti Xanctonensis diocesis. Petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim inter vos ex parte una et abbatem et conventum monasterii Blavimontis ordinis sancti Benedicti Vasatensis diocesis ex altera, super eo quod vos, tam ex privilegio sedis apostolice quam ex concessione bone memorie .. episcopi Vasatensis vobis facta, dictum monasterium Blavimontis vestro monasterio Sancti Johannis Angeliacensis in spiritualibus et temporalibus dicebatis pleno jure subesse, et quod nullus in dicto monasterio Blavimontis debeat in abbatem assumi, nisi is —, abbate et conventu dicti monasterii Blavimontis premissa negantibus esse vera et asserentibus ad se jus eligendi abbatem in dicto monasterio Blavimontis undecunque libere pertinere, seque ac ipsum monasterium Blavimontis predicto episcopo et ecclesie Vasatensi jure ordinario subjacere ac subesse debere, necnon et aliis diversis articulis orta esset materia questionis. Tandem post diversos processus coram diversis, tam auditoribus apud sedem apostolicam quam aliis delegatis judicibus ab eadem sede ac ejus legatis super hoc deputatis, habitos, quedam inter vos et abbatem ac conventum predictos, bone memorie Vasatensis prefati episcopi successore ac bone memorie Xanctonensi epis-

copo et quibusdam alis bonis viris mediantibus, amicabilis super hiis compositio intervenit in qua inter alia continetur quod vos prefatos abbatem et conventum ac personas ejusdem monasterii et loca ipsa monasterio Blavimontis subjecta ab omni jurisdictione et subjectione ac jure que in eos seu dictum monasterium Blavimontis habebatis seu habere poteratis, liberare curastis, retentis vobis et successoribus vestris et dicto monasterio Sancti Johannis, de voluntate et expresso consensu dictorum abbatis et conventus ipsius monasterii Blavimontis, hiis que inferius subsecuntur, scilicet quod iidem abbas et conventus monasterii Blavimontis teneantur quemlibet abbatem prefati monasterii Sancti Johannis semel ratum in jura sua, cum ad dictum monasterium Blavimontis accedit processionaliter, et ad celebrandum missam per se vel per alium in majore altari ipsius monasterii Blavimontis solemniter et ad predicandum in capitulo, si voluerit, absque tamen correctione et quolibet subjectionis jure, honorifice ac reverenter recipere, et procurationes per duos dies et duas noctes continuos vel interpolatos prout tu, fili abbas Sancti Johannis et successores tui, qui pro tempore fuerint, malueritis, decenter prestare; et quod tu, predicte abbas Sancti Johannis et successores ipsi, vel, eodem monasterio Sancti Johannis carente abbate, conventus ipsius, concorditer possitis unum monachum instituere in prefato monasterio Blavimontis, et quotiens monachum ipsum cedere vel decedere contigerit, semper in dicto monasterio Blavimontis alium subrogare, et quod dicti abbas et conventus ejusdem monasterii Blavimontis quinquaginta libras turonensium parvorum nigrorum tibi et cuilibet abbati dicti monasterii Sancti Johannis qui pro tempore fuerit, seu ejusdem monasterii conventui, monasterio ipso vacante abbate, annis singulis certo termino apud dictum monasterium Sancti Johannis solvere teneantur, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum episcoporum et Xanctonensis ac Vasatensis ecclesiarum capitulorum, necnon vestris et dictorum abbatis et conventus predicti monasterii Blavimontis sigillis munitis, plenius continetur. Quare nobis supplicastis ut eandem compositionem, quam rite, sine pravitate ac proinde factam fore et ab utraque parte sponte receptam asseritis et hactenus pacifice observatam, apostolico munimine dignaremur roborare. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, compositionem ipsam taliter factam ratam et gratam habentes ac supplentes deffectum si quis in ea extitit, de apostolice plenitudine potestatis illam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem predictarum litterarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes —.

Sequitur tenor litterarum conventionis datarum mense julii MCCLXXXXI.

Dat. Anagnie, III id. septembris, anno secundo.

1419 (DXXVIII) Vatican, 17 octobre 1296.

Licentia mutandi beneficium pro alio. (fol. 125.)

Dilecto filio Egee decano ecclesie Ulixbonensis. Dum tue merita probitatis —.

Ei indulgetur ut, ecclesia Sancte Marie de Sena, Colimbriensis diocesis, curam habente animarum, quam una cum decanatu ecclesie Ulixbonensis obtinet, ab eodem decanatu admodum distante, possit loco illius ecclesie alium beneficium dicto decanatui propinquius recipere, et illud cum decanatu et canonicatu ac prebenda quos in Colimbriensi, ac perpetua portione quam in Sancte Marie de Lavena dicte diocesis ecclesiis, necnon prebenda quam in ecclesia Ulixbonensi, cujus canonicus existit, obtinet, licite retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. novembris, anno secundo.

1420 (DXXX) Vatican, 9 novembre 1296.

Dispensatio super retentione decanatus Xanctonensis, appellatione pendente. (fol. 125 v°.)

Dilecto filio Ugoni Vigerii, capellano nostro canonico Xanctonensi. Petitio tua nobis exibita continebat quod olim decanatu ecclesie Xanctonensis per mortem quondam Pontii de Insula ejusdem ecclesie decani vacante, tu a quibusdam canonicis ipsius ecclesie, cum ad capitulum predicte ecclesie decani electio pertinere noscatur, in ejusdem ecclesie decanum electus fuisti. Verum Ugone de Malamorte, scolastico dicte ecclesie, se opponente hujusmodi electioni et propter hoc ad sedem apostolicam appellante, felicis recordationis Nicholaus papa IIII^us predecessor noster causam hujusmodi bone memorie B. Portuensi episcopo audiendam commisit et sine debito terminandam. Idemque episcopus, in hujusmodi procedens negotio electionis, sententialiter confirmavit predictam, ac idem predecessor hujusmodi sententiam ratam habens eam duxit auctoritate apostolica confirmandam. Cumque Ademarus de Beynaco, canonicus Xanctonensis, pretendens hujusmodi sententiam et confirmationem per promissiones et petitiones illicitas et symoniacas fuisse obtentas, teque tempore hujus electionis excommunicatum et irregularem ac a minore parte dictorum capituli electum fuisse, ad sedem propter hoc appellasset eandem, demum tu qui, hujusmodi appellatione

pendente, deserviendo personaliter ipsi ecclesie in decanatus officio, fructus percepisti decanatus ejusdem, et non solum illos set etiam nonnullos de tuis proventibus patrimonialibus, hujusmodi ejusdem ecclesie insistendo servitiis, expendisti, omne jus si quid in dicto decanatu tibi fuerat acquisitum sponte ac libere in nostris manibus resignasti. Quare a nobis humiliter petiisti ut providere in premissis circa statum tuum de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque votis tuis in hac parte favorabiliter annuere intendentes te apostolica auctoritate a quibuslibet excommunicationum sententiis absolvimus, quibus forsitan propterea es astrictus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. novembris, anno secundo.

1421 (DXXXI) Vatican, 23 octobre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 125 v°.)

Dilecto filio Eustachio de Longo canonico Ambianensi. Favoris uberis —.

Ei auctoritate apostolica confertur in ecclesia Ambianensi canonicatus nunc vacans aut proximo vacaturus, cum prebenda libera non sacerdotali, non obstante quod per episcopum Ambianensem de canonicatu in ipsa ecclesia fuit ei de facto provisum et in eadem postmodum decanatum assumpsit, necnon in Remensibus ecclesiis canonicatum et prebendam obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *abbati monasterii Sancti Martini de Gemellis Ambianensis et priori Sancti Petri in Abbatisvilla ac magistro Gualtero de Sancto Ricario canonico Ebroicensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1422 (DXXXII) Vatican, 22 septembre 1296.

De collatione prebendarum et portionum. (fol. 126.)

Venerabili fratri.. episcopo Ovetensi. Tuam volentes honorare —.

Possit in ecclesia Ovetensi, in qua « distinctio prebendarum et portionum habetur », duas personas ydoneas in canonicos et tres in portionarios recipi facere.

Dat. Anagnie, x kal. octobris, anno secundo.

1423 (DXXXIII) Vatican, 23 octobre 1296.

Collatio prepositure et archidiaconatus. (fol. 126 v°.)

Dilecto filio Guncelino[1], *nato quondam Frederigi* (sic) *comitis de Bechelingen, preposito ecclesie Sancti Bonifacii Halberstadensis.* Apostolice sedis benignitas —.

Ei conferuntur prepositura ecclesia Sancti Bonifacii sine cura et archidiaconatus de Bechelingen in ecclesia Halberstadensi ipsi prepositure annexus, curam habens animarum, vacantes per assumptionem Hermanni, prepositi, in episcopum Halberstadensem, et sedi apostolice reservati, non obstante quod non est in sacris ordinibus constitutus, et canonicatus in Magdeburgensi ac in eadem Halberstadensi ecclesiis obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. novembris, anno secundo.

1. *Ms.* Gungelinus.

1424 (DXXXIIII) Vatican, 23 octobre 1296.

Eadem de re. (fol. 126 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Brandeburgensi et dilectis filiis Rogerio de Salerno archidiacono de Baucesio in ecclesia Constanciensi ac.. scolastico ecclesie Sancte Marie Erfordensis Maguntine diocesis. Apostolice sedis —.

Ut dictum Guncelinum in prepositure Sancti Bonifacii Halberstadensis et archidiaconatus de Bechelingen corporalem possessionem inducant.

Dat. ut supra.

1425 (DXXXV) Vatican, 24 octobre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 126 v°.)

Dilecto filio Corrado dicto Blanci, nato dilecti filii Lanfranci Anselmi de Clarentibus, canonico Pistoriensi. Grata devotionis obsequia —.

Ei confertur canonicatus in Pistoriensi ecclesia etsi nonum annum vix attigerit et non obstantibus ecclesie prefate statutis, « illo presertim quo in eadem ecclesia dicitur observari ut nullus recipiatur inibi ad corporalem possessionem mense, dormitorii et tractatus capituli, nisi prior vacet aliquis locus de duodenario numero canonicorum in ipsa ecclesia ordinatorum ».

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIIII kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *dilectis filiis magistro Ottobono de Placentia canonico Suessionensi, subdiacono et capellano nostro, litterarum nostrarum contradictarum auditori, et.. de Casale ac.. sancti Justi in Plazanese, Pistoriensis diocesis, plebium plebanis.* — Dat. ut supra.

1426 (DXXXV *bis*) Vatican, 9 novembre 1296.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 127.)

Venerabili fratri.. episcopo [?] *et dilectis filiis magistro Raynerio de Vichio Lichefeldensis et Prefecto de Castro Florentine canonicis ecclesiarum.* Exponente nobis —.

Eis notificatur quod Sancius, abbas monasterii S. Saturnini Tholosani, recepit in mutuum a Montutio Guadagni et aliis de societate Francesorum summam quatuor millium florenorum auri certis terminis restituendam.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. novembris, anno secundo.

1427 (DXXXVI) Vatican, 19 octobre 1296.

Licentia. (fol. 127.)

Venerabili fratri Ugoni episcopo Eduensi. Magne devotionis —.

Ut omnes clerici, ejus obsequiis insistentes, possint per quinquennium omnes proventus beneficiorum suorum cum integritate percipere, nec teneantur ad faciendum in eis residentiam.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *episcopo Matisconensi, et.. Sancti Martini Eduensis et Vergiliacensis, Eduensis diocesis, monasteriorum abbatibus.* — Dat. ut supra.

1428 (DXXXVII) Vatican, 19 octobre 1296.

« Taxatio procurationum —. » (fol. 127.)

Dilectis filiis universis rectoribus parochialium ecclesiarum civitatis et diocesis Eduensis. More pii patris —. Exposita siquidem nobis vestra petitio continebat quod, cum vos venerabili fratri nostro episcopo Eduensi et dilectis filiis archidiaconis et archipresbiteris Eduensis ecclesie procurationes que ratione visitationis debentur, et eidem episcopo jura episcopalia solvere annuatim, necnon et hospitalitatem continuam teneamini observare, vobisque ad hujusmodi supportanda onera proprie non suppetant facultates, cum ecclesiarum vestrarum redditus et proventus sint quamplurimum tenues et exiles, providere super hoc vobis de benignitate sedis apostolice dignaremur. Cum autem prefatus episcopus et etiam dilecti filii decanus et capitulum Eduenses nobis super hoc humiliter supplicarint, nos benigne volentes statui vestro salubriter providere ac episcopi, decani et capituli predictorum partibus clementer annuere in hac parte, vobis, ut pro hujusmodi procuratione annua que sicut premittitur ratione visitationis eidem episcopo et locum ejus tenenti, sede Eduensi vacante, ac singulis ejusdem episcopi successoribus, qui fuerint pro tempore, debita, non nisi quingentas duntaxat libras parisiensium teneamini annis singulis exhibere, prius vobis per se vel alium aut alios, non obstante aliqua constitutione contraria, visitatis, auctoritate presentium indulgemus, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas in vos et ecclesias ipsas contra hujus indulti tenorem promulgari contigerit, inanes et irritas decernentes—. Dat. ut supra.

1429 (DXXXVIII) Anagni, 6 septembre 1296.

Dispensatio matrimonii. (fol. 127 v°.)

Dilectis filiis nobili viro Guillermo (sic) *Archiepiscopo, domino Peremaci, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, filie nobilis viri Guidoni* (sic) *vicecomitis de Thearchio, Pictavensis diocesis.* Romani pontificis —.

Ut possint, ad vitandas guerras inter parentes [suos et consanguineos, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, matrimonium contrahere.

Dat. Rome apud. Sanctum Petrum, VIII id. septembris, anno secundo.

1430 (DXXXVIIII) Vatican, 1[er] novembre 1296.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 127 v°.)

Dilectis filiis magistris Miloni de Castello Senonensis et Raynerio de Vichio Lichefeldensis ac Prefecto Phisico Florentine ecclesiarum canonicis. Exponente pridem nobis dilecto filio Guillelmo, abbate monasterii Deruensis ordinis sancti Benedicti Cathalaunensis diocesis, quod, tam pro suis necessariis quam ipsius monasterii negotiis, apud sedem apostolicam expediendis, utiliter eum subire oportebat magna onera expensarum, ac supplicante ut usque ad summam duorum milium librarum parisiensium mutuum contrahendi —, *usque exceptionibus eisdem*, a dilecto filiio Montutio Guadagni, mutuante pro se ac Johanne Baldini Neri, Bartholomeo Symonis, Nicolao Corradi, Raynerio Ranaldi, Jacomo Bone, ac ceteris eorum sociis de societate Francesium (*sic*), civibus et mercatoribus Florentinis, pro necessariis et negotiis eisdem mutuo receperit quatuor milia et sexcentos florenos auri, certis eisdem mercatoribus loco et termino persolvendis, prout in instrumento publico inde confecto plenius contineri dicitur. Nos de expresso —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kalendas novembris, anno secundo.

1431 (DXL) Vatican, 28 octobre 1296.

Nominatio episcopi Fuliginatis. (fol. 127 v°.)

Venerabili fratri Bartholomeo episcopo Fuliginati. In supreme dignitatis —.

Ecclesia Fuliginate per obitum Berardi episcopi pastore destituta, et electione per priorem et capitulum facta de Jacobo Anastasii de Fulgineo, ordinis Minorum, cassata, is, dudum Sublacensis monasterii abbas, Tiburtine diocesis, in episcopum auctoritate apostolica preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *priori et capitulo ecclesie et clero civitatis et diocesis Fuliginatis.*

In. e. m. *populo civitatis et diocesis Fuliginatis.* — Dat. ut supra.

1432 (DXLI) Vatican, 12 octobre 1296.

Nominatio abbatis monasterii Farfensis. (fol. 127 v°.)

Dilecto filio Joccerando abbati monasterii Farfensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Sabinensis diocesis. Pastoralis officii —.

Is, decanus monasterii Cassinensis ejusdem ordinis, in abbatem monasterii Farfensis auctoritate apostolica preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. octobris, anno secundo.

In. e. m. *priori et conventui monasterii Farfensis.*

In. e. m. *universis vasallis monasterii Farfensis.* — Dat. ut supra.

1433 (DXLII) Vatican, 3 novembre 1296.

Licentia. (fol. 128.)

Dilecto filio Blasio de Anagnia thesaurario et canonico Turonensi. Personam tuam —.

Ei indulgetur ut proventus thesaurarie ecclesie Turonensis, libere ab onere residentie personalis, necnon canonicatus et prebende eidem thesaurarie non annexorum, nuper per resignationem G. electi Suessionensis vacantium, integre percipere possit, nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. novembris, anno secundo.

In. e. m. *electo Cameracensi et.. thesaurario Baiocensis ac.. cantori Noviomensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1434 (DXLIII) Vatican, 14 octobre 1296.

Injunctio. (fol. 128 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Cremonensi. Pridem ecclesie Cremonensis —.

Ut, in Cremonensem episcopum prefectus et per M. Portuensem episcopum consecratus, ad suam ecclesiam se conferre procuret.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. octobris, anno secundo.

In. e. m. *clero civitatis et diocesis Cremonensis.*

In. e. m. *populo civitatis et diocesis Cremonensis.*

In. e. m. *nobilibus viris baronibus aliisque vasallis ecclesie Cremonensis.*

In. e. m. *archiepiscopo Mediolanensi.* — Dat. ut supra.

1435 (DXLIIII) Anagni, 18 juin 1296.

Licentia. (fol. 128 v°.)

Dilecto filio Herrico canonico Tudertino. Quia presentis vite —.

Ut de bonis suis mobilibus possit condere testamentum.

Dat. Anagnie, XIIII kal. julii, anno secundo.

1436 (DXLV) Vatican, 24 octobre 1296.

Commissio providendi. (fol. 129.)

Dilecto filio abbati monasterii Sancti Felicis de Janno et priori Sancti Silvestri de Mevania, Spoletane diocesis, ac magistro Raynaldo Carocii de Tuderto canonico Pictavensi. Dignum est ut —.

Ut Johanni, nato nobilis viri Puzaroni de Clarignano, Spoletane diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto, de aliquo beneficio prebendali in ecclesia Spoletana vacante providere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIIII kal. novembris, anno secundo.

1437 (DXLVI) Vatican, 1er novembre 1296.

Licentia. (fol. 129.)

Dilecto filio magistro Petro Roderici, camere nostre clerico, abbati Fulsellensi in ecclesia Palentina. Attendentes grata —.

Ut redditus Fulsellensis abbatie quam in Palentina, et prebendarum quas in ea et Carnotensi ac Ovelensi ecclesiis, et aliorum beneficiorum que in quibuscumque ecclesiis obtinet, una percipere possit, nec ad personalem residentiam faciendum teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *venerabili fratri episcopo Ambianensi et dilectis filiis primicerio scolarum cantorum de Urbe ac magistro scolarum ecclesie Legionensis.* — Dat. ut supra.

1438 (DXLVII) Vatican, sans date de jour, 1296.

Commissio confirmandi electionem. (fol. 129 v°.)

Dilecto filio Landulfo, Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Inter iminentes sollicitudines —.

Post translationem Rufini episcopi Montismarani ad Castrensem ecclesiam, et reservationem expresse factam prefate ecclesie Montismarane apostolice sedi, a capitulo ejusdem ecclesie dicte reservationis ignaro in episcopum Montismaranum electus fuit Corradus, ecclesie Montismarane canonicus, nec autem ab archiepiscopo Beneventano, metropolitano suo, confirmatus fuit. Illum igitur, si electio canonice facta fuit, confirmare procuret.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, anno secundo.

1439 (DXLVIII) Vatican, 17 novembre 1296.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 129 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Cremonensi et dilectis filiis magistro Bertuldo (sic) *de Labro, preposito plebis Sancte Marie de Podio Florentine diocesis, ac Bartholo de Abbatibus canonico Sirsalensi.* Exponente nobis pridem venerabili fratre nostro Guillelmo episcopo Vivariensi quod, tam pro suis necessariis quam pro ecclesie Vivariensis negotiis apud sedem apostolicam expediendis, utiliter eum subire oportebat magna onera expensarum, ac supplicante ut usque ad summam duorum milium florenorum auri mutuum contrahendi *etc. usque exceptionibus eisdem*, a dilecto filio Marco Raynerii de Abbatibus pro se ac Ranutio Rustici, Johanne Rosselino Bacherelli, Albizo Johanne de Abbatibus, Mafeo Pontii, Jacobo Mafei et Bernardo Raynerii, ac ceteris eorum sociis de societate eorumdem Ranutii Rustici de Abbatibus et Johannis Bacherelli, civibus et mercatoribus Florentinis, pro necessariis et negotiis eisdem mutuo receperit de predicta summa pecunie duorum milium florenorum mille florenos auri, certis eisdem mercatoribus loco et termino persolvendos, prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos de expresso —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kalendas decembris, anno secundo.

1440 (DXLVIIII) Vatican, 28 octobre 1296.

Licentia retinendi plura beneficia. (fol 129 v°.)

Dilecto filio Wicholdo de Holte, subdiacono, decano ecclesie Coloniensis. Habet exposite nobis —.

Ei, qui ante concilium generale Lugdunense ecclesiam de Warurdorp Monasteriensis diocesis et ecclesiam Sancti Mauritii ejusdem diocesis assecutus fuerat, ac, ipsas retinens, post idem concilium, scolastriam, canonicatum et prebendam Coloniensis ecclesie cum prepositura ecclesie Huguardensis Leodiensis diocesis, eidem scholastrie annexa, et subsequenter preposituram ecclesie Carpensis Coloniensis diocesis, ac tandem, dictis scholastria et prepositura ejusdem ecclesie Huguardensis dimissis, decanatum prefate Coloniensis ecclesie, cui archidiaconatus in ipsa ecclesia est annexus, et preposituram ecclesie Sancte Marie Aquensis predicte Leodiensis diocesis, necnon et canonicatum ac prebendam prefate Huguardensis ecclesie receperat, indulgetur ut, ecclesia de Warurdorp et prepositura ecclesie Sancti Mauritii supradictis jam dimissis, possit decanatum Coloniensis ac Sancte Marie Aquensis et Carpensis preposituras, ac etiam canonicatus et prebendas Coloniensis, Monasteriensis et Huguardensis ecclesiarum retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno secundo.

1441 (DL) Vatican, 1er novembre 1296.

Confirmatio abbatis. (fol. 130.)

Dilecto filio [Alano] abbati monasterii Sancte Crucis de Chemperele (sic) *ordinis sancti Benedicti Corisopitensis diocesis.* Dudum monasterium —.

Is, dudum monachus prioratus S. Martini de Campis juxta Parisius, post duas electiones de abbate prefati monasterii celebratas et renuntiationem duorum contendentium, per quatuor cardinales ad hoc per papam designatos electus, a papa solemniter confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *priori et conventui ejusdem monasterii.*
In. e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.*
In. e. m. *nobili viro duci Britanie.* — Dat. ut supra.

1442 (DLI) Vatican, 1er novembre 1296.

Eadem de re. (fol. 130 v°.)

Venerabilibus fratribus.. Parisiensi ac.. Silvanectensi episcopis. Dudum monasterium —.

Ut abbati monasterii S. Crucis de Kemperele (*sic*) munus benedictionis impendant.

Dat. ut supra.

1443 (DLII) Anagni, 8 septembre 1296.

Commissio absolvendi quosdam. (fol. 130 v°.)

Dilectis filiis priori Predicatorum et guardiano Minorum ordinum Gaietanis. Cum sicut accepimus —.

Cives Gaietanos ab excommunicationis sententia, quam incurrerant pro eo quod tempore treugarum que in insula Sicilie servabantur ad ipsam insulam accesserant causa mercimonia exercendi, absolvere possint.

Dat. Anagnie, VI id. septembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24392.)

1444 (DLIII) Anagni, 15 octobre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 130 v°.)

Dilecto filio Andree Cionis de Florentia canonico Aurelianensi. Ad tui honoris —.

Ei confertur canonicatus cum prebenda, nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Aurelianensi, non obstante quod in Florentina et Combralie in Lemovicensi archidiaconatus, et in eis et S. Stephani ad potestatem Florentinam et S. Aniani Aurelianensis ecclesiis, canonicatus et prebendas, et quamdam annuam pensionem ab episcopo Lemovicensi noscitur obtinere, dummodo archidiaconatum Combralie et canonicatum in ecclesia Lemovicensi dimittat.

Dat. Anagnie, id. octobris, anno secundo.

In. e. m... *decano Sancti Aniani Aureliacensis et Gregorio de Alatro Trecensis ac Gregorio de Genazano Ambianensis canonicis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1445 (DLIIII) Vatican, 28 octobre 1296.

Dilectis filiis priori[1] *et Andree Egidii Tudertine*[2] *ac Raynaldo Carotii Pictavensis canonicis ecclesiarum.* Sincere devotionis —.

Jacobo Blasii, canonico Tudertino, de beneficio prebendali in ecclesia cathedrali vel alia diocesis Tudertine, non autem in ecclesia Sancti Angeli de Colle, provideant, non obstantibus canonicatibus et prebendis quos in Tudertina et Sancti Faustini ac Sancti Christophori de Arñata, Tudertine diocesis, ecclesiis obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. novembris, anno secundo.

1446 (DLV) In turri nostra prope Anagniam, 1er octobre 1296.

Indulgentia. (fol. 131 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is —.

Omnibus qui capellam hospitalis Lamberti dicti Predis de Ypra, Morinensis diocesis, in sancti Stephani prothomartyris, cui est dedicata, et beati Johannis Baptiste festivitatibus, ac per octavam illarum festivitatum devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. in turri nostra prope Anagniam, kal. octobris, anno secundo.

1447 (DLVI) Vatican, 17 novembre 1286.

De relaxatione interdictorum et excommunicationum. (fol. 131 v°.)

Dilecto filio magistro Rogerio preposito ecclesie Sancti Antonini Placentini, capellano nostro. Cum nonnulla monasteria et ecclesie, civitates, castra, ville ac alia loca, conventus, capitula, collegia, comunitates et universitates eorum, ac alie singulares et speciales persone tam ecclesiastice quam seculares Anconitane Marchie diversis excommunicationum, suspensionum, interdicti, condemnationum, sententiarum, penarum, bannorum, exbandimentorum, ac aliorum processuum per Romanam ecclesiam et per rectores ipsius Marchie vel per alios, ejusdem ecclesie auctoritate, factorum—laqueis subjacere noscantur —.

Ad partes illas se personaliter conferat, et hujusmodi sententias executioni mandandi aut remittendi plenam habeat potestatem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. decembris, anno secundo.

In. e. m. *venerabilibus fratribus.. episcopis et dilectis filiis.. abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum, ac decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, capitulis et aliis ecclesiarum prelatis*

1. *Deficit indicatio loci.*
2. *Ms.* Tuderdin.

seu rectoribus, ceterisque personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, ac Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et Militie Templi magistris et preceptoribus. — Dat. ut supra.

1448 (DLVII) Vatican, 23 octobre 1296.

Collatio beneficiorum. (fol. 132.)

Dilecto filio Geuchardo, nato quondam Walteri comitis de Arnsten, capellano nostro, canonico et archidiacono de Weddingen ecclesie Magdeburgensis diocesis. Dum conditiones et merita —.

Ei conferuntur archidiaconatus de Weddingen in ecclesia Magdeburgensi, vacans propter Borchardi assumptionem ad archiepiscopatum Magdeburgensem, et canonicatus in eadem ecclesia, non obstante quod frater suus, Waltherus de Arnsten, in eadem ecclesia canonicatum et prebendam obtinet, et conceditur ut cum eis in Halberstadensi ecclesia canonicatum, prebendam et camerariam, ac archidiaconatum de Ronstede ipsi camerarie annexam, et in Sancti Pauli Halberstadensis ecclesia preposituram, et archidiaconatum de Selsthen ipsi prepositure annexum, necnon capellam de Horneborg Halberstadensis diocesis retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. novembris, anno secundo.

In. e. m. *venerabili fratri episcopo Mindenensi et dilectis filiis scolastico ecclesie Maguntine ac magistro Benedicto de Firmone canonico Ulixbonensi.* — Dat. ut supra.

1449 (DLVIII) Vatican, 14 novembre 1296.

De dispensatione matrimonii concedenda. (fol. 132 v°.)

Venerabili fratri episcopo Florentino. Exhibita nobis —.

Ut cum nobili viro Bettino, nato Betti de Frescobaldis, et nobili muliere Magdalena, nata Dini Rufuli, civibus Florentinis, qui matrimonium contraxerant quarto gradu consanguinitatis juncti, dispenset.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVIII kal. decembris, anno secundo.

1450 (DLVIIII) Vatican, 31 octobre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 132 v°.)

Dilecto filio Uberto abbati monasterii Sancti Benigni Fructuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Yporiensis diocesis. Ex parte tua —.

Ut possit usque ad summam mille sexcentorum florenorum auri contrahere mutuum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. novembris, anno secundo.

1451 (DLX) Vatican, 22 novembre 1296.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 132 v°.)

Venerabili fratri B. Episcopo Convenarum. Nuper nobis —.

Ut usque ad summam quatuor millium librarum turonensium parvorum mutuum contahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. decembris, anno secundo.

1452 (DLXI) Vatican, 22 novembre 1296.

« Executoria super eodem. » (fol. 132 v°.)

Dilectis filiis magistris Raynerio de Vichio [1] *Lichefeldensis et Bartholo Abbatis Fesulane ac Uguitoni de Vercellis Brugensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* Supplicante nuper —.

Eis notificatur quod de mutuo quatuor millium librarum turonensium parvorum, cujus contrahendi licentiam obtinuit B. episcopus Convenarum, quatuor millia florenorum auri jam recepit a Paulo Tegrini Forele Jacobi, mutuante pro se et aliis Pistoriensibus mercatoribus de societate Ammanatorum.

Dat. ut supra.

1453 (DLXII) Anagni, 18 juillet 1296.

Confirmatio canonicatuum. (fol. 133.)

Dilecto filio Johanni de Bomont [2] *Sancte Marie Hoyensis et Sancti Foylanni Fossensis, Leodiensis diocesis, ecclesiarum canonico.* Petitio tua nobis —.

Is, qui canonicatus et prebendas receperat in dictis ecclesiis a Guidone de Hanonia olim electo Leodiensi, ad preces magistri Johannis Judicii notarii apostolice sedis, cujus dictus Johannes de Bomont clericus existit, confirmatur.

Dat. Anagnie, XV kal. augusti, anno secundo.

1454 (DLXIII) Vatican, 10 novembre 1296.

Licentia concedendi proprietatem. (fol. 133.)

1. *Ms.* Vichino.
2. *In indice* Bomonth.

Dilectis filiis.. ministro provinciali provincie Castelle,.. guardiano et lectori Bitorie, Calaguritane diocesis, fratrum ordinis Minorum. Ex parte dilectarum filiarum —.

Ut, si viderint expedire, ecclesiam Sancte Marie Veteris de Urdumia sororibus sancte Clare, in ea viventibus, in jus et proprietatem sub quibusdam conditionibus concedant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. novembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24419.)

1455 (DLXIIII) Vatican, 11 novembre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 133.)

Dilecto filio magistro Guillelmo Agarni canonico ecclesie Aquensis. Litterarum scientia —.

Ei, consideratione Caroli regis Sicilie, cujus procurator existit in Romana curia, confertur canonicatus cum prebenda in ecclesia Aquensi, non obstante quod in Aptensi preposituram et in Forojuliensi sacristiam et in eisdem ac Cavallicensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac alia beneficia obtinet, que cum dicto canonicatu licite retinere poterit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. novembris, anno secundo.

In. e. m. *preposito Cavallicensis et.. sacriste secularis de Insula, Cavallicensis diocesis, ac Petro Bernardi canonico Ruthenensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1456 (DLXV) Vatican, 27 novembre 1296.

Licentia. (fol. 133 v°.)

Dilecto filio nobili viro Othoni comiti Burgundie. Magne devotionis —.

Ut possit eligere confessorem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. decembris, anno secundo.

1457 (DLXVI) Vatican, 27 novembre 1296.

Licentia. (fol. 133 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi comitisse Burgundie. Devotionis affectum —.

Ut possit in locis interdictis divina facere celebrari.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1458 (DLXVII) Anagni, 30 septembre 1296.

De institutione monialium S. Georgii Perusini. (fol. 133 v°.)

Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii Sancti Georgii Perusini ordinis sancti Augustini. Vobis assidue —.

Eis, que triginta annis sub regimine fratrum Predicatorum remanserunt, indulgetur ut continue sub eorumdem fratrum regimine et constitutionibus, dummodo ad id Perusini episcopi accedat assensus, maneant.

Dat. Anagnie, II kal. octobris, anno secundo.

1459 (DLXVIII) Vatican, 17 novembre 1296.

Licentia in contracto matrimonio remanendi. (fol. 133 v°.)

Dilecto filio nobili viro Bertrando de Lagonese et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete de Marliaco, dicte Lamaillarde, uxori ejus. Romani pontificis —.

Ut possint, precibus Johannis dicti Maillart, fratris prefate Margarite, magni ostiarii Caroli Sicilie regis, in contracto matrimonio remanere, etsi sint quarto gradu consanguinitatis juncti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. decembris, anno secundo.

1460 (DLXVIIII) Vatican, 7 novembre 1296.

De dispensatione matrimonii concedenda. (fol. 135.)

Venerabili fratri.. episcopo Halberstadensi [1]. Ex parte venerabilis fratris nostri archiepiscopi Magdeburgensis fuit propositum coram nobis quod olim inter nobiles viros Heynemmanum de Asleve, tue, et Vedehelinum Ricardi de Damis, Misnensis diocesis, eorumque consanguineos et amicos — gravibus discriminibus suscitatis, ex quibus nonnulla rerum et personarum pericula provenerunt, tandem inter nobiles ipsos, clementia faciente divina, est concordia reformata, quam nobiles ipsi firmare cupiunt, ne iterum predicta discrimina suscitentur, per matrimonium inter nobilem virum Johannem, filium ejusdem Heynemanni (*sic*), et nobilem mulierem Bertam, sororem predicti Vredehelini (*sic*) solemniter contrahendum. —

Cum quibus Johanne et Berta, quarto consanguinitatis gradu junctis, ut matrimonium licite contrahere valeant, dispenset.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. novembris, anno secundo.

1461 (DLXX) Vatican, 1er décembre 1296.

De canonicis Assisinatibus ad residentiam cogendis. (fol. 134 v°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo ecclesie Assisinatis. Exhibita nobis —.

1. *Ms.* Alberstaden.

Ut ii cunctos canonicos qui redditus in ecclesia percipiunt, ad faciendum residentiam cogant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. decembris, anno primo.

In. e. m. *eisdem*. Exhibita nobis —.

Ut dicti canonici, quamdiu absentes fuerint, nichil de fructibus suarum prebendarum percipere valeant.

Dat. ut supra.

1462 (DLXXI) Anagni, 23 juillet 1296.

De absolutione concedenda. (fol. 134.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Memores devotionis —. Sane petitio dilectorum filiorum potestatis, capitaneorum, consilii et comunis Januensium nobis exhibita continebat quod nuper in civitate predicta, occasione partium civitatis ipsius, quarum una nunc intra, reliqua vero extra civitatem eandem existunt, gravi dissensione suborta, civitas eadem validis guerrarum turbinibus est concussa, et quod nonnulli, tam cives Januenses quam alii, laici, illuc accedentes etiam aliunde, hujusmodi durante procella, propter incendia in ecclesiis et locis ecclesiasticis tunc in civitate perpetrata jamdicta excommunicationis sententiam incurrerunt a canone promulgatam. —

Ut istis incendiariis veniam absolutionis impendat, nec teneantur propter hoc ad sedem apostolicam venire.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

1463 (DLXXII) Vatican, 20 novembre 1296.

Provisio. (fol. 134 v°.)

Dilectis filiis .. Sancti Petri Eugubini et .. Sancti Benedicti de Montepellio, Eugubine diocesis, monasteriorum abbatibus ac .. priori ecclesie Eugubine. Dignum est ut assumptis —.

Ut Petro, clerico, nato quondam Rubri de Gabriellis, militis Eugubini, et consideratione nobilis viri Comitis de Gabriellis, militis Eugubini, de aliquo beneficio prebendali in ecclesia Eugubina vacante provideant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xii kal. decembris, anno secundo.

1464 (DLXXIII) Vatican, 10 novembre 1296.

Exemptio. (fol. 134 v°.)

Dilectis filiis priori et capitulo secularis ecclesie Sancti Angeli de Colle Tudertine diocesis. Habentes ad vos —.

Ut generales apostolice littere, concesse seu concedende super provisionibus faciendis, ad predictam ecclesiam non extendantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iiii id. novembris, anno secundo.

1465 (DLXXIIII) Sans date.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 134 v°.)

Venerabili fratri S. episcopo Melfiensi. Cum sicut ex parte —.

Ut usque ad summam sexcentorum triginta octo florenorum auri mutuum contrahere possit.

1466 (DLXXV) Vatican, 13 novembre 1296.

Licentia. (fol. 134 v°.)

Dilecto filio Jacobo, nato dilecti filii nobilis viri Bartholomei de Capua, regis Sicilie logothete, canonico Parisiensi. Sincere devotionis —.

Ut proventus canonicatuum cum prebendis quos in Parisiensi et Carnotensi ecclesiis obtinet, et prebende libere, non sacerdotalis, que ei in Parisiensi ecclesia reservatur, etsi non faciat in eis residentiam, integre percipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. novembris, anno secundo.

In. e. m. .. *episcopo Autisiodorensi et .. preposito Aptensis ac archidiacono Sancti Johannis Majoris Neapolitani ecclesiarum*. — Dat. ut supra.

1467 (DLXXVI) Vatican, 13 décembre 1296.

Littera regis Sicilie pro subsidio impetrando a prelatis. Personam carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris paterne diligentes et prosequentes affectu, necessitatibus suis libenter occurrimus et ei aliorum subsidia in quantum licet modestie procuramus. Sane prefatus rex nobis devotius supplicavit ut, cum ipse intendat a vobis subsidium petere pro justis prosecutionibus suis et expeditionibus contra hostes Romane ecclesie atque suos, licentiam prestandi sibi predictum subsidium sine metu constitutionis nostre super hoc edite concedere dignaremur. Nos itaque, ipsius regis supplicationibus inclinati, vobis, quod ipsum subsidium, subventionem, vel donum per se aut ministros suos licite recipere valeat —,

liberam auctoritate presentium licentiam impertimur —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. decembris, anno secundo.

1468 (DLXXVII) Vatican, 28 novembre 1296.

Licentia. (fol. 135.)

Dilecto filio Petro de Gresseio (sic) *cantori ecclesie Parisiensis.* Litterarum scientia —.

Ut proventus cantorie in Parisiensi, et in Carnotensi cancellarie, ac in eis et Autisiodorensi canonicatuum quos obtinet, residens in Parisiensi ecclesia, integre percipiat, et usque ad quinquennium ad susceptionem sacerdotalis ordinis minime teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. decembris, anno secundo.

In. e. m. .. *Sancti Germani de Pratis juxta Parisius et .. Sancti Johannis in Valleya Carnotensi monasteriorum abbatibus ac magistro Leonardo de Anticoli canonico Autisiodorensi.* — Dat. ut supra.

1469 (DLXXVIII) Vatican, 18 décembre 1296.

« Quod decanus, cantor et cancellarius in ecclesia Parisiensi debeant continue residere ». (fol. 135 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Digna nos provocat —. Statuimus et etiam ordinamus ut decanus, cantor, cancellarius ipsius Parisiensis ecclesie, qui pro tempore fuerint, residere continue in ecclesia ipsa personaliter teneantur, quodque de hoc in sue institutionis initio — in capituli parisiensis presentia prestent corporaliter juramentum; et quod etiam contra hujusmodi statutum et ordinationem litteras vel privilegia quelibet ab apostolica sede vel legatis ipsius per se vel alium aut alios nullatenus impetrabunt, nec utentur privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis quibuslibet ecclesiasticis vel secularibus, cujuscumque conditionis, preminentie, dignitatis aut status, a prefata sede concessis hactenus vel in posterum concedendis. Indulgemus tamen decano, cantori, et cancellario supradictis ut per duorum mensium spatium annis singulis liceat extra prefatam Parisiensem ecclesiam ad promotionem negotiorum suorum libere commorari, de cotidianis distributionibus ejusdem ecclesie nichil tunc temporis percepturi; tempus vero quo decanum, cantorem et cancellarium prelibatos pro capituli sepefati negotiis de ipsius licentia speciali fortassis abesse contigerit ab ecclesia memorata, in eadem residentia computetur, ipsique distributiones percipiant et habeant supradictas; nec liceat prenominatis decano, cantori et cancellario simul per duos menses eosdem se ab ecclesia ipsa quomodolibet absentare, set, aliquo modo eorum absente, reliqui resideant interim in eadem —. Dat. Rome apud S. Petrum, XV kal. januarii, anno secundo.

1470 (DLXXVIIII) Vatican, 18 décembre 1296.

De collatione decanatus Parisiensis. (fol. 135 v°.)

Dilectis filiis capitulo Parisiensi. Parisiensis ecclesia —.

Cum Nicolaus S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis decanatui ecclesie Parisiensis renuntiaverit, intuitu detrimenti quod absentia decani, cui cura imminet capituli, affert ecclesie, alium decanum eligant qui in prefata ecclesia residentiam habeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1471 (DLXXX) Vatican, 22 novembre 1296.

Indulgentia. (fol. 136.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quondam ut ait apostolus —.

Ad augmentum et prosperitatem hospitalis Sancte Marie de Caritate siti ante portam civitatis Eugubine, pro substentatione infirmorum et pauperum constructi, omnibus qui penitentes et confessi dictum hospitale adjuverint, de injunctis sibi penitentiis quadraginta dies relaxantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. decembris, anno secundo.

1472 (DLXXXI) Vatican, 22 novembre 1296.

Indulgentia. (fol. 136.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis —.

Omnibus qui hospitale Sancte Marie de Caritate, ante portam Eugubine civitatis situm, visitaverint annuatim in festo Assumptionis beate Marie Virginis et per octo dies festum ipsum immediate subsequentes, unus annus et quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxantur.

Dat. ut supra.

1473 (DLXXXII) Vatican, 17 novembre 1296.

Licentia conferendi ecclesias. (fol. 136 v°.)

Venerabili fratri R. episcopo Laudunensi. Tuam volentes —.

Ut sex parochiales ecclesias quas malucrit, videlicet unam in quolibet patronatuum abbatum S. Vincentii et S. Johannis, ac decanatuum et conventuum Rosetensis, S. Nicolai in Bosco, S. Michaelis in Therasca et de Fidesmo, monasteriorum solitorum per decanos gubernari ordinis sancti Benedicti Laudunensis civitatis et diocesis, personis ydoneis conferre possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. decembris, anno secundo.

1474 (DLXXXIII) Vatican, 17 novembre 1296.

Licentia pro eodem. (fol. 136.)

Eidem. Tue merita —.

Ut duabus personis litteratis et ydoneis possit conferre tabellionatus officium.

Dat. ut supra.

1475 (DLXXXIIII) Vatican, 17 novembre 1296.

Licentia conferendi canonicatum. (fol. 136.)

Eidem. Tuam volentes —.

Ut possit, auctoritate apostolica, unam personam in canonicum ecclesie Rosetensis Laudunensis diocesis, in qua ad capitulum et canonicos collatio canonicatuum pertinet, instituere.

Dat. ut supra.

1476 (DLXXXV) Latran, 5 janvier 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 136 v°.)

Dilecto filio Johanni, nato dilecti filii nobilis viri Ubaldi de Interminellis de Luca, canonico Ferrariensi. Volentes meritorum —.

Ei confertur canonicatus in ecclesia Ferrariensi nunc vacans aut proximo vacaturus, non obstante quod in ecclesia Lucana, in qua in canonicum est receptus et prebendam vacaturam exspectat, primiceriatum obtinet, nec adhuc ad etatis sue legitimos annos pervenit.

Dat. Laterani, nonas januarii, anno secundo.

In e. m. .. *Sancte Felicitatis juxta Petram Sanctam ac .. de Piscia ac .. de Sancto Paulo plebium plebanis Lucane diocesis.* — Dat. ut supra.

1477 (DLXXXVI) Vatican, 21 décembre 1296.

Licentia. (fol. 136 v°.)

Dilecto filio Benedicto Gaietano, nato dilecti filii Oddonis Gaietani de Pisis, canonico Pisano. Ut tua et tuorum —.

Ut fructus omnium dignitatum, quas in quibuscumque ecclesiis obtinet, in absentia cum integritate percipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. januarii, anno secundo.

In e. m. .. *electo Cameracensi et magistro Rizardo de Senis capicerio ecclesie Pictavensis, sancte Romane ecclesie vicecancellario, ac .. abbati monasterii Sancti Viti Pisani.* — Dat. ut supra.

1478 (DLXXXVII) Latran, 1er janvier 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 137.)

Dilecto filio Johanni abbati monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti. Cum sicut —.

Ut usque ad summam duorum millium librarum turonensium parvorum mutuum contrahere possit.

Dat. Laterani, kal. januarii, anno secundo.

21 décembre 1296.

Eidem predicto modo scribitur iterum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. januarii, anno secundo.

1479 (DLXXXVIII) Vatican, 5 janvier 1297.

Collatio beneficii. (fol. 137.)

Dilecto filio magistro Gotio de Urbeveteri, canonico et archidiacono Pissiacensi in ecclesia Carnotensi, capellano nostro. Apostolice sedis —.

Ei conferuntur canonicatus et prebenda ac archidiaconatus Pissiacensis in ecclesia Carnotensi, vacantes in curia Romana per obitum Benedicti SS. Cosme et Damiani diaconi cardinalis, non obstante quod in S. Andree Urbevetani et in Cracoviensi ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

In e. m. .. *Sancte Genovefe et Sancti Victoris Parisiensium monasteriorum abbatibus ac magistro Nicolino de Camillis canonico Ambianensi, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

1480 (DLXXXVIIII) Vatican, 25 décembre 1296.

Confirmatio ecclesie. (fol. 137 v°.)

Dilecto filio Anibaldo, nato dilecti filii nobilis viri Berardi de Cecano (sic) *familiaris nostri, rectori ecclesie Sancti Petri de Foresta Aquinatis diocesis.*

Ecclesie Sancti Petri de Foresta cujus collatio, ad apostolicam sedem devoluta, magistro Stephano de Turice, Sancte Marie Majoris Ferentinatis, et Laudoni dicto Lupo, Sancte Crucis de Ripis Verulane diocesis ecclesiarum canonicis, commissa fuerat et per eos dicto Anibaldo facta, is in possessionem confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. januarii, anno secundo.

1481 (DLXXXX) Vatican, 20 décembre 1296.

Commissio electionis faciende. (fol. 137 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Papiensi et .. Placentino episcopis. Debitum officii nostri —. Dudum siquidem monasterio monialium Sancte Julie Brixiensis [1] ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente ordinis sancti Benedicti, per mortem quondam Aimeline de Confaloneriis abbatisse ipsius monasterii, regimine destituto, due in eo electiones, una videlicet de Adelasia de Ugonibus et alia de Aimelina de Placentia, monialibus dicti monasterii, fuerunt a reliquis monialibus ejusdem monasterii in discordia celebrate. Hujusmodi autem electionum negotio ad sedem apostolicam devoluto, nos in eo venerabilem fratrem nostrum Gerardum episcopum Sabinensem dedimus partibus auditorem —.

His duabus electionibus a dicto Gerardo cassatis, ydoneam abbatissam de gremio monasterii predicti eligant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. januarii, anno secundo.

Sequitur forma juramenti.

1482 (DLXXXXI)

Eadem de re. (fol. 138.)

Forma juramenti. Ego, abbatissa monasterii Sancte Julie Brixiensis ordinis sancti Benedicti, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque Romane ecclesie, et domino meo pape Bonifacio suisque successoribus canonice intrantibus; non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione; consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nuntios suos sive per litteras, ad eorum dampnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adjutrix ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Possessiones vero ad monasterium meum pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia.

1. *Ms.* Brisien.

1483 (DLXXXXII) Vatican, 13 janvier 1297.

Commissio dispensandi. (fol. 138.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholosano. Accedens ad presentiam —.

Ut cum Germano Pontii de Gibello, clerico nunc Apamiarum, olim Tolosane diocesis, dispenset super defectu natalium quem patitur, de presbytero genitus et soluta.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus januarii, anno secundo.

1484 (DLXXXXIII) Vatican, 5 janvier 1297.

Licentia. (fol. 138.)

Dilecto filio magistro [Gotio] de Urbeveteri, canonico et archidiacono Pissiacensi in ecclesia Carnotensi, capellano nostro. Cum nuper —.

Ut possit per procuratorem prestare juramentum quod debet Carnotensi episcopo.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1485 (DLXXXXIIII) Vatican, 13 novembre 1296.

Collatio beneficii. (fol. 138.)

Dilecto filio Martino de Sancto, canonico et archidiacono Cusentino. Laudabili testimonio —.

Ei, consideratis meritis, et ad preces Mathei Sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, cujus existit capellanus, conferuntur prebenda et archidiaconatus Cusentinus per mortem quondam magistri Petri de Pofis vacantes, non obstante quod Sancti Constantii, Sanctorum Cosme et Damiani et Sancti Laurentii Insulensis, Sancti Angeli de Ploiano et Sancte Marie de Alto, Neapolitane et Cathaniensis diocesium, ecclesias sine cura, et canonicatum ac prebendam in ecclesia Insulensi, necnon

quasdam terras et possessiones ad Neapolitanam et Insulensem ecclesias pertinentes in Neapolitano et Insulensi territoriis obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. novembris, anno secundo.

In e. m. .. *primicerio et Johanni Carazolo, dicto Carrase, Neapolitane ac Nicolino de Camillis Ambianensis canonicis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1486 (DLXXXXV) Anagni, 16 juin 1296.

Confirmatio exemptionis. (fol. 138 v°.)

Dilecto filio .. abbati, qui est pro tempore, et conventui majoris monasterii Turonensis ad Romanam ecclesiam nullo medio [pertinentis] ordinis sancti Benedicti. Sacre merita —.

Eorum precibus confirmatur quedam Alexandri pape quarti constitutio qua totaliter a jurisdictione ordinarii eximuntur, et omnes priores, monachi, prioratus et membra eisdem quam abbas et conventus prefati privilegiis gaudent, ita ut ordinarii eos visitare, et ab eis procurationes exigere ac in eis quamcumque jurisdictionem exercere nequeant.

Dat. Anagnie, XVI kal. julii, anno secundo.

1487 (DLXXXXVI) Vatican, 6 janvier 1297.

Collatio beneficii. (fol. 139.)

Dilecto filio Benedicto, nato dilecti filii nobilis viri Od[d]onis Gaietani de Pisis, thesaurario ecclesie Noviomensis. Tua et tuorum —.

Ei confertur thesauraria dicte ecclesie, vacans per promotionem Guidonis thesaurarii ad episcopatum Cameracensem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. januarii, anno secundo.

In e. m. .. *Dolensi et Theanensi episcopis ac magistro Petro Roderici, camere nostre clerico, canonico Carnotensi.* — Dat. ut supra.

1488 (DLXXXXVII) Vatican, 19 décembre 1296.

« Limitatio locorum religiosorum. » (fol. 139 v°.)

Venerabili fratri episcopo Aretino. Sua nobis dilecti filii —. Generalis et — provinciales ministri ac fratres ordinis Minorum petitione monstraverunt quod olim fe. re. Clemens papa [quartus] predecessor noster, ut inter religiosos emulationis et dissensionis tolleretur occasio et caritatis integritas servaretur, — ordinavit et districte inhibuit quod extunc nulli liceret de fratrum Predicatorum, Penitentie Jesu Christi, beate Marie de Monte Carmeli, Heremitarum sancti Augustini, sancte Clare aliisque ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de predictis seu quibuslibet aliis ordinibus aliquid monasterium, ecclesiam vel oratorium hedificare seu construere, nulli quoque seculari seu religioso, cujuscumque professionis, ecclesiam vel monasterium seu oratorium jam hedeficatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra spatium trecentarum cannarum ab ecclesiis generalis et aliorum ministrorum ac fratrum predictorum, mensurandarum per aera etiam ubi alias recte non permitteret loci dispositio mensurari, statuens ut quicquid contra hujusmodi sue ordinationis et inhibitionis tenorem extunc edificatum existeret, dirueretur omnino. Verum quia ad pacem eorumdem generalis et aliorum ministrorum et fratrum ac ordinum provisum fuerat non solum eis sed etiam multis aliis qui, propter dictum diffusum cannarum spatium in hujusmodi ordinatione ac inhibitione contentum [1], quasi ab omnibus etiam solemnibus civitatibus inveniebantur excludi, ad scandalum cessisse comperiit; diversis propterea litigiorum materiis suscitatis, idem predecessor, cum fratribus suis deliberatione prehabita, hujusmodi spatium de consilio fratrum ipsorum restringens, ipsum ad centum et qua[dra]ginta [2] cannas reduxit, omnibus aliis que in premissis suis continebantur litteris in suo nichilominus robore duraturis. Verum nonnulli fratres predictorum Heremitarum sancti Augustini et aliorum ordinum predictorum, contra ordinationem et inhibitionem hujusmodi venientes, ecclesias et oratoria quam plura infra predictum spatium centum et quadraginpta cannarum prope ecclesias et loca predictorum fratrum Minorum construere temeritate propria presumpserunt, in dictorum generalis et aliorum ministrorum ac fratrum dicti ordinis Minorum non modicum prejudicium et gravamen. —

Quocirca ecclesias et oratoria cuncta post hujusmodi ordinationem constructa seu inchoata infra predictum spatium centum et quadraginta cannarum in provincia Tuscie demoliri faciat, nec in futurum construi permittat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. januarii, anno secundo.

1489 (DLXXXXVIII) Vatican, 28 novembre 1296.

Reservatio beneficiorum. (fol. 136 v°.)

1. *Ms.* contemptum.
2. *Ms.* quaginpta.

Dilecto filio Matheo de Vicecomitibus canonico Mediolanensi. Favoris uberis —.

Reservatur ei dignitas, personatus vel officium, proximo vacans in cathedrali vel aliis ecclesiis Mediolani, non obstante quod in Mediolanensi vicedominatum, qui nudum officium et non dignitas seu personatus existit, et in de Dexio preposituram et in predicta Mediolanensi ac Modociensi Mediolanensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, sub ea tamen conditione ut, assumpta dignitate, dictum vicedominatum omnino dimittat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. decembris, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Novariensi et dilectis filiis .. archipresbytero Majoris et preposito Sancti Ambrosii ecclesiarum Mediolanensium.* — Dat. ut supra.

1490 (DLXXXXVIIII) Vatican, 3 janvier 1297.

Collatio ecclesiarum. (fol. 140.)

Dilecto filio Aliotto, nato quondam Rubei Buzacharini de domo Sismundorum de Pisis (sic), *plebano plebis Sancte Julie et Sancte Marie de Liburno, que per unum consueverunt gubernari plebanum, Pisane diocesis.*

Ei conferuntur, ad preces Oddonis Gaietani civis Pisani, plebes Sancte Julie et Sancte Marie de Liburno, nunc per resignationem Stephani de Valle Soreli, in manibus Petri Roderici canonici Carnotensis factam, vacantes, ut eas possideat absque onere sacerdotii nec residentie personalis donec ad etatem legitimam pervenerit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. januarii, anno secundo.

In e. m. .. *priori Sancti Augustini de Razano Pisane diocesis et preposito ecclesie Sancti Petri ad gradus Pisane ac plebano plebis de Sinuliano Lucane diocesis.* — Dat. ut supra.

1491 (DC) Vatican, 18 octobre 1296.

Licentia. (fol. 140 v°.)

Dilecto filio Guidoni, nato quondam Alberti de Collemedio, canonico Atrebatensi. Ut tua —.

Ut possit prebende sue Atrebatensis proventus integre percipere nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. novembris, anno secundo.

In e. m. .. *Ambianensi et* [..] *Anagnino episcopis et Johanni Ancelini canonico Atrebatensi.* — Dat. ut supra.

1492 (DCI) Vatican, 17 décembre 1296.

Nominatio electi Mimatensis. (fol. 140 v°.)

Dilecto filio Guillelmo electo Mimatensi. In desideriis nostris —.

Is, archidiaconus ecclesie Mimatensis, ad episcopatum ejusdem ecclesie, vacantem per mortem G. episcopi, qui decessit apud sedem apostolicam, et cujus nepos existit, assumitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. januarii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Mimatensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Mimatensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Mimatensis.*
In e. m. *universis vasallis ecclesie Mimatensis.*
In e. m. *regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

1493 (DCII) Vatican, 5 décembre 1296.

Licentia. (fol. 141.)

Dilecto filio Johanni, nato dilecti filii nobilis viri Thomasii de Ferentino, canonico ecclesie Sancti Martini Turonensis. Tua et tuorum —.

Ut apud apostolicam sedem moram trahens, vel insistens scolasticis disciplinis, aut in aliqua ecclesiarum in quibus beneficiatus existit personaliter residens, vel alibi ubicumque existens, omnes beneficiorum suorum fructus integre percipere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. decembris, anno secundo.

In e. m. *Petro Rolandi de Vallemontone, Tripolitane, et Matheo de Paliano, Corinthiensis, capellanis nostris, ac Johanni Philippi Sanctorum Johannis et Pauli Ferentinatis ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

1494 (DCIII) Vatican, 13 novembre 1296.

Licentia percipiendi de bonis male acquisitis. (fol. 141 v°.)

Dilectis filiis Uberto abbati et conventui monasterii Fructuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Yporiensis diocesis. Petitio tua nobis exhibita continebat quod monasterium vestrum debito quinque milium librarum astensium oneratum existit et pro ipso debito persolvendo quedam castra et possessiones, ipsius monasterii vestri temporalia auxilia, sunt in pignore sub usurarum voragine creditoribus obligata, que vix aut nunquam recuperari poterunt, nisi

vobis per apostolice sedis providentiam succurratur —. Nos igitur — auctoritate vobis presentium indulgemus ut de furtis, rapinis et aliis male acquisitis, usque ad summam predictarum quinque milium librarum ejusdem monete, si, prepositis in locis competentibus publice denuntiationis editis, hii quibus restitutio fieri debeat omnino sciri et inveniri non possint a nobili viro Jacobo de Brayda, dicto de Bordello, et ab aliis quibus sunt castra et possessiones predicta, ut premittitur, obligata, libere valeatis recipere, in solutionem debitorum hujusmodi integre convertendam. Ita tamen quod si aliquid de predictis quinque milibus libris dimiseritis, restitueritis, seu dederitis illis a quibus ea receperitis, hujusmodi dimissum, restitutum, seu datum nichil ad liberationem eorum prosit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli ergo, etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. novembris, anno secundo.

1495 (DCIIII) Vatican, 5 janvier 1297.

Obligatio pro cautela mutui. (fol. 141 v°.)

Dilectis filiis Bictio, Musacto et Nicolutio de Franciscis (sic)[1], *Cioni Marzoli, Johanni Farolfi, Raynerio Tholomei, Montutio Guadagni, Jacomino de Ben, et ceteris eorum sociis de societate Franciscorum, civibus et mercatoribus Florentinis.* Cum carissimo in Christo filio C. regi Sicilie illustri seu ipsius certis nuntiis pro defensione et custodia regni, ad mandatum nostrum, de vestra sociorum et societate vestrorum pecunia, per diversas partes et tempora, quinque milia et trecentas uncias auri ad pondus dicti regni, quinque florenis auri pro uncia qualibet computatis, duxeritis liberaliter mutuanda ac etiam persolvenda, nos, in hac parte promptitudinis vestre studia merito comendantes, ac super hoc vestre, sociorum et societatis vestrorum indempnitati volentes in posterum paterna diligentia precavere, totam decimam secundi et tertii annorum regi prefato apostolica auctoritate tertio (*sic*)[2] pro negotio regni Sicilie sub certa forma et modo concessam, tam jam collectam quam in posterum colligendam per collectores ad hoc per sedem apostolicam deputatos seu etiam deputandos in Aquileyensi et Gradensi patriarchatibus, ac Mediolanensi, Januensi, Ravennate, Pisana, Gradensi, et Spalatensi archiepiscopatibus, ducatu Spoletano, Marchia Anconitana, tota Tuscia, patrimonio beati Petri, Massa Trabaria, Dalmatia, et Campanie Maritime et Sabine terris atque provintiis, necnon in Ferrariensi, Ariminensi, Papiensi, Placentina, Feretrana, Lunensi, Perusina, Tudertina, Interanensi, Tiburtina et Reatina civitatibus et diocesibus earum, ac in abbatiis Sublacensi atque Farfensi et aliis circumadjacentibus locis infra earum fines constitutis, civitate Romana necnon et civitatibus cum diocesibus earum quibus preesse cardinalis episcopus consuevit exceptis, usque ad predictam quantitatem quinque milium et trecentarum unciarum auri pro cautela et securitate vestra vobis tenore presentium obligamus, ac vobis et aliis sociis vestris auctoritate predicta concedimus ut, de pecunia ejusdem decime penes vos vel aliquem ex sociis vestris nomine Romane ecclesie deposita vel in posterum deponenda, usque ad quantitatem hujusmodi pro recompensatione ipsius vestre pecunie mutuate recipere possitis et licite retinere nec ad restituendum ipsam — compelli — valeatis. Nos enim —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1. *Cf.* n°s 1426 et 1430.
2. certo ?

1496 (DCV) Latran, 30 décembre 1296.

Nominatio abbatis monasterii Molismensis. (fol. 142.)

Dilecto filio fratri Stephano abbati monasterii Molismensis ordinis sancti Benedicti Lingonensis diocesis. Circa curam —.

Monasterio Molismensi per renuntiationem fratris Droconis abbatis regimine destituto, post duas electiones in discordia celebratas, unam videlicet de fratre Drocone, cellerario dicti monasterii, alteram de fratre Erardo, priore prioratus de Choan Morinensis diocesis, qui renuntiaverunt postmodum electioni de eis facte, ei, dudum priori monasterii de Silviniaco Cluniacensis ordinis diocesis Claromontensis, confertur prefati monasterii abbatia.

Dat. Laterani, III kal. januarii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui Molismensibus.*
In e. m. *episcopo Lingonensi.*
In e. m. *regi Francorum.* — Dat. ut supra.

1497 (DCVI) Vatican, 23 novembre 1296.

Licentia. (fol. 142 v°.)

Venerabili fratri Petro episcopo Baiocensi. Per grata devotionis —.

Ei indulgetur ut quatuor clerici, sui domestici commensales, parochiales ecclesias vel alia beneficia cum cura obtinentes, possint per quinquennium proventus suorum beneficiorum percipere nec ad residentiam teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIIII kal. decembris, anno secundo.

1498 (DCVII) Vatican, 23 décembre 1296.

De translatione Luciferi ad S. Severine ecclesiam. (fol. 142 v°.)

Dilecto filio Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Inter sollicitudines —. Cum itaque ecclesia Sancte Severine, per translationem bo. me. Rogerii, archiepiscopi Cusentini, ab ecclesia ipsa cui preerat ad Cusentinam ecclesiam per nos factam, pastore vacare noscatur ad presens, pro eo quod tempore hujusmodi translationis ordinationem ipsius ecclesie Sancte Severine nobis et apostolice sedi duximus reservandam, — nos, attendentes multiplicum virtutum dona que venerabili fratri nostro Lucifero Umbriaticensi [1] episcopo suffragantur, quodque tam ipse quam predictus archiepiscopus, germanus suus, ex magne devotionis et fidei zelo quem ad Romanam ecclesiam gessisse noscuntur, hostibus et rebellibus ejusdem ecclesie in partibus Calabrie, intrepide se mortis exponendo periculis, pro viribus restiterunt, et quod idem archiepiscopus in conflictu eorumdem hostium, quorum inpugnationis se ferventi desiderio —, ab eis extitit crudeliter interemptus, ac horum consideratione necnon et obtemptu carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Sicilie illustris, qui pro eodem episcopo apostolice sedis gratiam suppliciter imploravit, volentes dictum episcopum per nostre operationis presidium ipsi ecclesie Sancte Severine, quam speramus per eum posse in spiritualibus et temporalibus gubernari salubriter, presidere, fratrum nostrorum super hoc communicato consilio, deliberavimus fore ipsi ecclesie Sancte Severine de dicto Lucifero providendum —.

Quocirca auctoritate apostolica eumdem ab Umbriaticensi ad Sancte Severine ecclesiam transferat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. januarii, anno secundo.

1499 (DCVIII) Vatican, 22 novembre 1296.

Licentia percipiendi de bonis male acquisitis. (fol. 142 v°.)

Dilectis filiis priori et conventui ordinis fratrum Predicatorum Parisiensibus. Paterne pietatis —.

Ut usque ad summam duorum millium et quingentarum librarum turonensium parvorum de usuris et aliis bonis male acquisitis, quorum legitimi vendicatores inveniri non possint, recipere et convertere in substentationem suam valeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. decembris, anno secundo.

1. *Ms.* Vinbriaticen.

1500 (DCVIIII) Vatican, 22 novembre 1296.

Eadem licentia pro aliis. (fol. 143.)

Dilectis filiis .. priori et conventui ordinis fratrum Predicatorum Viterbiensibus. Petitionibus vestris —.

Ut de usuris, rapinis et bonis alias male acquisitis usque ad summam mille librarum paparinorum ad infirmariam domum construendam recipere valeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. decembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24430.)

1501 (DCX) Vatican, 28 octobre 1296.

De revocatione quorumdam bonorum. (fol. 143.)

Venerabili fratri .. episcopo Nuremburgensi, et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Michaelis Hildesemensis ac preposito ecclesie de Richemberg Hildesemensis diocesis. Sincera devotio quam —.

Cum a Bochardo, Magdeburgensi archiepiscopo, scriptum fuerit quod per suos predecessores multa bona Magdeburgensis ecclesie nonnullis nobilibus et clericis illicite, et Romano pontifice inconsulto, alienata fuerant, eis mandatur ut omnes ecclesias, capellas, castra, villas, possessiones, jurisdictiones, pensiones et bona alienata taliter ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie de plano, summarie, sine strepitu et figura judicii revocare procurent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno secundo.

Eisdem scribitur pro Hermanno episcopo Halberstadensi, mutatis mutandis. Dat. ut in precedenti.

1502 (DCXI) Vatican, 21 novembre 1296.

De absolutione concedenda. (fol. 143 v°.)

Venerabili fratri Bochardo episcopo Magdeburgensi. Tua nobis fraternitas —.

Ut centum clericos et laicos diocesis et provincie suarum, qui pro violenta manuum injectione in clericos et personas ecclesiasticas excommunicationis sententias incurrerunt, absolvere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. decembris anno secundo.

1503 (DCXII) Vatican, 27 novembre 1296.

Venerabili fratri Hermanno episcopo Halberstadensi. In eundem modum quam precedenti. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. decembris, anno secundo.

1504 (DCXIII) Vatican, 21 novembre 1296.

Licentia censuram exercendi. (fol. 143 v°.)

Venerabili fratri Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi. Paci et tranquillitati tue —.

Ut in invasores et molestatores suos et sue Magdeburgensis ecclesie, clericos vel laicos, censuram ecclesiasticam libere exerceat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. decembris, anno secundo.

1505 (DCXIIII) Vatican, 27 novembre 1296.

Venerabili fratri Hermanno episcopo Halberstadensi. In eundem modum quam precedenti. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. decembris, anno secundo.

1506 (DCXV) Vatican, 28 novembre 1296.

Dispensatio. (fol. 143 v°.)

Dilecto filio Herrico, nato dilecti filii nobilis viri Herrici de Blanchenberch, Halberstadensis, clerico in minoribus ordinibus constituto, et dilecte in Christo filie Sophie, nate dilecti filii nobilis viri Herrici de Honsten, Maguntine diocesium. Etsi conjunctio copule —.

Ut possint, etsi conjuncti sint quarto consanguinitatis gradu, postquam dictus Herricus clericalem dimiserit habitum, contrahere matrimonium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. decembris, anno secundo.

1507 (DCXVI) Vatican, 21 novembre 1296.

Indulgentia. (fol. 143 v°.)

Venerabili fratri Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi. Licet populus —.

Omnibus fidelibus qui prime ejus misse devote convenerint in ecclesia Magdeburgensi, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. decembris, anno secundo.

1508 (DCXVII) Vatican, 27 novembre 1296.

Confirmatio donationis per Jacobum de Molayo facte. (fol. 143 v°.)

Dilecto filio Johanni Fernandi fratri domus Militie Templi Jerosolimitani, cubiculario nostro. Considerantes attentius —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod dilectus filius frater Jacobus de Molayo, generalis magister domus Militie Templi Jerosolimitani, meritis tue probitatis inductus, et attendens quod circa promovenda domus predicte negotia solerter invigilas et intendis, tibi in generali capitulo apud civitatem Arelatensem noviter celebrato, presentibus et ad hec consentientibus dilectis filiis Hugone de Parauda in Francia, Petro de Villaria in Aquitania, Berengario de Cardona in Aragonia, Guigone Ademari, P. de Madico in Alvernia preceptoribus, ac pluribus aliis fratribus domus Templi predicte, — ballivias de Faro, de Canaval, de Neyra et de Gaffinos, Compostellane, Lucensis et Legionensis diocesium, ad domum ipsam spectantes, dedit, contulit et etiam assignavit tenendas, regendas et administrandas per te quoadvixeris cum omnibus bonis, juribus, proprietatibus, possessionibus acquisitis et acquirendis, dominiis, jurisdictionibus et pertinentiis universis, prout in litteris ejusdem magistri super hoc confectis plenius continetur. Cum autem ex probabilibus conjecturis dubitare te asseris ne contra te super premissis contingat in posterum scandalum exoriri, — providere in hoc tibi per apostolice confirmationis auxilium de benignitate solita dignaremur, licet igitur donationes, collationes et assignationes hujusmodi per eandem sedem non soleant personis talibus confirmari. —

Transcribitur, roboratur et confirmatur littera donationis Jacobi de Molayo.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. decembris, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. de Ripa Linne in Tudensi et* [..] *de Neudis in Compostellana ac .. de Valderiis in Legionensi ecclesiis archidiaconis.* — Dat. ut supra.

1509 (DCXVIII) Vatican, 21 novembre 1296.

Licentia providendi. (fol. 144.)

Venerabili fratri Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi. Tuam volentes honorare —.

Ut personis ydoneis, quas voluerit, de beneficiis ecclesiasticis sue diocesis vacantibus, ad sedis apostolice collationem legitime devolutis, providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. decembris, anno secundo.

Vatican, 27 novembre 1296.

In e. m. scribitur *venerabili fratri Hermanno episcopo Halberstadensi.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. decembris, anno secundo.

1510 (DCXVIIII) Vatican, 6 janvier 1297.

Collatio beneficiorum. (fol. 144 v°.)

Dilecto filio Ugolino de Marsciano archidiacono Alnitiensi in ecclesia Xanctonensi [1]. Dum conditionis —.

Ei, auctoritate apostolica et intuitu M. Portuensis episcopi, cujus capellanus existit, conferuntur archidiaconatus Alnitiensis et canonicatus in ecclesia Xanctonensi, quos obtinebat quondam Guido de Noalhs, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. januarii, anno secundo.

In e. m. .. *abbati monasterii de Sancto Leodegario, Xanctonensis diocesis, et .. succentori ecclesie Beate Marie Majoris Pictavensis, et Nicolao de Yporegia canonico Leodiensis [ecclesiarum]*. — Dat. ut supra.

1511 (DCXX) Vatican, 19 janvier 1297.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 145.)

Dilectis filiis magistris Bertholdo de Labro Vulterrane [2], *Raynerio de Vichio Lichefeldensis ac Bartholomeo Abbatis Bononiensis* [3] *ecclesiarum canonicis*. Exponente nobis —.

Ut Galhardus, abbas monasterii Cassinensis, pro necessariis sui monasterii usque ad summam duorum millium et quingentorum florenorum auri mutuum contrahere possit a Raynutio Rustici de Abbatibus, mutuante pro se ipso ac Johanne et Rossellino Bacherelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Marcho dicti Raynutii, Mafeo Pontii, Jacobo Mafei et Baldo Raynerii, ac ceteris suis sociis de societate eorumdem Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacherelli, civibus et mercatoribus Florentie.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. februarii, anno secundo.

1512 (DCXXI) Vatican, 22 décembre 1296.

Licentia monasterium construendi atque dotandi. (fol. 145.)

Dilectis filiis Bicio et Campolino dicto Musciatto (sic) *ac Nicolutio, filiis quondam Guidonis de Francesis de Fighino militis, fratribus, laicis Fesulane diocesis*. Devotorum ecclesie vota —.

1. *Ms*. Xantonen.
2. *Ms*. Vulterannen.
3. *Ms*. Leononien.

Eis proponentibus « commutare quoddam monasterium monialium Cisterciensis ordinis cum oratorio in fundo proprio [1] in Senensi vel Vulterrana diocesi pro vestrorum et parentum vestrorum remedio peccatorum, in honorem beati Bonifacii martyris, et sub ejus vocabulo construere ac de bonis propriis usque ad summam octo milium librarum florenorum parvorum dotare, — ita quod in monasterio supradicto quindenus monialium numerus sit et habeatur continue institutus », et supplicantibus « ut monasterium et oratorium supradicta in jus et proprietatem beati Petri ac sedis apostolice de gratia speciali recipere dignaremur, jure patronatus *ipsis* et heredibus *ipsorum* in eodem monasterio in perpetuum reservato », hujusmodi conceditur facultas; eximiturque predictum monasterium ab omni jurisdictione ordinarii, sub ea conditione ut quolibet anno in festo Natalis Domini unus florenus auri sedi apostolice in perpetuum solvatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. januarii, anno secundo.

1513 (DCXXII) Vatican, 22 décembre 1296.

Eadem de re. (fol. 145.)

Dilectis filiis Bicio et Campolino dicto Musciacto ac Nicolutio, natis quondam Guidonis de Francesis de Fighino militis, fratribus, laicis Fesulane diocesis. Habet in nobis —.

Ut in cimiterio, juxta monasterium ab eis construendum, abbatisse ac moniales ejusdem monasterii, necnon ipsi ac heredes et successores ipsorum sepeliri possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. januarii, anno secundo.

1514 (DCXXIII) Vatican, 11 janvier 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 145 v°.)

Venerabili fratri Stephano abbati monasterii Molismensis ordinis sancti Benedicti Lingonensis diocesis. Nuper nobis —.

Ut usque ad summam trium millium florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. januarii, anno secundo.

1515 (DCXXIIII) Vatican, 5 janvier 1297.

De pecunia decime quibusdam assignanda. (fol. 145 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Auximano, collectori decime

1. *Videtur legendum esse* in fundus proprium.

in Anconitana Marcia pro negotio regni Sicilie deputate. Cum dilecti filii Biccius (*sic*), Musactus (*sic*) et Nicolutius de Francisis (*sic*), Cionus Marzoli, Johannes Farolfi, Raynerius Bartholomei, Montutius Guadagni, Jacominus de Bene, et ceteri eorum socii de societate Francisorum, cives et mercatores Florentini, carissimo in Christo filio nostro C[arolo] regi Sicilie illustri seu ipsius certis nuntiis, pro defensione et custodia dicti regni, ad mandatum nostrum de sua, sociorum et societatis suorum pecunia, per diversas partes et tempora, quinque milia et trecentas untias auri ad pondus ejusdem regni, quinque florenis auri pro untia qualibet computatis, duxerint liberaliter mutuanda et etiam persolvenda —.

Cum, ad supradictum mutuum restituendum, a papa fuerit dicto regi assignata decima quedam in diversis diocesibus (in cap. DCIII expresse designatis) colligenda, ei scribitur ut decimam collectam in Anconitana Marchia usque ad predictam quantitatem quinque millium et trecentarum unciarum auri prefatis mercatoribus assignari faciat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non januarii, anno secundo.

In e. m. *episcopo Tudertino, collectori decime in ducatu Spoletano, necnon in Perusina, Tudertina, Interampnensi* (sic) *civitatibus et diocesibus earum, ac aliis locis infra eorum fines constitutis, pro negotio regni Sicilie deputate.*

In e. m. *P. episcopo Anagnino, collectori decime in Campanie Maritime Sabineque provinciis, necnon in Tiburtina et Reatina civitatibus et diocesibus earum, ac in abbatiis Sublacensi atque Farfensi et aliis circumjacentibus terris et locis infra earum fines constitutis, civitate Romana ac civitatibus cum diocesibus earum quibus preesse cardinalis episcopus consuevit exceptis, pro negotio regni Sicilie deputate.* — Dat. ut supra.

1516 (DCXXV) Vatican, 22 novembre 1296.

De dispensatione concedenda. (fol. 145 v°.)

Venerabili fratri episcopo Hildesemensi [1]. Laudabili testimonio —.

Possit, si hoc oportunum judicaverit, cum Wernehro de Malden, accolito sue diocesis, capellano et familiari A[dolfi] regis Romanorum, qui pro eo imploravit, super defectu natalium quem patitur, de presbytero genitus et soluta, dispensare, ita ut dictus Wernehrus ad ordines promoveri et beneficium obtinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. decembris, anno secundo.

1. *Ms.* Ildesemen.

1517 (DCXXVI) Vatican, 17 décembre 1296.

Nominatio electi Callensis. (fol. 146.)

Dilecto filio fratri Angelo electo Callensi. Rationis oculis intuentes —.

Is, dudum ordinis Heremitarum sancti Augustini professor, in episcopum Callensis ecclesie, que sedis apostolice nominationi, post mortem Octaviani quondam episcopi, reservata est, preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. januarii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Callensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Callensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Callensis.*
In e. m. *vasallis ecclesie Callensis.* — Dat. ut supra.

1518 (DCXXVII) Vatican, 21 janvier 1297.

Nominatio episcopi Brechinensis. (fol. 146.)

Venerabili fratri episcopo Brechinensi. Regimini universalis —. Dudum siquidem ecclesia Brechinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente per obitum bone memorie V. episcopi Brechinensis vacante, nos attendentes quod eadem ecclesia gravia posset, maxime hoc tempore propter guerras in illis partibus imminentes, ex longa vacatione dampna subire —.

Is, subdecanus ejusdem ecclesie, in episcopum preficitur et a J. episcopo Tusculano munus consecrationis accipere debet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Brechinensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Brechinensis.*
In e. m. *carissimo in Christo filio .. regi Scotie illustri.* — Dat. ut supra.

1519 (DCXXVIII) Vatican, 21 janvier 1297.

Confirmatio abbatis. (fol. 146 v°.)

Dilecto filio Bencevenni abbati monasterii Sancte Marie de Farneto ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Aretine diocesis. Sedula nos cura —.

Is, dudum monachus monasterii de Farneto, in abbatem predicti monasterii, post obitum Huguitionis abbate carentis, per Franciscum, abbatem monasterii Sancti Crispoliti ejusdem ordinis, Assisinatis, Meridianum, priorem prioratus Sancte Marie

de Jungone, Castellane, et Raynerium, rectorem ecclesie Sancti Laurentii, Clusine diocesium, ac Januarium, predicti monasterii de Farneto monachum, compromissario nomine electus, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui monasterii Sancte Marie de Farneto, etc.*

In e. m. *universis vasallis monasterii predicti de Farneto.* — Dat. ut supra.

1520 (DCXXVIIII) Vatican, 17 décembre 1296.

Nominatio electi Lodovensis. (fol. 147.)

Dilecto filio fratri Iterio de Burdegala ordinis Minorum electo Lodovensi.

Preficitur ecclesie Lodovensi vacanti per translationem Gaucelini de Lagarda episcopi ad sedem Magalonensem, et dispositioni pape hac vice reservate.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. januarii, anno secundo [1].

In e. m. *decano et capitulo Lodovensis ecclesie.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Lodovensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Lodovensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Lodovensis.* — Dat. ut supra.

1521 (DCXXX) Latran, 30 décembre 1296.

Nominatio Ludovici episcopi Tholosani. (fol. 147 v°.)

Dilecto filio L. episcopo Tholosano, nato carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Sicilie illustris. Fons sapientie verbum —.

Ad sacerdotium jam promotus, preficitur in episcopum Tholosanum.

Dat. Laterani, III kal. januarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24444, qui inscribit hanc bullam sub data IIII kal. januarii, et proponit dubium de authentica ejus origine : *num*, ait, *bulla spuria?*)

In e. m. *priori et capitulo ecclesie Tholosane.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis, .. populo civitatis et diocesis, .. universis vasallis ecclesie Tholosane.* — Dat. ut supra.

1. *Ms.* tertio.

1522 (DCXXXI) Vatican, 21 janvier 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 148.)

Dilecto filio Arnaldo de Villario canonico Caturcensi. Apostolice sedis —.

Ei confertur canonicatus cum prebenda, nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Caturcensi, quem cum ecclesia sua de Bellopodio et decimis ecclesiarum de Rayneriis et S. Petri de Graicensi Tholosane diocesis licite retinere poterit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *.. archiepiscopo Ebredunensi, et .. Lunacensi in Biterrensi et Isaltensi in Convenarum ecclesiis archidiaconis.* — Dat. ut supra.

1523 (DCXXXII) Vatican, 12 janvier 1296.

De subsidio conferendo regi Majoricarum. (fol. 148 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Elnensi et .. Urgellensi episcopis. Significavit nobis carissimus in Christo filius noster Jacobus rex Majoricarum illustris quod terre sue Rossilionis et Ceritanie ac etiam Confluentis, in nonnullis suis partibus atque locis, ac ipsarum terrarum incole frequenter inimicorum impetuntur insultibus et molestiis perturbantur, propter quod idem rex ad tuitionem et fortificationem predictarum terrarum suarum facit fortillicia (*sic*) fieri et construi muros ibidem in villis et castris suis et specialiter in villa Perpiniani, ut idem Rex, terre predicte et earum incole majore quiete, securitate ac tranquillitate letentur. Verum, cum hujusmodi opus sit sumptibus et laboribus onerosum, et propterea tam ecclesiasticorum quam secularium locorum et personarum dictarum sit ad id subsidium oportunum, idem rex nobis humiliter supplicavit ut contribuendi libere in opere et constructione predictis dictarum terrarum personis ecclesiasticis sibique recipiendi largiri licentiam dignaremur. Nos autem omnibus prelatis, necnon capitulis et conventibus ac personis ecclesiasticis earumdem terrarum tam religiosis quam secularibus —, ad hujusmodi constructionem et opus subsidium aliquod impertiri volentibus, prestandi illud concedimus facultatem —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. januarii, anno secundo.

1524 (DCXXXIII) Vatican, 5 décembre 1296.

De dispensatione matrimonii concedenda. (fol. 148 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Exposita coram nobis —.

Ut cum Antonio de Nigro et Isotta, nata Rubei Salvatici, civibus Januensibus, super contrahendo matrimonio dispensare possit, licet Claris, nata quondam Jacobi Marocelli, prior uxor dicti Antonii, quarto gradu consanguinitatis eidem Isotte juncta fuerit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. decembris, anno secundo.

1525 (DCXXXIIII) Latran, 31 décembre 1296.

Dispensatio. (fol. 149.)

Dilecto filio Bonifatio, nato quondam Thome marchionis Salutiarum, rectori ecclesie de Almambiris [1] *Eboracensis diocesis.* Sedis apostolice —.

Cum eo qui, non obstante in etate et ordinibus defectu, de Almambiris et de Camessale ecclesias Eboracensis diocesis ex dispensatione sedis apostolice adeptus est, et postmodum capellaniam regiam de Tikebullis, absque sedis predicte dispensatione, sed canonice recepit, dispensatur ut eam cum aliis ecclesiis licite retinere possit.

Dat. Laterani, II kal. januarii, anno secundo.

1526 (DCXXXV) Vatican, 5 janvier 1297.

Nominatio abbatis monasterii S. Germani de Pratis. (fol. 149.)

Dilecto filio Johanni abbati monasterii Sancti Germani de Pratis juxta Parisius ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti. Ecclesiarum et monasteriorum —. Sane dudum venerabili fratre nostro Johanne Anitiensi episcopo, olim abbate monasterii Sancti Germani de Pratis juxta Parisius, ad Romanam ecclesiam — ordinis sancti Benedicti, per nos de administratione ipsius monasterii ad regimen ecclesie Anitiensis tunc pastore carentis promoto, et per hujusmodi promotionem monasterio ipso abbate carente, nos, diligentius attendentes quod sepefatum monasterium sedi apostolice nullo medio est subjectum, propter quod nobis cura specialis incumbit ipsius, quodque, ut premittitur, per nos statum viduitatis incurrerat, ne forte cum de subtractione sui pastoris facta, tum etiam de substitutione alterius a nobis facienda, posset prefatum monasterium ingeminare querelas,—dilectis filiis priori et conventui monasterii sepefati eligendi ea vice personam ydoneam ad ipsius monasterii regimen concessimus potestatem; qui, hujusmodi potestate recepta, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse pro substitutione futuri pastoris, die ad hoc prefixa, prout moris est, convenientes in unum et Spiritus Sancti gratia invocata, deliberantes ad provisionem faciendam dicto monasterio — per viam procedere compromissi, sex ex ipso conventu, videlicet G. priori, Johanni subpriori, Johanni tertio priori, Johanni quarto priori, Johanni camerario et Guillelmo thesaurario dicti monasterii, potestatem providendi, usque ad consumptionem unius candele accense in capitulo duraturam, dicto monasterio de pastore eo modo unanimiter concesserunt, ut ipsi vice sua et predictorum prioris et conventus per electionem canonicam tantummodo de persona ydonea de se ipsis vel aliis de gremio ipsius monasterii assumenda, prout eis videretur expediens, providerent, ita quod, postquam omnes hujusmodi compromissarii concordes existerent de persona hujusmodi eligenda, unus ipsorum de reliquorum collegarum suorum consensu et mandato, vice ipsorum et totius dicti conventus, personam ipsam eligeret —. Dicti autem compromissarii, hujusmodi potestate recepta, secedentes in partem, post varios et diversos quos inter se habuere tractatus ante consumptionem prefate candele, in te, tunc prepositum de Domno Martino, Carnotensis diocesis, eidem monasterio immediate subjecto, ac prelibati monasterii monachum, unanimiter consenserunt, et deinde dictus G., thesaurarius, de predictarum collegarum suorum consensu et mandato, vice sua et ipsorum collegarum ac supradicti conventus, ex concessa sibi et suis collegis a priore et conventu supradictis ut premittitur potestate, te in abbatem monasteri ejusdem elegit ac hujusmodi electionem tuam in presentia dictorum prioris et conventus sollempniter publicavit, tuque infra tempus legitimum eidem electioni, ad ipsorum prioris et conventus multiplicatam instantiam, consensisti, et ad sedem apostolicam accessisti, apud quam hucusque nosceris permansisse; et tam tu per te ipsum quam memorati prior et conventus per suos certos missos et procuratores ad nos propter hoc specialiter destinatos, presentato nobis electionis predicte decreto, a nobis ut electionem confirmaremus eandem suppliciter postulastis. Nos igitur electionem ipsam tuamque personam per venerabilem fratrem H. Ostiensem episcopum et dilectos filios nostros N. tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiterum et J. Sancte Marie in Via lata diaconum cardinales examinari fecimus diligenter, et facta nobis ab eisdem cardinalibus super hoc relatione fideli, quia eandem electionem invenimus canonice celebratam, de te, quem commendat scientia litterarum, et laudabilis

1. *In indice* Armambiris. *Ultra in bulla legendum esse videtur* Alrnambiris.

— preconia in placibilitate conversationis extollunt, et morum maturitas mira honestate decorat, — electionem ipsam, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica confirmantes, te dicto monasterio preficimus in abbatem tibique munus benedictionis nostris manibus inpendimus, subsequenter tenentes indubie quod diligenti tuo studio prefatum monasterium — de bono in melius temporalibus crescet auxiliis, et spiritualium sentiens incrementa proficiet virtutibus et exemplis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, nonas januarii, anno secundo.

In e. m. *priori et conventui Sancti Germani de Pratis.*
In e. m. *carissimo in Christo filio regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

1527 (DCXXXVI) Vatican, 21 janvier 1297.

Nominatio episcopi Balneoregensis. (fol. 149 v°.)

Venerabili fratri Stephano dicto Tasche episcopo Balneoregensi.

Ecclesia Balneoregensi per obitum Symonis episcopi vacante, et Matheo de Castro Petri, ordinis fratrum Minorum, qui per Johannem priorem Sancte Marie de Valle, Paulum prepositum ecclesie Sancte Christine et Alamanum Johannis Palmerii, canonicos Balneoregenses, capituli nomine, electus fuerat, renuntiante, predictus Stephanus, ordinis Predicatorum professor, in episcopum preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Balneoregensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Balneoregensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Balneoregensis.* — Dat. ut supra.

1528 (DCXXXVII) Vatican, 21 décembre 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 150.)

Dilecto filio Bernardo de Acromonte canonico Agennensi. Apostolice sedis —.

Ei confertur canonicatus, nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Agennensi, quem cum ecclesia S. Marie Deaurate Tholosane, curam animarum habentis, licite retinere poterit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. januarii, anno secundo.

In e. m. *eisdem executoribus quam in cap.* DCXXXI.

1529 (DCXXXVIII) Vatican, 21 janvier 1297.

De sudario Jesu Christi semel in anno ad hospitale S. Spiritus de Urbe deferendo. (fol. 150 v°.)

Dilectis filiis .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Xaxia de Urbe. Circumspecta apostolice sedis —. Sane fe. re. Innocentius papa III[us] predecessor noster duxit olim, dum viveret, provide statuendum ut dominica prima post octabam Epiphanie, quando illud legitur evangelium quod Jhesus cum discipulis suis in Chana Galilee, ubi mater ipsius erat invitata [1] ad nuptias, aquam convertit in vinum, ad hospitale vestrum, ubi memoria ipsius gloriosissime matris ejus recolitur, ejusdem veneranda effigies Jhesu Christi a beati Petri basilica per ipsius canonicos venerabiliter deferatur solemne, apud hospitale predictum ipso die instituens stationem, fuit hujusmodi de inde anteactis temporibus digne ac rationabiliter observatum [2]; nosque illud in dominica preterita proxime voluissemus et fecissemus cum debita reverentia observari et convenissemus una cum fratribus nostris — ad hospitale prefatum, ad celebrandum inibi missarum sollemnia et ad faciendum exhortatorium de hac celebritate sermonem. Sed cum apud prefatam basilicam, ubi beati Petri sedes extitit, ipsorum Petri et sedis et universalis ecclesie christianeque religionis et fidei agenda quedam comodius et plenius imminerent, ad que carissimi in Christo filii nostri Carolus Sicilie ac Jacobus Aragonie reges illustres et aliorum copiosa multitudo fidelium convenerunt, predictam effigiem quam sudarium vulgariter appellamus prefata dominica proxime preterita duximus, ex causis que ad id nos rationabiliter induxerunt, in jam dicta basilica propriis manibus fidelium predictorum aspectui presentandam, sicque ipso die prelibata effigies ad hospitale predictum more solito et juxta institutionem predecessoris ejusdem nec deportata extitit nec ostensa, nichilominus tamen ipsi hospitali consuetam dicto die per elemosinarium nostrum fecimus elemosinam exhiberi. Volentesque itaque sepefati hospitalis et vestris super hoc in posterum indenpnitatibus precavere, auctoritate vobis presentium indulgemus ut pro eo quod effigies ipsa dicto die juxta institutionem prelibati predecessoris ad hospitale predictum non extitit deportata, nullum ipsi hospitali et vobis in posterum prejudicium generetur —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

1530 (DCXXXVIIII) Vatican, 5 janvier 1297.

« Constituitur judex appellationum ». (fol. 150 v°.)

1. *Ms.* invitatus.
2. *Deficit vox aliqua, quam ad arbitrium legentis supplendam linquimus.*

Dilecto filio Peregrino de Anagnia, judici. Inter multiplices curas —. Cum itaque nonnunquam a rectoribus, qui sunt per sedem eandem deputati ad regimen terrarumque Romane ecclesie quoad spiritualia et temporalia sunt subjecte, necnon et ab aliis rectoribus locorum singularium ipsarum terrarum, super sententiis et processibus causarum criminalium ad sedem apostolicam [spectantium], contingat predictas ac appellationes hujusmodi ex defectu judicis competentis plus debito prorogari, propter quod plerumque crimina remanent impunita et oppressorum innocentia interdum longioribus afficitur laboribus et expensis, volentes super hoc de oportuno remedio providere, te jurisperitum, de cujus fidei puritate ac devotionis constantia plenam — fiduciam habemus, super hujusmodi appellationibus apud sedem apostolicam audiendis et sine debito terminandis, auditorem et judicem usque ad nostre voluntatis beneplacitum constituimus generalem, etc. —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1531 (DCXL) Vatican, 5 janvier 1297.

De priore Caritatis nominando. (fol. 151.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Cluniacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, et .. suppriori (sic) *prioratus de Caritate Cluniacensis ordinis, ac eorumdem monasterii et prioratus conventibus, Matisconensis et Autisiodorensis diocesium.* Etsi religiosorum —.

Ut prioratui de Caritate, per promotionem prioris ad abbatiam monasterii Cluniacensis nunc regimine destituto, et duobus administratoribus, durante discordia super nominatione prioris inter dictos prioratum et monasterium, ex litteris apostolicis commisso, nunc de priore provideat abbas predictus Cluniacensis, juxta formam conventionis inter partes intervente.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1532 (DCXLI) Vatican, 5 janvier 1297.

Confirmatio compositionis. (fol. 151.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Cluniacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, et .. suppriori prioratus de Caritate, nunc priore carentis, Cluniacensis ordinis, ac eorumdem monasterii et prioratus conventibus, Matisconensis et Autisiodorensis diocesium. Super gregem —.

Approbatur et confirmatur conventio inter monasterium Cluniacense et prioratum de Caritate, mediante Petro Autisiodorensi episcopo, habita, qua terminatur discordia inter eos versata circa designationem prioris d'cti prioratus de Caritate, quam monachi ejusdem prioratus asserebant faciendam esse ab abbate Cluniacensi inter tres personas ab ipsis presentatas, et abbas predictus ad se sine conditione pertinere contendebat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1533 (DCXLII) Vatican, 5 janvier 1297.

Processus contra cives Laudunenses. (fol. 152 v°.)

Dilectis filiis .. Sancti Martini et .. Sancti Vincentii monasteriorum abbatibus, ac .. priori Sancti Johannis Laudunensis. Ad nostram dudum perducto notitiam quod cum duo armigeri, qui cum quodam cive Laudunensi ad ignominiosa verba devenerant, timentes furorem populi Laudunensis, pro sua tuitione ad cathedralem ecclesiam Laudunensem fiducialiter confugissent, ac ad eos postmodum quidam ecclesiasticus, eorum consanguineus, intuitu societatis accedens, ibidem remansisset cum ipsis, commune civium Laudunensium, quod tunc erat, ex hoc contra ipsam ecclesiam concitati, in ipsius gravem injuriam, inito et deliberato consilio, clausis januis civitatis Laudunensis et pulsatis campanis communis ejusdem, graves excessus contra eosdem ecclesiam, clericum et armigeros duxerant committendos, frangendo ostia campanilis ejusdem ecclesie, ac ex ipso predictos clericum et armigeros per violentiam educendo ac adeo graviter pertractando quod propter hoc unus eorum postmodum expiravit, et alias diversimode immunitatem ipsius ecclesie temerariis ausibus notabiliter violando; ac super hiis dilectis filiis .. decano, .. thesaurario et capitulo ejusdem ecclesie Laudunensis ad nos humiliter recurrentibus, nos, volentes illud in hac parte adhibere remedium quod presumptorum hujusmodi detestandam frenaret audaciam, — predictam civitatem auctoritate apostolica supposuimus ecclesiastico interdicto, decernentes durare hujusmodi interdictum, et quod ipsum commune ejusque rectores vel officiales merum aut mixtum imperium ac jurisdictionem antiquam exercere nequirent, quousque commune ipsum ejusque rectores et officiales super premissis injuriis, excessibus, sive culpis, de stando precise mandatis nostris per nos vel per alium seu alios, quotiens opus existeret, faciendis sufficientem et plenam ydoneam cautionem prestarent, et interim reddidimus singulares personas de dicto communi, presertim filios et nepotes eorum qui fuerant culpabiles in premissis, inhabiles ad recipiendum ordinem clericalem, beneficium obtinendum, et ad publica officia

obtinenda, dilectis filiis Johanni de Sancto Verano, Sigalonie, in Aurelianensi et Andree de Sancto Fridolo, Archeiarum, in Trecensi ecclesiis archidiaconis per speciales nostras litteras sub excommunicationis pena — mandavimus ut interdictum ipsum, usque ad satisfactionem condignam, ipsi vel alter eorum facerent — inviolabiliter observari. Omnes illos qui in dicte immunitatis violatione, ostia frangendo campanilis ipsius, fuere culpabiles et ob hoc excommunicationis sententiam latam a canone incurrissent, eosque qui in hoc dederint consilium, auxilium et favorem, velut sacrilegos, tam diu pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos publice nunptiarent et facerent ab omnibus arctius evitari, donec super hoc satisfacerent competenter et mererentur per sedem apostolicam absolutionis beneficium obtinere. Illos vero qui alias dederant premissis vel eorum aliquo consilium, auxilium vel favorem, ecclesiam ipsam aut claustrum ejus vel infra septa ejusdem ecclesie sive claustri in auxilium intrantes memorati communis, aut in premissis seu eorum aliquo fuerant quoquomodo culpabiles, moneri publice facerent ut sub excommunicationis pena quam, si secus facerent, incurrerent ipso facto infra certum tempus quod pro peremptorio termino eis ducerent assignandum, comparerent coram eis, juraturi super hiis in quibus fuissent culpabiles stare mandatis ecclesie ac ipsorum et pro meritis recepturi, eisque qui comparerent et humiliter recognoscerent suum reatum et jurarent stare ecclesie mandatis ac ipsorum, et ad recipiendum penitentiam se paratos offerrent, imponerent penitentiam salutarem prout culpe qualitas exigeret eorumdem. Illos autem qui, ut premittitur, comparere et jurare contempnerent, denuntiarent excommunicationis sententia innodatos, a qua absolvi non possent absque speciali sedis memorate mandato, sententias quoque, processus et actus judiciales quoscumque per majorem, juratos et scabinos dicti communis, et quoscumque alios tunc temporis eidem presidentes communi, electos vel in posterum eligendos, excommunicatione legatos premissorum aut alicujus eorum occasione seu causa, habitos vel prolatos, et quos haberi et proferri contingeret ab eis qui forent earumdem litterarum nostrarum auctoritate legati, decernerent eadem auctoritate nullius existere firmitatis. Ex parte nostra insuper Baldoinum Fromages et quosdam alios cives Laudunenses nominatim expressos, precipuos, ut asserebatur, predictorum excessuum patratores, et commune predictum peremtorie citare curarent ut, infra tres menses post citationem eorum, dicti cives personaliter et commune predicti per procuratorem ydoneum coram nobis comparere curarent, nobis super hoc beneplacitis parituri et recepturi pro meritis prout ordo exigeret rationis. Nos enim excommunicationis in unumquemque dictorum nominatorum civium ac interdicti in civitatem eandem, si per syndicum vel procuratorem legitimum, ut premittitur, non comparerent coram nobis, ob hoc sententias duximus promulgandas —. Sane predicti Johannes et Andreas archidiaconi, auctoritate predictarum litterarum nostrarum, super executione premissorum per patentes eorum litteras venerabilibus fratribus nostris universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, officialibus, ecclesiarum curatis atque presbyteris, necnon religiosis omnibus in regno Francie constitutis — suum direxere mandatum. Cumque ad dilectos filios Guillelmum Premo[n]stratensis, Johannem Sancti Martini, Johannem Sancti Vincentii Laudunensis, Guillelmum Sancti Nicolai in Bosco et Johannem Sancte Marie de Nongenco, Laudunensis diocesis, monasteriorum abbates, ac Johannem dictum Lefusclier, decanum christianitatis Launensis, eedem predictorum archidiaconorum delegatorum a nobis littere pervenissent, dictus decanus, vice sua et eorumdem abbatum ac de ipsorum expresso mandato, sibi ad hoc presentialiter assistentium in curia abbatie Sancti Johannis Laudunensis sita in eadem civitate Laudunensi, presentibus inibi magistris Milone decano, Hugone de Busuntio (*sic*) officiali et quampluribus aliis canonicis Laudunensibus, ac Gerardo de Molingant, majore, pluribusque juratis et scabinis civitatis ejusdem, necnon cleri et populi Laudunensis multitudine copiosa, juxta hujusmodi nostri et predictorum archidiaconorum mandatorum tenores, legit et denuntiavit publice ac etiam publicavit civitatem Laudunensem per nos ecclesiastico fore suppositam interdicto ac decretum fuisse interdictum durare predictum, et quod commune Laudunense ipsiusque rectores vel officiales super premissis injuriis, excessibus sive culpis de stando precise mandatis nostris — etc, *ut supra in de interdicto et de excommunicatione mandato;* —

Omnes qui culpabiles fuerunt ostia frangendo campanilis, aut auxilium et consilia dando, coram predictis Johanne et Andrea apud civitatem Autisiodorensem certa die compareant; Balduinus vero dictus Fromages, et alii cives nominatim designati, excepto Thoma de Collegiis, qui decesserat, et commune prefatum infra tres menses per procuratorem coram sede apostolica.

— Et insuper idem decanus accedens personaliter ad domos quas tunc, ut dicitur, inhabitabant prenominati cives ad nostram presentiam personaliter evocati, necnon ad domos communis et Gerardi de Molinchat (*sic*), majoris civitatis et pacis Laudunensium, contra quosdam ex

eis personaliter inventos, contra reliquos vero in eorum domibus, et contra commune predictum de comparendo coram nobis similem iterato citationem emisit. Cumque predicti J. et A. archidiaconi dilectis filiis magistris Hugoni de Hermant, archidiacono, et Guillelmo de Chayleyo, canonico Autisiodorensi, et cuilibet eorum in premissis exequendis comisissent, non tamen totaliter, vices suas, et adveniente termino apud Autisiodorum illis qui alias dederant in delictis et violentiis supradictis in ipsa Laudunensi ecclesia perpetratis, auxilium, consilium vel favorem, ecclesiam ipsam aut claustrum intrantes in auxilium communis Laudunensis, aut in predictis vel eorum aliquo fuerant quomodolibet culpabiles, ad comparendum personaliter, ut predicitur, assignato, et Johanne dicto Lebel cive Laudunensi per se, ac procuratorio nomine, ut dicebat, pro hominibus civitatis Laudunensis et villarum de Vallibus, de Ardone, de Lenbyaco (?), de Semillaco, de Campo Lupi et de Sancto Marcello subtus Laudunum, coram predicto magistro Guillelmo de Chaylliaco (*sic*), uno de subdelegatis predictis, in assignatis die ac loco comparente, ac petente fieri sibi copiam litterarum ibidem super hiis exhibitarum coram ipso, licet Guillelmus ad petitionem ejusdem Johannis decreverit eandem copiam sibi fieri, dictus tamen Johannes ab eodem Guillelmo pluries requisitus ut, secundum monitionem sibi et aliis quorum nomine comparebat et quorum comparere intererat illo die, procederet in negotio supradicto, procedere ulterius in ipso negotio non curavit, quin potius absque canonici prefati licentia se contumaciter assentavit, causam aliquam rationabilem non pretendens quare memoratus G. contra ipsum et alios sic monitos et citatos, secundum tenorem et formam predicti mandati nostri, procedere non deberet. Et cum nec dictus Johannes neque aliquis alius de predictis sic citatis et monitis in termino ipso legitime comparuerit coram Guillelmo predicto, juraturus stare mandatis ecclesie atque suis, et pro meritis recepturus —, juxta mandatum nostrum predictum, memoratus G., auctoritate prefata in premissorum executione procedens, predictos sic ad comparendum in dicto loco monitos et citatos denuntiavit excommunicationis sententia innodatos, a qua absolvi non possent absque sedis apostolice speciali [mandato], mandans in virtute obedientie archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, etc., regni Francie, — ut illos, — ubicunque et quandocunque a portitore litterarum ipsarum requisiti forent, denuntiarent auctoritate predicta excommunicationis sententia innodatos —. Nuper autem magistris Felicio de Trecis et Drocone de Caritate, canonicis Laudunensibus, et magistro Roberto de Jassia, canonico Gergoliensi Aurelianensis diocesis, procuratore capituli et ecclesie Laudunensis, pro se et ipsis decano et capitulo ac ecclesia comparentibus super hujusmodi negotio coram nobis, fuit pro parte ipsorum decani et capituli et ecclesie a nobis supplicatum cum instantia et petitum, cum dicti tunc communia vel commune aut pax seu cives vel homines Laudunenses, facti sue salutis immemores nec ducti penitentie spiritu super hujusmodi commissis sceleribus per eosdem, sed pertinacius indurati post publicationem eis factam et notitiam ab eis habitam de hujusmodi nostris et predictorum archidiaconorum, aut subdelegatorum ab eis, sententiis et processibus, ut premittitur, latis et habitis tam generaliter quam specialiter et nominatim etiam contra eos, illis parere ac maxime interdictum servare predictum tam contumaciter quam dampnabiliter contempserint, inhumando in cimiteriis ecclesiarum tam civitatis et diocesis Laudunensis quam alibi, et cum solitis exequiis, quorumdam ex eis corpora defunctorum et presertim quondam Thome de Collegiis, qui hujusmodi sceleris fuerat unus de precipuis patratoribus, et plurimum aliorum qui postmodum obierunt, audiendo quoque divina officia extra civitatem Laudunensem in ecclesiis diocesis Laudunensis, mero et mixto inperio (*sic*) ac jurisdictione contra prohibitionem nostram, licet nullam cautionem vel satisfactionem in premissis, ut debebant, obtulerint vel prestiterint, abutendo, usque quo carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francorum illustris, premissum facinus tanquam sibi publicum et notorium puniens, predictos civitatem et cives Laudunenses perpetuo finaliter privavit omni jure communitatis et collegii, quocumque nomine censerentur, campanam, sigillum, archam communem, chartas, privilegia, omnem statum justitie, jurisdictionis et judicii, scabinatus et officii juratorum, et alia ad ipsam civitatem et collegium pertinentia ab eis penitus et in perpetuum abdicando; prefatas etiam interdicti et excommunicationis sententias sustinuerint in contemptum clavium jam non modicum tempus, animis induratis, nec signa penitentie seu satisfactionis super predictis ostenderint, sed ostinatoris contumacie contemptus et dampnationis potius se pravos reddiderint septatores, dictaque Laudunensis ecclesia et prefatum capitulum, ob hujusmodi perfidiam civitatis et civium predictorum a propriis laribus nunc quasi exulare coacti, comoditate status soliti destituti ac a salutiferis apud ipsam ecclesiam jocunditatibus alieni, multa et gravia bonorum incomoda et expensarum onera pertulerint et substineant, castigationis et correctionis officium circa predicta per nos salubriter inchoatum ad effectum perducere debitum, et manum ac virgam auctoritatis apostolice super prescriptis aggravare processibus contra predictos, quos

timor Dei a malo non revocat, necnon emendam injuriarum hujusmodi predictis decano, capitulo et ecclesie, ac etiam thesaurario ipsius ecclesie, tam in ipsa ecclesia, choro et campanili quam in claustro et septis illorum illatarum, de quarum extimatione seu taxatione parati erant debitam fidem facere, resarationem etiam expensarum atque dampnorum impendi eis facere favorabiliter dignaremur. Verum licet Gaufridus de Baylliaco dicens se, per quoddam instrumentum productum ab ipso, procuratorem et syndicum hominum civitatis Laudunensis et villarum de Vallibus, de Ardone, de Semilliaco, de Campo Lupi, et de Sancto Marcello subtus Laudunum, qui se ad constituendum in hac parte procuratores per ipsas civitatem et villas generaliter vocatos et in unum congregatos in copiosa multitudine referebant, que olim commune vel universitas seu pax Laudunensis dicebantur, procuratorio et syndicario nomine pro ipsis et quolibet eorumdem sub ficte contrictionis specie comparuerit super hujusmodi negotio coram nobis, et confessus fuerit in judicio tenorem sententie regie supradicte, inter cetera continentem quomodo super dictis excessibus tanquam super negotiis rex ipse processit, idem tamen Gaufridus, pro illis quorum procurator se dicebat, nec satisfacere voluit nec cautionem offerre que ex mansuetudine et condescensu misericordie petebatur ab eo, nemini veniente in dubium quod in excessibus[1] notoriis sive culpis satisfaciendum est potius quam a cautionibus inchoandum. Quare ipsos reputavimus, exigente justitia, contumaces. Nos igitur tantam predictorum hominum seu civium Laudunensium ac villarum predictarum, quos processus predicti contingunt, contumaciam tantumque contemptum, tanquam ipsorum graves offensas et excessus in divinam et nostram ac sedis apostolice injuriam, et libertatis ecclesie ac predicte Laudunensis ecclesie immunitatis violationem et prejudicium perpetratos, habitos atque commissos, [punire] volentes, sicut etiam nec debemus sub dissimulatione transire quin nunc et alias — procedamus gravius contra eos, et eisdem decano, thesaurario et capitulo ac ecclesie Laudunensi de oportuno provisionis remedio succuramus, omnes sententias et processus per nos et sepefatos archidiaconos delegatos a nobis, ac per subdelegatos ab ipsis, seu per alios auctoritate nostra in hac parte factos, habitos et prolatos in suo manere volumus et decernimus robore firmitatis, et prelibatum interdictum ac alia supradicta precipimus firmiter observari donec aliud super hoc duxerimus ordinandum, processibus, penis et sententiis omnibus atque multis per prefatum regem Francie vel ejus auctoritate factis, habitis, inflictis sive prolatis contra ipsos cives et homines Laudunenses et predictarum villarum, vel aliquos eorumdem et successores ac posteros eorum, super privatione juris communitatis[1] et collegii, quocunque nomine conferantur, et abdicatione in perpetuum campane, sigilli, arche communis, cartarum, privilegiorum et omnis justitie jurisdictionis, judicii, scabinatus et officii juratorum, et aliorum ad ipsam communitatem et collegium pertinentium, necnon super quibuscunque bonis mobilibus et immobilibus atque juribus ipsorum in sua manentibus firmitate. Ceterum supradictos cives et homines Laudunenses ac successores et posteros eorumdem dictamque civitatem inhabiles reddimus et non capaces omnino restitutionis, acceptationis communie et communitatis vel universitatis, collegii et etiam pacis, ut hactenus solet vocari vel dici, campane, sigilli, arche communis, chartarum, privilegiorum et omnis status judicii, etc. Nec a memoria excidit quod hujusmodi communia, communitas, universitas, collegium sive pax infeste, pestifere et dampnose fuerint episcopo, capitulo et ecclesie Laudunensi memoratis, prout inter cetera dolendum memoriter de bo. me. Elmando Laudunensi episcopo, communitate ipsa conspirante in eum unanimiter, interempto habetur exemplum. Et nichilominus eosdem cives et homines Laudunenses, presertim filios et nepotes eorum, — inhabiles reddimus ad recipiendum ordinem clericalem, ecclesiasticum beneficium obtinendum et ad publica officia exercenda, ab omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, que ante predictam inhabilitatem habebant, fructuum perceptione auctoritate presentium suspendimus; illos quoque ex ipsis [qui] judices vel tabelliones fuerint, ab executione officiorum hujusmodi auctoritate suspendimus memorata —. Debitoribus vero eorumdem civitatis et hominum Laudunensium auctoritate apostolica indulgemus ut, donec ipsi cives et homines ab excommunicationis sententia qua tenentur astricti fuerint absoluti, respondere ipsis de creditis minime teneantur, non obstantibus quibus conventionibus, pactis et promissionibus initis inter eos, penarum et juramentorum etiam adjectione vallatis. Preterea, cum non deceat illos matris lactari uberibus qui, eam afficientes molestiis et jacturis, propter ingratitudinis vitium ipsius hereditatis redimerentur expertes, statuimus — ut nullus ex dictis civibus et hominibus Laudunensibus qui, tempore predicte effractionis immunitatis ejusdem ecclesie Laudunensis, commune vel universitas sive communia vel pax Laudunensium vocabantur, nec eorum posteri in perpetuum, in episcopum

1. *Ms.* necessibus.

1. *Ms.* communitatibus.

vel decanum seu thesaurarium vel canonicum aut ad statum aliquem in ipsa Laudunensi ecclesia eligi, assumi, recipi vel admitti debeant sive possint, absque dicte sedis gratia speciali—. Quocirca dignitati vestre per apostolica scripta— mandamus quod vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, hujusmodi nostras predictorum corroborationem et aggravationes processuum et alia supradicta et infrascripta ad notitiam predictorum civium et hominum Laudunensium et aliorum de quibus expedire videritis deducentes, ac ea in locis de quibus vobis videbitur nuntiantes, et etiam publicationes illas mandetis et faciatis auctoritate nostra inviolabiliter observari. Prefati quoque quondam Thome de Collegiis et aliorum ex dictis civibus et hominibus excommunicatorum seu interdictorum defunctorum corpora, ubicunque in ecclesiis vel earum cimiteriis Minorum, Predicatorum, Templariorum, Hospitalariorum, et aliorum quorumcunque religiosorum vel secularium post publicationem et notitiam supradictas inhumata fuisse noscantur, exhumari penitus faciatis, invocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis —.

Sequuntur alie prohibitiones, sepulture scilicet, etc., contra excommunicatos late.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno secundo.

1534 (DCXLIII) Vatican, 27 janvier 129

Dispensatio. (fol. 154 v°.)

Dilecto filio Eximino electo Cesaragustano. Pridem Cesaragustane ecclesie —.

Ei, dudum sacriste ecclesie Cesaragustane et in subdiaconatus ordine constituto, nunc in episcopum ejusdem ecclesie prefecto, conceditur, ad preces Jacobi regis Aragonum et suas, ut, « propter marium discrimina et paupertatem ecclesie supradicte », a quocumque maluerit catholico episcopo, duobus vel tribus episcopis ascitis, gratiam ordinationis in presbyterum et consecrationis recipere possit, salvo jure episcopi et ecclesie Terraconensium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. februarii, anno secundo.

1535 (DCXLIIII) Vatican, 13 janvier 1297.

Licentia pro clericis. (fol. 154 v°.)

Dilecto filio nobili viro Lodovico comiti Nivernensi. Devotionis affectus —.

Ut tres ejus clerici integraliter beneficiorum suorum redditus percipere possint, quotidianis distributionibus exceptis, nec ad residentiam faciendum teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno secundo.

In. e. m. *dilectis filiis .. archidiacono Nivernensis et .. Cameracensis ac .. Betuniensis, Atrebatensis diocesis, prepositis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1536 (DCXLV) Vatican, 15 décembre 1296.

Licentia. (fol. 154 v°.)

Dilecto filio nobili viro Philippo comiti Theatino et dilecte in Christo filie nobili mulieri Mathildi uxori ejus. Ut hostis antiqui —.

Possint ydoneum, quem voluerint, eligere confessorem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVIII kal. januarii, anno secundo.

1537 (DCXLVI) Vatican, 13 janvier 1297.

Alia licentia pro eisdem. (fol. 155.)

Eisdem. Devotionis vestre —.

Ut habere possint altare portatile.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno secundo.

1538 (DCXLVII) Vatican, 13 janvier 1297.

Licentia. (fol. 155.)

Dilecto filio nobili viro Lodovico comiti Nivernensi. Devotionis tue —.

Ut habere possit altare portatile.

Dat. ut supra.

1539 (DCXLVIII) Vatican, 13 janvier 1297.

Licentia filias in monasterio de Bello loco ponendi ad instituendum. (fol. 155.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni comiti Flandrie. Meritis tue devotionis —. Tuis itaque supplicationibus inclinati,

ut unam vel plures de tuis et liberorum tuorum filiabus parvis, cum honesta aliqua muliere, infra clausuram monasterii de Bello Loco ordinis sancte Clare, Tornacensis diocesis, quod tuis sumptibus fundavisti et bonis propriis dotavisti, ponendi ad doctrinam [1] et disciplinam recipiendum in ipso —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno secundo.

1540 (DCXLVIII) Vatican, 13 janvier 1297.

Licentia pro clericis. (fol. 155.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelle comitisse Flandrie. Devotionis affectum —.

Ut quatuor clerici, ejus familiares commensales, beneficiorum suorum redditus, quotidianis distributionibus exceptis, integraliter percipere possint, nec ad faciendum residentiam teneantur.

Dat. Rome, id. januarii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. Harlebecensis et .. Sancti Petri diaconi prepositis et .. decano Tornacensis, Morracensis et Atrebatensis diocesium, ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1541 (DCL) Vatican, 21 janvier 1297.

Licentia. (fol. 155.)

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Neapolitano. Ex parte tua —.

Ut possit duabus personis tabellionatus officium concedere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

1542 (DCLII *sic*) Vatican, 14 février 1297.

Executoria de mutuo contrahendo. (fol. 155.)

Dilectis filiis .. preposito Pistoriensis ac Bartholo Abbatis canonico Bononiensis ecclesiarum, et officiali Senonensi.

Quod Johannes, abbas monasterii Sancti Germani de Pratis, usque ad summam quatuor millium librarum turonensium parvorum mutuum contrahere possit a Sagina Philippi, Albizo Martini et Manecto Jacobi, mutuantibus pro se ipsis ac Rogerio Maynecti, Jacobo et Philippo Hugonis, Raynerio Cambii, Raynutio Hughi, Maffeo Clarissimi et Bartholomeo Macchi, ac ceteris sociis suis, civibus et mercatoribus Florentinis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. martii, anno tertio.

1. *Ms.* dotrinam.

1543 (DCLIII) Vatican, 13 janvier 1297.

Collatio beneficii. (fol. 155 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Gemini de Sancto Gemino [1], Narnensis diocesis, ac .. priori et Symoni Lizardi Militis canonico Spoletane [ecclesie]. Sincere devotionis affectus —.

Ut, consideratione meritorum cujusdam Percevalli, militis Spoletani, Andream natum ipsius Percevalli, canonicum de Sancto Erasmo Spoletane diocesis, in corporalem possessionem beneficii prebendalis, nunc in ecclesia cathedrali vacantis aut proximo vacaturi, inducant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno secundo.

1544 (DCLIIII) Vatican, 4 janvier 1297.

Collatio beneficii. (fol. 155 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Francheleus canonico Lugdunensi. Digne agere —.

Ei auctoritate apostolica confertur prioratus, dignitas vel officium, in ecclesia Lugdunensi, in qua prebendam et canonicatum obtinet, nunc vacans aut proximo vacaturum, non obstante quod in eadem ecclesia canonicatum et prebendam, et ecclesiam de Offord, Lincolniensis diocesis, curam habentem animarum, necnon prioratum de Valens, Lugdunensis diocesis, spectantem ad prioratum Clari Loci Matisconensis diocesis, ratione monasterii Cluniacensis, ad vitam suam sub annuo censu obtinet, et omnia hec beneficia insimul retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. januarii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri .. archiepiscopo Lugdunensi et dilectis filiis abbati monasterii de Savignaco, Lugdunensis diocesis, ac Guidoni de Meolano canonico Ebredunensi.* — Dat. ut supra.

1545 (DCLV) Vatican, 25 février 1297 (?).

Licentia. (fol. 156.)

Dilecto filio magistro Petro de Eugubio, camere nostre clerico, canonico et cantori ecclesie Morinensis. Considerantes benignius —.

Ut, apud sedem apostolicam moram trahens, vel residens personaliter in aliqua ecclesiarum in quibus beneficiatus existit, redditus cantorie quam in ecclesia Morinensi necnon et prebendarum quas in eadem, Sancti Quintini in Viroman-

1. *Ms.* Gemmino.

dia, Noviomensis diocesis, et Sancti Petri in foro Laudunensis ac Assisinate ecclesiis obtinet, atque ecclesie Sancti Martini Eugubini, cujus rector existit, integraliter et insimul percipere possit, nec ad faciendum in aliqua residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. martii, anno secundo.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Atrebatensi et dilectis filiis preposito ecclesie Sancte Cecilie Reatine ac plebano plebis de Laureto Eugubine diocesis.* — Dat. ut supra.

1546 (DCLVI) Vatican, 26 janvier 1297.

Collatio beneficii [1]. (fol. 156 v°.)

Dilecto filio magistro Petro de Eugubio, camere nostre clerico, canonico et cantori ecclesie Morinensis. Per grata devotionis —.

Ei conferuntur canonicatus, prebenda et cantoria in ecclesia Morinensi, nunc vacantes per resignationem magistri Adami de Nigellis, capellani pape, canonici ecclesie Ariensis Morinensis diocesis, apud sedem apostolicam factam et admissam, de quibus investitur, prefati Petri de Eugubio nomine, Petrus Roderici canonicus Carnotensis, non obstante quod in Assisinate, et in Sancti Quintini in Viromandia, Noviomensis diocesis, et in Sancti Petri in foro Laudunensis, ecclesiis canonicatus, et ecclesiam Sancti Martini Eugubini obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. februarii, anno secundo.

In. e. m. *dilectis filiis Leonardo de Ferentino, archidiacono de Barro in ecclesia Lingonensi, et Johanni Lantelini, Atrebatensis, ac Herrico de Pontetremulo, de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

1547 (DCLVII) Vatican, 27 novembre 1296.

Commissio dispensandi cum quibusdam clericis. (fol. 157.)

Venerabili fratri Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi. Habet oblate nobis tue petitionis assertio quod, licet nonnulli clerici ecclesias parrochiales in civitate ac diocesi Magdeburgensi post generale concilium Lugdunense novissime celebratum assecuti existant, ipsi tam[en] infra annum juxta tenorem constitutionis in eodem concilio edite se non fecerunt in presbyteros promoveri et nichilominus easdem retinuerunt ecclesias et retinent—, quodque sunt etiam multi qui, in eadem civitate ac diocesi duo beneficia similem curam habentia hactenus sine dispensatione legitima adepti, ea adhuc retinent, percipiendo fructus et redditus ex eisdem, et nonnulli ipsorum, post temerariam perceptionem fructuum, alterum ex ipsis beneficiis dimiserunt. Quidam etiam eorum, quanquam propter predicta transgressionis et quodammodo rapine nota essent respersi, tamen superiores receperunt ordines et in eis ministrant, et etiam aministrant ac sunt ecclesiastica beneficia consecuti. Verum cum prefati clerici ab ecclesiis et beneficiis hujusmodi que pacifice possident, propter non modice multitudinis obicem et patronorum ecclesiarum potentiam, de facili, sicut asseris, nequeant amoveri, nobis humiliter supplicasti ut providere super hiis — dignaremur —.

Istis clericis indulgeat ut « singuli singulas ecclesias, nulli alio debitas de jure, dummodo alias existant ydonei et se faciant infra annum, statutis temporibus, in presbyteros promoveri, et ut alii qui unum de predictis duobus beneficiis, curam animarum habentibus, similiter nulli alii de jure debitum, dimisso altero quod maluerint, licite retinere valeant [1] —. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. decembris, anno secundo.

1548 (DCLVIII) Anagni, 18 février 1297.

Commissio confirmandi quamdam abbatissam. (fol 155.)

Venerabilibus fratribus .. Albiensi et Biterrensi [2] *episcopis.* Suscepti cura —. Ex parte siquidem dilecte in Christo filie Helitz Adzemarie, monialis monasterii Sancti Saturnini prope Ruthenam ordinis sancti Benedicti, fuit propositum coram nobis quod olim eodem monasterio, per mortem quondam Jauzonis ipsius monasterii abbatisse, vacante, moniales dicti monasterii die ad eligendum prefixa convenientes in unum ac deliberantes super hoc per viam procedere compromissi, Ricarde de Novacella, sacristane ipsius monasterii, et Valburgi, priorisse prioratus de Rometa ad dictum monasterium immediate spectantis, ejusdem monasterii monialibus, providendi ea vice dicto monasterio de abbatissa concesserunt unanimiter potestatem, eedemque sacristana et priorissa, hujusmodi potestate recepta, predictam Helitz in abbatissam dicti monasterii concorditer elegerunt ; cumque dicta Helitz, infra tempus legitimum hujusmodi electioni ad instantiam conventus monasterii prefati consentiens, electionem ipsam, venerabili fratri nostri episcopo Ruthenensi pre-

1. Cf. n° 1545.

1. *In margine legitur :* Similis littera registrata est in reg. tertii anni in capit. XLI et est de secundo anno.

2. *Ms.* Biteren.

sentatam, ab eo peteret auctoritate ordinaria confirmari, quedam ipsius monasterii moniales, se electioni hujusmodi opponentes, quanquam prius electionem approbassent eandem, coram eodem episcopo excipiendo curaverunt quod tam conventus quam sacristana et priorissa prefate, hujusmodi compromissi tempore, diversis erant sententiis excommunicationum astricte et quod propter hoc de jure non erat eadem electio consummanda. Dictus vero episcopus causam hujusmodi officiali suo et magistro Raymundo Rigaldi, clerico Ruthenensis diocesis, audiendam commisit; et licet ex parte dicte Helitz coram prefatis officiali et clerico quedam replicationes et alie rationes proposite fuerint, per quas hujusmodi exceptiones excommunicationis elidebantur dictaque debebat electio confirmari, demum tamen Petrus Bosonis, canonicus Lodovensis, cui memoratus episcopus predictam causam terminandam commissit, perperam in ipsa procedens, pronuntiavit predictam electionem non esse aliquatenus confirmandam, propter quod pro parte prefate Helitz fuit ad sedem apostolicam appellatum, et fe. re. N. papa IIIius predecessor noster dilectum filium Raynerium de Casulis, electum Cremonensem, tunc capellanum sedis apostolice ac auditorem palatii apostolici, deputavit specialiter in negotio hujusmodi auditorem, coram quo, in eodem negotio pro parte dicte Helitz oblato libello et lite inter partes legitime contestata et de veritate dicenda prestato juramento, diu extitit in negotio ipso processum. Demum vero idem auditor ad Cremonensis ecclesie regimen est assumptus, nosque adhuc — plene nequivimus de ipsius negotii meritis informari. Quare fuit nobis ex parte dicte Helitz humiliter supplicatum ut, cum dictum monasterium per octo annos et amplius jam vacarit et exinde dictum monasterium gravia incommoda pertulisse —, ne idem monasterium ex prolixiori vacatione gravioribus dispendiis expositum maneat, predicto negotio finem imponere ac ordinare de ipso monasterio salubriter dignaremur —.

Ut possint, dicte Helitz resignatione recepta, predictam Helitz, si eam ydoneam jud caverint, aut aliam, in abbatissam preficere.

Dat. Anagnie (*sic*), XII kal. martii, anno secundo.

1549 (DCLVIII) Vatican, 28 février 1297.

Quittatio. (fol. 157 v°.)

Dilectis filiis Raynutio, Lamberto, Albizo et Johanni de Abbatibus, Johanni et Rossellino de Bacharellis, Marcho nato predicti Raynutii, Lapo Faynini, Jacobo Johanni (sic), *et ceteris eorum sociis de societate Raynutii et Johannis de Bacharellis*[1] *predictorum, civibus et mercatoribus Florentinis.* Cum bone memorie Ber[n]ardus episcopus Paduanus, olim collector decimarum trium annorum, secundo pro negotio regni Sicilie et quibusdam ecclesie Romane necessitatibus concessarum, in Aquileyensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Mediolanensi ac Januensi archiepiscopatibus atque provinciis, necnon in Papiensi, Placentino et Castellano episcopatibus et diocesibus per sedem apostolicam deputatus, de ipsis decimis, prout dilectus filius magister Petrus Andree de Fontesio, clericus et olim ejusdem episcopi familiaris et notarius, per libros receptionum dictarum decimarum camere nostre particulariter assignavit, quandam ultra expensas suas seu salarium suum receperit pecunie quantitatem, in qua quidem ipsius episcopi bona ubicunque et penes quoscunque inventa fuerint, noscuntur Romane ecclesie obligata; vosque nuper ad mandatum nostrum per venerabilem fratrem Hugonem, Ostiensem[2] et Velletrensem episcopum, ac dilectum filium magistrum Theodericum, Pisanum electum, camerarios nostros, vive vocis oraculo vobis factum, centum et quinquaginta florenos auri, quos dudum prefatus episcopus Paduanus nomine proprio penes vos et societatem vestram, ut in instrumento publico — camere nostre per dictum clericum in partem solutionis prelibate pecunie tradito plenius continetur, dilectis filiis Baldo Raynerii et Bonino Gerardini de societate Clarentum de Pistorio, camere nostre mercatoribus, duxeritis persolvendos, nobis humiliter supplicastis ut super hoc providere vobis, sociis et societati vestris de oportune quitationis et refutationis cautela per apostolicas litteras dignaremur. —

Conceditur ut de dicta summa centum et quinquaginta florenorum auri, a predictis mercatoribus soluta, nihil unquam repeti debeat, et predictum instrumentum de deposito facto irritum decernitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. martii, anno secundo.

1550 (DCLX) Vatican, 1er décembre 1297.

Alia quittatio pro mercatoribus de societate Pulicum et Lambertinorum[3]. (fol. 158.)

Cum pecunia de Terre sancte subsidio deputata, per nonnullos collectores in diversis partibus auctoritate

1. *Ms.* Bacherellis.
2. *Ms.* Hostien.
3. *Deficit suscriptio. Suppletur ex supranominato indice.*

apostolica collecta, et penes vos et societatem vestram nomine Romane ecclesie ac Terre sancte predicte deposita —, setingentos (*sic*) viginti quinque florenos auri, ad requisitionem et mandatum dilecti filii magistri Theoderici, Pisani electi, camerarii nostri, ex parte nostra vive vocis oraculo vobis factum, pro quibusdam nuntiis ad Januensem et Venetiarum civitates pro ipsius Terre sancte, ac ad partes Sicilie [pro] quibusdam ecclesie Romane negotiis transmissis, vestro et societatis vestre nomine duxeritis persolvendos, nobis humiliter supplicastis ut super hoc providere dignaremur. —

Illa septingentorum viginti quinque florenorum rata habetur solutio, et quoad illam quantitatem predicti socii omnino absolvuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. decembris, anno secundo.

1551 (DCLXI) Vatican, 28 janvier 1297.

Alia quittatio pro aliis. (fol. 158.)

Dilectis filiis Nese Bartholomei, Andree Justi, Martino, Marcho et Meo Jacobi, Thocco Bartholomei, Jacobo et Lante Agolantis, Francisco Lanfranchi ac Francisco ejus filio, ac ceteris eorum sociis de societate Amannatorum. Cum de pecunia —.

Cum de deposito eis facto per quondam Bernardum episcopum Paduanum, supra intendentem decime trium annorum pro negotio regni Sicilie et necessitatibus Romane ecclesie ordinate, mille florenos auri quinque libras et decem solidos venetorum grossorum de argento Baldo Raynerii et Bonino Gerardini de societate Clarentum de Pistorio, camere apostolice mercatoribus, assignaverint, a predicte summe restitutione in futurum quittantur et absolvuntur, instrumentumque super hoc factum decernitur irritum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

1552 (DCLXII) Vatican, 6 janvier 1297.

Confirmatio beneficii. (fol. 158 v°.)

Dilecto [1] *filio Francisco, filio domini Corradi de Brancha militis Eugubini.* Dudum vacante ecclesia —.

Cum vacans ecclesia Sancti Martini de Collibus, Perusine diocesis, ad monasterium Sancti Benedicti de Gualdo ordinis sancti Benedicti, Nucerine diocesis, spectans, per abbatem et conventum predicti monasterii in beneficium ad percipiendum redditus Francisco, quandiu viveret, assignata fuerit, et ex intervallo Nerius, natus Hugolini Abbatis, clericus Perusinus, cui per litteras apostolicas beneficium vacans aut proximo vacaturum in civitate vel diocesi Perusina concessum fuerat, de ipsa ecclesia Sancti Martini ab executoribus obtinuerit provideri, decernitur ut dictus Franciscus in reddituum ecclesie prefate possessione confirmetur, sed de predictis fructibus eidem Nerio, quousque beneficium ecclesiasticum secundum dictarum litterarum tenorem is adeptus fuerit, sexaginta libras cortonensium annuatim in festo Nativitatis Domini, pensionis nomine, solvere teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum. VIII id. januarii, anno secundo.

In e. m. *episcopo Perusino et abbati monasterii Sancti Benedicti de Montepilio, Eugubine diocesis, ac Nicolao de Yporegia canonico Leodiensi.* — Dat. ut supra.

1. *Deficit suscriptio. Suppletur ut supra.*

1553 (DCLXIII) Vatican, 12 octobre 1296.

Nominatio electi Forosinfroniensis. (fol. 158 v°.)

Dilecto filio Monaldo electo Forosinfroniensi. Inter sollicitudines alias —.

Is, tunc canonicus Saresbiriensis, in ecclesie Forosinfroniensis episcopum preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. octobris, anno secundo.

In e. m. *capitulo ecclesie Forosinfroniensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Forosinfroniensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Forosinfroniensis.*

In e. m. *universis vassallis* [1] *ecclesie Forosinfroniensis.* — Dat. ut supra.

1554 (DCLXIIII) Anagni, 25 août 1296.

Licentia. (fol. 159.)

Venerabili fratri F. archiepiscopo Mediolanensi. Tuam volentes —.

Ut possit hac vice personis ydoneis beneficia ecclesiastica conferre que in civitate et diocesi sua tantum vacaverint ut eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta sit.

Dat. Anagnie, VIII kal. septembris, anno secundo.

1. *Sepius adhibetur forma* vasalli.

1555 (DCLXV) Vatican, 22 mars 1296.

Collatio canonicatus. (fol. 159).

Dilecto filio Massolo Raynerii canonico ecclesie Sancti Venentii de Fabriano Camerinensis diocesis. Probitatis meritis —.

Ob gratam memoriam quondam magistri Mantie de Fabriano, olim medici et familiaris pape, Massolo conceditur canonicatus ecclesie Sancti Venantii de Fabriano Camerinensis diocesis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. aprilis, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis .. priori ecclesie Nuccrine et Andree plebano plebis de Laureto, Eugubine diocesis, ac Petro canonico Eugubino.*

FIN DES LETTRES COMMUNES DE LA DEUXIÈME ANNÉE.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM CURIE SECUNDI ANNI

DOMINI BONIFATII PAPE VIII.

1556 (*Cur.* I) Vatican, 26 janvier 1296.

De pace reformanda in Romaniole partibus. (fol. 161.)

Venerabili fratri .. episcopo Papiensi. Cum te —.

Ut nuntios provincie Romaniole et nobilium illarum partium in curiam ad pacem inter eos reformandam mittat.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VII kal. februarii, anno secundo.

(POTTHAST, 24267.)

1557 (II) Vatican, 26 janvier 1296.

Eadem de re. (fol. 161.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni comiti de Montefeltro. Cum venerabilem fratrem —.

Quod personaliter in curia Romana compareat infra kal. martii proxime futuras, ut papa cum eo de statu provincie Romaniole tractet et providere possit que ad tranquillitatem et pacem illarum partium expedire viderit.

Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio nobili viro Galasso comiti Montisfeltri.*

In e. m. *dil. fil. nob. viro Corrado comiti Montisfeltri.*

In e. m. *dil. fil. nob. viro Malateste de Veruculo.*

In e. m. *dil. fil. nob. viro Raynerio de Carbulo.*

In e. m. *dil. fil. nob. viro Maynardo de Susignano.*

(Cf. POTTHAST, 24269.)

1558 (III) Vatican, 26 janvier 1296.

Eadem de re. (fol. 161.)

Dilectis filiis consilio et communi Ravennatibus. Cum venerabilem fratrem —.

Quod mittant duos ambaxiatores plenius informatos, infra idem tempus, super eadem re tractaturos.

Dat. ut supra.

In eundem modum *dilectis filiis consilio et communi Cesenatibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Ariminensibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Foroliviensibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Faventinis.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Foropopuliensibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Ymolensibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi Cerviensibus.*

In e. m. *dil. fil. consilio et communi civitatis Sancti Leonis.*

Data eadem in omnibus.

(Cf. POTTHAST, 24268.)

1559 (IIII)

Formula provisionis cuilibet pauperi clerico faciende. (fol. 161.)

Venerabili fratri .. episcopo Belvacensi. Constitutus in presentia —.

Ut .. pauperi clerico Belvacensi, per magistros .. et .. capellanos pape, examinatores super hoc deputatos, de litteratura examinato et invento ydoneo, de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, ad collationem vel presentationem .. abbatis et conventus monasterii .. ordinis S. Benedicti, ejusdem diocesis, vacante ad presens vel quamprimum vacaturo, provideat et inducat eum in corporalem possessionem ejusdem beneficii.

Ceterum districtius inhibemus ne prefato clerico auctoritate presentium in cathedrali provideatur ecclesia

vel de cujuslibet ecclesie collegiate prebenda, cujus proventus et redditus annui quadraginta librarum Turonensium parvorum summam, sive de aliqua parrochiali ecclesia vel alio ecclesiastico beneficio curam animarum habente, cujus redditus et proventus quinquaginta librarum ejusdem monete annuatim quantitatem excedant. Nos enim irritum decernimus et inane si quid contra hujusmodi nostram inhibitionem contigerit attemptari.

Hec clausula ponenda est cum scribitur in regno Francie, Alamanie, Navarre, Aragonie, Majoricarum, Valentie, Portugalie et Ispanie.

Ceterum districtius etc., usque redditus annui viginti quinque marcharum sterlingorum summam sive de aliqua parrochiali ecclesia etc., usque proventus quadraginta marcharum ejusdem monete annuatim quantitatem excedant. Nos enim etc. usque attemptari.

Hec clausula ponenda est cum scribitur in regno Anglie.

Ceterum districtius inhibemus ne prefato clerico auctoritate presentium in cathedrali provideatur ecclesia vel de cujuslibet ecclesie collegiate prebenda sive de aliqua parrochiali ecclesia vel alio ecclesiastico beneficio curam animarum habente, cujus redditus et proventus annui quinquaginta florenorum auri valorem excedere dinoscantur. Nos enim irritum et inane decernimus si quid contra hujusmodi nostram inhibitionem contigerit attemptari.

Hec clausula ponenda est cum scribitur in Lombardia et aliis partibus Ytalie.

1560 (v) Vatican, 5 février 1296.

De adventu regis Aragonum ad curiam festinando. (fol. 161 v°.)

Carissimo in Christo filio Jacobo regi Aragonum illustri. Si miserationis divine —.

Ut adventum suum ad curiam Romanam cum omni qua poterit acceleratione festinet. Mittitur ad eum propterea specialiter Leonardus minister ordinis Minorum Romane provincie, qui ipsum ad veniendum ex parte pontificis instantius excitet.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, non. februarii, anno secundo.

(Potthast, 24279).

1561 (vi) Vatican, 16 février 1296.

Recommendatio fratris Leonardi ad regem Aragonum missi. (fol. 162.)

Dilectis filiis universis ministris, custodibus et guardianis vel eorum vicariis seu vices gerentibus ordinis fratrum Minorum ad quos lictere iste pervenerint. Cum dilectum filium —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xiv kal. martii, anno secundo.

(Potthast, 24287.)

1562 (vii) Vatican, 15 février 1296.

Acceptatio potestarie Pisane. (fol. 162.)

Ad futuram rei memoriam. Venientes nuper ad presentiam nostram Raynerius Sampantis, judex, et Jacobus Favullie, sindici, procuratores et nuntii .. potestatis, .. capitanei, ansianorum, consilii et communis civitatis Pisane, habentes ab eis ad infra scripta plenum arbitrium et liberam potestatem ac generale et spetiale mandatum, prout in instrumento publico manu Johannis filii quondam Moriconis de Asciano, imperiali auctoritate notarii et scribe publici cancellarie Pisani communis, inde confecto plenius continetur, nos, personam nostram videlicet, vice ac nomine predictorum potestatis, capitanei, ansianorum, consilii et communis, in potestatem ipsorum ac predicte civitatis pro tribus annis continuis mense septembris futuro proximo inchoandis elegerunt, potestariam et regimen civitatis ejusdem nobis pro dicto tempore presentantes, cum annuo salario III^{m} librarum bonorum et legalium Pisanorum minutorum pro predictorum trium annorum quolibet ad nostrum beneplacitum persolvendo, ita quod iidem ansiani, consilium et commune possint nobis tam incipiendi quam renovandi regiminis condecenti tempore sex ydoneas nominare personas et nos unam ex eis quam maluerimus eligemus et deputabimus ad dictum regimen exercendum, queve (*sic*), ut moris est, prestabit de observandis statutis et brevibus dicti communis corporaliter juramentum, et quatuor sotios milites ac quatuor judices et XII^{cim} equos, quorum sex adminus sint ad arma, habebit secum tempore sui regiminis propriis sumptibus et tenebit. Nos autem —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xv kal. martii, anno secundo.

1563 (viii) Vatican, 15 février 1296.

Notificatio missionis Peregrini prepositi de Vanço ad Pisanos. (fol. 162 v°.)

.. *Potestati, capitaneo, ansianis, consilio et communi Pisanis, spiritum consilii sanioris.* Dum sinceritatis et dilectionis affectum quem ab olim, dum essemus in minori offitio constituti, et postquam nos ad summi apostolatus

apicem gratia divina provexit, ad vos et civitatem vestram gessimus et habemus infra precordia nostra revolvimus, reddimur fortius de salute ac prosperitate vestra solliciti. — Nuper siquidem Raynerius Sampantis, judex, et Jacobus Favullie, ambassiatores vestri, ad hec a vobis specialiter constituti, ad nostram presentiam accedentes super excommunicationum et interdicti sententiis, quibus vos et ipsa civitas noscimini subjacere pro eo quod dudum dilectum filium nobilem virum Guidonem de Montefeltro, tunc ecclesie Romane rebellem et publicum exbannitum, contra inhibitionem felicis recordationis Nicolai pape IIII[ti], predecessoris nostri, in vestrum potestatem seu capitaneum vel officialem alium habuistis, — nostram et ejusdem sedis misericordiam ex parte vestra humiliter implorarunt. Nos autem de conversione vestra letati, ambassiatores ipsos satisfactionem nomine vestro super hiis quingentarum marcarum argenti exhibere nobis nomine Romane ecclesie promictentes duximus benignius admittendos. — Dat. ut supra.

1564 (IX) Vatican, 15 février 1296.

Mittitur Peregrinus prepositus de Vanço ad Pisanos. (fol. 162 v°.)

Dilecto filio Peregrino preposito ecclesie de Vanço, capellano nostro. Sedes apostolica circa filios delinquentes nonnunquam plenitudinem benignitatis exercens —.

Destinatur ad Pisanos ut, « recepto prius a predictis potestate, capitaneo, ansianis, consilio et communi, a syndico eorum videlicet ad hoc ab eis spetialiter constituto, de parendo super hiis ulterius nostris et ecclesie prelibate mandatis publice juramento, » eos ab excommunicationum sententiis absolvat, et interdictum, cui civitas subjacere noscitur, relaxet.

Dat. ut supra.

1565 (X) Vatican, 20 février 1296.

Licentia recipiendi satisfactionem a Pisanis. (fol. 162 v°.)

Eidem [1]. Cum .., potestas, .. capitaneus, ansiani, consilium et commune civitatis Pisane —.

Ut possit recipere ab eis nomine ecclesie Romane satisfactionem quingentarum marcharum argenti quam solvere promiserunt, et eis quietationem et refutationem plenariam dare.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, x kal. martii, anno secundo.

1. *Ms* : Eisdem.

1566 (XI) Vatican, 21 février 1296

Delegatio potestarie Pisane civitatis. (fol. 163.)

Dilecto filio Conte de Colle vallis Else, militi. Tue devotionis —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IX kal. martii, anno secundo.

(POTTHAST, 24288).

1567 (XII) Vatican, 24 février 1296.

Constitutio de libertate ecclesiastica. (fol. 163.)

Ad perpetuam rei memoriam. Clericis laicos infestos opido tradit antiquitas, quod et presentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant nec prudenter attendunt quod [1] sit eis in clericos ecclesiasticasve personas et bona interdicta potestas, ecclesiarum prelati, secclesiis ecclesiasticisque personis regularibus et secularibus imponunt onera gravia ipsosque talliant et collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt et extorquent eosque moliuntur multifarie subicere servituti sueque submittere ditioni, et, quod dolenter referimus, nonnulli ecclesiarum prelati ecclesiasticeque persone, trepidantes, ubi trepidandum non est, transitoriam pacem querentes, plus timentes majestatem temporalem offendere quam eternam, talium abusibus non tam temerarie quam improvide acquiescunt, sedis apostolice auctoritate seu licentia non obtenta. Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate statuimus quod quicunque prelati ecclesiasticeque persone religiose vel seculares, quorumcunque ordinum, conditionis seu statuum, collectas vel tallias, decimam, vicesimam seu centesimam suorum et ecclesiarum proventuum vel bonorum laicis solverint vel promiserint vel se soluturos consenserint aut quanvis aliam quantitatem, portionem aut quotam ipsorum proventuum vel bonorum, extimationis vel valoris ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo vel quesito colore, absque auctoritate sedis ejusdem, necnon imperatores, reges seu principes, duces, comites vel barones, potestates, capitanei, officiales vel rectores, quocunque nomine censeantur, civitatum, castrorum seu quorumcunque locorum constitutorum ubilibet et quivis alius cujuscunque preminentie, conditionis et status, qui talia imposuerint [2], exegerint vel receperint aut apud edes sacras

1. *Ms*: quam.
2. *Ms*. imposuerunt.

deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum ubilibet arestaverint, sasiverint seu occupare presumpserint, vel arestari, sasiri aut ocupari mandaverint aut occupata, sasita seu arestata receperint, necnon omnes qui scienter in predictis dederint auxilium, consilium vel favorem, publice vel oculte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Universitates quoque que in hiis culpabiles fuerint ecclesiastico supponimus interdicto, prelatis et personis ecclesiasticis supradictis in virtute obedientie et sub depositionis pena districte mandantes ut talibus absque expressa licentia dicte sedis nullatenus acquiescant, quodque pretextu cujuscunque oblationis, promissionis et concessionis factarum hactenus vel faciendarum inantea, priusquam hujusmodi constitutio, prohibitio seu preceptum ad notitiam ipsorum pervenerint, nichil solvant nec supradicti seculares quoquo modo recipiant, et si solverint vel predicti receperint, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto. A supradictis autem excommunicationum et interdicti sententiis nullus absolvi valeat preterquam in mortis articulo absque sedis apostolice auctoritate et licentia spetiali, cum nostre intentionis existat tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire, nonobstantibus quibuscunque privilegiis sub quibuscunque tenoribus, formis seu modis aut verborum conceptione concessis imperatoribus, regibus et aliis supradictis, que contra premissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari. Nulli ergo, etc., nostre constitutionis, prohibitionis seu precepti, etc. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VI kal. martii, anno secundo.

(POTTHAST,

1568 (XIII) Vatican, 14 mars 1296.

De quibusdam fortelliciis diruendis. (fol. 163 v°.)

Dilecto filio priori et conventui prioratus Sancti Saturnini de Portu, Cluniacensis ordinis. Inter alia que sollicitudinis nostre cura requirit, circa recuperationem jurium et jurisdictionum ecclesie Romane vigilare tenemur, ne quovis modo depereant, set protegantur potius et illesa serventur. Cum itaque, sicut accepimus, duas bastitas seu fortellicias, unam videlicet in pila pontis Sancti Spiritus, aliam in ripa Rodani juxta pontem ipsum infra limites seu in confinibus terre sive comitatus Venesini, qui est ipsius ecclesie specialis, in ejusdem ecclesie prejuditium de novo duxeritis construendas, nos nolentes prejuditium hujusmodi aliquatenus tollerare, universitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus bastitas seu fortilitias hujusmodi infra unius mensis spatium a receptione presentium omnino curetis destruere ac facere demoliri, ipsas vel similes ulterius reficere seu de novo facere nullatenus presumpturi, alioquin —. Ceterum cum dilectus filius nobilis vir Johannes de Grilliaco, comitatus predicti rector, quedam possessiones et bona predicti prioratus et vestra, pretextu bastitarum seu fortellitiarum hujusmodi, occupata detinere dicatur, nos eidem rectori per alias nostras litteras injungimus ut, postquam vos predictas bastitas seu fortellicias duxeritis infra dictum tempus juxta mandatum nostrum hujusmodi diruendas, ipse extunc possessiones et bona predicta vobis et ipsi prioratui absque difficultate restituat libere ac in pace dimittat. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, II id. martii, anno secundo.

In eundem modum *dilecto filio nobili viro Johanni de Grilliaco, comitatus Venesini rectori.* Inter alia etc. —

Ut bona occupata restituat post dictarum bastitarum dirutionem.

In eundem modum *venerabili fratri .. [episcopo] Aurasicensi.* Inter alia, etc. —

Ut priorem censura apostolica compellat ad obediendum.

(cf. POTTHAST, * 24298, * 24299).

1569 (XIIII) Vatican, 12 mars 1296.

De inquisitione in Romaniola facienda. (fol. 163 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Papiensi. Sicut tua debet —.

Ut sine judicii strepitu et figura inquirat diligenter et ad sedem apostolicam rescribat de statu provincie Romaniole, antequam ad eam Petrus archiepiscopus Montis regalis et Ricardus de Ferentino accesserint, et de rebus ab ipsis et eorum officialibus et nuntiis, precipue a Nicolao dicto Egiptio, cive Ferentinate, archiepiscopi memorati nepote, ibidem gestis.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IIII id. martii, anno secundo.

1570 (XV) Vatican, 12 mars 1296.

Eadem de re. (fol. 164.)

Dilecto filio Theoderico electo Pisano, camerario nostro. Dudum venerabilis frater —. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem archiepiscopo, Riçardo et Nicolao ex parte nostra per te

vel alium districte precipias ut primo die non feriato post octavas resurrectionis Dominice proxime futuras, quem eis pro peremptorio termino assignamus, per se vel per procuratores ydoneos coram eodem episcopo (*scilicet* Papiensi) in dictis provintia seu partibus super premissis debeant comparere, si sua crediderint interesse. — Dat. Rome, ut supra.

1571 (XVI) Vatican, 18 mars 1296.

Contra exploratores occultos in regno Sicilie. (fol. 164.)

Dilecto Landulfo sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedi[s] legato. Nuper ad nostrum pervenit auditum quod nonnulle religiose ecclesiasticeve persone, status et conditionum Regni exploratores occulti, sub dissimulatione dolosa in diversis habitibus incedentes ad ipsius regni partes frequenter se conferre presumunt. Cum igitur de ipsorum dolositate possit verisimiliter dubitari, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus tales, cum haberi poterunt, sollicitudine previa ,citra mortis et mutilationis periculum, per te vel per alium seu alios capi facias et teneri et ad quid veniunt, quid intendunt quidve procurant perquiri ab eis, plenariam veritatem rescripturus nobis [et] quicquid fieri et inveniri contigerit in hac parte. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xv kal. aprilis, anno secundo.

In eundem modum *dilecto filio .. vicecancellario carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris.* Nuper etc. ut in precedenti, usque in finem. Dat. ut supra.

1572 (XVII) Vatican, 18 mars 1296.

Citatio archiepiscopi Salernitani. (fol. 164.)

Dilecto filio L. sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Cum personam venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Salernitani ex certis causis habere velimus ad presens, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eidem archiepiscopo ex parte nostra sine dilatione aliqua per te vel alium seu alios in virtute obedientie ac sub pena excommunicationis et privationis ab archiepiscopali dignitate, quam excommunicationis penam eum, si non paruerit, incurrere volumus ipso facto, districte percipias ut infra quindecim dies post mandatum tuum ad presentiam nostram personaliter se conferre procuret, nostrum mandatum et beneplacitum impleturus; diem autem hujusmodi per te faciendi mandati et quicquid super hoc duxeris faciendum nobis per tuas litteras harum seriem continentes celeriter intimare procures. Dat. ut supra.

1573 (XVIII) Vatican, 18 mars 1296.

Subsidium pecuniarum regi Sicilie concessum. (fol. 164.)

Carissimo in Christo [filio] C. regi Sicilie illustri. Dilectos filios nobiles viros T. comitem Marsici, R. de Balso, G. de filiis Ursi et L. de Alvernia, nuntios tuos a te nuper ad nostram presentiam destinatos, paterna benignitate recepimus et que nobis exponere voluerunt audivimus diligenter; cumque pro te a nobis pecuniarum subsidium requirerent pro expensis quas te subire oportet ad resistendum inimicis rebellibus Ecclesie ac tuis persecutoribus manifestis, nos et quia negotium cordi gerimus et tibi, ex magne sinceritatis affectu quem ad personam tuam habemus, nequimus in tua necessitate deesse, in quinque milibus unciarum auri certo tibi modo deliberavimus subvenire, que in brevi, dante Domino, Neapoli transmictemus, et ecce prefati nuntii ad te de nostro beneplacito revertuntur, qui hec et alia celsitudini regie plenius referre poterunt viva voce. Dat. ut supra.

1574 (XVIIII) Vatican, 18 mars 1296.

De interdicto in Urbevetanos relaxando. (fol. 164.)

Venerabili fratri G. archiepiscopo Regino. Dudum prout —. Verum potestas, capitaneus, consules et comune Urbevetani predicti se ad saniora referentes consilia et plene devotionis ac humilitatis inditia ostendentes, Tinum Bernardini Consulis, eorum sindicum, procuratorem et nuntium specialem et ambasciatores sollempnes nuper ad nostram presentiam destinarunt, ad parendum absolute, omnimode, pure, libere, precise, alte et basse mandatis nostris et Romane ecclesie supradicte super omnibus et singulis contumatiis, excessibus, culpis, injuriis — et ad satisfaciendum ac securitates prestandum — et cavendum ydonee super premissis. — Nos autem, more pii patris qui delinquentes etiam filios odisse non potest, ad animarum salutem quam in cunctis sollerter exquirimus attente sollicitudinis studio intendentes, — syndicum seu procuratorem — clementer et benigne duximus admittendum. —

Ut ad civitatem Urbevetanam accedat et, recepta plena et integra restitutione et corporali possessione castrorum ab Urbevetanis occupatorum, interdicti sententiam relaxet, et clero licentiam redeundi in civitatem largiatur.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xv kal. aprilis, anno secundo.

1575 (xx) Vatican, 18 mars 1296.

Concessio indulgentie contra Siculos pugnaturis. (fol. 164 verso.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Postquam nos ex divine dispositionis arbitrio ad summum apostolatus offitium fuimus evocati, inter alia nostre sollicitudinis studia, diversos et varios tractatus assumpsimus et cogitavimus vias quibus ad gremium matris Ecclesie reduceremus Siculos et retineremus eosdem et insulam Sicilie sub dominio regimine. — A cujus detentione insule aliisque insolentiis carissimus in Christo filius noster Jacobus nunc rex Aragonum prudenti devotione cessavit. — Verum si, quod absit, Siculi sepedicti et ipsorum adjutores, complices seu fautores disponant potius in profundum malorum continuata temeritate demergi quam ad ipsius ecclesie mandata redire, — divinum contra eos implorare auxilium et fidelium subsidium compellimur invocare, quapropter — omnibus vere penitentibus et confessis qui ad refrenandos hujusmodi predictorum Siculorum — insolentias et malignos impetus repellendos et compescendos insultus ad preliandum adversus eos in personis propriis processerint et ex hoc mortem corporalem incurrerint, illam indulgentiam et veniam concedimus suorum omnium peccatorum que in generali concilio transfretantibus in Terre Sancte subsidium est concessa. Dat. ut supra proximo.

1576 (xxi) Vatican, 28 janvier 1296.

Concessio castri Kie episcopi Ortano. (fol. 165.)

Venerabili fratri Bartholo episcopo Ortano. Attendentes grata —. Cum itaque nuper Ortane ecclesie tunc vacanti te prefecerimus in episcopum et pastorem, nos diligenti consideratione pensantes quod predicta ecclesia tenues obtinere dinoscitur facultates, — castrum Kie, Ortane diocesis, ad Romanam ecclesiam pertinens cum omnibus juribus et pertinentiis sub censu annuo unius floreni auri tibi, quandiu eidem ecclesie Ortane te preesse contigerit, de gratia concedimus speciali. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, v kal. februarii, anno secundo.

1577 (xxii) Vatican, 29 mars 1296.

Constitutio de religiosis. (fol. 165.)

Ad perpetuam rei memoriam. Quorumdam oculos sic vitium ambitionis excecat quod sue quasi professionis immemores —. Volentes igitur huic pesti salubri remedio obviare, presenti constitutione sancimus ut nullus religiosus Predicatorum, Minorum, Heremitarum sancti Augustini nec non et quorumlibet mendicantium ordinum electioni, postulationi, provisioni seu vocationi de se facte in discordia ad aliquam extra administrationes sui ordinis prelaturam prestare possit assensum, etiam si magistri, ministri seu prioris generalium suorum ordinum aut inferiorum prelatorum suorum licentia vel assensus accederet, absque licentia sedis apostolice sepetiali faciente plenam et expressam de constitutione hujusmodi mentionem. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IIII kal. aprilis, anno secundo.

1578 (xxiii) Vatican, 29 mars 1296.

Assignatio pecunie quibusdam mercatoribus Florentinis. (fol. 165.)

Venerabili fratri Petro episcopo Viterbiensi, collectori decime in archiepiscopatu et provintia Pisana, tota Tuscia, patrimonio beati Petri, Massa Trabaria ac civitate et diocesi Lunensi aliisque locis infra eorum fines constitutis pro negotio regni Sicilie deputate. Cum dilecti filii Bictius et Musatus de Francisis, Çonus Marçioli, Forese Falconarii, Johannes Farolfi, Raynerius Tholomei et Jacominus de Bene, cives et mercatores Florentini de societate Francisorum, carissimo in Christo filio nostro Carolo illustri Sicilie regi vel ejus certis nuntiis pro defensione et custodia regni certam unciarum auri quantitatem ad mandatum nostrum de ipsorum et dicte societatis pecunia per diversas partes et diversa tempora duxerint liberaliter mutuandam seu etiam persolvendam, — mandamus quatinus eisdem mercatoribus vel eorum certis nuntiis has litteras deferentibus quicquid jam de predicta decima primi anni per te vel alium seu alios est collectum et etiam imposterum colligetur sine difficultate tradere et assignare procures. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, IIII kal. aprilis, anno secundo.

In eundem modum *dilecto filio Johanni electo Parmensi, collectori decime in Mediolanensi, Januensi et Ravennate archiepiscopatibus atque provintiis necnon in Ariminensi, Papiensi, Placentina et Feretrana civitatibus et diocesibus — deputate —.*

In eundem modum *venerabili fratri Bartholomeo episcopo Castellano, collectori decime in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus ac Jadrensi et Spalatensi archiepisco*

patibus et per totam Dalmatiam ac in civitate et diocesi Ferrariensi — deputate —.

1579 (xxiiii) Vatican, 27 mars 1296.

Eadem de re. (fol. 165 v°.)

Dilectis filiis Bictio et Musacto de Francisis, Ciono Marçoli, Forese Falconarii, Johanni Farolfi, Raynerio Tholomei, Jacomino de Bene et ceteris eorum sotiis de sotietate Francisorum, civibus et mercatoribus Florentinis. Cum carissimo in Christo filio Carolo illustri Sicilie regi seu ejus certis nuntiis pro necessaria et imminenti defensione regni quatuor milia unctiarum auri ad pondus ejusdem regni, quinque florenis auri pro uncia qualibet computatis, ad mandatum nostrum de vestra et sotietatis vestre pecunia per diversas partes ac diversa tempora duxeritis liberaliter mutuanda, nos — decimam primi anni collectam seu colligendam per collectores ad hoc per sedem apostolicam deputatos in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus ac Mediolanensi, Januensi, Ravennate, Pisana, Jadrensi et Spalatensi archiepiscopatibus atque provintiis, tota Tuscia, patrimonio beati Petri, Massa Trabaria, Dalmacia, necnon in Ferrariensi, Ariminensi, Papiensi, Placentina, Feretrana et Lunensi civitatibus et diocesibus ceterisque locis infra eorum fines constitutis pro negotio regni Sicilie prefato regi apostolica auctoritate sub certis modis et formis concessam usque ad predictam quantitatem quatuor milium unctiarum auri pro cautela et securitate vestra vobis auctoritate presentium obligamus. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, vi kal. aprilis, anno secundo.

1580 (xxv) Vatican, 31 mars et 5 avril 1296.

De pace inter Francorum et Romanorum reges servanda. (fol. 165 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Maguntino. Profundis meditationibus —.

Ut Adolphum regem Romanorm efficaciter animet et inducat ne contra Philippum Francorum regem ac regnum, terras et gentem ejus ad novitates noxias vel processus hostiles vel bellicosos actus procedat.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, ii kal. aprilis, anno secundo.

In eundem modum .. *archiepiscopo Coloniensi.* Profundis etc.

In e. m. .. *archiepiscopo Treverensi.*

In e. m. .. *episcopo Metensi.* Dat. non. aprilis.

(Potthast, 24308 et 24312.)

1581 (xxvi) Vatican, 13 avril 1296.

Commissio guardie civitatis Tudertine. (fol. 166.)

Dilecto filio nobili viro Raynerio Ugolini et Tudertinis intrinsecis. Pridem ad nostram —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

(Potthast, 24316.)

1582 (xxvii) Vatican, 17 avril 1296.

Eadem de re. (fol. 166.)

Eisdem. Pridem ad nostram —.

Eisdem fere verbis ut supra certiores fiunt sue civitatis potestariam et capitaniam a summo pontifice nobili viro Cello nato Bernardini de Marciano commissam esse, et monentur ut capitaneo et potestati quos hactenus ibidem papa posuit de salario condigno provideant.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xv kal. maii, anno primo.

1583 (xxviii) Vatican, 18 avril 1296.

Eadem de re. (fol. 166 v°.)

Dilecto filio nobili viro Cello nato dilecti filii nobilis viri Berardini de Marciano. Ad statum civitatis Tudertine actore Domino reformandum — paternis et sollicitis studiis intendentes ac tue probitatis — gerentes in Domino fiduciam pleniorem, tibi potestariam et capitaniam civitatis ejusdem pridem nobis a communi Tudertino oblatas presentium auctoritate commictimus usque ad apostolice sedis beneplacitum exercendas. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xiiii kal. maii, anno secundo.

1584 (xxviiii) Vatican, 17 avril 1296.

De treugis inter Romanorum, Francorum et Anglorum reges publicandis. (fol. 166 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis. Dudum, sicut nostis, inter carissimos in Christo filios nostros A. Romanorum, Philippum Francorum, et E. Anglorum reges illustres certas treugas per vos

publicandas indiximus. — Accepimus tamen quod certis conditionibus vos moventibus hujusmodi publicatio non processit. Nunc autem — novas treuguas inter memoratos reges de fratrum nostrorum consilio duximus indicendas, prout in litteris nostris super hoc confectis, quas per nuntios vestros vobis transmictimus, videbitis contineri, de quibus etiam in aliis litteris nostris clausis quas vobis dirigimus facimus mentionem. Verum quia non est fragilitatis humane prescire futura, — intentionem nostram a vobis caute servandam presentibus aperimus, ut si dicti reges per treugas vel sufferentias voluntarias vel per viam alicujus concordie seu alias a bellicosis aparatibus et prosecutione cessabunt (*sic*) — et sic per consequens videritis quod non expediret ad treugarum hujusmodi publicationem procedi, discretioni vestre committimus ut in hoc casu treugarum presentatio differatur; ubi autem de congressu hujusmodi verisimiliter timeretur, presentatio et publicatio nullatenus omittatur. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xv kal. maii, anno secundo.

1585 (xxx) Vatican, 16 avril 1296.

Littera clausa super eodem facto. (fol. 167.)

Eisdem. Recepimus litteras vestras super negotio dissentionis carissimorum in Christo filiorum nostrorum A. Romanorum, Phy. Francorum, et E. Anglorum regum illustrium quas dilecti filii magister Gualterus de Rans et Arnaldus de Cantalupo, nuntii vestri, nobis nuperime presentarunt et earum tenore diligenter inspecto ac auditis que ipsi nuntii nobis ex parte vestra exponere curaverunt, compatimur vobis in laboribus et ansietatibus quos in horum prosecutione portatis vestramque sollicitudinem commendamus. Et quidem, sicut vestram debet non latere notitiam, ab ipso promotionis nostre primordio — curavimus ut inter eosdem reges firma pax et plena concordia vel saltem ad tempus congruum treuge seu sufferentie stabiles provenirent, cognoscentes aperte quod tantorum taliorumque (*sic*) principum — tam acra tam timenda tamque vitanda commotio — Terre quoque Sancte negotio, ad cujus promotionem felicem et celerem plenis desideriis aspiramus, impedimenta multipliciter ministraret. — Sane si dicti principes vellent arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores eligere per quos eorum discordia sedaretur, hoc nostris gratum affectibus proveniret; si quoque in tractatibus quos tenuistis vel in antea tenebitis inter eos alique vie honeste concurrerent et decentes que a voluntate ac possibilitate partium dependerent et in quibus forent partes ipse concordes, et de hoc, si fieret, laudes Altissimo redderemus. — Verum tam in tractando quam in viis que occurrere in hujusmodi tractatu valerent, preterire circumspectio vestra conditionem persone nostre non debet, cujus spiritus etsi promptus existat ad labores personales atque mentales pro tam grandi tamque astanti negotio consumando feliciter subeundos, est caro tamen infirma quam omnipotens cui benedicimus Dominus frequenter visitavit et visitat passionibus gravibus, periculosis et diris, propter quod nos qualitas nostra non reddit dispositos nec potentes ad itineris longi onera subeunda, transitum Alpium, concava vallium et abruta montium peragranda; set et hec consideretis attentius qui statum nostis Italie ac presertim terrarum Ecclesie, plenum discordiis et oblutum guerrarum turbine periculisque subjectum et in nonnullis locis graviter expositum vastitati, nec avertatis intuitum in conditionibus nostre sedis a qua hoc tempore tam gravibus subjecto periculis nostram nequimus elongare presentiam nec debemus. Non est insuper abicienda post tergum sed diligenti meditatione pensanda depressio status et adversitatis emersio carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris, cujus et regni ejus subversio irreparabilis et totalis consumptio timeretur, si temporibus istis elongaremur ab illo, maxime dum hostilis, persecutio Siculorum nostrorum et regis rebellium, memorati contra nos et ipsum, nostram ejusque terram dire sevit ac durius propugnare molitur. — Diligenter quoque providentia vestra conspiciat quam sit onerosum et grave exponere viarum anfractibus fratrum nostrorum collegium et Romane curie multitudinem numerosam ad eam utique a diversis mundi partibus confluentem, quorum nonnullos fratrum senectus coartat, ad requiem debilitas curvat et ex eis aliquos infirmitas deprimit et confringit. — Si vero via melior non occurrat et utilius videatur partibus atque vobis, ipseque partes elegerint ut de predictis concordia et pace sufferentia sive treuga per sollempnes et ydoneos nuntios eorundem regum plenum ab ipsis ad hoc mandatum habentes et tale quod nostris beneplacitis et directionibus acquiescant, in presentia nostra tractetur, libenter, immo libentius pro tam utilis optata consumatione negotii, aliis innumeris occupationibus et agendis suspensis et pretermissis ad tempus, ad hiis vacandum in Urbe vel in aliquo loco decenti circumposite regionis animum nostrum offerimus et studia preparamus, quo casu advenientibus ipsis nuntiis, vobis ad presentiam nostram concedimus licentiam redeundi, ut sitis in tractatu ipso presentes, nosque per vos in eo plenius et utilius informaremur. — Sollicite insuper vias decentes studeatis assumere in evitandis oneribus intollerabilibus ecclesiarum regnorum eorumdem quas intolerabilia prexerunt (*sic*)

hactenus onera et pressure, in eis ecclesiastica libertate quasi totaliter enervata, ex quibus divinam non ambigimus potentiam fore graviter provocatam et nisi provocantes saniori ducti consilio ad ejus celeriter misericordiam revertantur, timeri potest et merito quod misericordiam ejus convertet in iram et ad vindictam vibrabit gladium contra eos. Ceterum, licet — maluerimus quod inter dictos reges stabiles treuge vel sufferentia forent voluntarie quam indicte, tamen — certas treuguas inter memoratos reges duximus de fratrum nostrorum consilio noviter indicendas; quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vel ambo simul vel per se quilibet vel alter vestrum litteras nostras super hujusmodi confectas indictione treuguarum, quas vobis per predictos vestros nuntios destinamus, memoratis Francorum et Anglie regibus presentatis vel faciatis per alium seu alios presentari, facientes de presentatione hujusmodi confici publica instrumenta, illa nobis remissuri fideliter et penes vos similia retenturi. Et nichilominus eandem indictionem treuguarum per Francie et Anglie regna nuntiari solenniter in locis de quibus vobis expedire videbitur faciatis, ita quod hii quos indictio ipsa contingit excusationem pretendere nequeant quod ad eos talis indictio non pervenerit vel quod ignorarint eandem. Nos enim presentationem similem fieri predicto Romanorum regi precipimus et indictionem hujusmodi treugarum in diversis regni sui partibus publicari. Quicquid autem in hiis duxeritis faciendum et qualiter premissa processerint seriose nobis rescribere vestra circumspectio non obmittat. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XVI kal. maii, anno secundo. *Hec fuit clausa.*

1586 (XXXI) Vatican, 13 avril 1296.

Indictio novarum treugarum inter Francorum, Anglorum et Romanorum reges ab instanti festo nativitatis beati Johannis Baptiste usque ad biennium completum. (fol. 167 v°.)

Ad futuram rei memoriam. Ad statum orbis —. Postmodum autem crebris intellecto rumoribus —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, id. aprilis, anno secundo.

(POTTHAST, 24315.)

1587 (XXXII) Vatican, 24 janvier 1296.

Licentia dispensandi super matrimonio. (fol. 168.)

Venerabili fratri .. episcopo Sabinensi. Petitio dilecti filii Oddonis de Palumbaria et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Risabelle, nate nobilis viri Johannis de Romania, nobis exhibita continebat quod ipsi qui quarto sunt gradu consanguinitatis conjuncti ad sedandas graves inimicitias — sponsalia ad invicem contraxerunt —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VIIII kal. februarii, anno secundo.

1588 (XXXIII) Vatican, 21 avril 1296.

Absolutio juramenti. (fol. 168 v°.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Clonfertensi [1]. Nuper te —.

Absolvitur a juramento visitandi apostolorum limina singulis trienniis, licet ecclesia Clonfertensis privilegium exemptionis non habeat, sed jurisdictioni Tuamensis archiepiscopi subjecta existat.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XI kal. maii, anno secundo.

(POTTHAST, 24322.)

1589 (XXXIIII) Vatican, 5 mai 1296.

Citatio Tudertinorum ad curiam. (fol. 168 v°.)

Dilectis filiis universis civibus Tudertinis intrinsecis. Ad reformationem status civitatis vestre, prout tenemur ex debito pastoralis officii, vigilantius intendentes, universitatem vestram requirimus, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes quatinus infra decem dies a receptione presentium sollennes ambasiatores et syndicum ydoneum sufficienter instructum cum pleno mandato ad nostram presentiam transmittatis ad parendum mandatis nostris que circa reformationem hujusmodi duxerimus inpingenda. Mandamus etiam et districtius inhibemus ne contra extrinsecos vestros aliquam tentetis interim noxiam facere novitatem. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, III non. maii, anno secundo.

In eundem modum scribitur dilectis filiis universis civibus Tudertinis extrinsecis.

1590 (XXXV) Vatican, 4 avril 1296.

Constitutio super coadjutoribus. (fol. 168 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, II non. aprilis, anno secundo.

(POTTHAST, 24311).

1. *Ms.* : Clonforten.

1591 (XXXVI) Vatican, 3 mai 1296.

Processus contra Christianos deferentes arma ad Saracenos. (fol. 168 v°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Infrascriptum processum fecimus et publicavimus in presenti basilica beati Petri principis apostolorum in die cene Domini proximo preterito; nunc autem processum ipsum et quicquid continetur in eo repetimus et auctoritate apostolica innovamus ac etiam approbamus et manere volumus in omni ejus robore firmitatis, qui processus talis est: Bonifatius episcopus servus servorum Domini ad perpetuam rei memoriam. Fuit olim —. Actum Rome in basilica supradicta, in festo ascensionis Domini, pontificatus nostri anno secundo.

1592 (XXXVII) Vatican, 3 mai 1296.

Cassatio electionis et coronationis Frederici in Sicilie regem, et citatio ipsius et Siculorum rebellium ad curiam Romanam infra octabas festi beatorum Petri et Pauli proximo venturas. (fol. 169 v°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Dudum per felicis —. Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24331.)

1593 (XXXVIII) Anagni, 5 juin 1296.

De pace inter Venetos et Januenses. (fol. 170 v°.)

Dilectis filiis nobili viro duci, consilio et communi Venetorum. Vestigia Christi —. Cumque dilecti filii nobiles viri Johannes Geno, Jacobus Teupulo et Nicolaus Quirino, ambasiatores vestri, pro vobis, et quidam ambasiatores Januensium eorundem, pro eis, nostro pridem in Urbe se conspectui presentassent nosque tam ibi quam in civitate Anagnina, ubi nunc cum fratribus nostris nostrasque curia residemus, habuerimus cum utrisque ambasiatoribus super materia ipsa tractatum, tandem — firma spes cum Dei fiducia nobis ingeritur de salubri et celeri obtate reformationis, pacis et concordie complemento. Verum quia, dum ad actum in nos compromittendi super hiis que hujusmodi negotii qualitas exigit tenderemus, inventum est quod hac vice pro parte Januensium predictorum mandatum vestro sufficientius fuit oblatum, providimus quod tam ipsi vestri quam eorundem Januensium ambasiatores usque ad octabas festi beatorum apostolorum Petri et Pauli proximo futuras in curia nostra remaneant, — et interim ambasiatores vestri predicti dilectum filium Marchum notarium vestrum, latorem presentium, ad vos pro magis sufficienti mandato remictunt super hiis que cum eis tractavimus. — Ceterum ut comodius et efficacius tanti boni speratus effectus valeat provenire, — nos interim inter vos et Januenses eosdem usque ad festum Resurrectionis dominice proximo futurum auctoritate apostolica treugas indicimus. — Dat. Anagnie, non. junii, anno secundo.

(Cf. POTTHAST *, 24350.)

1594 (XXXVIIII) Anagni, 5 juin 1296.

Eadem de re. (fol. 171.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneis, .. abbati populi, antianis, consilio et communi Januensibus. Vestigia Christi, etc. — Cumque dilecti filii nobiles viri Henricus Squarzaficus, Manuel Osbergetius, Mussus Cibo et Castellinus de Sauro, concives et ambasiatores vestri —. Invenimus non habere ambas partes mandata ita sufficientia quod super eis processus nostros et sententias, arbitratum seu arbitrium indubitanter fundare possemus. — Et interim tam ad vos quam ad Venetos ipsos ab ambasiatoribus ipsis nuntii destinantur, ut infra dictum festum mandata sufficientia habeantur ex quibus possit in solido et tuto procedi. — Dat. ut supra.

1595 (XL) Anagni, 12 juin 1296.

Licentia recipiendi de rapinis et male acquisitis usque ad summam CC marcharum argenti. (fol. 171.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi. Sicut exhibita nobis tua petitio continebat et alias fide dignorum relatione percepimus, propter graves dissentiones et bellicosa discrimina que in civitate Januensi diebus istis preteritis inter cives civitatis ejusdem alterutrum dissidentes, procurante humani generis malorum satore, contigisse noscuntur, tu in libris et aliis rebus mobilibus tibi violenter ablatis et in combustione ac dissipatione domorum archiepiscopatus tui dampna gravia pertulisti, super quibus supplicasti per alicujus tibi subventionis remedium per providentiam sedis apostolice provideri. Nos igitur —. Dat. Anagnie, II id. junii, anno secundo.

1596 (XLI) Anagni, 11 juin 1296.

De quibusdam mercatoribus Florentinis libertati restituendis. (fol. 171.)

Carissimo in Christo filio C. regi Sicilie illustri. Ex parte dilectorum filiorum capitaneorum, consilii et totius partis Guelforum de Florentia nuper accepimus quod suggesto tibi pridem, ut dicitur, quod Lapus Orlandini, Sclatta Azonis, Lippus Cafforelli et Lapus Blanci, cives et mercatores Florentini, de societate de Putiis, Neapoli et alibi in tuo regno morantes, merces emerant in Siciliam deferendas seu mercationes exercuerant cum Siculis, tuis et ecclesie Romane rebellibus, antequam per nos in festo Ascensionis dominice proximo preterito foret contra eos expresse processum, mercatores ipsos personaliter ac aurum, pecuniam et bona eorum omnia que tam in civitate Neapolitana quam in aliis dicti regni locis habebant capi fecisti et mercatores ipsos facis detineri captivos et bona hujusmodi arestata; quare iidem capitanei, consilium et pars nobis humiliter ut apud te super hoc dignaremur interponere partes nostras. Cum igitur predicti mercatores legales et boni ac tui honoris fervidi çelatores et ejusdem partis guelforum sequaces et amatores precipui fuisse et esse dicantur, sintque nostri et ecclesie Romane devoti, —.

Ut eos cum bonis suis pristine faciat restitui libertati, vel saltem personis eorum libere dimissis bona conservari jubeat quousque ab ipso et summo pontifice melius sit provisum.

Dat. Anagnie, III id. junii, anno secundo.

1597 (XLII) Anagni, 5 et 13 juin 1296.

De pecunia Johanni de Cabilone solvenda. (fol. 171 v°.)

Dilecto filio magistro Rogerio preposito ecclesie sancti Antonini de Placentia, capellano nostro. Dudum pro pace ac tranquillitate provintie Tuscie, quam pleno prosequimur sinceritatis affectu, studia nostra convertimus et opem ac operam impendimus efficaces ut dilectus filius nobilis vir Johannes de Cabilone, per carissimum in Christo filium nostrum Adolphum regem Romanorum illustrem generalis in ipsa Tuscia vicarius institutus, vicariatus officio non uteretur ibidem ne ibi noxias induceret novitates, et tandem idem nobilis nostris super hoc beneplacitis acquievit; nosque dicti nobilis compacientes laboribus et expensis quos hac occasione subierat, a nonnullis ejusdem provintie civitatum atque castrorum communitatibus de parte Gelforum quinquaginta milia florenorum auri eidem nobili facere providimus exhiberi, de quorum summa restant adhuc quinque milia et quingenti floreni eidem nobili persolvenda. —

Ut dictam summam solvi faciat a civitatibus et castris infra designatis.

Dat. Anagnie, id. junii, anno secundo.

In eundem modum *dilectis filiis potestatibus, capitaneis, consiliis et communitatibus seu universitatibus Pistoriensis, et Vulterane civitatum necnon Prati, sancti Geminiani, Colle ac Podii Bonizi et aliorum castrorum insignium de parte guelforum provintie Tuscie que consueverunt persolvere in generalibus collectis et talliis dicte partis.* Dudum pro pace, etc. —

Ut dictam summam persolvant ne « ob defectum persolutionis vestre hujusmodi per represalias aut alias concives vestri non possint incurrere detrimentum neve aliis qui jam persolvisse noscuntur murmurationis et scandali prebeatur occasio. »

Dat. ut supra.

In eundem modum *dilecto filio nobili viro Johanni de Cabilone.* Dudum, ut nosti, pro pace, etc., mutatis mutandis usque tibi solvenda. Verum quia capitaneis et consilio partis guelforum Florentinorum tuis nuper, sicut admiranter accepimus, litteris intimasti ut de dampnis et expensis que passus fueras occasione partis ejusdem tibi satisfactionem impendere procurarent, nos, attendentes quod hujusmodi tua requisitio, si hiis veritas suffragatur, que potius ex aliquorum suggestione dolosa quam ex tue legalitatis motu creditur processisse, nisi desistas ab ea, pristinum statum erroris et hesitationis induceret ac representaret prioris dubii recidivam, nobisque videretur ascribere, ex eo quod reperiretur per te contra provisionis nostre federa fore ventum, nobilitatem tuam monemus et excitamus attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus ab impetitione hujusmodi desistas. — Nos enim studia et sollicitudinem adhibemus quod de predicta quantitate nondum tibi, ut premittitur, persoluta plena et celeris tibi satisfactio impendatur et credimus quod de solutione hujusmodi quantitatis residue tuum obtinebis intentum. Dat. Anagnie, non. junii, anno secundo.

In eundem modum *venerabili fratri .. episcopo Leodiensi.* Dudum, etc. —

Ut dictum Johannem de Cabilone, fratrem suum, inducat ad parendum sedi apostolice.

Dat. ut supra.

1598 (XLIII) Vatican, 27 avril 1296.

Licentia procedendi contra pertubatores pacis. (fol. 172.)

Dilecto filio Petro sancte Marie nove diacono cardinali,

apostolice sedis legato. Transiturus ad patrem —. Cum igitur te ad Tuscie — partes, commisso tibi inibi per nostras sub certa forme litteras plene legationis offitio, destinemus, —. De te igitur quem largitor bonorum —.

Datur ei inter alia potestas procedendi contra omnes pacis pertubatores in legationis ipsi commisse officio.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, v kal. maii, anno secundo.

In eundem modum omnibus personis tam laicis quam ecclesiasticis supradicte regionis scribitur, ut prefato legato auxilium et consilium impendant.

(POTTHAST, 24325.)

1599 (XLIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Committitur legationis officium. (fol. 172 v°.)

Dilecto filio Petro sancte Marie nove diacono cardinali, apostolice [*sedis*] *legato.* Summi providentia principis —. Plenam quoque, immo plenissimam de tuis laudabilibus meritis fiduciam obtinentes, licet apud sedem predictam ex tui maturitate consilii tua non modicum oportuna presentia dinoscatur, nosque illa careamus inviti, te tamen ad honorem et exaltationem Ecclesie ac reformationem et directionem necessarias ac desideratam quietem partium predictarum de fratrum nostrorum consilio illuc tanquam pacis angelum duximus destinandum, discretioni tue in civitate Bononiensi et aliis Romaniole nostris et Romane ecclesie specialibus, Tuscie quoque in imperio constitutis ac Marchie Tervisine, patriarchatus Aquilegensis et totius provintie Ravennatis ac Ferrariensis et Castellane civitatum et diocesium et Venetiarum necnon Anconitane Marchie, quoad legationem in ipsis dumtaxat partibus, plene legationis officium committentes. — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno secundo.

In eundem modum venerabilibus fratribus patriarchis etc. et dilectis filiis electis, abbatibus etc. in legationis supradicte finibus constitutis, ut legatum benigne et honorifice recipiant.

1600 (XLV) Vatican, 20 avril 1296.

« Lictera pro necessariis et securo conductu ad universos prelatos. » (fol. 173.)

Venerabilus fratribus — et dilectis filiis — ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectum filium nostrum Petrum sancte Marie nove diaconum cardinalem, apostolice sedis legatum, pro magnis et arduis ecclesie Romane negotiis destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus predictum legatum, immo potuis nos in ipso, cum per partes vestras transitum fecerit, — benigne recipientes —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno secundo.

1601 (XLVI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia puniendi personas ecclesiasticas parere recusantes. (fol. 173.)

Dilecto filio Petro sancte Marie nove diacono cardinali, apostolice sedis legato. Cum te ad Tuscie —. Dat. ut supra.

1602 (XLVII) Vatican, 20 avril 1293.

Licentia exercendi censuram ecclesiasticam. (fol. 172 v°.)

Eidem [1]. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1603 (XLVIII) Vatican, 20 avril 1296.

Nominatio rectoris Romaniole. (fol. 173 v°.)

Dilecto filio Petro sancte Marie nove diacono cardinali, provintie Romaniole, civitatis Bononie, comitatus Britenorii et pertinentiarum ipsorum rectori. Etsi ad universas —. Cum in te non sine superni numinis grandi dono virtutum dona multimoda relucescant, rectoriam provintie, civitatis et comitatus predictorum et pertinentiarum etiam eorumdem in spiritualibus et temporalibus apostolica tibi auctoritate commictimus. — Dat. ut supra.

In eundem modum scribitur universis tam laicis quam ecclesiasticis dicte regionis personis, ut dictum rectorem benigne et honorifice recipiant.

1604 (XLVIIII) Anagni, 10 juin 1296.

Licentia providendi clericis suis de prebendis vacantibus vel vacaturis. (fol. 173 v°.)

Dilecto filio Petro sancte Marie nove diacono cardinali, apostolice sedis legato. Cum te ad Tuscie —. Dat. Anagnie, IIII id. junii, anno secundo.

1, *Ms*: Eisdem.

1605 (L) Anagni, 10 juin 1296.

Licentia providendi decem clericis idoneis de prebendis. (fol. 174.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1606 (LI) Anagni, 10 juin 1296.

Licentia conferendi tabellionatus officium quatuor personis idoneis. (fol. 174.)

Eidem. Cum tibi —. Dat. ut supra.

1607 (LII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia privandi religiosos sibi parere recusantes privilegiis et indulgentis a sede apostolica concessis. (fol. 174.)

Eidem. Cum te —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno secundo.

1608 (LIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia absolvendi. (fol. 174.)

Eidem. Ad audientiam nostram —.

Ut possit absolvere a sententiis excommunicationum, primo satisfactione impensa, eos qui, ob mortem vel destitutionem judicum a quibus fuerint innodati, commode absolvi non possunt.

Dat. ut supra.

1609 (LIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia privandi clericos seculares ingratos beneficiis et privilegiis a sede apostolica concessis. (fol. 174.)

Eidem. Cum te etc —. Dat. ut supra.

1610 (LV) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia exigendi procurationem. (fol. 174 v°.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut unam procurationem a pluribus monasteriis possit exigere, quando viderit expedire, ne ecclesie vel monasteria nimium aggraventur.

Dat. ut supra.

1611 (LVI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia conferendi beneficia que ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilii legitime devoluta fuerint. (fol. 174 v°.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1612 (LVII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia assumendi et retinendi ad sua obsequia quotcumque et quoscumque voluerit de fratrum Predicatorum et Minorum ordinibus. (fol. 174 v°.)

Eidem. Cum te etc. — [Dat. ut supra.]

1613 (LVIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum clericis super facto irregularitatis. (fol. 174 v°.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1614 (LVIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia conferendi beneficia clericorum suorum cedentium vel decedentium. (fol. 174 v°.)

Eidem. Cum te, etc. — Dat. ut supra.

1615 (LX) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia celebrandi et celebrari faciendi in locis interdictis. (fol. 175.)

Eidem. Devotionis tue —. Dat. ut supra.

1616 (LXI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia absolvendi clericos et laicos pro fractionibus et incendiis ecclesiarum excommunicatos. (fol. 175.)

Eidem. Cum, sicut accepimus, —. Dat. ut supra.

1617 (LXII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum viginti clericis super defectu natalium. (fol. 175.)

Eidem. Volentes ut spiritualium —. Dat. ut supra.

1618 (LXIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia compellendi quoslibet prelatos et religiosos ad contribuendum procurationibus sibi debitis. (fol. 175.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1619 (LXIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia petendi et recipiendi tam in absentia quam in presentia procurationes sibi debitas. (fol. 175.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1620 (LXV) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia ducendi tot evectiones quot commissis sibi negotiis viderit expedire. (fol. 175.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1621 (LXVI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum fratribus. (fol. 175.)

Eidem. Ut in commissis —.

Ut possit ad se vocare quoscumque et quotcumque Predicatorum, Minorum et aliorum ordinum fratres et eis equitandi et vescendi carnibus licentiam dare.

Dat. ut supra.

1622 (LXVII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia condendi testamentum. (fol. 175.)

Eidem. Quia presentis vite —. Dat. ut supra.

1623 (LXVIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia concedendi indulgentias. (fol. 175.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut vere penitentibus et confessis, qui ad fabricas ecclesiarum manum porrexerint, X vel XX seu XXX vel XL dies de injunctis sibi penitentiis valeat per triennium seu quinquennium relaxare.

Dat. ut supra.

1624 (LXVIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia concedendi alias indulgentias. (fol. 175 v°.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut possit quoties eum verbum Dei proponere contigerit, indulgentias centum dierum vel rarius unius anni vere penitentibus et confessis relaxare.

Dat. ut supra.

1625 (LXX) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia egrediendi et iterum ingrediendi fines legationis. (fol. 175 v°.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut si fuerit partes sue legationis ingressus et ex aliqua causa rationabili vel ex improviso eventu eum egredi (*ms. perperam* ingredi) contigerit, possit semel, iterum et quoties fuerit oportunum reingredi ad easdem et officium et alia sibi commissa exercere.

Dat. ut supra.

1626 (LXXI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum irregularibus. (fol. 175 v°.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut possit dispensare cum prelatis et personis ecclesiasticis super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint ferendo in alios contra constitutionem Innocentii pape excommunicationis sententiam sine scriptis et non abstinendo a divinis.

Dat. ut supra.

1627 (LXXII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum aliis irregularibus. (fol. 175 v°.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut possit dispensare cum prelatis et religiosis personis super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint ex eo quod excommunicati receperunt ordines et ministrarunt in ipsis aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis innodati divina officia celebrarunt.

Dat. ut supra.

1628 (LXXIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia compellendi personas ecclesiasticas ad providendum nuntiis suis. (fol. 175 v°.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1629 (LXXIIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia exercendi censuram ecclesiasticam. (fol. 175 v°.)

Eidem. Ad statum tranquillum —.

Ut possit censuram ecclesiasticam in omnes ecclesiasticos et laicos sue legationis exercere, cum expedire viderit, nonobstantibus quibuscumque privilegiis.

Dat. ut supra.

1630 (LXXV) Vatican, 20 avril 1296.

Declaratio. (fol. 176.)

Eidem. Ad statum tranquillum —. Tenore presentium declaramus quod nostre intentionis ac voluntatis existit quod per predicta que tibi specialiter sunt commissa hiis que tibi ratione legationis competunt in nullo penitus derogetur. — Dat. ut supra.

1631 (LXXVI) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia percipiendi fructus in absentia, pro clericis suis. (fol. 176.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1632 (LXXVII) Vatican, 20 avril 1296.

. Licentia injungendi fratribus quidquid viderit expedire. (fol. 176.)

Eidem. Cum te etc. —

Ut possit injungere fratribus Predicatorum, Minorum et aliorum ordinum quecumque prosecutioni officii vel utilitati negotiorum sibi commissorum viderit expedire, et contradictores compescere.

Dat. ut supra.

1633 (LXXVIII) Vatican, 20 avril 1296.

Licentia dispensandi cum decem simoniacis. (fol. 176.)

Eidem. Cum te etc. — Dat. ut supra.

1634 (LXXVIIII) Anagni, 11 juillet 1296.

De quodam monacho capiendo. (fol. 176.)

Venerabili fratri .. episcopo Agathensi. Optamus te ad ea —. Siquidem perduxit ad nos fide digna relatio quod quidam nomine frater Bertrandus de Auriaco, monachus Vallis Magne, Cisterciensis ordinis, Agathensis diocesis, ambitionis dampnabilis seductus insania, passim absolvit quantum in eo est pro voluntate potentium etiam pro excessu atroci et alia quavis occasione excommunicatione ligatos, non solum id sibi licere set etiam, duobus duntaxat exceptis articulis, in ceteris casibus soli Romano pontifici reservatis, absolvendi, dispensandi et providendi habere se asserens omnimodam potestatem virtute quarundam litterarum quas a felicis recordationis Martino papa IIII^to^, predecessore nostro, se obtinuisse confingit, quas prout ex earum exhibito nobis tenore perpendimus, licet manifeste falsa gramatica in eis inserta fide carere faciat, nichilominus tamen et earum stilus et forma et ipsa etiam insolita et inaudita similis potestatis traditio reddit neccessario de falsitate suspectas. Ne igitur —.

Ut dictum Bertrandum capi faciat et sub arcto et tuto carcere detineri, quousque a sede apostolica aliud accipiat in mandatis.

Dat. Anagnie, v id. julii, anno secundo.

1635 (LXXX) Anagni, 11 juin 1296.

Reservatio ecclesie Magalonensis. (fol. 176 v°.)

Ad futuram rei memoriam. Pridem Magalonensi ecclesia per obitum bone memorie Berengarii Magalonensis episcopi solatio destituta pastoris, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie ad electionem futuri episcopi, prout moris esse dinoscitur, procedentes, dilectum filium Bernardum de Viridi Sicco, priorem sancti Firmini de Monte Pesulano, Magalonensis diocesis, concorditer, sicut asseritur, in Magalonensem episcopum elegerunt; cumque postmodum prior ipse in nostra fuisset presentia constitutus, omne jus quod sibi ex hujusmodi electione fuerat acquisitum sponte ac libere in nostris manibus resignavit. Nos itaque —. Dat. Anagnie, III id. junii, anno secundo.

1636 (LXXXI) Anagni, 11 juillet 1296.

Reservatio ecclesie Palentine. (fol. 176 v°.)

Ad futuram rei memoriam. Nuper dilectus filius frater Munio ordinis Predicatorum, olim episcopus Palentinus, ad nostram accedens presentiam ex justis et variis causis humiliter et suppliciter petiit ut cessionem ejus admittere dignaremur. Nos autem post multam ejus ins-

tantiam volentes in hoc benigne annuere votis suis cessionem hujusmodi duximus admittendam. — Dat. Anagnie, v id. julii, anno secundo.

1637 (LXXXII) Anagni, 1er août 1296.

Pro galeis construendis et biscotto conficiendo. (fol. 176 v°.)

Venerabili fratri D. episcopo Massiliensi. Cum carissimus in Christo filius noster Carolus Sicilie rex illustris [1] in partibus Provintie intendat construi facere certum numerum galearum et biscottum confici pro panatica earundem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad requisitionem dicti regis vel senescalli Provintie de pecunia decime comitatuum Provintie et Folcarquerii ac aliarum provintiarum per apostolicam sedem ad recolligendum tibi commisse pretium pro constructione ipsarum galearum et confectionem biscotti predicti juxta designationem predictorum regis et senescalli solvas, prout oportunum fuerit, occasione qualibet vel dilatione cessante. — Dat. Anagnie, kal. augusti, anno secundo.

1638 (LXXXIII) Anagni, 23 juillet 1296.

Suspensio archiepiscopi Toletani. (fol. 176 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Burgensi. Dudum ad audientiam —. Nos autem qui secundum —.

Archiepiscopus Toletanus qui Munionem intrusum episcopum Palentine ecclesie confirmaverat a confirmatione et consecratione suffraganeorum suorum necnon a collatione personatuum Toletane ecclesie suspenditur.

Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24371.)

1639 (LXXXIIII) Anagni, 23 juillet 1296.

Littere publicationis revocationis indulgentiarum concessarum ecclesie Sancte Marie de Colle Madio prope Aquilam. (fol. 177.)

Venerabilibus fratribus .. episcopis et dilectis filiis prioribus Predicatorum et ministris Minorum provincialibus ordinum per Anconitanam marchiam, ducatum Spoletanum, patrimonium beati Petri in Tuscia et Sabinia, necnon Perusinam, Tudertinam, Reatinam, Interamnensem et Tiburtinam civitates, Campaniam quoque ac Maritimam, Marsiam et Aprutium ac alia circumvicina loca constitutis. Ad audientiam nostram —. Dat. Anagnie, x kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24370.)

1640 (LXXXV) Anagni, 21 juillet 1296.

Nominatio vicarii pape in Urbe. (fol. 177.)

Venerabili fratri Lamberto episcopo Veglensi. Ecclesiarum omnium —. Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24367.)

1641 (LXXXVI) Anagni, 1er août 1296.

Condemnatio cujusdam nove secte heretice. (fol. 177.)

Ad perpetuam rei memoriam. Sepe sanctam ecclesiam —. Dat. Anagnie, kal. augusti, anno secundo.

(POTTHAST, 24378.)

1642 (LXXXVII) Anagni, 18 août 1296.

De pace inter Francorum et Anglorum reges. (fol. 177 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi, et S. Penestrino episcopis. Litteras vestras recepimus per presentium portitorem continentes seriose processus atque tractatus per vos communiter et divisim habitos — et qualiter predictus rex Anglie treugis non preberet assensum nisi ad eas concurreret carissimi in Christo filii nostri A. illustris regis Romanorum assensus, nec non qualiter ordinastis convenire de mense octobris cum ipsius nuntiis Cameraci. Demum ex ipsarum litterarum vestrarum conclusionem percepimus quod predicti Francorum et Anglie reges consentirent mittere sollennes nuntios ad presentiam nostram ad tractandum de pace, — unde super hac ultima via petiistis celeriter nostrum vobis beneplacitum explicari. Nos igitur — quamvis intrinsecus cordis dolore tangamur dum nostra salubria monita non recipiuntur a filiis velud medicamenta curantis et quod eis quodam modo displicere videtur quod ipsos trahimus ad salutem, attendentes tamen utilitatem publicam Christianitatis, — respondemus quod ex quo non potest via utilior et expeditior in partibus illis a partibus obtineri, placet nobis ut tam rex Francie quam rex Anglie supradicti sollennes nuntios suos celeriter ad presentiam nostram transmittant super pace ac totali negotio — ad tractandum plenum manda-

1. *Ms.* : illustrix.

tum habentes. — Dat. Anagnie, xv kal. septembris, anno secundo.

1643 (LXXXVIII) Anagni, 18 août 1296.

Eadem de re. (fol. 178.)

Eisdem. Licet, sicut per alias litteras vobis scribimus, placeat nobis quod nuntii carissimorum in Christo filiorum nostrorum Phylippi Francorum et E. Anglorum regum illustrium cum sufficienti mandato ad presentiam nostram accedant super pacis negotio et que ad ipsam pertinent tractaturi, nostre tamen intentionis existit ut, dum venient ad curiam nostram, morabuntur in ea et ab ipsa redibunt, inter partes sufferentie vel treuge stabiles ordinentur: unde diligenter id fieri procuretis. Ad hec miramur non sine ratione turbati quod treugas quas indiximus inter dictos reges tibique Albanensi mandavimus ut ipsas in regno Anglie, tibique Penestrino ut eas in regno Francie per vos vel alios publicaretis seu faceretis sollempniter publicari, non intelligimus juxta mandati nostri tenorem plenarie publicatas, cum tamen littere nostre super simili indictione treugarum carissimo in Christo filio nostro A. regi Romanorum illustri fuerint sollemniter presentate, quem non decet cum predictis regibus ad imparia judicari. Quapropter fraternitati vestre districte precipiendo mandamus quatinus si dicta via mittendorum nuntiorum ad tractandum in nostra presentia forsitan non procedat, et utiliorem viam pacis, treuge vel sufferentie celeriter a partibus non inveneritis cum effectu, publicationem ipsam, ut vobis mandavimus, in dictis regnis sollemniter faciatis, — pro certo tenentes quoniam si oporteat ut vel nos seu vos aut quivis vestrum ex hoc negotio aut ex aliquibus ad ipsum spectantibus confundamur, eligemus potius vos aut alterum vestrum confundi quam ledamus dicte sedis apostolice dignitatem. Dat. ut supra.

1644 (LXXXVIIII) Anagni, 18 août 1296.

De constitutione que incipit *Clericis laicos* in Anglia et Francia promulganda. (fol. 178.)

Eisdem. Constitutionem de fratrum. — Dat. Anagnie, xv kal. septembris, anno secundo.

(POTTHAST, 24386.)

1645 (LXXXX) Anagni, 18 août 1296.

De nuntiis a rege Francie ad curiam Romanam mittendis. (fol. 178).

Carissimo in Christo filio Philippo regi Frantie illustri. Litteras etc., ut in prima nota que dirigitur .. Albanensi et .. Penestrino episcopis, verbis competenter mutatis, usque Dominus ministrabit. Celsitudinem ergo regiam monemus, rogamus et hortamur attente ut, si ad viam hanc hujusmodi negotium deducatur, mittas nuntios providos, fideles, bonos, tractabiles et suasibiles, non resistentes lumini, sed qui veritati et rationibus acquiescant et tue plene sint conscii voluntatis, ita quod non oporteat super quolibet articulo sive verbo ad te habere recursum et tantum bonum periculose differri, in magnum christianitatis et fidei detrimentum. Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24394, *male sub die 17 septembris.*)

1646 (LXXXXI) [Anagni, 18 août 1296.]

De missione comitis Alanzonis ad curiam Romanam. (fol. 178.)

Eidem. Serenitati tue per alias nostras litteras quas tibi dirigimus intimamus quod ex quo tibi placet ut negotium pacis et que ad ipsum pertinent inter te et carissimum in Christi filium nostrum Anglorum regem illustrem in curia nostra per solempnes nuntios partis utriusque tractetur, nobis placet id ipsum et tanto bono nolumus nos subtrahere nec super hoc recusare laborem. Unde, secundum dictarum nostrarum litterarum tenorem, tue celsitudini placeat solemnes tuos nuntios, ut premittitur, destinare. Ceterum amor fervidus et ignitus quem diu celare non possumus infra pectoris nostri claustra cogit secretum mentis nostre conceptum filiationi tue paternaliter aperire. Tua igitur celsitudo cognoscat quod quedam alta in mentis nostre arcano versantur [1] ad promovendum persone tue exaltationem, honoris et regni tui stabile fulcimentum, que nunquam alicui duximus revelanda; pro quibus efficatius executioni mandandis, dilecti filii nobilis viri Caroli Alanzonis comitis, fratris tui, quem sinceritatis prerogativa prosequimur, presentiam habere vellemus, ex quo te, propter impedimenta varia, nobiscum non possumus habere presentem. Quapropter excellentiam tuam rogamus et hortamur attente ut post missionem dictorum nuntiorum tuorum dictum comitem e vestigio ad nos mittas, missionis hujusmodi secreta causa celata, sibi tamen per te exposita. Sui tamen adventus poterit publicus color esse, veniendi videlicet ad visitandum beatorum apostolorum Petri et Pauli limina nostramque videndum personam, ad quam filialem precipuum gerit affectum, ad revidendum insuper

1. *Ms:* uexantur.

carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem, socerum, et ejus uxorem, socrum suos, eorumque filios, cognatos ejus, quos ipsum credimus nunquam vidisse. Tractatibus quoque inter te ac predictum regem Anglie in presentia nostra, Deo auctore, habendis presentia dicti comitis multum poterit esse utilis, dictique tui nuntii per eum salubriter dirigentur, de quo et tu habebis fiduciam pleniorem, rescripturus nobis nichilominus secrete quid de hujusmodi missione dicti comitis tua deliberabit excellentia et disponet, ut et nos certificati de hoc ad ea que concepimus nos efficatius disponamus.

1647 (LXXXXII) Anagni, 18 août 1296.

Exhortatio ad pacem faciendam. (fol. 178 v°.)

Carissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri. Noctes insompnes —.

Ut Philippum regem Francorum minime impugnet, sed se inclinet ad pacem vel saltem ad treugas longas et congruas, quibus pendentibus efficaciter possit de pace per solemnes nuntios partium tractatus haberi.

Dat. ut supra.

(Potthast, 24385.)

1648 (LXXXXIII) Anagni, 17 septembre 1296.

Reservatio beneficiorum magistri Campane de Novaria (fol. 178 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum quondam magister Campana de Novaria, canonicus Parisiensis, capellanus noster, nuper apud civitatem Viterbiensem, ubi de nostro beneplacito moram traxit, viam sit universe carnis ingressus, —. Dat. Anagnie, xv kal. octobris, anno secundo.

1649 (LXXXXIIII) Anagni, 4 septembre 1296.

Ordinatio pacis inter castra Vallis Lacus et Urbevetanos. (fol. 178 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Illius vices gerentes —. Dat. Anagnie, II non. septembris, anno secundo.

(Potthast, 24391.)

1650 (LXXXXV) Anagni, 20 septembre 1296.

Ordinatio pacis inter homines castri Aquependentis et Urbevetanos. (fol. 180.)

Ad perpetuam rei memoriam. Olim tempore felicis — Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno secundo.

(Potthast. 24395.)

1651 (LXXXXVI) Anagni, 10 septembre 1296.

Revocatio sententiarum in Urbevetanos latarum. (fol. 180 v°.)

Dilectis filiis... potestati,.. capitaneo, consilio et communi Urbevetanis. Assueta matris Ecclesie —.

Revocantur omnes sententie et pene in eos late, ita tamen ut littere apostolice ad perpetuam memoriam in illo negotio confecte in suo maneant robore firmitatis.

Dat. Anagnie, IIII id. septembris, anno secundo.

1652 (LXXXXVII) Vatican, 16 novembre 1296.

Acceptatio nomine sedis apostolice cujusdam pecunie quantitatis. (fol. 182).

Dilecto filio nobili viro Octoni comiti Burgundi. Personam tuam —.

Quod possit quandam pecunie quantitatem in satisfactionem pro male partis offerre sedi apostolice.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XVI kal. decembris, anno secundo.

In eundem modum *dilecto filio.. guardiano loci fratrum Minorum Parisiensis.* Dudum petitio nobilis viri. —

Quod medietatem dicte pecunie conventui ordinis Minorum Parisiensi elargiatur, reliquam quibusdam camere apostolice mercatoribus tradi faciat.

Dat. ut supra.

(Cf. Potthast, 24425.)

1653 (LXXXXVIII) Anagni, 20 septembre 1296.

De libertate ecclesiastica. (fol. 182.)

Regi Francorum illustri. Ineffabilis amoris dulcedine sponso suo, qui Christus est, sancta mater Ecclesia copulata dotes et gratias ab ipso suscepit amplissimas, ubertate fecundas, et specialiter inter eas beneficium libertatis. Voluit enim peramabilem sponsam ejus libere fidelibus populis preesse dominio, ut velut in filios haberet more matris in singulos potestatem, ac eam cuncti cum filiali reverentia tamquam universalem matrem et dominam honorarent. Quis itaque illam offendere vel

provocare injuriis non pavescet? Quis ausum credulitatis assumet, sponsum in sponse contumelia non offendi? Quis ecclesiastice libertatis infractor contra Deum et Dominum cujusvis defensionis clippeo protegetur, ut superne virtutis malleo comminui et redigi nequeat [1] in pulverem et favillam? Non avertas, o fili, a voce patris auditum, quoniam ad te paternus sermo de dulcedine pectoris cum amaricatione dirigitur, quam audita novi casus emersio introduxit. Tua enim interesse conspicimus, attempta mente suscipere que scribuntur. Ad nostrum siquidem nuper, non sine grandi admiratione, quinimo turbatione, pervenit auditum quod tu consilio deceptibili ductus, ut credimus, et maligno, constitutionem talem hiis diebus, ut asseritur, edidisti, cujus et si patenter verba non exprimant, suadentium tamen eam fieri (utinam non edentis!) fuisse videtur intentio, impingere in ecclesiasticam libertatem, ipsamque in regno tuo, ubi vigere solet ab olim quoad ecclesias et ecclesiasticarum personarum bona (ut de nobis et fratribus nostris sub silentio taceamus ad presens) voluisse subvertere, non sine gravi tua nota, magnoque discrimine, ac tuorum gravamine [2] subjectorum, et aliorum etiam qui solent in regno predicto hactenus conversari.

Cum igitur intersit veri patris consilium pro filiis capere, bonique pastoris errantes oves a devio revocare, diligentis amici suadere salubria, et in summo militantis Ecclesie justitie solio presidentis, non solum omne malum, set et mali speciem in subditis dissipare, nos qui Pastoris pastorum, et Yhesu Christi filii summi Patris eterni, licet immeriti, ejus faciente clementia, gerimus vices in terris, et in excelso solio, summi apostolatus videlicet, presidemus teque precipua sinceritate prosequimur et prosecuti sumus ab olim, dum nos minor status haberet, horum circa te officia pio affectu et efficaci studio providimus exequenda, pro te filio predilecto salubre capiendo consilium, teque ab invio revocando, in quod consilii te deviasse creditur impulsio fraudulenti [3], ac dissipando omne [4] malum et mali speciem, que consulentium malignorum temerarius ausus induxit; presertim si ad hoc constitutionis premisse referatur intentio, ad quod lata creditur, secundum eorum intentum, qui eam fieri dolose ac improvide suaserunt.

Non debuit, fili, anima tanti regis in tale venire consilium, non decuit excellentie tue prudentiam abire in consilio talium impiorum, qui ut fluctues flagitant, et te ut demergaris impingunt: sed saltem postquam super hoc tuos oculos paterno lumine aperimus, stare non debes in via talium peccatorum, sed attentius precavere te convenit, ne impulsu pravorum actuum tui solii cathedra pestilentie dici possit. Nec licuit, nec etiam expedivit, quod ad tuam considerationem pateret ingressus, tua et dicti regni moderni temporis qualitate pensata, tam insolite quam indebite novitati, per quam de regno non oriundis eodem conversandi in ipso, mercimonia licita et actus non prohibitos cum libertate solita exercendi via precluditur et aditus denegatur, in multorum et etiam subditorum tuorum non leve dispendium et gravamen.

Ipsi quidem subditi adeo sunt diversis oneribus aggravati, quod eorum ad te subjectio [1] et solita multum putatur refriguisse devotio, et quanto amplius agravantur, tanto potius in posterum refrigescet; nec parum amisisse censetur, qui corda perdit subjectorum. Habet interdum usus secularium principum, vel abusus, hostibus de suis terris subtrahere comoda, et ut ad inimicorum terras subjecti non transeant, nec suarum terrarum bona portentur ad illos: set sic generalem profferre sententiam, ut tulisti, non solum reprobatur in subditos, set etiam in exteros cujuslibet nationis. Non videtur [2] occulate fuisse prudentie, qui preteritorum non meminit, presentia non respicit, nec habet ad futura respectum. Et si, quod absit, fuerit condentis intentio, ut ad nos et fratres nostros ecclesiarum prelatos ecclesiasticasve personas et ipsas ecclesias ac nostra et ipsorum bona non solum in regno tuo, set constitutorum ubilibet extendatur, hoc non solum fuisset improvidum, set insanum, velle ad illa temerarias manus extendere, in quibus tibi secularibusque principibus nulla est attributa potestas; quin potius ex hoc, contra libertatem eamdem temere veniendo, in excommunicationis sententiam promulgati canonis incidisses.

Vide, fili, ad quod premissi tui consiliarii te duxerint, ut sacramentorum ecclesiasticorum perceptione ac participatione privatus ad tam periculosi status ignominiam devenires. Vitavit hoc progenitorum tuorum sancta devotio ad ecclesiastica sacramenta, et promptitudo reverentie ad Apostolicam sedem, et a te hiis temporibus maxime vitanda fuissent, dum circa tua et ipsius regni tui honores et comoda procuranda et evitanda dispendia sic attente, sic laboriose, sic sollicite vigilamus. Ad quid enim venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, nobilia utique Romane membra ecclesie, ad te ac tuum ac Anglie regem et regna transmisimus? Ad quid etiam Senensem et Papiensem episcopos ac bone memorie Reginum archiepiscopum ad Alamanie

1. *Ms.* : nequat.
2. *Ms.* : gravia mine.
3. *Ms.* : fraudulentis.
4. *Ms.* : notam.

1. *Ms.* : solito et subiecta.
2. *Ms.* : videris.

regem et regnum duximus destinandos, multiplicatis nichilominus aliis nuntiis ad diversas partes propterea destinatis? Nonne pro tua et regni tui procuranda salute ac adversitate vitanda noctes insomnes duximus, et subivimus intollerabiles quasi labores, postquam ad apostolatus apicem celestis dispositio nos vocavit? Nonne cotidianis tractatibus et sollicitudinibus pro tuis agendis insistimus sine intermissione laborum? Certe non condignum pro iis nobis offers retributionis effectum, non Ecclesie matri tue pro grandibus tibi et progenitoribus tuis impensis muneribus gratiarum et grata (*sic*) vicissitudine correspondes, si predicte constitutioni creditus [1] ingeratur intentus; quinimmo nobis et ipsi mala pro bonis et amara pro dulcibus reddidisses, versutiis erga nos et illam incaute inherens, [2] ut a te provocaremur injuriis, et provocati coluptaremur ad invicem in querelis, ac si etiam Dei et Ecclesie adversantiam non curares, non considerans provide circumposita regno tuo regiones et regna, voluntatem et statum presidentium in eisdem, neque tuorum conceptus forsitan subditorum constitutorum in diversis partibus regni tui.

Leva in circuitu oculos tuos, et vide. Cogita et repensa Romanorum, Anglie, ac Hispaniarum regna, que quasi undique te circumdant, eorumque potentias ac strenuitatem et multitudinem incolarum et patenter agnosces quod non fuit tempus acceptabile, non dies salutis, diebus istis nos et ipsam Ecclesiam talibus punctionibus tangere, talibus perturbare puncturis; nec revocare debuisses in dubium, quod nostri et Ecclesie adjutorii et favoris sola substractio in tantum te debilitaret ac tuos, quod, ut cetera tua perinde omittamus incomoda, persecutiones adversas ferre [3] non posses. At ubi nos tibi et eamdem Ecclesiam adversarios efficeres principales, adeo nostra et ejusdem ecclesie ac aliorum predictorum provocationis gravior tibi sarcina redderetur, quod ad ejus pondus tui efficerentur humeri impotentes. Absit quod insolentia consiliariorum tuorum ad tantum exterminii precipitium te deducat ! Absit quod tuis sensibus quevis incalescat durities ad talia prorumpendi ! Absit quod gratus olim filius tam graviter matri reddatur exosus, quod suis demeritis solita dulcedinis ubera subtrahere sibi ex necessitate cogatur, et quibusvis periculosis eventibus exponere vel relinquere non adjutum ! Prepara in juditio, fili carissime, mentem tuam, et discerne ac judica quid Apostolice sedi conceptus et considerationis advenerit, dum diebus istis circa discussionem et examinationem miraculorum, que ad invocationem clare memorie Ludovici avi tui facta dicuntur, cum nostris fratribus vacaremus, talia nobis exenia presentasti, talia premi[si]sti dona, quibus Deum ad iram provocas, et indignationem non solum nostram, sed et ipsius Ecclesie promereris? Cur degenerat tuæ clementia juventutis a felicibus actibus progenitorum tuorum, quibus dictam sedem fide pura et devotione sincera summis ab antiquo studiis coluerunt, se ipsius beneplacitis coaptando? Succede virtutibus, quesumus, qui succedis et regno, nullam immisturus maculam excellentis sui luminis claritati.

Quod si forsan ad inique suggestionis instantiam assumpseris causam edende constitutionis ejusdem pretextu nostre constitutionis, quam nuper pro ecclesiastica edidimus libertate, talis profecto tam suggestorum, quam suggesti motus nullus fulcitur auxilio rationis. Constitutio enim nostra, si ad rivalem sensum, postposito congruo [1], non trahatur, id, si bene perpenditur, statuit, quod alias per sanctiones canonicas est statutum, licet penas contra transgressores adjecerit, nonnullis ex communi quasi vitio peccare desinentibus potius formidine pene, quam amore virtutis. Non enim precise statuimus, pro defensione ac necessitatibus tuis vel regni tui ab eisdem prelatis, ecclesiasticisve personis pecuniarium subsidium non prestari; sed adjecimus id non fieri sine nostra licentia speciali, aductis in considerationem nostram exactionibus intolerabilibus ecclesiis et personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus dicti regni ab officialibus tuis auctoritate tua impositis atque factis; de futuris potius verisimiliter formidantes, cum ex preteritis certitudo presumi valeat de futuris. Set te non novimus ad tales exactiones auctoritate fulcitum, cujus auctoritatis abusum in te ac quolibet principe seculari divina et humana jura, quinimmo judicia detestantur, cum tibi sit et eis talis penitus auctoritas interdicta, quod tibi pro tua et successorum tuorum salute ad perpetuam rei memoriam presentibus nuntiamus; nullique suggerenti contrarium fidem adhibeas, quinimmo nec prestes auditum.

Obicias [2], si quando per te vel progenitores tuos pro necessitatibus dicti regni ad eamdem sedem habitus sit recursus, et inanis pertransierit petitio aures ejus, quin fueritis efficaciter exauditi. Ubi regni nempe gravis, quod absit, predicti necessitas immineret, nedum ab ipsius prelatis et personis ecclesiasticis tibi vel ipsi sedes eadem concederet, ac faceret subveniri, verum etiam, si exigeret casus, ad calices, cruces, aliaque propria vasa sacra manus extenderet, priusquam tantum et tale regnum, tam ipsi sedi carum, immo carissimum, et ab an-

1. *Ms.* : creditur.
2. *Ms.* : incantus inhertus.
3. *Ms.* : fore.

1. *Ms.* : coniuge.
2. *Ms.* : Obitas.

tiquo devotum, exponeret minoris cure defectui, quo minus ab ea efficacis defensionis presidia sortiretur.

Nunc autem, amantissime fili, considera quis rex quisve princeps regnum tuum non impugnatus a te vel non offensus impugnat. Nonne rex Romanorum fuisse occupatas a te tuisque predecessoribus, seu occupatas teneri civitates et terras seu limites ad Imperium pertinentes cum istantia conqueritur, et specialiter Burgundie comitatum [1], quod notum est fore feudum descendens ab Imperio et recognoscendum ab ipso? Nonne charissimus in Christo filius noster .. rex Anglie illustris de nonnullis terris Guasconie asserit illud idem? Numquid super hiis dicti reges denegant stare juri? Numquid Apostolice sedis, que Christicolis omnibus preminet, judicium vel ordinationem recusant? Dumque in eos super hiis ipsi peccare te asserunt, de hoc judicium ad sedem eamdem non est dubium pertinere. Profecto qui contra dictos reges assumptionis et prosecutionis malum dederunt consulendo vel inducendo consilium, dant periculosiorem progressum : nec est habenda fiducia super hoc verisimiliter boni finis, cum ea que male sunt inchoata principio, ut frequentius vix bono exitu peragantur. Pone in recta statera animarum pericula, corporum cedes, expensarum voragines, damna rerum, que occasione assumptionis et tuorum processuum evenerint, rationis sequens juditium, et non impetum voluntatis, a malorum consiliariorum insidiis elongatus, et tunc manifeste cognosces te fuisse deceptum nec expedivisse te talia assumpsisse.

Quid ergo tibi accideret, si, quod absit, sedem ipsam offenderes graviter, eamque hostium tuorum constitueres adjutricem, quin potius contra te faceres principalem, cum nos et fratres nostri, si Deus ex alto concesserit, parati simus non solum persecutiones, damna rerum et exilia substinere, set et corporalem mortem subire pro ecclesiastica libertate? Sunt et alii, sicut ad nostram notitiam est deductum, qui maligne surrepunt, dicentes : Jam non poterunt prelati et persone ecclesiastice regni tui servire de feudis, vel subventiones facere, in quibus feudorum ratione tenentur ; jam non poterunt unum sciphum, unum equum dare liberaliter regi suo. Non fertur ad tales et consimiles interpretationes subdolas dicte nostre constitutionis intentio : tam falsidicos interpretes non admittit, sicut hec plenius aliquibus tuis nuntiis et familiaribus vive vocis oraculo sepius duximus exponenda.

Quantumlibet autem per subdolos impulsus verstusa sis ut caderes ob predicta et ea nos turbaverint et ad indignationem non sine ratione moverint [1], nos tamen paterni amoris soliti ac eadem Ecclesia te sui uteri filium oblivisci non possumus, quin, suspenso rigore, te in benedictionibus preveniendo dulcedinis, et via mansuetudinis prosequendo, experiamur primitus quam reverenter, quam efficaciter monita paterna suscipies et medicamenta curantis, illius periti medici Samaritani vicarii, qui super vulnera hominis cujusdam de Jerusalem descendentis in Jericho, qui inciderat in latrones et fuerat spoliatus ac relictus plagis impositis semivivus ; misericordia motus oleum et vinum apposuit.

Igitur tali exemplo a fomentis olei benignius inchoantes, ecce venerabilem fratrem nostrum ..Vivariensem episcopum, virum quidem probate religionis, scientie eminentis, circumspectionis mature, ex conversatione diutina nobis et fratribus nostris notum et carum, ac tui honoris et comodi zelatorem, qui et de regno et terra tuis traxit originem, ad te providimus destinandum, ut premissa solerter et clare celsitudini regie oraculo vive vocis exponat, et exprimat, ut premittitur, mentem nostram, quem super his et de contingentibus plene duximus informandum. Serenitatem itaque regiam monemus, rogamus, et ortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus non ad animum revoces, sed gratanter accipiens quod te instanter reducere nitimur ad salutem, paterna medicamina suscipias reverenter, nostrisque tibi et tuo regno salubribus monitis acquiescens, errata sic corrigens per te ipsum nec permittens in antea per falsa contagia te seduci ; ita quod a Deo premium exinde consequaris, nostram et dicte ecclesie benivolentiam tibi conserves et gratiam, et apud homines bonam famam ; nec oporteat nos ad alia et minus usitata remedia, perseveranter instante ac pulsante nec non cogente justitia, extendere manus nostras, quamvis hoc inviti et nolumptarii faceremus. Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno secundo.

(Potthast, 24398, sub data VII kal. oct., auctore Raynaldo; sed in regesto attentius considerato XII, non VII, procul dubio legimus).

1654 (LXXXXVIIII) Vatican, 10 novembre 1296.

Renovatio processus contra christianos deferentes arma Saracenis. (fol. 183 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Pridem in die Cene Domini proxime preterito in presenti basilica beati Petri principis apostolorum processum fecimus et publicavi-

1. *Ms.*: burgudie ciuitatum.

1. *Ms.* : monerent.

mus infrascriptum et postmodum in festo Ascensionis Domini preterito proximo in dicta basilica processum ipsum repetendum et innovandum duximus et etiam approbandum. Nunc autem processum ipsum et quidquid continetur in eo repetimus et auctoritate apostolica innovamus — qui talis est : Bonifatius — Fuit olim etc. ut in alio processu habito in die ascensionis proximo preterito, capitulo XXXVI, mutatis mutandis usque in finem. Actum Rome, in basilica supradicta, in die dedicationis ejusdem basilice, anno secundo.

1655 (c) Vatican, 20 novembre 1296.

Renovatio processus contra Siculos rebelles. (fol. 183 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum per felicis recordationis Martini primo etc. ut supra in alio processu habito in die Ascensionis proximo preterito, capitulo XXXVII, mutatis mutandis usque nomen simplicis magistratus. Quare —. Actum Rome, in basilica supradicta, in die dedicationis ejusdem basilice, anno secundo.

FIN DES LETTRES CURIALES DE LA DEUXIÈME ANNÉE.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM TERTII ANNI
DOMINI BONIFATII PAPE VIII.

1656 (I) Vatican, 6 février 1297.

Exemptio jurisdictionis. (Reg. 49 [1], fol. 195.)

Dilectis in Christo filiabus Catherine et Johanne sororibus, natis quondam Johannis de Alta Mura, Barensibus. Consuevit apostolica sedes —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod quondam Spatacus de Baro, avus vester, regni Sicilie logotheta, cujus estis heredes, de propria salute cogitans, quemdam locum, prope civitatem Barensem, ubi erant quedam ecclesia que dicitur Sancti Leonardi et domus constructe, tunc spectantes ad monasterium Omnium Sanctorum Barense, quod ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinet, mediante causa ordinandi hospitale ibidem, justo permutationis titulo acquisivit ac in loco ipso hospitale ad opus infirmorum et pauperum ordinavit; et postmodum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Barensis hospitale et ecclesiam supradicta de capituli sui consensu et jurisdictione sua et successorum suorum prorsus exemit, et demum dictus avus vester in sua ultima voluntate precepit quingente uncie auri de pecunia sua exhiberentur pro emendis possessionibus ad opus hospitalis predicti, computata in eisdem quingentis unciis quantitate pecunie que fuerat per eum in aliis possessionibus traditis eidem hospitali expensa, et sic empte predictis aliis adderentur ad usum et sustentationem infirmorum et pauperum ac ministrorum dicti hospitalis, ac cultum etiam divinorum que ibi pro sua et suorum animabus celebrari voluit. —

Eis ergo conceditur ut in predictis quingentis libris archiepiscopus predictus ratione canonice portionis vel juris alterius cujuscumque nihil exigere possit, et dictum hospitale in proprietatem apostolice sedis assumptum a predicta archiepiscopi et capituli auctoritate totaliter eximatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. februarii, anno tertio.

1. *In eodem regesto includuntur omnes anni tertii bulle.*

1657 (II) Vatican, 28 janvier 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 195.)

Dilecto filio Bonifacio, nato quondam Thome marchionis Salutiarum, canonico Lincolniensi, capellano nostro. Ad illorum provisionem —.

Ei reservatione apostolica confertur canonicatus, vacans ad presens aut proximo vacaturus, in ecclesia Lincolniensi, non obstante quod de Almanbiris et de Camessale ecclesias, curam habentes animarum, et capellam regiam de Tikehullis, Eboracensis diocesis, jam possidet et defectum patetur in ordinibus et etate.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. februarii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis priori de Pontefracto et Ugutioni de Vercellis, subdiacono et capellano nostro, Brugensis, Eboracensis ac Tornacensis diocesium, ac magistro Johanni de Baco Londoniensis ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

1658 (III) Vatican, 28 janvier 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 195 v°.)

Dilecto filio Georgio, nato quondam Thome marchionis Salutiarum, canonico Soresbiriensi. Nobilitas generis —.

Ei reservatione apostolica confertur canonicatus ecclesie Saresbiriensis, vacans ad presens aut proximo vacaturus, non obstante quod defectum in ordinibus et etate, cum sit solum in minoribus ordinibus constitutus necdum sextum decimum etatis sue annum exegerit, patetur.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis priori de Torrinton et Ugutioni de Vercellis, subdiacono et capellano nostro, Brugensis, Cicestrensis et Tornacensis diocesium, ac magistro Johanni de Luco Lodovensis ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

1659 (III) Vatican, 1er février 1297.

Comissio rectorie Comitatus Venaysini. (fol. 196.)

Dilectis filiis nobilibus viris Biccio, Musciacto et Nicolutio fratribus, natis quondam Guidoni (sic), *Francesis.* Etsi exigente pastoralis— .

Eis committitur terre Venaysine rectoria pro quinque annis a data presentium computandis, « disponendi, ordinandi, percipiendi, statuendi, puniendi et faciendi in eadem terra quicquid ad hujusmodi rectorie spectat officium —, necnon contradictores et rebelles, districtione que convenit, appellatione postposita, compescendi concedentes — potestatem. Volumus tamen quod non omnes vel duo insimul, sed unus vestrum, vicissim tamen si volueritis, rectoriam exequamini supradictam. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. februarii, anno tertio.

1660 (V) Vatican, 1er février 1297.

Eadem de re. (fol. 196.)

Dilectis filiis universis baronibus aliisque nobilibus, comitatibus, universitatibus ac populis, ceterisque personis secularibus civitatum, castrorum, aliorumque locorum per terram Venaysinam constitutis. Etsi exigente —.

Biccio, Musciacto et Nicolao fratribus, natis quondam Guidi (sic) de Francesis de Florentia militis, terre Venaysine rectoribus nominatis, obediant et de redditibus ecclesie debitis eis integre respondeant.

Dat. ut supra.

1661 (VI) Vatican, 5 février 1297.

Remissio bonorum male acquisitorum. (fol. 196.)

Dilectis filiis Raynerio, Albizo et Sinibaldo militibus, Biccio, Musacto et Nicolutio fratribus de Francesis, ac Ciono Marzoli, civibus florentinis. Recolentes et recognoscentes —. Quia igitur, sicut proponitis, multa de bonis ecclesiarum — per usuras et alias per contractus pravos et illicitos, necnon de bonis personarum mundanarum per usuras incertas ad vos pervenisse noscuntur, nos, benigne attendentes quod culpam in hoc vestram ad exonerationem conscientie humili et spontanea confessione detegitis, et volentes ob id de multa clementia sedis apostolice providere, vobis omnia de hujusmodi bonis taliter acquisita vel habita, ejusdem auctoritate sedis, taliter remittimus et concedimus ut ea, et alia etiam acquisita per illa, licite ac libere habere et retinere possitis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. februarii, anno tertio.

1662 (VII) Vatican, 29 janvier 1297.

Reservatio officii. (fol. 196.)

Dilecto filio Jacobo, nato Betti Machaonis de domo Gualendorum de Pisis, clerico Pisano. Ut tua et tuorum devotio —.

Ei reservatione apostolica confertur primum officium, seu canonicatus et prebenda, nunc vacans aut proximo vacaturum in quavis ecclesia civitatis vel diocesis Pisane, non obstantibus ecclesie predicte consuetudinibus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kalendas februarii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis priori de Nicosia et plebano plebis de Sibiliano, Pisane et Lucane diocesium, ac Raynerio de Viterbio, canonico Pisano.* — Dat. ut supra.

1663 (VIII) Vatican, 24 février 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 196 v°.)

Dilectio filio Fredulo preposito Massiliensis et Hugolino de Marzano archidiacono Albitiensis, Xantonensis [*diocesis*], *et Bertuldo de Labro, capellano nostro, canonico Wulterane ecclesiarum.* Exponente nobis pridem Stephano abbate monasterii Molismensis ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis, quod tam pro suis necessariis quam pro dicti monasterii negotiis apud sedem apostolicam expediendis utiliter eum subire oportebat magna onera expensarum et supplicante ut usque ad summam trium milium florenorum auri mutuum contrahendi sub modis et formis, *etc. usque* executoribus eisdem, — a dilectis filiis Raynutio Rustici de Abbatibus pro se ipso ac Johanne et Rosellino Baccharelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Marco dicti Raynutii [1], Mafeo Pontii, Jacobo Mafei et Bernardo Raynerii ac ceteris suis sociis de societate eorumdem Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacharelli, civibus et mercatoribus florentinis, de predicta summa trium milium florenorum auri quantitatem duorum milium et centum florenorum auri mutuo recepit —. Nos de expresso consensu *etc. ut in forma usque in finem.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. martii, anno tertio.

1. *Ms.* Raynuntii.

1664 (VIIII) Vatican, 4 février 1297.

Collatio beneficiorum. (fol. 197.)

Dilectis filiis Fulsensis et .. Cardonensis monasteriorum abbatibus, Appamiarum et Urgellensis diocesium, ac priori Sancte Eulalie Barchinonensis. Favoris uberis prosequendi —.

Eis mandatur ut Ugonem de Cardona, archidiaconum Barchinonensem, beneficiis in presens vacantibus in ecclesia Terraconensi, quorum redditus et proventus centum et quinquaginta marcharum argenti summam annuam non excedant, corporaliter induant, non obstante quod dictus Hugo in Barchinonensi archidiaconatum curam habentem animarum, et in ea atque Vicensi prepposituras, que « mensate » vulgariter nuncupantur, et in predictis ac Gerundensi et Ilerdensi canonicatus et prebendas, ac in eadem Ilerdensi officium camerarie et in Sancti Martini Veteris Gerundensis diocesis ecclesiis perpetuam capellaniam, et ab episcopo Barchinonensi de Lagranada et a priore Sancte Marie de Monteserrato de Ollesio castra, Barchinonensis diocesis, in beneficium principale noscitur obtinere, et a Terraconensi archiepiscopo et Ilerdensi episcopo quasdam pensiones percipit annuatim; nec ad sacerdotium promoveri teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, pridie non. februarii, anno tertio.

1665 (X) Vatican, 10 février 1297.

Collatio ecclesie. (fol. 197 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Viti de Valle Opii et .. priori Sancti Laurentii de Gamellariis (sic), *Tudertine diocesis, ac Francisco de Montenigro canonico Florentino.* Volentes personam dilecti filii Egidii, nati Gerardini Orlandi de Pomonte domicelli nostri, clerici Tudertine diocesis, speciali prosequi gratia —.

Eis mandatur ut dictum Egidium de ecclesia de Sancto Cassiano, predicte diocesis, ad collationem abbatis monasterii Sancti Petri Perusini spectante, quamprimum per obitum seu resignationem Boncontis ipsius ecclesie rectoris vacaverit, personaliter induant, non obstante quod dictus Egidius ruralem ecclesiam Sancti Jacobi de Redera, Ameliensis diocesis, obtinet et nondum in sacris ordinibus et etate legitima est constitutus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. februarii, anno tertio.

1666 (XI) Vatican, 10 février 1297.

Indultum. (fol. 197 v°.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Cameracensi. Magne devotionis affectus —.

Ei conceditur ut sex clerici comensales, ejus obsequiis insistentes, fructus beneficiorum suorum percipere valeant, nec minime ac residentiam teneantur, proviso tamen quod cura animarum in illis nullatenus negligatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. februarii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. cantori Noviomensis et .. preceptori Ambianensis ecclesiarum ac officiali Parisiensi.* — Dat. ut supra.

1667 (XII) Vatican, 10 février 1297.

Pro eodem. (fol. 198.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Cameracensi. Habet in nobis —.

Ut sue diocesis loca ecclesiastica per procuratores visitare et procurationes in pecunia numerata recipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. februarii, anno tertio.

1668 (XIII) Vatican, 10 février 1297.

Pro eodem. (fol. 198.)

Eidem. Ex parte tua —.

Ut cui voluerit tabellionatus officium conferre possit.

Dat. ut supra.

1669 (XIIII) Vatican, 1er mars 1297.

Licentia docendi in curia. (fol. 198.)

Dilecto filio Johanni Mergulíesii de Pistorio, juris civilis professori. Meritis tue probitatis —. Volentes itaque benigne annuere votis tuis ut, quamdiu apud sedem apostolicam in jure civili regere seu docere de ipsius sedis beneplacito volueris, liceat, personis illis que per constitutionem fe. re. Honorii pape III predecessoris nostri studere in legibus prohibentur, episcopis, abbatibus et religiosis quibuslibet prorsus exceptis, apud sedem eamdem sub tuo regimine vel doctrina, sive illius aut illorum cui vel quibus interdum loco tui ad legendum in scolis tuis aliquam lectionem necessitatis causa vel honoris gratia duxeris admittendos in predicto jure, constitutione predicta, cui per hoc imposterum volumus

derogari, et juramento per te prestito magistris et communi Bononiensibus, a quo te prorsus absolvimus et habere volumus absolutum, quod non nisi in civitate Bononiensi in jure regeres supradicto, nequaquam obstantibus, auctoritate presentium indulgemus —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, kal. martii, anno tertio.

1670 (XV) Vatican, 10 février 1297.

Indultum. (fol. 198.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Cameracensi. Meritis tue devotionis —.

Ut ecclesias et cimiteria per ydoneum presbyterum vice sua, aqua ab ipso primitus benedicta, reconciliari possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. februarii, anno tertio.

1671 (XVI) Vatican, 10 février 1297.

Privilegium. (fol. 198.)

Eidem. Libenter tibi gratiam. —

Ut sex clerici, ejus obsequiis insistentes, beneficia obtinere et retinere in diocesi et civitate sua possint, nec per quinquennium ordinem sacerdotalem recipere teneantur.

Dat. ut supra.

1672 (XVII) Vatican, 10 février 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 198.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo et dilectis filiis capitulo Cameracensibus. Etsi universe —.

Eorum persone, et ecclesia, et bona, et civitas ac diocesis Cameracensis a jurisdictione archiepiscopi et capituli Remensis eximuntur, et Romane ecclesie immediate subjacebunt.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1673 (XVIII) Vatican, 13 février 1297.

Invalidatio heresie processus. (fol. 198 v°.)

Dilecto filio nobili viro Vicecomiti de Viterbio, nato quondam Raynerii Gatti militis Viterbiensis. Apostolice sedis circumspecta —.

Cum predictus et pater suus et fratres sui ab inquisitoribus heretice pravitatis heresia accusati fuerint, et postea G. Sabinensis episcopus, ad processum examinandum commissus, de toto eumdem infundatum et testes mendaces invenerit, eis conceditur ut processus heresie contra eos declaratus sit irritus nec heredibus eorum macule esse possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1674 (XVIIII) Vatican, 9 mars 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 198 v°.)

Dilectis filiis priori secularis ecclesie Sancti Stephani ad Pontem, Florentine, et magistro Raynerio de Vichio, capellano nostro, canonico Lichefeldensis ecclesiarum ac officiali Parisiensi. Exponente nobis pridem —.

Eis, executorio nomine, notificatur mutuum decem milium florenorum auri quod Thomas, abbas monasterii Fiscannensis, Rothomagensis diocesis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ab Albizo Martini, mutuante pro se ipso ac Manecto Jacobi, Raynerio Cambii, Jacobo Ughi, Rogerio Manecti, Gerardo Junte, Mafeo Clarissimi, Rinuctio Ughi, Bartholomeo Marchi, Bonifatio Rugerini et Johanne Berlingerii, civibus et mercatoribus florentinis, contraxit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. martii, anno tertio.

1675 (XX) Vatican, 15 mars 1297.

Concessio ecclesie. (fol. 199.)

Venerabili fratri .. Eugubino episcopo. Exigentibus tue devotionis —.

Ei conceditur, ad episcopalis mense necessitates sustentandas, Sancti Angeli de Asyno, Eugubine diocesis, parrochialis ecclesia, cujus collatio ad eum jam pertinet, sub conditione ut de congruenti vicario eidem ecclesie provideat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1676 (XXI) Vatican, 20 février 1297.

Commissio abbatissam eligendi. (fol. 199.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Clarevallensis, Cisterciensis ordinis, et .. preposito ecclesie de Dexio, Mediolanensis diocesis. Debitum officium nostri —. Dudum siquidem monasterium Sancte Marie Senatoris Papiensis, ordinis sancti Benedicti, per obitum quondam Sybone abbatisse

ipsius monasterii abbatisse regimine destituto, duas in eo electiones, unam videlicet de Columba et aliam de Beatrice monialibus ipsius monasterii contigit a reliquis ejusdem monasterii monialibus in discordiam celebrari; bo. quoque me. Guido episcopus Papiensis post easdem electiones ipsi monasterio de Margarita, monasterii Theodoris Papiensis moniali, auctoritate propria de facto, cum de jure non posset, providit —.

Hujusmodi provisione per H. Ostiensem episcopum, super hoc auditorem delegatum, revocata, eis injungitur ut abbatissam ydoneam, exclusis Columba et Beatrice, eligant, et ab ea postmodum recipiant, si eis constiterit dictum monasterium apostolice sedi fore immediate subjectum, solite fidelitatis juramentum [1].

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. martii, anno tertio.

1677 (XXII) Vatican, 15 mars 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 199.)

Venerabili fratri .. episcopo Cremonensi et dilectis filiis Raynerio de Vichio, Lichefeldensis, ac Lanco Guidonis, Pistoriensis, ecclesiarum canonicis. Sicut in nostra —.

Eis, executorio nomine, notificatur mutuum octo milium sexcentarum et vigenti librarum parvorum turonensium quos Guido Cameracensis episcopus a Malho (sic) Jacobi et Paulo Tegrini, civibus et mercatoribus Pistoriensibus, de societate Ammanatorum de Pistorio pro se ipsis et nomine Martini et Mei Jacobi, Nelis et Tatti Bartholomei, Capponis Bandini et Lantis Agolantis atque Dini Johannis, sociorum et concivium suorum, receperat, in certis terminis persolvendas.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1678 (XXIII) Vatican, 13 février 1297.

Licentia. (fol. 199 v°.)

Dilectis filiis abbati Cistercii ejusque coabbatibus monasteriorum Cisterciensis ordinis et eorum conventibus universis. Ad augmentum continuum —.

Ut ad correctiones fratribus et conversis delinquentibus infligendas prelati ordinis supradicti libere procedere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1. *Vide juramentum* n° 1700.

1679 (XXIIII) Vatican, 28 février 1297.

Impositio decime. (fol. 199 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ac capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon domorum beate Marie Theotonicorum prioribus et preceptoribus seu magistris, ceterisque personis ecclesiasticis regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, per regnum Aragonie constitutis. Siculorum detestanda —. (Consideratis Siculorum pertinacissima rebellione et statu lugubri Terre Sancte),—cum itaque sedes ipsa, ex innate sibi compassionis affectu quem ad eamdem terram habere dinoscitur, ejus negotium potissime cordi gerat, et ad nephandam plenamque sceleribus Siculorum ipsorum conterendum proterviam, que per eorum discidia multipliciter impedit oportuna subsidia dicte Terre, ejusdem sedis stabilis tendat intentio firmumque propositum dirigatur, ac carissimus in Christo filius noster Jacobus Aragonie rex illustris, tanquam filius benedictionis et gratie apostolicis beneplacitis se coaptans, hujusmodi negotium contra dictos rebelles et obstinatos Syculos (*sic*) — duxerit assumendum, nos tante tamque sincere devotionis affectum et zelum —, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum regnorum [1] Aragonie ac Valentie, comitatus Barchinonie, omniumque terrarum dicti regis per quatuor annos a festo nativitatis beati Johannis Baptiste venturo proxime numerandos de fratrum, nostrorum consilio, pro predicti prosecutione negotii auctoritate apostolica duximus conferendam. —

Ad ministerium hujusmodi decime exercende deputantur Raymundus, episcopus Valentinus, et Pontius, prepositus ecclesie Selsonensis Urgellensis diocesis, et ab ea solvenda solum eximuntur clerici quorum ecclesiastici redditus summam septem librarum turonensium parvorum non excedunt.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. martii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri Raymundo episcopo Valentino et dilecto filio Pontio preposito ecclesie Selsonensis [2] Urgellensis diocesis.*

Ut dictas ecclesiasticas personas ad decimam prestandam compellant, collectores ydoneos eligant, et duos terminos quolibet anno statuant, unum videlicet infra festum Nativitatis, alterum infra festum beati Johannis Baptiste.

1. *Ms* rengnorum.
2. *Ms.* Celsonen.

— Volumus denique ut frequenter vobis quod actum fuerit in regnis, comitatu et terris prefatis, tam circa collectores quam circa collectionem, quantitatem collectam et solutionem ipsius scribere nullatenus omittatis —.

Imponitur quoque collectoribus supra Evangeliis solemne juramentum, cujus instrumentum sequitur.

Dat. ut supra.

1680 (XXV) Vatican, 26 février 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 200 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Wintoniensi. Laudanda sedis apostolice —.

Predictus episcopus et ejus Wintoniensis ecclesia, et capitulum et civitas atque diocesis Wintonienses, omnesque familiares et officiales, etc., et omnia bona seu feuda per eumdem episcopum occupata a jurisdictione archiepiscopi et ecclesie Cantuarensium omnino et perpetuum eximuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. martii, anno tertio.

1681 (XXVI)

In e. m. *dilectis filiis Westmonasterii, Londoniensis, et .. de Sancto Eadmundo, Norvicensis diocesium, monasteriorum abbatibus, ac .. auditori contradictarum litterarum nostrarum.* — Dat. ut supra.

1682 (XXVII) Vatican, 6 février 1297.

Unio ecclesiarum. (fol. 201.)

Venerabili fratri Andree episcopo Venafrensi. Grata et accepta —.

Ecclesie Venafrensi uniuntur in perpetuum, mense episcopalis ad sustentationem, ecclesie Sancti Barbati parrochialis et Sancti Nazarii ruralis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. februarii, anno tertio.

1683 (XXVIII) Vatican, 17 février 1297.

Indulgentia. (fol. 201.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum omnium —.

Unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis remittuntur omnibus qui ecclesiam Sancti Benedicti de Vulture, Januensis diocesis, in honorem beati Benedicti abbatis per Andreolum de Sori de Janua, ejusdem ecclesie patronum, constitutam et dotatam, in die dedicationis et in Nativitatis et Resurrectionis Domini, sancti Petri Apostoli, et in singulis beate Marie Virginis, ac in ipsius sancti Benedicti festivitatibus visitarint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. martii, anno tertio.

1684 (XXVIIII) Vatican, 21 janvier 1297.

Reservatio dignitatis. (fol. 201.)

Dilecto filio Berengario de Sarriano canonico Valentino. Volentes personam tuam —.

Ad preces Bernardi de Sarriano, admirati Jacobi Aragonum regis, cujus Bernardi dictus Berengarius consanguineus existit, ei reservantur in ecclesia Valentina, in qua canonicus receptus est, personatus aut dignitas que vacans sit aut proximo vacaverit, non obstante quod in ecclesia Oscensi archidiaconatum, canonicatum et prebendam ac quamdam administrationem, que elimosina vulgariter nuncupatur, obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno secundo.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. Dertusensi, .. Oscensi episcopis, ac dilecto filio precentori ecclesie Terraconensis.*

Ut eum in corporalem possessionem dicti personatus inducant.

Dat. ut supra.

1685 (XXX) Vatican, 15 février 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 202.)

Dilecto filio magistro Petro Garnerio de Bitteris succentori ecclesie Aurelianensis. Tue probitatis merita —.

Ut succentoriam quam in ecclesia Aurelianensi ac canonicatus aut prebendas quas in Bituricensi, Meldensi et Ambianensi ecclesiis obtinet, libere retinere et eorum reditus percipere valeat; nec ac residentiam teneatur, non obstantibus constitutionibus ad hoc contrariis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. martii, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. Autisiodorensi et ..*

Suessionensi episcopis, ac dilecto filio abbati monasterii Sancti Dyonisii in Frantia.

Ut predicto Petro dictos fructus ministrari faciant.

Dat. ut supra.

1686 (XXXI) Vatican, 4 mars 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 201.)

Venerabili fratri Iterio episcopo Lodovensi. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii, anno tertio.

1687 (XXXII) Vatican, 14 février 1297.

Indultum. (fol. 201.)

Venerabili fratri .. episcopo Lemovicensi. Personam tuam tuis —.

Ut per procuratores visitare et procurationes in pecunia numerata recipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII [1] kal. martii, anno secundo.

1688 (XXXIII) Vatican, 16 février 1297.

Remissio et licentia. (fol. 201.)

Dilecto filio magistro Thome de Chobean, doctori decretorum, de Holingeburne et de Haliencie (sic) ecclesiarum rectori, Cantuariensis et Londoniensis diocesium. Apostolice sedis —.

Ad preces Francisci Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis ei remittuntur redditus ecclesiarum de Boyle et de Recherelfeld, Cantuariensis et Cicestrensis diocesium, quas per plurimos annos tenuit una cum aliis ecclesiis, et conceditur ut sine peccati macula easdem de Boyle et de Recherelfeld ecclesias cum aliis supradictis retinere in posterum possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. martii, anno tertio.

1689 (XXXIIII) Vatican, 18 février 1297.

Indultum. (fol. 201 v°.)

1. *Videtur legendum esse* XVI.

Dilecto filio Roberto Bertini de Sanavilla canonico Suessionensis. Meritis tue devotionis —.

Ei, ad preces Benedicti Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, cujus capellanus fuit, indulgetur ut apud sedem apostolicam moram trahens aut in aliqua ecclesiarum in quibus beneficia obtinet residens, fructus aliorum suorum beneficiorum percipere integraliter valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis Atrebacensi et de Oda in ecclesia Ebroicensi archidiaconis, et magistro Ricardo de Fiscanno canonico Constanciensi.* — Dat. ut supra.

1690 (XXXV) Vatican, 15 février 1297.

Nominatio abbatis Sancte Trinitatis Fiscannensis. (fol. 201 v°.)

Dilecto filio Thome abbati monasterii Sancte Trinitatis Fiscannensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Rothomagensis diocesis. Quam sit omissa —. Sane dudum monasterio Sancte Trinitatis Fiscannensis — per obitum quondam Guillelmi abbatis ipsius monasterii solatio pastoris destituta, dilecti filii prior et conventus ejusdem monasteri, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, prout moris est, convenientes — ac deliberantes — per viam procedere compromissi, Spiritus Sancti gratia invocata, quinque ex ipso conventu, videlicet tibi, tunc priori monasterii Sancte Trinitatis de Rocca Guidonis ad dictum monasterium immediate spectantis, Roberto de Lyon suppriori, Johanni dicto Morant pitantiario, Roberto dicto de Guinonfussa (?) quarto priori, et Guillelmo dicto de Conpyen, dicti monasterii monachis, providendi ea vice dicto monasterio de persona ydonea potestatem, usque ad consumptionem unius candele accense in capitulo duraturam, eo modo unanimiter concesserunt, ut tu et alii college tui predicti, vice vestra et predictorum prioris et conventus, per electionem canonicam de persona hujusmodi tantummodo de gremio ipsius monasterii et ex vobis ipsis in qua vestrum quatuor consentient concorditer assumanda, prout vobis videretur expediens, monasterio provideretis eidem. —

Is ergo Thomas, per viam predictam et infra tempus statutum electus, confirmatione sedis apostolice postulata, et per H. Ostiensem episcopum atque N. Sancti Laurentii in Damaso presbyterum et F. Sancte Lucie diaconum cardinales examinata electione, confirmatur in abbatem predicti monasterii; et ei munus benedictionis per J. Tusculanum episcopum impenditur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis priori et conventui monasterii Sancte Trinitatis Fiscannensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Rothomagensis diocesis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *universis vassallis monasterii Sancte Trinitatis Fiscannensis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *clero et populo ville Fiscannensis in spiritualibus et temporalibus pleno jure spectantis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *carissimo in Christo filio P. regi Frantie illustri.* Ad fovendum —.

Ut predictos abbatem et monasterium commendatos habeat et regalia ejusdem monasterii, que tempore vacationis percepit, eidem abbati aut ejus procuratori restituat.

Dat. ut supra.

In e. m. *eidem regi.*

Ut in precedenti, deficiente tantum regalium restitutionis injunctione.

Dat. ut supra.

1691 (xxxvi) Vatican, 5 février 1297.

Quittatio. (fol. 203 v°.)

Dilectis filiis Clarentino et Lanfranco Anselmi, Morgiano Floravantis, Baldo Raynerii et ceteris eorum sociis de societate Clarentum, camere nostre mercatoribus. Cum de pecunia decimarum in Terre Sancte subsidium concessarum seu alia quavis pecunia apud vos, socios et societatem vestros, nomine Romane ecclesie vel ad opus dicti negotii deposita, seu alio quocumque nomine commendata pridem ad mandatum nostrum, primo per bo.me. Guillelmum tituli Sancti Clementis presbyterum cardinalem, ac postmodum per venerabiles fratres nostros Rostangnum Arelatensem et Guillelmum Ebredunensem archiepiscopos factum, pro viginti quinque milibus marcharum argenti carissimo in Christo filio nostro C. regi Sicilie illustri pro ipsis oportunitatibus per eosdem archiepiscopos nomine Romane ecclesie mutuandis, septuaginta sex milia septingentas et septuaginta libras sedecim solidos et octo denarios turonensium parvorum, tribus libris ac decem et septem denariis turonensium eorumdem pro marcha qualibet computatis, ipsis archiepiscopis assignandas duxeritis ac etiam persolvendas, ut in instrumento assignationis exinde confecto plenius continetur, nobis humiliter supplicastis ut, cum de hujusmodi pecunia sic soluta cautionem sufficientem habere a dictis archiepiscopis minime crederetis, super hoc vobis et societati vestris de oportune quitationis et refutationis cautela providere per litteras apostolicas dignaremur. Nos igitur in hac parte precibus favorabiliter annuentes —, assignationem et solutionem predictarum septuaginta sex milium septingentarum et septuaginta librarum sedecim solidarum et octo denariorum turonensium parvorum pro predictis marchis argenti de mandato nostro, ut premittitur, factas, ratas et gratas habemus, ac vos socios et societatem predictos, quoad quantitatem hujusmodi persolutam, presentium auctoritate absolvimus et quitamus, ita quod vos, societas vestra, seu aliquis ex sociis vestris, ad solutionem vel restitutionem faciendum ulterius de ipsa quantitate pecunie compelli aut molestari a quoquam, apostolica seu quacumque alia auctoritate, nullatenus valeatis. Nos enim, etc. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, nonas februarii, anno tertio.

1692 (xxxvii) Vatican, 10 février 1297.

Quittatio. (fol. 203 v°.)

Eisdem.

« Cum de pecunia decimarum » in subsidium Terre Sancte concessarum aut alia quavis pecunia eis per magistrum Theodericum, Pisanum electum, camerarium pape persoluta, Jacobo Aragonum regi mille libras turonensium parvorum in una parte et mille quadringentas quinquaginta et octo libras et quatuordecim solidos turonensium in grossis argenteis in alia ex certis causis tradiderant, quoad quantitatis hujusmodi solutionem, auctoritate presentium omnino ipsi et ipsorum societas absolvuntur et quittantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iiii id. februarii, anno tertio.

1693 (xxxviii) Vatican, 1er mars 1297.

Licentia. (fol. 204.)

Dilecto filio magistro Blasio de Anagnia, capellano nostro, thesaurario ecclesie Turonensis.

Ut possit redditus thesaurarie ecclesie Turonensis, apud sedem apostolicam vel alibi ubilibet moram trahens, percipere, a tempore quo littere super collatione hujusmodi confecte archiepiscopo ac capitulo Turonensibus presentate fuerunt, cum ea integritate cum qua illos perciperet si personaliter in eadem ecclesia residentiam faceret.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Germani juxta Parisius ac Thomasio de Ceccano, Eboracensis, et Johanni de Frusinone, de Corbolio, Parisiensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

1694 (xxxviiii) Vatican, 11 février 1297.

Licentia. (fol. 204.)

Dilecto filio Rolando de Ferentino, capellano nostro, canonico Turonensi. Grata tue probitatis —.

Omnium beneficiorum suorum fructus, proventus et redditus in absentia integraliter percipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii id. februarii, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. Atrebatensi et .. Anagnino episcopis ac dilecto filio .. thesaurario ecclesie Laudunensis.* — Dat. ut supra.

1695 (xl) Vatican, 1er mars 1297.

Commissio exemptionem declarandi. (fol. 204 v°.)

Dilecto filio Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Dudum ex relatione —.

Ut monasterium Sancti Laurentii de Monte Salernitani, ordinis sancte Clare, a quibuscumque jurisdictione aut tributo exemptum declaret.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. martii, anno tertio.

(Potthast, n° 24477.)

In e. m. *dilectis filiis .. generali et .. provintiali ministris ordinis fratrum Minorum Terre Laboris presentibus et futuris.*

Ut magisterium, correctionem, visitationem, etc., in predicto monasterio exerceant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

(Potthast, 24476.)

1696 (xli) Vatican, 27 novembre 1296.

Commissio dispensandi cum quibusdam clericis. (fol. 205 v°.)

Venerabili fratri Hermanno episcopo Halberstadensi [1]. Habet oblate —.

In eodem modo et sub eadem data quam archiepiscopo Magdeburgensi anno secundo, cap. dclvii.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. decembris, anno secundo.

1697 (xlii) Vatican, 14 février 1297.

Commissio quamdam pecunie quantitatem recipiendi. (fol. 205 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Januensi. Nuper fidedigna extitit auribus nostris assertione relatum quod quondam Belmustinus Ceba olim, dum adhuc presentis perageret vite cursum, de bonis suis in ultima voluntate sua disposuit, in qua — de ipsis bonis legavit ecclesie Romane seu in subsidium Terre Sancte mille octingentas libras Januninorum (*sic*) —, certis super hoc executoribus deputatis —.

Ei petendi, exigendi et recipiendi a testamenti executoribus predictam quantitatem munus committitur.

— Volumus insuper et mandamus quod, postquam de predictis mille octingentis libris Januninorum fuerit plenarie satisfactum, dilecto filio Andriolo de Sora civi Januensi predicti Belmustini consanguineo de dicta quantitate trecentos florenos auri de gratia nostra assignare non differas, in evidentem utilitatem ecclesie Sancti Benedicti de Vulturi Januensis diocesis, quam idem Andriolus de bonis propriis se construxisse asserit, convertendos; residuum vero quod ultra trecentos florenos auri inveneris superesse absque more dispendio dilectis filiis Lapo Aringhi de Mozorum, Gerardo Hugonis de Spinorum de Florentia et Nello Andree de Pistorio societatibus, camere nostre mercatoribus, nomine Romane ecclesie et nostro assignare procures, illud equali portione dividens inter eos ac faciens de hujusmodi assignationibus duo publica instrumenta fieri ad cautelam; quorum unum penes te retinens et aliud ad cameram nostram cum tuis litteris patentibus seriem rei geste continentibus per fidum nuntium transmittere non omittas —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xvi kal. martii, anno tertio.

1698 (xliii) Vatican, 10 février 1297.

Quittatio. (fol. 206.)

1. *Ms.* Alberstarden.

Dilectis filiis Arnaldo de Bastida et Berengario de Fenestris mercatoribus commorantibus in Barchinonia ac ceteris eorum sociis.

« Cum de pecunia decimarum » in subsidium Terre Sancte concessarum in regno Aragonie olim per Benenatum de Lavania canonicum Narbonensem collecta et apud eos nomine ecclesie Romane deposita, mille libras in turonensibus grossis per mandatum Theoderici Pisani electi, camerarii pape, Jacobo Aragonum regi tradiderant, quoad quantitatis hujusmodi solutionem auctoritate presentium omnino ipsi et ipsorum societas absolvuntur et quittantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii id. februarii, anno tertio.

1699 (xliiii) Vatican, 18 mars 1297.

Nominatio electi Senogaliensis. (fol. 206.)

Dilecto filio fratri Huguitioni de Spoleto ordinis Predicatorum electo Senogaliensi. Pastoralis officii —. Dudum siquidem Senogaliensis ecclesia per obitum bo. me. Francisci Senogaliensis episcopi solatio destituta pastoris, nos volentes obviare dispendiis que solent ecclesiis ex earum vacatione diutina imminere ac intendentes propterea ecclesie Senogaliensi predicte de persona juxta cor nostrum ydonea providere, ordinationem ipsius Senogaliensis ecclesie apostolice sedi ea vice duximus reservandam —.

Is ergo ecclesie Senogaliensis preficitur in episcopum, « firma concepta fiducia quod, actus tuos et opera illius dirigente clementia qui gressus hominum dirigit, prefata Senogaliensis ecclesia spiritualibus et temporalibus proficiet incrementis. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Senogaliensis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *clero civitatis et diocesis Senogaliensis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *populo civitatis et diocesis Senogaliensis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *universis ecclesie Senogaliensis vassallis.* — Dat. ut supra.

1700 (xlv)

Forma juramenti pro abbatissa Sancte Marie Senatoris Papiensis. (fol. 206 v° 1.)

1. Cf. n° 1676.

Forma juramenti. Ego — abbatissa monasterii Sancte Marie Senatoris Papiensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino meo pape Bonifacio suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum aut capiantur mala captione; consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nunptios suos sive per litteras, ad eorum dampnum me sciente nemini pandam; papatum Romanum et regalia sancti Petri adjutrix ero eis ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem ordinem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Possessiones vero ad monasterium meum pertinentes non vendam nec donabo neque impignorabo nec de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia.

1701 (xlvi) Vatican, 17 décembre 1296.

Nominatio electi Cathanensis. (fol. 206 v°.)

Dilecto filio Andree electo Cathanensi. Dum ad universas —.

Ecclesie Cathanensi, Ecclesie romane nullo medio pertinenti, per obitum A. episcopi apud civitatem Senensem defuncti vacanti, is, olim abbas monasterii de Cupro Cisterciensis ordinis, Sancti Andree diocesis, in episcopum preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xvi kal. januarii, anno secundo.

In e. m. *dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Cathanensis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *carissimo in Christo filio .. regi Scotie illustri.* Gratie tibi —.

Ut eum commendatum habeat et ei regalia vacationis tempore per ipsum percepta restituat.

1702 (xlvii) Vatican, 26 février 1297.

Privilegium. (fol. 207.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Wintoniensi. Volentes tuam honorare —.

Ut cum sex clericis diocesis sue dispensare possit quod singuli duo beneficia ecclesiastica curam animarum habentia retinendi facultatem possideant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. martii, anno tertio.

1703 (XLVIII). Vatican, 18 février 1297.

Confirmatio episcopi Suessionensis. (fol. 207.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Suessionensi. Pridem Suessionensis ecclesia —.

Is, modo electus, in ecclesie Suessionensis episcopum confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. martii, anno tertio.

1704 (XLVIIII) Vatican, 20 février 1297.

Commissio. (fol. 207.)

Eidem. Cum dilectus filius —.

Ut a Dyonisio de Travetiaco, canonico ecclesie de Santergio, Bituricensis diocesis, canonicatus et prebende quos ille possidet resignationem recipiat et ydonee persone dictos prebendam et canonicatum auctoritate apostolica conferat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. martii, anno tertio.

In e. m. scribitur eidem pro magistro Arnulfo de Veltia canonico ecclesie Sancti Aviti Aurelianensis. — Dat. ut supra.

1705 (L) Vatican, 27 février 1297.

Commissio. (fol. 207 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Autisiodorensi. Cum dilectus filius —.

Ut a Guillelmo Cervi, canonico et decano ecclesie de Jargolio, Aurelianensis diocesis, canonicatus, prebende et decanatus, quos ille possidet et resignare vult, resignationem recipiat et ydonee persone eosdem conferre valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. martii, anno tertio.

1706 (LI) Vatican, 13 février 1297.

Dispensatio. (fol. 207 v°.)

Dilecto filio magistro Blasio de Anagnia thesaurario ecclesie Turonensis, capellano nostro. Probitatis merita —.

Ut ad homagium archiepiscopo Turonensi ratione thesaurarie predicte personaliter debitum non teneatur et in absentia sua per procuratorem speciale mandatum habentem illud homagium prestare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1707 (LII) Vatican, 3 mars 1297.)

Commissio. (fol. 207 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Treverensi et dilectis filiis Spirensis ac Sancti Symeonis Treverensis ecclesiarum decanis. Cum dilectus filius Corradus de Monte, canonicus et prepositus ecclesie Coloniensis, canonicatum et prebendam ac preposituram quos in ipsa ecclesia obtinet intendat, ut dicitur, libere resignare, nos, volentes personam dilecti filii Herrici de Virneburg, rectoris ecclesie in Belmiche, Treverensis diocesis, obtentu meritorum suorum — et consideratione carissimi in Christo filii nostri Adolfi regis Romanorum illustris, pro ipso clerico et consanguineo suo cum instantia supplicantis, speciali prosequi gratia et favore —.

Ut a Corrado resignationem recipiant et dictos canonicatum et prebendam ac preposituram predicto Herrico conferant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V non. martii, anno tertio.

1708 (LIII) Vatican, 18 février 1297.

Absolutio juramenti. (fol. 208.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Suessionensi. In nostra proposuisti presentia constitutus quod pridem tempore quo munus consecrationis de nostris manibus recepisti, prout moris, promisisti, corporaliter prestito juramento, quod apostolorum limina per te vel alium singulis bienniis visitares, quanquam ecclesia ipsa privilegium exemptionis non habeat, sed jurisdictioni venerabilis fratris nostri .. Remensis archiepiscopi sit subjecta —.

Promissione ac juramento quoad ipsam visitationem auctoritate presentium absolvitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. martii, anno tertio.

1709 (LIIII) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208.)

Eidem. Tuam volentes —. Cum itaque, sicut accepimus, in tua civitate et diocesi nonnulli per judices et sedis apostolice delegatos et subdelegatos — sint excommunicationum sententiis innodati, a quibus comode non possint absolvi pro eo quod aliqui judicum ipsorum, quibus alii non succedunt, viam sunt universe carnis ingressi, aliquorum etiam jurisdictio expiravit —.

Ut eos ab excommunicationum sententiis, impensa satisfactione, absolvere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. martii, anno tertio.

1710 (LV) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208.)

Eidem. Ut spiritualium largitione munerum incolas tuarum civitatis et diocesis ac aliarum partium ad quas te pervenire contigerit reddas Deo et sedi apostolice plus devotos, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus ut cum te missarum solemnia in pontificalibus, aut predicationis officium per te vel per alium sive in tua sive in aliena etiam diocesi exercere contigerit, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad hujusmodi solennia et predicationes accesserint, infra tuam diocesim videlicet sexaginta preter id quod tibi noscitur de jure communi libere, in aliena vero diocesi, dummodo diocesani ad id accedat assensus, quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer valeas relaxare. — Dat. ut supra.

1711 (LVI) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208.)

Eidem. Desideriis tuis —.

Ut in capella sua deferendi altare portatile et per capellanum proprium in eo celebrandi facultatem habeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1712 (LVII) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208.)

Eidem. Meritis tue devotionis —.

Ut in locis interdictis divina celebrari et etiam celebrari facere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. martii, anno tertio.

1713 (LVIII) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208 v°.)

Eidem. Exposuisti nobis —.

Ut cum quibusdam clericis, tam regularibus quam secularibus sue diocesis et civitatis, excommunicationis vinculo astrictis, qui, non obtento absolutionis beneficio, per juris ignorantiam divina celebrarunt vel ordines sacros receperunt, debilibus duntaxat et infirmis exceptis, postquam ad tempus suspensi fuerint ab executione ordinum quos taliter receperunt, dispensare valeat.

Dat. ut supra.

1714 (LVIIII) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208 v°.)

Eidem. Personam tuam precipua —.

Ut quinque clerici, domestici ac familiares, obsequiis ejus insistentes, redditus beneficiorum suorum integraliter percipere possint, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, nec ullatenus ad residentiam in dictis beneficiis faciendam teneantur.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis .. Laudunensis et .. Meldensis decanis ac .. cantori Aurelianensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1715 (LX) Vatican, 17 février 1297.

Pro eodem. (fol. 208 v°.)

Eidem. Ne contractuum memoria —. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, personarum que contractus legitimos, acta judiciorum et alia hujusmodi redigant in publica munimenta, defectus in tuis partibus habeatur —.

Ei, ut infra unum annum a receptione presentium duabus personis tabellionatus officium conferre possit, indulgetur.

Dat. ut supra.

1716 (LXI) Vatican, 22 mars 1297.

Excutoria de mutuo. (fol. 208 v°.)

Dilecto filio Fredolo preposito Massiliensis et Bertuldo de Labro, capellano nostro, Ulixbonensis ac Raynerio de Vichio Lichefeldensis canonicis ecclesiarum. Exponente nobis pridem venerabili fratre nostro Guidone episcopo Camera-

censi quod tam pro suis necessitatibus quam pro ecclesie Cameracensis negotiis apud sedem apostolicam expediendis utiliter eum subire oportebat magna onera expensarum, ac supplicante ut usque ad summam decem milium librarum turonensium parvorum mutuum contrahendi sub modis et formis, etc., *ut in forma usque exceptionibus eisdem*, a dilectis filiis Marcho Raynutii, cive ac mercatore Florentino de societate Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacharelli de Florentia, mutuante pro se et pro Raynutio ac Johanne predictis ac Rossellino Bacharelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Mafeo Pontii, Jacobo Mafei, Bernardo Ruveri et Bicto Jacobi ac certis eorum sociis mercatoribus dicte societatis pro necessariis et negotiis eisdem mutuo recepit mille trecentas et octoginta libras turonensium parvorum, certis eisdem mercatoribus vel alteri eorum loco et termino persolvendas, nos de expresso consensu, *etc. ut in forma usque in finem*. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. aprilis, anno tertio.

1717 (LXII) Vatican, 18 mars 1297.

Dispensatio matrimonii (fol. 209.)

Dilecto filio Sinibaldo de Dedariscis et dilecte in Christo filie, nate Eleutherii Gentilis de Alfanis, militis, civibus Reatinis. Ex parte vestra —.

Ut, etsi quarto consanguinitatis gradu conjuncti, ad sedandum inimicitias inter eorum progenitores ortas, matrimonium contrahere valeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. aprilis, anno tertio.

1718 (LXIII) Vatican, 7 mars 1297.

De quadam collatione. (fol. 209.)

Dilecto filio Henrico de Virnerburgh rectori ecclesie in Belmiche Treverensis diocesis. Intellecto nuper quod —.

Cum Corradus de Monte, canonicus et prepositus ecclesie Coloniensis, canonicatum et prebendam et preposituram intendat resignare, .. archiepiscopus Treverensis, .. Spirensis ac .. Sancti Symeonis Treverensis ecclesiarum decani hujusmodi resignationem recipiendi munus habeant et predicto Henrico, consideratione Adolfi regis Romanorum, cujus clericus et consanguineus existit, ea beneficia conferendi, quamvis ecclesiam in Belmiche curam animarum habentem, canonicatus et prebendas in Sancti Gereonis Coloniensis et Sancti Florini in Confluentia et Sancti Severi Monasteriensis in Meynevelt, et de castro Monasteriensi in Eyflia ecclesiis, Coloniensis et Treverensis diocesium, obtineat, et expectet dignitatem vel personatum quos in aliqua ecclesiarum Treverensis civitatis et diocesis, cum vacaverint, duxerit acceptandos, et hec omnia beneficia insimul retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1719 (LXIIII) Vatican, 30 janvier 1297.

Reservatio officii. (fol. 209.)

Dilecto filio Gauselino de Garda canonico ecclesie Brivatensis Claromontensis diocesis. Volentes tuam personam —.

Consideratione Guillelmi magistri generalis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, cujus clericus et familiaris existit, ei auctoritate apostolica reservatur « officium seu personatus cum cura vel sine cura consuetum canonicis ipsius ecclesie assignari, nulli alii de jure debitum, si in ecclesia ipsa nunc vacat, vel quam primum ad id obtulerit se facultas conferendum », non obstantibus canonicatibus et prebendis in eadem Brivatensi et Anitiensi ecclesiis, et ecclesia Sancti Privati de Laubiis Mimatensis diocesis, curam animarum habentis, quos noscitur obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. februarii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis preposito Massiliensis et... archidiacono de Rippa Dei, Ovetensis, ac Randoni de Tornellis canonico Anitiensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1720 (LXV) Vatican 28 janvier 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 209 v°.)

Dilecto filio nobili viro Guillelmo, Amedei Gebennensis, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, Amedei Sabaudie comitum, dilectorum filiorum nobilium virorum, natis. Romani pontificis —.

Eis, ad sedanda discrimina et guerras inter parentes orta, dispensatur ut matrimonium invicem contrahere possint, etsi quarto consanguinitatis gradu attineant, et sponsalia de futuro corporali juramento per parentes firmata sint inter dictam Agnetem et Hugonem, natum Delfini Viennensis, a predicto Guillelmo tertio consanguinitatis gradu differentem, a quibus per presentes hic similiter dispensatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V kal. februarii, anno secundo.

1721 (LXVI) Vatican, 17 février 1298.

Licentia. (fol. 210.)

Venerabili fratri Guidoni episcopo Suessionensi. Clara merita tue —.

Ut per se vel alios tam in cathedrali quam in aliis collegiatis ecclesiis suarum civitatis et diocesis ydoneas personas, videlicet singulas in singulis, in canonicos recipi faciat, non obstantibus statutis vel indultis ad hoc contrariis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. martii, anno tertio.

1722 (LXVII) Vatican, 16 février 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 210.)

Dilectis filiis potestati, consilio et communi Januensibus. Habet oblata nobis vestre petitionis assertio quod in territorio civitatis Vigintimiliensis archiepiscopo Mediolanensi metropolitico jure subjecte, quedam castra noscimini obtinere, ad quarum custodiam castellanos et servientes alios deputatis, cum eis sacerdotes proprios vestris sumptibus retinentes qui divina officia in ipsorum castrorum capellis celebrant et castellanis ac servientibus supradictis ministrant ecclesiastica sacramenta. Cum autem seculares persone in castris commorantes eisdem vobis, prout asseritis, subesse noscantur et civitati vestre, dispendium non modicum esse posset si .. Vigintimiliensis episcopus, qui existit pro tempore, sacerdotes sibi subjectos in castris poneret supradictis, nobis supplicastis humiliter ut, vestris ac ipsius civitatis periculis occurrentes, vobis ut sacerdotes quos ad presens in capellis tenetis eisdem —, jurisdictionis duntaxat Januensis archiepiscopi sint subjecti, gratiose concedere dignaremur. —

Conceditur exemptio, jure parrochiali episcopi Vigintimiliensis semper salvo.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. martii anno tertio.

1723 (LXVIII) Vatican, 14 février 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 210.)

Venerabili fratri G. episcopo Wintoniensi. Ex parte tua —.

Ut usque ad summam duarum milium marcharum sterlingorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. martii, anno tertio.

In e. m. *scribitur eidem.* — Dat. ut supra.

1724 (LXVIIII) Vatican, 1er avril 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 210.)

Dilectis filiis Fredolo preposito Massiliensi, Hugolino de Marsciano archidiacono Alnitiensi, Carnotensis, Bertholdo de Labro, capellano nostro, canonico Vulterane [*ecclesiarum*]. Exponente nobis —.

De mutuo quatuor milium florenorum auri quod Sanctius, abbas monasterii Sancti Saturnini Tholosani, auctoritatem contrahendi obtinuerat a quibusdam civibus et mercatoribus florentinis, videlicet a Raynutio Rustici de Abbatibus pro se ipso ac Johanne de Rossellino Bacharelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Marcho dicti Raynutii, Maffeo Pontii, Jacobo Mafei, Bicto Jacobi et Bernardo Raynerii ac ceteris sociis de societate eorumdem Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacharelli, eum recepisse constat duo milia quadringentos et quinquaginta florenos auri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

1725 (LXX) Vatican, 11 mars 1297.

Nominatio electi Eboracensis. (fol. 210 v°.)

Dilecto filio Herrico electo Eboracensi. Summi prudentia principis —. Dudum siquidem Eboracensis ecclesia per obitum bo. me. Johannis archiepiscopi Eboracensis solatio destituta pastoris, dilecti filii ecclesie predicte capitulum — assumpserunt [1] tres de ipso capitulo fidedignos qui sua primo et subsequenter singulorum vota diligentius inquirerent ac ea mox in communi etiam publicarent. Et tandem comperto quod omnes in te, ecclesie predicte decanum, unanimi voto consenserant, dilectus filius magister Petrus, memorate ecclesie precentor, de mandato scrutatorum ipsorum et aliorum de capitulo supradicto te in eorum et ipsius Eboracensis ecclesie duxit in archiepiscopum eligendum, tuque infra tempus a jure statutum electioni hujusmodi consensisti. Cumque postmodum memorati capitulum electionem eamdem per procuratores eorum ad hoc specialiter constitutos nostro apostolatui presentantes humile supplicassent instantia ut electionem predictam confirmare de benignitate sedis apostolice curaremus, nos —, quia juxta tenorem constitutionis fe re. Nicolai pape III super hoc edite comparere coram nobis personaliter non curasti, licet postmodum diutius expectatus, predictam electionem de te factam de ipsorum fratrum consilio vacuavimus, teque omni jure, si quod tibi per electionem hujusmodi quesitum esset, decrevimus esse privatum. Verum sepedictam ecclesiam

1. *Ms.* apsumpserunt.

utpote fidelem et devotam sedis predicte filiam paternis affectibus prosequentes, et attendentes quod hujusmodi de te facta electio concorditer et unanimiter fuerat celebrata, et volentes in hoc gratificari affectibus carissimi in Christo filii nostri E. regis Anglie illustris, et ejusdem ecclesie obviare dispendiis,—te, de competenti litterarum scientia commendatum, de fratrum predictorum consilio eidem Eboracensi ecclesie in archiepiscopum preficimus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Eboracensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Eboracensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Eboracensis.*

In e. m. *universis ecclesie Eboracensis vassallis.*

In e. m. *venerabilibus fratribus ecclesie Eboracensis suffraganeis.*

In e. m. *carissimo in Christo filio E. regi Anglie illustri.*

Ut eum commendatum habeat et ei regalia que tempore vacationis percepit restituat.

Dat. ut supra.

1726 (LXXI) Vatican, (?) mars 1297.

De permutatione quadam approbanda. (fol. 211.)

Dilectis filiis .. de Rivo Pullo et .. Sancti Cucusaris monasterii abbatibus, ac .. priori ecclesie Sancte Eulalie, Barchinonensis et Vicensis diocesium. Dilectus filius nobilis vir Ryambaldus de Far, consiliarius clarissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Aragonie illustris, nobis exposuit quod ipse castrum de Bello Loco quod ad monasterium Sancti Pauli in suburbio Barchinonensi, ordinis sancti Benedicti, pertinet et cujus castellaniam idem nobilis juste noscitur obtinere, cum priore ac conventu ipsius monasterii per priorem soliti gubernari, permutare desiderat vel ab eis emere pro pretio competenti in utilitatem dicti monasterii convertendo. Quare a nobis supplicanter petiit ut hujusmodi permutationem seu venditionem fieri mandaremus. —

Dicte igitur permutationem faciende, si evidenti utilitati monasterii cognoverint expedire, licentiam tribuere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III (sic) martii, anno tertio.

1727 (LXXII) Vatican, 4 mars 1297.

Privilegium. (fol. 211.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Rivopullo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Vicensis diocesis. Ut pulcra et decora —.

Ei et successoribus suis abbatibus ejusdem monasterii, ad preces J. Aragonum regis, conceditur mitre et anuli usus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii. anno tertio.

1728 (LXXIII) Vatican, 4 mars 1297.

Privilegium. (fol. 211.)

Dilecto filio Raymundo abbati monasterii Sancte Marie, etc., ut in precedenti. Tue devotionis sinceritas —.

Ut, ad considerationem J. regis Aragonum illustris, altare portatile habere possit.

Dat. Rome, ut supra.

1729 (LXXIIII) Vatican, 31 mars 1297.

Nominatio episcopi Basiliensis. (fol. 211.)

Venerabili fratri P. episcopo Basiliensis. Dum ad universas —. Vacante siquidem dudum Basiliensis ecclesia per obitum bo. me. P. Basiliensis episcopi, dilecti filii decanus et capitulum ipsius ecclesie ad tractandum de futuri substitutione pastoris, vocatis omnibus — die ad hoc prefixa, ut moris est, insimul convenerunt eisque deliberantibus fore ad id per viam scrutinii procedendum, duas contigit in eadem ecclesia electiones, unam videlicet de Lutoldo preposito, alteram de Bertholdo de Riuti canonico ejusdem ecclesie celebrari. Porro hujusmodi electionum negotio, per appellationes hinc inde interpositas, ad sedem apostolicam devoluto, dictisque preposito et canonico personaliter ad sedem accedentibus prelibatam pro eodem negotio prosequendo, tandem iidem electi — renuntiaverunt in nostris manibus pure, libere et expresse omni juri si quod eorum cuiquam ex predictis electionibus competebat. Nos igitur — ad te tum prepositum Treverensem, clericum et familiarem carissimi in Christo filii nostri A. regis Romanorum illustris, quem carissimus in Christo filius noster W. rex Boemie illustris super certis negotiis ad sedem deputaverat supradictam, virum utique, prout fidedignorum comperimus testimonio, moribus et vita laudabilem, discre-

tionis maturitate conspicuum, litterarum scientia preditum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum, oculos direximus nostre mentis, quibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de persona tua — eidem ecclesie duximus providendum —.

Ei per Matheum Portuensem episcopum munus consecrationis impendetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Basiliensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Basiliensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Basiliensis.*

In e. m. *universis vassallis ecclesie Basiliensis.*

In e. m. *carissimo in Christo filio .. regi Romanorum illustri.*

Ut eum commendatum habeat.

Dat. ut supra.

1730 (LXXV) Vatican, 13 mars 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 212.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Urgellensi. Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam octingentarum marcharum argenti mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. martii, anno tertio.

1731 (LXXVI) Vatican, 7 avril 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 212.)

Dilectis filiis .. precentori, Petro Granii et Raymundo Amilii canonicis ecclesie Barchinonensis. Exponente nobis —.

Quod Guillelmus Urgellensis episcopus octingentas marchas argenti ratione mutui recepit a Bernardo Richardi cive Barchinonensi, cui dictam summam certis terminis persolvet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII idus aprilis, anno tertio.

1732 (LXXVII) Vatican, 1er avril 1297.

Reservatio dignitatis. (fol. 212 v°.)

Dilecto filio magistro Bernardo canonico Ilerdensi. Volentes personam —.

Ei auctoritate apostolica reservatur personatus aut dignitas, qui vel que quamprimum vacaverit in ecclesia Ilerdensi, in qua canonicus est receptus et prebendam ac prepositurам que mensata nuncupatur obtinet, non obstante quod ecclesiam de Aytona, Ilerdensis diocesis, curam habentem animarum, possidet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Valentino et dilectis filiis Berengario Regis, decano Xanctonensis, ac Jacobo Monachi canonico Urgellensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1733 (LXXVIII) Vatican, 1er avril 1297.

Collatio tabellionatus. (fol. 212 v°.)

Dilecto filio Jacobo Gregorii Johannis Jordani de Jordanesis, civi Romano. De contractuum memoria —.

Ei confertur tabellionatus officium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. scribitur Thome Bartholomei Thome Obitionis, civi Romano.

1734 (LXXVIIII) Vatican, 17 mars 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 212 v°.)

Dilecto filio Johanni, nato nobilis viri Landulfi de Columpna, canonico ecclesie Sancti Martini Turonensis. Inducunt nos —.

Ei confertur in ecclesia Sancti Martini Turonensis canonicatus, quo presentialiter ejus nomine investitur J. Sancte Lucie in Silice diaconus cardinalis, et dicto Johanni auctoritate apostolica reservantur prebenda et personatus ac dignitas seu officium, si vacant ad presens in predicta ecclesia vel quamprimum vacaverint, non obstantibus canonicatibus et prebendis quos et quas in Sancti Petri de Urbe, in Trecensi et Suellensi, Eboracensis diocesis, ecclesiis obtinet. Et prioratum seu dignitatem vel officium hujusmodi dicte ecclesie Sancti Martini retinere possit cum personatu et dignitate de quibus in ecclesia Lincolniensi per alias litteras ei providetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis abbati Monasterii Majoris ac .. archidiacono ac .. archipresbytero ecclesie Turonensis, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

1735 (LXXX) Vatican, 17 mars 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 213.)

Dilecto filio nobili viro Johanni, nato dilecti filii nobilis viri Landulfi de Columpna, civi Romano, canonico Lincolniensi. Honestatis decentia —.

Ei, eodem modo ac in precedenti, conferuntur canonicatus in ecclesia Lincolniensi, quo presentialiter ejus nomine investitur Matheus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, et personatus ac dignitas seu officium etc. in eadem ecclesia, non obstantibus canonicatu qui eidem in ecclesia Sancti Martini Turonensis nuperrime collatus fuit, et aliis beneficiis.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis preposito Sancti Audomari, Morinensis diocesis, ac magistris Giffredo de Vexano, Cameracensis, ac Johanni de Luco, Londoniensis, canonicis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1736 (LXXXI) Vatican, 16 mars 1297.

Licentia. (fol. 213 v°.)

Dilecto filio Martino Lupi de Azellor preposito ecclesie Oscensis. Personam tuam —.

Ut, consideratione J. Aragonum regis, preter preposituram quam in Oscensi ecclesia obtinet, curam habentem animarum, possit unicam ecclesiam cum simili cura vel unicum prioratum consuetum clericis secularibus assignari, si illam vel illum in civitate et diocesi Cesaraugustana ei conferri contingat, recipere et retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno tertio.

1737 (LXXXII) Vatican, 4 mars 1297.

Commissio citationis. (fol. 213 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii santi Mennii (sic) *Cathalaunensis et magistro Oddoni de Senonis, Remensis, ac Cunofeo dicto Pape de Treb[iis] Trecensis ecclesiarum canonicis.* Etsi solita sedis —.

Citent episcopum Cathalaunensem ut infra tres menses ad sedem apostolicam personaliter accedat, responsurus super querela quadam dudum versata inter dictum episcopum ex una parte et capitulum ipsius ecclesie necnon et S. Trinitatis ac Beate Marie in Vallibus ecclesias ex altera.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii, anno tertio.

(POTTHAST, 24480.)

1738 (LXXXIII) Vatican, 22 février 1297.

Mandatum pensionem quamdam persolvendi. (fol. 214.)

Venerabilibus fratribus .. Valentino et .. Dertusensi episcopis et dilecto filio .. abbati monasterii Fulsensis Appamiarum diocesis. Intelleximus quod quondam Pontius de Virgio sacrista ecclesie Gerundensis, qui nuper, prout asseritur, in illis partibus debitum nature persolvit, pensionem quingentorum marabutinorum auri quoad viveret super fructibus — parrochialis ecclesie de Pina, Cesaraugustane diocesis, a bo. me. Hugone episcopo et dilectis filiis capitulo Cesaraugustano, ad quos collatio predicte ecclesie communiter dicitur pertinere, concessam in vita sua aliquibus annis recepit. Nos itaque volentes personam dilecti filii Jacobi, nati dilecti filii nobilis viri Berengarii de Villamento consiliarii carissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Aragonie illustris, scolaris, cupientis ascribi militie clericali speciali prosequi gratia et favore — mandamus quod vos vel duo aut unus vestrum — eidem Jacobo, postquam fuerit clericali caractere insignitus, premissis veris existentibus, predictam pensionem quingentorum marabutinorum auri, annis singulis quoad vixerit, — persolvi integre faciatis, non obstantibus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. martii, anno tertio.

1739 (LXXXIIII) Vatican, 18 avril 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 214 v°.)

Venerabili fratri Lopoldo (sic) *episcopo Bambergensi.* Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam sexcentarum marcharum puri argenti ponderis Viennensis mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. maii, anno tertio.

1740 (LXXXV) Vatican, 29 mars 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 214 v°.)

Venerabili fratri Gundisalvo archiepiscopo Tholetano. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam quingentarum marcharum argenti mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. aprilis, anno tertio.

1741 (LXXXVI) Vatican, 9 avril 1297.

Pro eodem. (fol. 214 v°.)

Eidem.

In e. m. ut usque ad summam quingentarum marcharum argenti mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V id. aprilis, anno tertio.

1742 (LXXXVII) Vatican, 17 mars 1297.

Pro eodem. (fol. 214 v°.)

Eidem.

In e. m. ut usque ad summam quingentarum marcharum argenti mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. aprilis, anno tertio.

1743 (LXXXVIII) Vatican, 11 mars 1297.

Nominatio electi Virdunensis. (fol. 214 v°.)

Dilecto filio Johanni de Asperomonte electo Virdunensi. Dum pii patris —. Olim siquidem ecclesia Virdunensis per obitum bo. me. Jacobi episcopi Virdunensis, qui, dum Anagnie Romana curia resideret, apud civitatem Ferentinatem diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos provisionem faciendam ea vice ipsi ecclesie de prelato nobis et apostolice sedi specialiter duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hoc scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et demum de ipsius ecclesia viduatione, ne diu viduatis (*sic*) subjaceret incomodis, sollicite cogitantes ac cupientes illum pontificem ecclesie predicte regimini per nostre providentie ministerium presidere per quem eadem ecclesia possit salubriter gubernari, ad te, prepositum ecclesie Montisfalconis Remensis diocesis, virum utique apud nos de litterarum scientia, vite munditia, conversatione placida, insignis generis natione, prudentia spiritualium et temporalium providentia fidedignorum testimonio plurimum commendatum, direximus nostre considerationis obtuitus, teque de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis preficimus eidem ecclesie in episcopum et pastorem, firma spe fiduciaque tenentes quod dicta ecclesie per tue circumspectionis industriam — preservabitur a noxiis et adversis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V idus martii, anno secundo.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Virdunensis.* — Alioquin sententias quas idem electus rite tulerit in rebelles ratas habebimus. — Dat. ut supra.

In e. m. *clero civitatis et diocesis Virdunensis.*

In e. m. *vassallis ecclesie Virdunensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Virdunensis.*

In e. m. *carissimo in Christo filio A. regi Romanorum illustri.*

Regalia ecclesie Virdunensis, tempore vacationis ab ipso percepta, sine difficultate eidem electo restituat.

Dat. ut supra.

1744 (LXXXVIIII) Vatican, 31 mars 1297.

De subventione obtinenda. (fol. 215.)

Carissimo in Christo filio Wenceslao regi Boemie illustri. Exhibita nobis —.

Ut, occasione et pro sumptibus coronationis sue, a sui regni prelatis, ecclesiis ac personis ecclesiasticis, absque constitutionis papalis transgressione, subventionem congruam obtinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. aprilis, anno tertio.

(POTTHAST, 24492.)

In e. m. scribitur venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac omnibus personis ecclesiasticis per regnum Boemie constitutis.

Ut hujusmodi concessio eis nota fiat.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24493.)

1745 (LXXXX) Vatican, 31 mars 1297.

Pro eodem rege. (fol. 215 v°.)

Dilectis filiis de Cefeliz et de Aula Regia monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis, — diocesis. Personas generositate —.

Ut regem Wenceslaum et Guotam ejus consortem tempore coronationum ipsorum, audita confessione, absolvendi facultatem habeant.

Dat ut supra.

(POTTHAST, 24494.)

1746 (LXXXXI) Vatican, 31 mars 1297.

Pro eodem rege. (fol. 215 v°.)

Eisdem. Licet esus carnium —.

Ut cum rege Boemie super esu carnium, ovorum, etc., tempore quadagesimali dispensent.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24495.)

1747 (LXXXXII) Vatican, 8 mars 1297.

Nominatio episcopi Lunensis. (fol. 215 v°.)

Venerabili fratri A. episcopo Lunensi. Ex officio debiti—.

Is, olim canonicus Baiocensis, preficitur in episcopum ecclesie Lunensis, dispositioni sedis apostolice hac vice reservate, que per resignationem Henrici episcopi Lunensis, dudum factam in manibus G. episcopi Sabinensis a Frederico Saladin de Fusenova procuratore ipsius, vacat; et per eumdem Sabinensem episcopum ei munus consecrationis impendetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Lunensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Lunensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Lunensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Lunensis.*

Dat. ut supra.

1748 (LXXXXIII) Vatican, 5 avril 1297.

Nominatio episcopi Elborensis. (fol. 216.)

Venerabili fratri Fernando episcopo Elborensi. In desideriis nostris —.

Is, olim thesaurarius ecclesie Elborensis, in episcopum predicte ecclesie, per translationem Petri episcopi ad Colimbriensem ecclesiam solatio pastoris destitute et dispositioni apostolice sedis hac vice reservate, preficitur; et ei per Matheum Portuensem episcopum munus consecrationis impendetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non., april. anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis capitulo ecclesie Elborensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Elborensis.*

In e. m. *universis ecclesie Elborensis vasallis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Elborensis.*

In e. m. *carissimo in Christo filio .. regi Portugalie illustri.* — Dat. ut supra.

1749 (LXXXXIIII) Vatican, 8 mars 1297.

Licentia. (fol. 216 v°.)

Dilecto filio Petro de Pulcro visu archidiacono de Ripacurtia in ecclesia Ilerdensi. Personam tuam tuis —.

Ut cum archidiaconatu predicto, curam animarum habente, possit unicam ecclesiam cum simili cura in Barchinonensi et Dertusensi civitatibus et diocesibus, necnon, eodem archidiaconatu dimisso, aliam dignitatem seu personatum, si ipsi in predicta Ilerdensi ecclesia canonice offerantur, libere recipere et retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. martii, anno tertio.

1750 (LXXXXV) Vatican, 14 mars 1297.

Licentia. (fol. 216 v°.)

Dilecto filio Petro de Luna clerico Cesaragustane diocesis. Apostolice sedis —.

Ut, consideratione Jacobi regis Aragonum, ecclesiastica beneficia ei canonice oblata, quorum redditus centum marcharum argenti valorem annnuum tantum attigerit, recipere et retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. martii anno tertio.

1751 (LXXXXVI) Vatican, 5 mars 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 217 v°.)

Dilecto filio Bernardo de Ripis canonico ecclesie Cesaragustane ordinis sancti Augustini Clara tue probitatis —.

Ei, consideratione Jacobi Aragonum regis, confertur canonicatus in ecclesia Cesaragustana, non obstantibus statutis contrariis, et canonicatus et sacristia quibus per alias litteras providetur in ecclesia Terraconensi, dictosque canonicatus insimul retinere valeat nec ad juramentum personaliter prestandum teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. martii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Jlerdensi et dilectis filiis abbati monasteris Sanctarum Crucium Terraconensis diocesis, ac magistro Raymundo Lautherio canonico Narbonensi.* — Dat. ut supra.

1752 (LXXXXVII) Vatican, 1er avril 1296.

Licentia. (fol. 217.)

Venerabili fratri Petro episcopo Basiliensi. Personam tuam speciali —.

Ut preposituras, canonicatus et prebendas, quos ipse olim Treverensis, Wisegrudensis et Pinguensis (?) prepositus, ac Pragensis et Trajectensis ecclesiarum canonicus, antequam provomeretur obtinebat, usque ad quinque annos retinere posset.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. april., anno tertio.

(POTTHAST, 24497).

In e. m. *venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Treverensi et Costantiensi ac.. Tullensi episcopis.*—Dat. ut supra.

1753 (LXXXXVIII) Vatican, 2 avril 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 217.)

Dilecto filio nobili viro Ottoni de Sancto Audomaro. domino medietatis civitatis Thebane (sic), et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarete, nate quondam Guillelmi de Verona. Esti conjunctis —.

Cum eis dispensatur ut, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, matrimonium contrahere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. aprilis, anno tertio.

1754 (LXXXXVIIII) Vatican, 1er avril 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 217 v°.)

Dilecto filio Nicolao, nato Cesarii, et dilecte in Christo filie Thomasse, nate Branche de Saracenis, civibus Romanis. Romani pontificis —.

Ut, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, matrimonium invicem contrahere possint.

Dat. apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

1755 (C) Vatican, 13 février 1297.

De correctione monialium. (fol. 217 v°.)

Dilectis in Christo filiabus abbatissis monasteriorum Cisterciensis ordinis et eorum conventibus universis. Ad augmentum continuum —.

Eis, ad preces R. Sancte Potentiane presbiteri cardinalis, conceditur ut ad correctiones monialibus et sororibus ejusdem ordinis delinquentibus infligendas, prelati dicti ordinis libere procedere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24472.)

1756 (CI) Vatican, 2 mars 1297.

Collatio ecclesie. (fol. 218.)

Dilecto filio Bonifatio, nato quondam Thome marchionis Salutiarum, capellano nostro, rectori ecclesie de Penistorn Eboracensis diocesis. Viros generis —. Sane lecta coram nobis tua petitio continebat quod tu, olim Albembiry (*sic*) et de Camessale ecclesias, Eboracensis diocesis, curam animarum habentes, ex dispensatione sedis apostolice obtinens, ad ecclesiam de Penigstorn, cui similis cura imminet, ejusdem diocesis, fuisti a laicali persona jus patronatus in ipsa ecclesia obtinente bo. me. J. Eboracensi archiepiscopo presentatus; sed idem archiepiscopus se posse facere asserebat, tuque tali pretextu eamdem ecclesiam per aliquod temporis spatium tenuisti, fructus anni proximo preteriti percipiens ex eadem, et demum attendens quod nullum tibi jus propter hoc in ecclesia de Penigstorn predicta fuerat acquisitum, eam voluntarie dimisisti —.

Ei auctoritate apostolica dicta ecclesia de Penigstorn confertur, et indulgetur ut eam retinere possit cum capella regia de Thicheville (*sic*), de qua dubitetur utrum habeat cura animarum, necnon cum canonicatu et prebenda in ecclesia Lincolniensi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI non. martii, anno tertio.

1757 (CII) Vatican, 2 mars 1297.

Pro eodem. (fol. 218.)

Eidem. Litterarum scientia —.

Ut omnium beneficiorum supra designatorum fructus integraliter percipere possit nec ad residentiam in iisdem faciendam teneatur.

Dat. ut supra.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Novariensi et dilectis filiis .. priori de Bradeveston ac .. preceptori ecclesie Sancte Marie de Sicthanton, Saresbiriensis*[1] *et Wintoniensis diocesium.* — Dat. ut supra.

1758 (CIII) Vatican, 3 mars 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 218 v°.)

Dilecto filio Thedisio de Lavagna canonico et magistro scolarum ecclesie Januensis. Exibita nobis —.

Ei, qui a Nicolao papa quarto licentiam in ecclesia Januensi, in qua canonicatum et magisterium scolarum obtinet, residendi, necnon redditus prebende quam in ecclesia Belvacensi obtinet integraliter retinendi consecutus est, indulgetur ut nunc apud Burgum Clavari residentiam facere possit, necnon redditus magisterii scolarum et prebendarum, quas in predicta civitate Januensi possidet, retineri.

— Cum autem propter ruinam domorum et incendia claustri ejusdem ecclesie Januensis, que pridem tempore dissensionis civium Januensium predicta ecclesia passa fuit, non possis ob defectum domorum in prefata Januensi ecclesia comode personaliter residere, providere tibi super hoc, cum existas, ut asseris, senectute gravatus et corpore debilis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v non. martii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi, et dilectis filiis Brancaleoni archidiacono Parmensi, notario nostro, ac Thedisio de Camilla canonico Ambianensi.* — Dat ut supra.

1759 (CIIII) Vatican, 1er avril 1297.

Reservatio prioratus. (fol. 218 v°.)

Dilecto filio Droconi de Finemuro, monacho et cellarario monasterii Molismensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis. Religionis favor —.

Ei primus prioratus ad monasterium Molismense, etc., libere pertinens, consuetus per monachos et personas dicti ordinis gubernari, vacans ad presens vel proximo vacaturus, auctoritate apostolica reservatur; cellarie autem officium quod in eodem monasterio obtinet, postquam dictum prioratum assecutus erit, omnino dimittat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

1760 (CV) Vatican, 16 mars 1297.

Facultas providendi. (fol. 219.)

Dilecto filio Francisco Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali. Cum sicut —.

Ut ydonee persone, cui voluerit, auctoritate apostolica conferat canonicatum et prebendam quos in ecclesia Novariensi obtinebat Lanfrancus Bomperti de Novaria et nunc intendit libere resignare, et eam in corporalem possessionem inducat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno tertio.

1761 (CVI) Vatican, 19 février 1297.

Dispensatio. (fol. 219.)

Dilecto filio Stoldo, nato Fornarii de Rubeis militis, clerico Florentino. Intendentes tibi —.

Ei indulgetur ut, cum duodecimum etatis sue annum attigerit, licet patiatur in ordinibus et etate defectum, unicum ecclesiasticum beneficium cum cura, prebendale vel aliud, etiam si dignitas vel personatus extiterit, licite recipere ac retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. martii, anno tertio.

1762 (CVII) Vatican, 2 avril 1297.

Collatio beneficiorum. (fol. 219.)

Dilecto filio magistro Francisco Andree, physico, canonico et archidiacono Mimatensis [ecclesie] ac rectori ecclesie Sancti Medardi de Banassaco Mimatensis diocesis. Apostolice sedis —.

Cum canonicatus, prebenda et archidiaconatus ecclesie Mimatensis, necnon ecclesia Sancti Medardi de Banassaco ejusdem diocesis per assumptionem Guillelmi in episcopum Mimatensem vacaverint, ei, consideratione Roberti ducis Calabrie, primogeniti C. regis Sicilie, cujus physicus et familiaris existit, predicta beneficia conferuntur, non obstante quod in Melfiensi et Venusina canonicatus atque prebendas et in eadem Venusina cantoriam noscitur obtinere ac in Ebredunensi ecclesiis in canonicum est receptus.

1. *Ms.* Sarasbirien.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. aprilis, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Melfiensi et dilectis filiis .. preposito Sistericensis ac Guidoni de Meolano canonico Ebredunensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1763 (CVIII) Vatican, 10 mars 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 220.)

Dilecto filio Armando de Fargiis dicto Nantuato, canonico ecclesie sancti Dyonisii de Vergerio Eduensis diocesis. Meritis tue —.

Ei indulgetur ut, obsequiis nobilis mulieris Marie dicte de Jerusalem, nate quondam B. principis Anthioceni, cujus clericus existit, aut studiis scolasticis insistens, redditus prebende quam in predicta Sancti Dyonisii obtinet ecclesia cum integritate percipere possit nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Martini Eduensis* [1] *et cantori Gebennensis ac magistro Johanni de Guarcino canonico Alatrine ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1764 (CVIIII) Vatican, 16 février 1297.

Indultum. (fol. 220.)

Dilectis filiis potestati, consilio et communi Januensibus. Devotionis antique —. Exibita siquidem vobis nostra petitio continebat quod communi Januensi per specialia sedis privilegia supradicte indultum extitit ab antiquo ut, cum cives Januenses in civitatibus et locis Sarracenorum et Grecorum ac aliorum infidelium frequenter oporteat pro ipsorum mercationibus commorari, habere possent capellas in civitatibus et locis predictis ac proprios capellanos in eis qui divina in illis officia celebrarent, et animarum saluti consulerent civium predictorum ipsisque ministrarent ecclesiastica sacramenta, quodque hujusmodi capellani subessent archiepiscopo Januensi et ad eum capellarum collatio et capellanorum ipsorum institutio et destitutio pertinerent —.

Eis ut dictas capellas et dictos capellanos archiepiscopo Januensi subjectos instituant indulgetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII kal. martii, anno tertio.

1. *Ms.* Euduen.

1765 (CX) Vatican, 14 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 220.)

Dilecto filio magistro Guidocto de Mediolano, capellano nostro, archidiacono Pergamensi. Dum ad tue —.

Cum ei a Nicolao IIII° papa canonicatus in ecclesia Suessionensi collatus fuerit, non obstante quod in ecclesia Pergamensi archidiaconatum, ac in eadem et Paduana, Regina ac de Dirago, Mediolanensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas obtinebat, sub ea autem conditione ut predictum archidiaconatum, post predicti canonicatus in ecclesia Suessionensi assecutionem, dimitteret, ac postea cum preposituram, in ecclesia Suessionensi vacantem per mortem magistri Oddonis de Sauchenaco, acceperit, ei indulgetur, consideratione Guillelmi Sancti Nicolai in Carcere diaconi cardinalis, ut hec omnia beneficia, scilicet archidiaconatum, preposituram, canonicatum et prebendam licite et non obstantibus etc. retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. martii, anno tertio.

1766 (CXI) Vatican, 15 mars 1297.

Facultas providendi. (fol. 220 v°.)

Dilecto filio Guillelmo Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Arnoldus Maynerius, canonicus ecclesie Mediolanensis, canonicatum et prebendam quos in ecclesia ipsa obtinet sit resignare paratus —.

Ut ydonee persone, quam voluerit, possit predictos canonicatum et prebendam conferre.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1767 (CXII)

Forma juramenti pro archipresbytero Sancte Marie de Bagno. (fol. 220 v°.)

Ego .. archipresbyter plebis Sancte Marie de Bagno ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Foropopuliensis diocesis, ab hac hora in antea, etc., *ut in forma usque in finem.*

1768 (CXIII) Vatican, 13 février 1297.

Confirmatio indulti. (fol. 220 v°.)

Dilectis filiis .. magistris et fratribus Hospitalis Jerosolimitani. Quanto majora pro defensione christianitatis dis-

crimina substinctis, tanto benigniore vos debemus oculo intueri et libentius, ubi cum justitia possumus, vestris et vestrorum commodis [1] providere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes ad instar fe. re. Alexandri, Lucii, Urbani et Clementis predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, presentibus vobis litteris indulgemus ut in locis que de Saracenorum poteritis manibus cum auxilio celestis gratie liberare, in quibus nondum cultus christiane fidei fuerit introductus, ecclesias construatis que sibi ecclesie Romane debeant subjacere, ita ut a nullo prelatorum ecclesie preter Romanum pontificem aliquid in eis valeat vindicari. Nulli ergo —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1769 (CXIIII) Vatican, 13 février 1297.

Collatio ecclesie. (fol. 221.)

Dilecto filio Roberto de Moydenestone, rectori ecclesie de Mulchilmers Wintoniensis diocesis. Laudabile testimonio — . Cum igitur ecclesia Deadburberi (*sic*) Lincolniensis diocesis, habens curam ut asseris animarum annexam, nullique alii de jure debita et ad ejusdem episcopi Wintoniensis presentationem pertinens, per mortem quondam Eadmundi (*sic*) de Moydenestone, ipsius ecclesie rectoris et dicti episcopi capellani, qui, cum eodem episcopo veniendo [2] ad nostram curiam, nuper in itinere constitutus apud civitatem Astensem diem clausit extremum, nuper vacavisse noscatur —.

Ei, consideratione Johannis Wintoniensis episcopi, cujus familiaris et clericus existit, dicta vacans ecclesia confertur, non obstante quod ecclesiam de Mulchilmers Wintoniensis diocesis similem curam habentem obtinet, et ad ecclesiam de Dortona, Saresbiriensis diocesis, fuit presentatus, super qua inter eum et magistrum Guillelmum Burnel quondam decanum Wellensem questio dependet, necnon eos insimul retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii de Cerceseya, Wintoniensis diocesis, et .. decano Sancti Pauli Londoniensis ac magistro Benedicto de Funone canonico Ulixbonensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1770 (CXV) Vatican, 4 mars 1297.

Facultas providendi. (fol. 221.)

Dilecto filio .. priori monasterii Omnium Sanctorum in Insula per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti. Ex parte dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Cathalaunensis fuit nobis per eorum patentes litteras humiliter supplicatum ut Aynardo de Ponte, perpetuo capellano in eadem ecclesia, — de canonicatu et prebenda in ecclesia Sancte Trinitatis Cathalaunensis in qua institutio canonicorum et collatio prebendarum ad se pertinere proponunt, cuique prout in eisdem continebatur litteris sperabant ipsum fore multipliciter fructuosum, providere — dignaremur.

Aynardum igitur in canonicum predicte ecclesie recipi faciat, « dummodo ad id majoris et sanioris partis dictorum decani et capituli accedat assensus. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii, anno tertio.

1771 (CXVI) Vatican, 22 avril 1297.

Facultas providendi. (fol. 221 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lemovicensi. Tue fraternitatis —.

Ut de canonicatu et prebenda in singulis diocesis sue ecclesiis singulis personis ydoneis providere possit, « dummodo ad id major et sanior pars illorum ad quos in eisdem ecclesiis receptio canonicorum et collatio prebendarum pertinent » concedat assensum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. maii, anno tertio.

1772 (CXVII) Vatican, 24 avril 1297.

Absolutio juramenti. (fol. 221 v°.)

Eidem. Ex parte tua —.

Absolvitur a juramento quod, promotus in episcopum Lemovicensem de apostolica sede visitanda bienniis singulis prestitit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno tertio.

1773 (CXVIII) Vatican, 19 avril 1297.

Licentia. (fol. 221 v°.)

Dilecto filio magistro Gotio archidiacono Pisciacensi (sic) *in ecclesia Carnotensi, capellano nostro.* Habet in nobis —.

1. *Ms.* commodum.
2. *Ms.* veniendi.

Ut in predicto archidiaconatu per ydoneas personas visitationem exercere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xiii kal. maii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Urbevetano et dilectis filiis. Sancti Germani de Pratis juxta Parisius et Sancti Severi prope Urbemveterem monasteriorum abbatibus.* — Dat. ut supra.

1774 (CXVIII) Vatican, 11 février 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 222.)

Dilecto filio magistro Helye de Malomonte canonico Bituricensi. Dum conditiones —.

Ei confertur canonicatus cum prebenda, nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Bituricensi, non obstante quod in sancti Aredii decanatum et in eadem ac Dauracensi et Brivatensi, Lemovicensis et Claromontensis diocesium, ac in Lemovicensi et Engolismensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac prioratum de Perpezato predicte Lemovicensis diocesis obtinet, et conceditur ut hec omnia beneficia insimul retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii id. februarii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Appamiarum et dilectis filiis.. priori Nobiliacensis [ecclesie] Lemovicensis diocesis, ac magistro Jacobo de Casalibus canonico ecclesie Sancti Pauli Narbonensis.* — Dat. ut supra.

1775 (CXX) Vatican, 21 mars 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 222 v°.)

Dilecto filio magistro Guidoni de Anagnia canonico Parisiensi. Dum ad tue —.

Ut, apud sedem apostolicam moram trahens, aut scolasticis insistens disciplinis, vel in aliqua ecclesiarum, videlicet Parisiensis, Ambianensis, Belvacensis, Atrebatensis, Anagnine, quarum canonicus existit, residens, redditus prebendarum quas in predictis ecclesiis obtinet integraliter percipere possit, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xii kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Cameracensi, et dilectis filiis abbati monasterii Sancte Genovefe Parisiensis ac Adenulfo de Suppino archidiacono Barensi in ecclesia Lingonensi.* — Dat. ut supra.

1776 (CXXI) Vatican, 20 avril 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 223.)

Dilecto filio Bernardo de Ripis sacriste ecclesie Terraconensis ordinis sancti Augustini. Provenit ex devotionis —.

Cum ei, ad preces J. Aragonum regis, collatus fuerit canonicatus proximo vacaturus in ecclesia Cesaragustana, necnon dignitas nunc vacans aut proximo vacatura in ecclesia Terraconensi, in qua existit canonicus et sacrista, conceditur ut fructus beneficiorum predictorum insimul percipere possit, nec ad residentiam teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xii kal. maii, anno tertio.

In. e. m. *venerabilibus fratribus .. episcopo Terraconensi et episcopo Ilerdensi, ac dilecto filio .. abbati Sanctarum Crucium Terraconensis diocesis.* — Dat. ut supra.

1777 (CXXII) Vatican, 1er mai 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 223.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni de Conches domino de Quevecille et dilecte in Christo filie nobili mulieri, relicte quondam Jacobi de Castello, vidue. Cum summus pontifex —.

Dispensatur cum eis ut, ad pacem et concordiam inter eos eorumque consanguineos et amicos conservandas, ac pro bono statu ipsorum terrarum que confines existunt, etsi sint ex uno latere in tertio et ex altero in quarto consanguinitatis gradu conjuncti, matrimonium contrahere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno tertio.

1778 (CXXIII) Vatican, 30 avril 1297.

Privilegium. (fol. 223 v°.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Bituricensi. Tue fraternitatis —.

Ei conceditur ut quatuor clerici, ipsius obsequiis insistentes, fructus beneficiorum suorum per quinquennium percipere possint nec ad residentiam in eisdem faciendam teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii kal. maii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. archidiacono Sigalonie in Bituricensi, et Jacobo Mathei Ursi de filiis Ursi, capellano nostro, thesaurario Salamantine, ac magistro Petro de Versione canonico Sancte Marie Medii Monasterii, Bituricensis diocesis, ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1779 (CXXIIII) Vatican, 6 mars 1297.

De querela hospitalis de Altopassu. (fol. 223 v°.)

Venerabilibus fratribus.. archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Querelam gravem recepimus dilectorum filiorum magistri et fratrum hospitalis de Altopassu quam pre magnitudine culpe ac pauperum dispendio dissimulare nec volumus nec debemus. Proposuerunt siquidem jam dicti fratres quod, cum pro confratriis et elemosinis pauperum requirendis, juxta consuetudinem suam auctoritate apostolica confirmatam, ad ecclesias quorumdam presbyterorum accedunt, eos recipere nolunt ; sed quod gravius [1] ab ecclesiis ipsis predictos fratres ejicere non verentur, cum deberent eos benigne ac patienter audire et parrochianos suos ad conferendas pauperibus elimosinas attentius exortari. Accedit ad hec quod iidem presbyteri quamdam ab eis partem elimosinarum pauperum exigunt impudenter, et — pauperum obsequium impedire pro sue voluntatis arbitrio non formidant ; unde quam [2] tantum predictorum fratrum gravamen et pauperum dispendium clausis non debemus oculis pertransire, quibus ex debito pastoralis officii patrocinium tenemur contra omnium insolentiam impertiri, universitati vestre ad instar fe. re. Clementis pape predecessoris nostri per apostolica scripta mandamus — quod universis presbyteris vestre potestati subjectis sub pena officii et beneficii injungatis ut predictos fratres, dummodo ydonei et bone opinionis existant, in ecclesiis suis ad opus pauperum predicare et elimosinas querere — permittant. —

Eis amplius mandatur quod predictis fratribus bona ex testamento relicta liberari faciant.

Dat Rome apud Sanctum Petrum, II non. martii, anno tertio.

1780 (CXXV) Vatican, 7 mars 1297.

Pro eodem hospitali. (fol. 224.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Etsi nonnulla sint —. Qui pauperem recipit et reficit hospitatur et pascit Dominum Jhesum Christum, et qui locorum passus et transitus fluminum itinerantibus graves, periculosos viatoribus et difficiles peregrinis per constructionem ac reparationem pontium reddit faciles et securas, vere proximum suum amat et ejus pericula mortis tollit. Hiis siquidem dilecti filii magister et fratres hospitalis de Altopassu — in multorum indigentium et non egentium sospitatem, auxilium et salutem totis insistunt viribus et intendunt —. Cum igitur, sicut iidem magister et fratres nobis significare curarunt, in reparationem et conservationem pontis eorum de Flicheto in Arni Blanci constructi fluvio, ubi jam plurimi propter fluminis impetum periere, et adhuc transeuntibus nonnunquam imminent mortis pericula graviora, grandia et gravia subierint et continue subire ipsos oporteat onera expensarum, ac ad eumdem pontem in festo Assumptionis beate Virginis Marie fidelium conveniat multitudo, pro ipsius pontis reparatione et conservatione eis consilio et auxilio exhibendis — nos volentes ut hii (*sic*) qui ad ipsum pontem venerint hac de causa letitie dona refferant et salutis, omnibus vere penitentibus et confessis qui in festo predicto et usque ad octabas ejusdem ad memoratum pontem accesserint annuatim et eisdem magistro et fratribus ad reparationem ipsius manum porrexerint adjutricem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ad instar [1] fe. re. Alexandri et Clementis predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, unum annum et XL dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1781 (CXXVI) Vatican, 20 avril 1297.

Collatio beneficiorum. (fol. 224.)

Dilecto filio magistro Gerardo de Collauduno, doctori decretorum, canonico ecclesie Parisiensis, archidiacono de Josayo in eadem ecclesia. Lecta [2] coram nobis tua petitio continebat quod olim in ecclesia Parisiensi archidiaconatu de Josayo consueto tantum, ut dicitur, canonico ipsius ecclesie assignari et canonicatu et prebenda eidem archidiaconatu non annexa quos quondam Guillelmus de Caudrey archidiaconus de Josayo in ecclesia ipsa obtinuerat, per mortem archidiaconi ejusdem vacantibus, venerabilis frater noster Symon episcopus Parisiensis, qui collationem archidiaconatus et canonicatus et prebende predictorum ad se spectare dicebat, eosdem archidiaconatum, canonicatum et prebendam tibi, archidiaconatum Brie et prebendam in ecclesia Suessonensi obtinenti, auctoritate propria, hujusmodi protestatione adjuncta contulit, videlicet quod per hoc non volebat quod prejudicium alicui fieret cui de jure prebenda ipsa forsitan deberetur, set paratus erat super hoc declarationem sedis apostolice recipere ac servare —. Cum magister Petrus de Alvania, canonicus Pari-

1. *Ms.* gravis.
2. *Videtur legendum esse* cum.

1. *Ms.* istar.
2. *Ms.* Leta

siensis, ex provisione apostolica in eadem prebenda se contenderet[1] jus habere, quodque non intendebat per collationem ipsam renuntiare quoquomodo predicto archidiaconatui Brie vel juri tibi competenti in ipso, sed illum cum suis juribus et pertinentiis retinere donec declarationem super dicta prebenda ab eadem sede contingeret emanare; et quia ex communicaturis verisimilibus metuebas ne super predicto archidiaconatu Brie a carissimo in Christo filio nostro .. rege Francie illustri, qui regalia in ipsa ecclesia Suessionensi tum tenebat, et a predicto magistro Petro vel quocumque alio super eadem prebenda tibi gravamen seu molestia inferretur, propter hoc ad sedem apellasti predictam. Nos vero premissa sollicite attendentes, et considerantes attente quod prefato magistro Petro ratione canonicatus sibi a predicta sede in prefata ecclesia Parisiensi collati, jus in eadem prebenda fuerat acquisitum et per consequens collatio archidiaconatus de Josayo, consueti, ut predicitur, canonico Parisiensi conferri, facta tibi utpote qui non existebas ejusdem ecclesie Parisiensis canonicus, nulla erat, auctoritate apostolica declaramus prefatam prebendam ad predictum magistrum Petrum pertinere de jure, dictamque collationem de dicto archidiaconatu de Josayo tibi factam per memoratum episcopum non valere, necnon et provisionem de dicto archidiaconatu Brie, si que facta fuit per dictum regem vel alium, tanquam de non vacanti factam, omnino carere robore firmitatis. —

Ei demum auctoritate apostolica conferuntur dictus canonicatus ecclesie Parisiensis ac archidiaconatus de Josayo cum prebenda integra et non sacerdotali; et archidiconatum predictum cum archidiaconatu de Brie retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Matisconensi et dilectis filiis de Longoponte, Suessionensis diocesis, et Sancti Mauri de Fossatis juxta Parisius, Cisterciensis et sancti Benedicti ordinum, monasteriorum abbatibus.* — Dat. ut supra.

1782 (CXXVII) Vatican, 29 avril 1297.

Collatio tabellionatus. (fol. 224 v°.)

Dilecto filio Matheo Johannis dicto Ferrarelli de Ponte Curvo, clerico in minoribus ordinibus constituto, Aquinatis diocesis. Ne contractuum memoria deperiret, *etc. ut in forma usque in finem.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno tertio.

1. Ms. *contenderet.*

1783 (CXXVIII) Latran, 15 avril 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 224 v°.)

Dilecto filio Dalmatio de Gortia canonico Narbonensi. — Apostolice sedis.

Ei, obtentu nobilis viri Rostagni Gaucelini, cujus consanguineus existit, conceduntur canonicatus et prebenda in ecclesia Narbonensi, non obstante quod in Aniciensi et Vivariensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac archipresbyteratum de Montaneis Vivariensis diocesis obtinet, necnon ex collatione et provisione abbatis monasterii de Conchis, Ruthenensis diocesis, in ecclesia de Bans Aniciensis diocesis quamdam pensionem sex librarum turonensium parvorum percipit; et cum dicto archipresbyteratu, cujus redditus quadraginta librarum turonensium parvorum summam non excedunt, dictos canonicatus et prebendas retinere possit.

Dat Laterani, XVII kal. maii, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Ebredunensi et .. episcopo Mimatensi, ac dilecto filio preposito Forcalquierensi Sistaricensis diocesis.* — Dat. ut supra.

1784 (CXXVIIII) Vatican, 30 janvier 1297.

Concessio hospitalis de Alberaco. (fol. 225 v°).

Dilectis filiis magistris et fratribus Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani. Dum sollicita —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod hospitale de Alberaco, Ruthenensis diocesis, in qua persone, ut asseritis, commorantur que nullius ordinis observantie sint astricte, quarumve alique sub vestre religionis habitu perpetuum exhibere desiderant virtutum Domino famulatum, in silvis et pascuis noscitur habundare. Unde cum vobis pensata sollicite moderni temporis qualitate, in insula Cipri potissime, ad cujus custodiam solerter intenditis laboribus et sumptibus non parcendo, sit vobis equorum suffragium oportunum, et, propter gravia guerrarum discrimina, de Yspanie partibus equos extrahere nequeatis dictumque Hospitale Jerosolimitanum pro equis commodius nutriendis hujusmodi silvis et pascuis noscatur non modicum indigere, nobis humiliter supplicastis ut hospitale de Alb[e]raco predictum eidem Hospitali Jerosolimitano concedere dignaremur. —

Hujusmodi tribuitur concessio, salvo tamen quod predicte persone, quamdiu in eodem hospitale permanebunt, necessaria vite de ipsius hospitalis proventibus percipiant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. februarii, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus.. Biterrensi et Magalonensi episcopis, et dilecto filio Rondoni de Tornello canonico Aniciensi.* — Dat. ut supra.

1785 (CXXX) Vatican, 1er mars 1297.

Ordinatio de quibusdam fructibus. (fol. 225 v°.)

Dilecto filio .. abbati Sancti Germani de Pratis prope Parisius ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti. Sicut nobis exponere curavisti, olim venerabilis frater noster .. episcopus Anitiensis, tunc abbas monasterii Sancti Germani de Pratis juxta Parisius, monasterium ipsum aliquibus debitis diversis creditoribus obligavit et alias una cum conventu ejusdem monasterii nonnulla bona immobilia dicti monasterii alienavit illicite vel distraxit, et postmodum, tempore quo fuit per nos in episcopum Anitiensem promotus, prioratum de Gilleio Eduensis diocesis ad monasterium spectantem ad vitam suam obtinuisse dicitur sive per litteras nostras — concedi, non facientes de hujusmodi debitis et alienatione bonorum aliquam mentionem, ac hujusmodi concessionis pretextu predictum retinet prioratum in gravem prefati monasterii lesionem. Idem insuper monasterium occasione guerrarum in illis partibus ingruentium subire oportet gravia onera expensarum —.

Ut de fructibus predicti prioratus, non obstantibus litteris supradictis, disponere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. martii, anno tertio.

In e. m. .. *episcopo Trecensi et .. abbati monasterii Sancti Benigni Divionensis, Lingonensis* [*diocesis*], *ac cancellario ecclesie Parisiensis.* — Dat. ut supra.

1786 (CXXXI) Vatican, 13 février 1297.

Facultas providendi. (fol. 225 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Wintoniensi. Circa personam —.

Ut tribus ex clericis suis, uni videlicet in Londoniensi, ac alio in Wellensi, ac alio in Cicestrensi ecclesiis, de singulis canonicatibus et prebendis providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1787 (CXXXII) Vatican, 13 février 1297.

Pro eodem. (fol. 226.)

Eidem. Ut eo gratior —.

Ut sex clericis sue civitatis et diocesis, defectum etatis et ordinum patientibus, dummodo decimum octavum annum attigerint, unum beneficium curam habens animarum conferre possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1788 (CXXXIII) Vatican, 27 mars 1297.

Indultum. (fol. 226.)

Venerabili fratri Raynerio episcopo Cremonensi. Devotionis tue —.

Ut habere possit altare portatile.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. aprilis, anno tertio.

1789 (CXXXIII) Vatican, 27 mars 1297.

Indultum pro eodem. (fol. 226.)

Eidem. Quia presentis —.

Ut condere possit testamentum.

Dat. ut supra.

1790 (CXXXV) Vatican, 29 mars 1297.

Facultas indulgentiam largiendi. (fol. 226.)

Eidem. Licet populus —.

Ut possit unum annum et quadraginta dies de injunctis penitentiis omnibus vere penitentibus et confessis qui ad solemnia misse primo per eum celebrata in ecclesia Cremonensi convenerint, quadraginta autem dies preter indulgentiam ordinariam illis qui in festis solemnibus, in quibus eum celebrare contigerit, intervenerint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. aprilis, anno tertio.

1791 (CXXXVI) Vatican, 29 mars 1297.

Dispensatio pro eodem. (fol. 226.)

Eidem. Ex parte tua —.

A promissione visitandi singulis annis Apostolorum limina, tempore promotionis sue facta, liberatur.

Dat. ut supra.

1792 (CXXXVII) Vatican, 30 avril 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 226.)

Eidem. Exposuisti nobis —.

Ut cum clericis sue diocesis, qui ratione electionis Guizardi in episcopum Cremonensem et oppositionis ei facte per majorem partem capituli ecclesie Cremonensis sententias excommunicationis incurrerant, super irregularitate dispensare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. maii, anno tertio.

1793 (CXXXVIII) Vatican, 22 avril 1296.

Facultas providendi. (fol. 226 v°.)

Venerabili fratri P. episcopo Basiliensi. Habet in nos —.

Ut de scolastria ecclesie Sancti Symeonis Treverensis, quam canonice obtinebat tempore promotionis sue ad episcopalem sedem, et que nunc vacat, cuidam ydonee persone providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. maii, anno tertio.

1794 (CXXXVIIII) Vatican, 21 avril 1297.

De dispensatione natalium concedenda. (fol. 226 v°.)

Eidem. Virtutum merita —.

Ut cum Hermanno, nato nobilis viri Goctifridi de Hoheloch, milite ordinis sancti Johannis Jerosolimitani, nuntio regis Bohemie, super defectu natalium quem patitur genitus de conjugato et soluta, dispenset; et ille valeat, non obstante defectu, ad omnes dignitates et administrationes ac officia prefati ordinis, preterquam ad generale totius ordinis, vel provinciale alicujus regni sive provincie magisterium, vel prioratum, assumi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. maii, anno tertio.

1795 (CXL) Vatican, 16 mars 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 227.)

Dilecto filio magistro Johanni Gilecti canonico Methensi (sic). Apostolice sedis —.

Ei, consideratione Adolfi Romanorum regis, cujus clericus et familiaris existit, conferuntur canonicatus et prebenda, nunc vacantes aut proximo vacaturi in ecclesia Metensi, non obstante quod in Treverensi ecclesia canonicatum, cantoriam et prebendam obtinet, quam cantoriam cum canonicatu predicto retinere poterit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. .. *archiepiscopo et decano Sancti Symeonis Treverensis et Nicolao de Yporegia canonico Leodiensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1796 (CXLI) Vatican, 17 mars 1297.

Indultum. (fol. 227 v°.)

Venerabili fratri Eximino episcopo Cesaragustano. Tue devotionis —.

Ut per biennium ecclesiastica loca diocesis sue possit per procuratores visitare et visitationes in pecunia numerata recipere, quas ad solutionem debitorum convertat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. aprilis, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis precentori* [1] *ac magistro Dominico Gauterii canonico Ilerdensibus.* — Dat. ut supra.

1797 (CXLII) Vatican, 29 avril 1297.

De dispensatione natalium concedenda. (fol. 127 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Treverensi. Accedens ad —.

Ut cum Cono dicto Perchenal de Sancto Paulino, subdiacono Treverensi, super defectu natalium, tanquam de soluto et soluta genito, dispensare possit, ita ut predictus subdiaconus ad superiores ordinis promoveri et beneficium obtinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. maii, anno tertio.

1798 (CXLIII) Vatican, 12 mars 1297.

Facultas. (fol. 227 v°.)

Venerabili fratri G. archiepiscopo Bituricensi. De contractuum memoria —.

Ut duabus ydoneis personis conferre possit tabellionatus officium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. martii, anno tertio.

1. *Ms.* preceptori.

1799 (CXLIIII) Vatican, 1er mai 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 227 v°.)

Dilectis filiis Fredolo preposito Massiliensi, Nicolao de Neapoli archidiacono Messanensi ac Henrico de Labro canonico Pisano. Exponente nobis —.

Quod de mutuo trium milium librarum turonensium, cujus contrahendi a Marco Raynutii de Abbatibus mercatore florentino de societate Raynutii de Abbatibus et ab aliis de prefata societate ..[1] licentiam obtinuerat, libras mille ducentas et quinquaginta jam recepit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno tertio.

1800 (CXLV) Vatican, 1er mai 1297.

Notificatio quitationis. (fol. 228.)

Dilectis filiis Antonio archipresbytero Florentine, et Raynerio de Vichio, Lichefeldensis, ac Ludovico de Capo Vacce, Paduane, canonicis ecclesiarum. Exponente nobis —.

Quod a Lupoldo episcopo Bambergensi, qui usque ad summam sexcentarum marcharum puri argenti ponderis Viennensis a Cursio Foresii, Raynaldo Lotherinchi et Putio Donati civibus et mercatoribus florentinis de societate Lambertucii de Frescobaldis de Florentia mutuum contraxit, predicta summa sexcentarum marcharum integraliter soluta est.

Dat. ut supra.

1801 (CXLVI) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 228.)

Dilecto filio Guillelmo de Canali rectori ecclesie de Necosia (sic) *Terraconensis diocesis.* Probitatis tue —.

Dispensatur cum eo ut fructus ecclesie de Conesia (*sic*), curam animarum habentis, quam adeptus est nondum ad sacerdotium promotus, et retinuit, legitime in posterum retinere valeat, dummodo ad sacerdotium promoveatur et in eadem ecclesia resideat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1802 (CXLVII) Vatican, 7 mars 1297.

Facultas. (fol. 228.)

Venerabili fratri S. episcopo Carnotensi. Ex tenore tue —.

Si, ut asserit, in prioratibus et locis seu domibus religiosorum quorumcumque ordinum sue diocesis in quibus ab antiquo monachi solebant residere et celebrare divina tenebantur, nulli religiosi nunc velint facere residentiam, possit loca predicta ingredi, in eis per personas ydoneas divina celebrari facere et redditus eorumdem locorum percipere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1803 (CXLVIII) Vatican, 8 mars 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 228.)

Eidem. Volentes tuam —.

Ut persone ydonee, quam voluerit, de prebenda et canonicatu nunc vacantibus aut proximo vacaturis in ecclesia Sancti Mauritii Carnotensis providere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. martii, anno tertio.

1804 (CXLVIIII) Vatican, 7 mars 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 228 v°.)

Eidem. Devotionis tue —.

Ei conceditur ut, cum in Carnotensi ecclesia canonicorum defectus non modicus habeatur, duos sacerdotes valeat in canonicos promovere et eis de prebendis in eadem ecclesia vacantibus providere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1805 (CL) Vatican, 7 mars 1297.

Indulgentia. (fol. 228 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum —.

Unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur omnibus qui ecclesiam Sancti Stephani Januensis devote visitaverint annuatim in beate Marie Virginis, sanctorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum, sancti Michaelis archangeli, beate Marie Magdalene, sancti Stephani Protomartyris, sancti Benedicti abbatis et sancti Ampelii confessoris festivitatibus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1. *A compilatore omissum fuit in scheda debitoris nomen.*

1806 (CLI) Vatican, 18 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 228 v°.)

Dilecto filio Omiconi, nato dilecti filii nobilis viri Johannis comitis de Spaneyn (sic), *subdiacono, canonico Maguntino.* Nobilitatem generis —.

Cum is in ecclesia Maguntina olim canonicatum et prebendam obtinens, in sacris non existens ordinibus et patiens in etate defectum, preposituram ecclesie de Maystat (*sic*) et in Carlereh et in Belle ecclesias, curam animarum habentes, Maguntine et Treverensis diocesium, post generale concilium receperat, nec se fecerat infra annum in presbyterum promoveri, ei indulgetur ut fructus ex predictis beneficiis perceptos legitime retinere valeat, nec usque ad quinquennium in aliqua ipsarum ecclesiarum ad faciendam residentiam vel ad suscipiendum diaconatum teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. aprilis anno tertio.

1807 (CLII) Vatican, 18 mars 1297.

Nominatio episcopi Palentini. (fol. 229.)

Venerabili fratri Alvaro[1] *episcopo Palentino.* Dum attente —.

Cum frater Munio ordinis fratrum Predicatorum, qui pro Palentino episcopo se gerebat, juri, si quod in episcopatu Palentino haberet, renuntiavit, predictus Alvarus a sede Mindoniensi ad Palentinam auctoritate apostolica transfertur.

Dat. ut supra.

In e. m. *capitulo ecclesie Palentine.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Palentine.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Palentine.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Palentine.* — Dat. ut supra.

1808 (CLIII) Vatican, 1er mai 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 229.)

Venerabili fratri.. episcopo Spirensi. Accedens ad —.

Ut cum Johanne de..[2], acolito sue diocesis, super defectu natalium quem patitur de acolito genitus et soluta, dispensare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno tertio.

1. *Ms. Albaro.*
2. *Deficit nomen.*

1809 (CLIIII) Vatican, 6 mars 1297.

Commendatio. (fol. 229 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis eorum officiali, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, capitulis cathedralium ecclesiarum, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis ad quod littere iste perverint. Circa opera —.

Ut commendatum habeant hospitale de Altopassu et nuntios ipsius monasterii favorabiliter accipiant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. martii, anno tertio.

1810 (CLV) Vatican, 7 mars 1297.

Indulgentia. (fol. 229 v°.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Si juste sententiam —.

Ad augmentum et prosperitatem hospitalis de Altopassu, conceditur ut omnes qui de facultatibus suis fratribus dicti hospitalis subvenerint, sancta fraternitate statuerint se collegas eisque beneficia prestiterint, de septima parte injuncte penitentie annuatim relaxentur, nec, si eorum ecclesia interdicto submittatur, patiantur interdictum, etc., quod amplius predicti hospitalis fratres in locis interdictis divina celebrare et verba hortationis ad populum proponere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. martii, anno tertio.

1811 (CLVI) Vatican, 19 avril 1297.

Commissio reformationis. (fol. 230.)

Venerabili fratri Papiniano episcopo Novariensi. Ex parte tua —.

Ei conceditur ut de monasterio Sancti Laurentii Novariensis ordinis sancti Benedicti, in spiritualibus et temporalibus deformato, collegiatam ecclesiam facere, ibique prepositum unum et certum canonicorum aliorumque clericorum secularium atque prebendarum distinctarum numerum statuere, necnon abbatem et monachos in eo degentes in aliis monasteriis dicti ordinis collocare valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. maii, anno tertio.

1812 (CLVII) Vatican, 19 avril 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 230.)

Eidem. Provenit ex devotionis —.

Ut possit de prepositura ecclesie de Pinarolio Taurinensis diocesis quo tempore promotionis sue ad episcopatum obtinebat et que collationi apostolice sedis reservata fuit, persone ydonee providere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. maii, anno tertio.

1813 (CLVIII) Vatican, 19 avril 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 230 v°.)

Eidem. Provenit etc. —.

In e. m. ac in precedenti de rurali ecclesia de Guncenis Taurinensis diocesis.

Dat. ut supra.

1814 (CLVIII) Vatican, 19 avril 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 230 v°.)

Eidem. Tuam volentes —.

Ut in cathedrali, duabus, et in singulis collegiatis ecclesiis Novariensis civitatis et diocesis, singulis personis ydoneis, de singulis canonicatibus et prebendis auctoritate apostolica providere possit.

Dat. ut supra.

1815 (CLX) Vatican, 19 avril 1297.

Indultum pro eodem. (fol. 230 v°.)

Eidem. Grandis affectus —.

Ut habere possit altare portatile.

Dat. ut supra.

1816 (CLXI) Vatican, 12 février 1297.

Confirmatio privilegii. (fol. 231.)

Dilectis filiis magistro et fratibus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Eo nobis—. Sane, sicut nobis exponere curavistis, contingit interdum vestra animalia, per aliena teritoria transeundo vel pascendo in eis, illis quorum sunt hujusmodi territoria dampna dare, quorum occasione dampnorum, post congruam satisfactionem prestitam de eisdem, locorum domini exigunt et extorquent —. Ne post satisfactionem sufficientem alicui domino quidquam solvere teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. februarii anno tertio.

1817 (CLXII) Vatican, 13 février 1297.

Privilegium pro eisdem. (fol. 231.)

Eisdem. Volentes pravam et detestabilem consuetudinem qua nonnulli archiepiscopi, episcopi et archidiaconi, occasione visitationis impendende ac recipiende procurationis, ecclesias ad quas veniunt hac de causa gravent effrenata multitudine, penitus amputare, ut, cum venerabiles fratres nostri archiepiscopi et episcopi seu locorum archidiaconi ad ecclesias vestras pro predictis accesserint, ipsos nisi cum eventionum et personarum numero in concilio Lateranensi taxato minime teneamini — auctoritate vobis presentium indulgemus. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id februarii, anno tertio.

1818 (CXLIII) Vatican, 18 février 1297.

Commissio absolutionis illorum qui decimam integraliter non solverunt [1].

Venerabili fratri episcopo Parmensi, collectori decime in Mediolanensi et Ravennate archiepiscopatibus atque provinciis, necnon in Ariminensi, Papiensi, Placentina et Ferrariensi civitatibus et diocesibus ceterisque locis infra eorum fines constitutis per nos pro prosecutione negotii regni Sicilie ac etiam pro necessitatibus carissimi in Christo [*filii*] *C. regis Sicilie illustris et dicti regni deputato.* Ut eo commodius. —

Plena ei conceditur potestas ut personas excommunicatas dicte decime ratione absolvere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. martii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri episcopo Massiliensi, collectori decime in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Tarantasiensi* [2], *Ebredunensi, Aquensi et Arelatensi provinciis per nos pro prosecutione, etc., ut in precedenti.* — Dat. ut supra.

1819 (CLXIII) Vatican, 11 mars 1297.

Commissio. (fol. 231.)

Dilecto filio.. archipresbytero plebis de Corliano Castellane Civitatis diocesis. Dudum plebe —.

1. *In margine legitur* Littere decime.
2. *Ms.* Terratasien.

Cum, plebe Sancte Marie de Bagno ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente ordinis sancti Augustini Foropopuliensis diocesis per mortem quondam Alibrandi archipresbyteri vacante, canonici dicte plebis quatuor compromissariis, videlicet Raynerio, Roberto et Johanni presbyteris et Timideo canonico archipresbyterum eligendi munus commiserint, qui in Jacobum ipsius plebis canonicum consenserunt et a papa rogaverunt ut eumdem confirmaret, predicto de Corliano archipresbytero auctoritate apostolica committitur ut hujusmodi confirmationem faciat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. martii, anno tertio.

1820 (CLXV) Vatican, 24 avril 1297.

Nominatio episcopi Metensis (fol. 231 v°.)

Dilecto filio Gerardo episcopo Metensi. In supreme dignitatis — .

Gerardus archidiaconus Brabantie in ecclesia Cameracensi in episcopum Metensem preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. martii, anno tertio.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Metensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Metensis.*

(POTTHAST, 24508.)

In e. m. *venerabili fratri .. archiepiscopo Treverensi.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Metensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Metensis.*

In e. m. *regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

1821 (CLXVI) Vatican, 18 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 232.)

Dilecto filio Nicolao rectori ecclesie de Marnei Metensis diocesis. Consuevit apostolica —.

Cum eo dispensatur, consideratione Francisci Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, cujus clericus existit, ut fructus ecclesie de Marnei, quos per plurimos annos percepit nondum in sacerdotio constitutus, legitime retinere et in futurum percipere valeat, dummodo infra annum in presbyterum promoveatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. aprilis, anno tertio.

1822 (CLXVII) Vatican, 15 mai 1297.

Littere decime concesse regi Francie per prelatos.

Venerabilibus fratribus .. Remensi, Senonensi... etc., archiepiscopis, et .. Laudunensi, .. Cathalaunensi, etc. episcopis. Pridem ad nostram —.

Eis conceditur facultas colligendi per unum annum in civitatibus et diocesibus suis decimas Philippo regi concessas ad defensionem regni Francie.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. maii, anno tertio.

(POTTHAST, 24516.)

1823 (CLXVIII) Vatican, 15 mai 1297.

Facultas compellendi et absolvendi. (fol. 232 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Parisiensi et Morinensi episcopis. Nuper nobis —.

Ut ad solvendam decimam regi Francie per archiepiscopos et episcopos concessam, prefatos prelatos compellendi et etiam eos a sententiis occasione predictarum decimarum illatis absolvendi, potestatem habeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1824 (CLXVIIII) Vatican, 15 mai 1297.

Littera que dirigitur prelatis pro conservatione et tuitione regni Francie.

Venerabilibus fratribus .. Remensi, etc., ut supra in precedenti usque *et Magalonensi episcopis.* Ad statum felicem et prosperum —.

1825 (CLXX) Vatican, 7 mai 1297.

Commissio. (fol. 233.)

Dilecto filio fratri Matheo de Theate ordinis Minorum inquisitori heretice pravitatis in provincia beati Francisci. Incrementum catholice —.

Ut ad capiendos illos qui Bizochi aut alio nomine se appellant et in montibus Aprutinis seu in illis finibus Aprutii et Marchie Anconitane ac terris circumpositis vagantur, multos errores propagantes, caute, viriliter et solerter intendat, invocando, si opus fuerit, brachii secularis auxilium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno tertio.

1826 (CLXXI)

Forma juramenti a Gerardo episcopo Metensi prestandi. (fol. 233.)

1827 (CLXXII) Vatican, 6 mai 1297.

Commissio. (fol. 233.)

Venerabili fratri G. episcopo Cameracensi. Meritis scientie —.

Ut Gerardo de Sancto Audomaro, in episcopum Metensem promoto, munus consecrationis impendat, ejusque juramentum recipiat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. maii, anno tertio.

1828 (CLXXIII) Vatican, 18 mars 1297.

De ordinatione quadam in monasterio S. Genovefe Parisiensis. (fol. 230 v°.)

Dilectis filiis abbati et priori monasterii Sancti Germani de Pratis juxta Parisius. Sedule considerationis —. Sane jampluries post nostre promotionis auspicia nobis fidedigna relatio patefecit quod dilectus filius Guarinus ipsius monasterii abbas, usque adeo senectutis onere pergravatus et corporis imbecillitate confectus, agnoscitur quod ipsius monasterii [1] regimen nequit, ut expedit, utiliter exercere, propter quod illud in spiritualibus et temporalibus non modicum substinet detrimentum. —

Inducant ergo predictum abbatem ad renuntiationem; ac illum quem idem abbas,cum suis in hac parte complicibus,nuper ex abrupto et absque rationabili causa in ejusdem monasterii priorem instituit, et qui per apostolicam auctoritatem a prioratu predicto privatus fuit, primitus amoventes, Johannem de Sancto Martino priorem conventualem ipsius monasterii in corporalem possessionem prioratus ejusdem reducere procurent. Quod post restitutionem et reductionem predictas in dicto prioratu quoad petitorium aut possessorium nichil immutetur. Johannem de Fonteneto, de Spinolio, et Johannem de Poncello, de Xantodoro, priores, Johannem infirmarium, Adam de Latiniaco ceterosque canonicos qui pro monasterii reformatione ad sedem apostolicam se noviter contulerunt, in statu in quo erant cum iter hujusmodi assumpserunt integre conservent; et sententias in eos aut in Johannem priorem conventualem latas a prefato abbate penitus revocent, ut electioni novi abbatis possint commodius interesse. Quia vero prefatus Guarinus in ejusdem monasterii regimine se gessit utiliter et prudenter, teneat secum unum socium ydoneum de ipsius monasterii canonicis existentem et duos servientes qui secum morentur continue ; qui quidem Guarinus pro se ac eodem socio vite necessaria singulis diebus percipiat prout duobus canonicis in refectorio continue ministrantur, ac insuper quoadvixerit centum libros parisiensium, annue pensionis nomine, ab abbate qui pro tempore fuerit recipiat; et tandem retineat alteram camerarum quas fecit ipse construi in dicto monasterio pro sua ac socii atque servientium habitatione.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. aprilis, anno tertio.

1. *Scilicet Sancte Genovefe Parisiensis.*

1829 (CLXXIIII) Vatican, 12 mai 1297.

De collectione decimarum. (fol. 233 v°.)

Dilectis filiis .. Cluniacensis et .. Cisterciensis monasteriorum abbatibus. Ad notitiam vestram fore credimus jam perductum qualiter nonnulli archiepiscopi et episcopi regni Francie, nostra super hoc nuper freti licentia, carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri, pro ipsius defensione regni moderno tempore facienda, decimas suorum ecclesiasticorum proventuum et redditTuum, per certi temporis spatium, certis terminis in eorum communibus litteris— expressis integre persolvendas — voluntate unanimi et spontanea concesserunt. Nos autem ad ipsius regni statum tranquillum et prosperum paternis studiis intendentes et volentes propterea ut ab universis archiepiscopis et episcopis ceterisque prelatis, ecclesiis et personis ecclesiasticis dicti regni predicte decime juxta concessionem integre persolvantur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus super decimarum ipsarum solutione de redditibus et proventibus quos monasteria vestra — infra ejusdem regni limites obtinere noscuntur cum rege prefato componere studeatis. Quod si forte hujusmodi compositio provenire nequiverit, vos ipsorum reddituum et proventuum decimas solvere procuretis —.

Procedant igitur ad decimas colligendas a cunctis prioratibus, membris atque locis eisdem monasteriis subjectis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. maii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. Majoris Turonensis ac Sancti Dyonisii in Francia monasteriorum abbatibus.*

Ut predictas decimas colligant ab universis abbatibus, prioribus, prepositis, ceterisque personis ecclesiasticis regularibus regni Francie Romane ecclesie immediate subjectis, ordinibus Cluniacensi et Cisterciensi, ac Hospitali Sancti Johannis Jerosolimitani et domo Militie Templi duntaxat exceptis.

Dat. ut supra.

1830 (CLXXV) Vatican, 12 mai 1297.

De solutione decimarum. (fol. 234.)

Venerabili fratri .. episcopo Dolensi. Tuam non credimus—. Dilectis filiis.. Hospitalis Sancti Johannis prioribus et .. domus Militie Templi Jerosolimitani preceptoribus regni Francie per alias nostras litteras injungimus ut ipsi super solutione decimarum — studeant cum rege componere supradicto. Cum itaque Hospitalis, Militie Templi predictorum magistros, membra et loca eis subjecta pridem pro negotio regni Sicilie non modicum duxerimus oneranda et propterea super hoc more pii patris compatiamur eisdem —, per apostolica tibi scripta mandamus quatenus pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia prefatos magistros, preceptores et priores — habens favorabiliter commendatos, partes tuas — apud eumdem regem sollicite interponas ut ipse de sue habundantia pietatis super compositione decimarum ipsarum [1] et benigne se habeat circa illos, tuque in hac sic te gerere studeas, sic solerter exerceas posse tuum ut exinde a Domino premium et a nobis digne commendationis titulum consequaris, dictisque prioribus, preceptoribus quas affectione paterna prosequimur, fructus sperati commoditas ex nostris precibus producatur —. Dat. ut supra.

In e. m. .. *episcopo Morinensi.* — Dat. ut supra.

1831 (CLXXVI) Vatican, 17 mai 1297.

Eadem de re. (fol. 234.)

Dilectis filiis universis prioribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani per regnum Francie constitutis. Ad notitiam vestram —.

Quod, consideratione onerum que in negotio Sicilie regni supportaverunt, illos apud regem Francie per episcopos Dolensem et Morinensem super compositione decime commendari fecit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. junii, anno tertio.

In e. m. *universis preceptoribus domus Militie Templi per regnum Francie constitutis.* — Dat. ut supra.

1832 (CLXXVII) Vatican, 14 mars 1297.

Collatio decanatus. (fol. 234 v°.)

1. *Vox aliqua desideratur.*

Dilecto filio magistro Berengario Regis decano et canonico ecclesie Xanctonensis, capellano nostro. Dum conditiones —.

Vacante decanatu ecclesie Xanctonensis per obitum Pontii de Mauritania, Hugo de Malomonte scolasticus et Gobaudus cantor ecclesie Xanctonensis in discordiam decani electi fuerunt, Pontio de Insula faciente sibi auctoritate apostolica de ipso decanatu provideri. Pendente appellatione, mortuus erat predictus Pontius, et noviter de decano due electiones in ecclesia celebrate fuerant, una de Hugone scolastico supradicto et alia de Hugone Vigerii canonicis. Causa apud sedem apostolicam devoluta, renuntiavit Hugo scolasticus, et B. quondam Portuensis episcopus per diffinitivam sententiam electionem Hugonis Vigerii confirmavit, a qua quidem sententia Ademarus de Baynaco ecclesie Xanctonensis episcopus appellavit. Tandem Hugonis Vigerii habita renuntiatione, predictus decanatus ipsi Berengario confertur, non obstante quod ecclesiam Sancti Johannis de Vibiano sine cura, Biterrensis diocesis, obtinet, et super canonicatu, prebenda et archidiaconatu ecclesie Agennensis in curia apostolica litem habet, quibus vero canonicatui et prebende Agennensibus renuntiabit, accipiens Xanctonensem decanatum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis magistris Bartholomeo decano et Raynaldo Carrochii, Pictavensis, ac Guidoni de Gervilla, Engolismensis, canonicis ecclesiarum.*

Ut eum dicti decanatus in corporalem possessionem inducant.

Dat. ut supra.

1833 (CLXXVIII) Vatican, 11 mai 1297.

De retentione quorumdam bonorum. (fol. 235.)

Dilecto filio .. vicario electi Pisani. Nuper ad aures —.

Ut penes se conservet bona Luterii Bonamici de Pisis que, a monialibus monasterii S. Crucis de Fossabundi prope muros civitatis Pisane occupata, per fratrem Angelum de Aretio, inquisitorem heretice pravitatis in Tuscia, reclamantur, ac Jacobam puellam, predicti Luterii filiam unicam, eductam e monasterio, apud aliquam probatam matronam ponat, ut suam libere possit exprimere voluntatem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V id. maii, anno tertio.

(POTTHAST, 24515.)

1834 (CLXXVIIII) Vatican, 12 mai 1387.

Commissio. (fol. 235.)

Dilecto filio .. priori secularis ecclesie Sancte Marie de Ficu Tudertine diocesis. Dudum monasterio Sancti Archangeli prope lacum Perusii per obitum quondam Mathei ipsius monasterii abbatis vacante, frater Franciscus, olim abbas monasterii Sancte Marie de Farneto, Aretine diocesis, ipsum monasterium Sancti Archangeli tanquam sibi subjectum auctoritate propria occupans, illud per spatium trium annorum vel circa ad manus suas tenuit et possedit. Postmodum vero ipso Francisco abbatie dicti monasterii de Farneto ex certis causis cedente, quondam frater Huguitio de Collemedio, tum abbas monasterii Sancti Viti de Valle Opli, Tudertine diocesis, fuit ad abbatiam predicti monasterii de Farneto translatus, cui postmodum prefatum monasterium Sancti Archangeli fuit per sedem apostolicam commendatum. —

Mortuo Hugutione abbate, monachi in abbatem elegerunt Franciscum monachum Sancti Crispoliti, Assisinatis diocesis; sed cum idem monasterium dicitur tanto tempore vacavisse ut ejus collatio ad apostolicam sedem pertineat, hujusmodi electionis factum Bartholomeo decano Pictavensi, auditori sacri palatii, committitur audiendum, et, causa pendente, fructus monasterii per dictum priorem ecclesie Sancte Marie de Ficu custodientur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. maii, anno tertio.

1835 (CLXXX) Vatican, 14 mai 1297.

Collatio canonicatus. (fol. 235 v°.)

Dilecto filio Arnaldo de Villario canonico Vasatensi. Intendentes tibi —.

Ei, consideratione Arnaldi de Villario canonici Caturcensis patrui sui, confertur canonicatus cum prebenda in ecclesia Vasatensi, non obstante quod ecclesiam Sancti Saturnini [1] de Gibello, curam animarum habentem, cum capellis dependentibus ab eadem et quasdam decimas in ecclesia Sancti Salvatoris de Corimio, Appamiarum et Tholosane diocesium, obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. maii, anno tertio.

In e. m. .. *episcopo Mimatensi, et .. Isaltensi in Convennarum et Lunatensi in Biterrensi ecclesiis archidiaconis.* — Dat. ut supra.

1836 (CLXXXI) Vatican, 1er mai 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 235 v°.)

1. *Ms.* Saturnigni.

Dilectis filiis Arnaldo, Caturcensis, et Amelio nepoti ejus Vasatensis ecclesiarum canonicis. Vestra merita —.

Omnia beneficia que possident aut possidebunt in quibusvis ecclesiis Appamiarum civitatis ac diocesis a jurisdictione Bernardi Appamiarum episcopi omnino eximuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno tertio.

In e. m. .. *Tholosano et .. Carcassonensi episcopis.* — Dat. ut supra.

1837 (CLXXXII) Montefiascone, 3 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 236 v°.)

Dilecto filio nobili viro Phylippo, nato Guidonis de Levis, domino de Mirapisce ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, nate quondam Bertrandi vicecomitis Lautricensis, uxori ejus. Intenta salutis —.

Cum eis, qui matrimonium per verba de presenti contraxerunt, carnali copula postmodum subsecuta, dispensatur ut in matrimonio contracto legitime permaneant, etsi quondam Matheus de Levis, frater Philippi, cum dicta Beatrice que nondum nonum etatis sue annum tunc compleverat, sponsalia per verba de futuro contraxisset.

Dat. apud Montefiasconis (*sic*), III non. junii, anno tertio.

1838 (CLXXXIII) Vatican, 2 mai 1297.

Confirmatio electionis. (fol. 236.)

Dilecto filio Eustachio abbati monasterii Sancti Richarii in Pontivo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Ambianensis [diocesis]. Dudum monasterio Sancti Richarii in Pontivo, quod ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinet, per obitum quondam Odonis ipsius monasterii abbatis vacante, dilecti filii .. supprior et conventus ejusdem monasterii, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa convenientes in unum, ac deliberantes in hujusmodi electionis negotio per viam procedere compromissi, quatuor ex eorum collegio, videlicet fratribus Johanni de Foucaucourt priori prioratus de Lulliaco Ambianensis diocesis, Egidio cantori dicti monasterii, Johanni de Heudicourt et Petro de Rellous monachis ejusdem monasterii, providendi nomine suo et aliorum omnium de dicto collegio ea vice dicto monasterio de persona ydonea de ipsius monasterii gremio, vel se ipsis, in abbatem ejusdem monasterii as-

sumenda, potestatem, duraturam usque ad consumptionem cujusdam candele, quam tunc fecerant accendi, liberam concesserunt. Iidemque prior, cantor, Johannes et Petrus, tali potestate recepta, et inter se tractatu habito diligenti, demum in te, tunc prepositum dicti monasterii, direxerunt unanimiter vota sua, dictusque cantor ante consumptionem dicte candele, auctoritate concessionis hujusmodi ac de mandato collegarum suorum, vice sua, ipsorum et aliorum de collegio memorate, in abbatem dicti monasterii te elegit, ac prefati supprior et conventus electionem hujusmodi concorditer acceptarunt, tuque hujusmodi electioni consentiens infra tempus statutum a jure ad sedem apostolicam accessisti pro confirmatione hujusmodi electionis et benedictionis munere obtinendis. Te itaque ac procuratoribus dictorum suppriores et conventus ad hoc specialiter constitutis in consistorio publico cum decreto electionis hujusmodi canonice comparentibus coram nobis, ac petentibus electionem hujusmodi confirmari, frater Odo dictus Croirles, monachus dicti monasterii, qui tempore electionis prefate apud sedem morabatur eandem, quique, cum electio hujusmodi ad ejus pervenerit notitiam, ex quibusdam causis contra te ad sedem appellaverat supradictam, se tibi super hoc opposuit, electionem hujusmodi impugnando; sicque electionis predicte negotio coram nobis aliquandiu ventilato, nos negotium ipsum venerabili fratri nostro G. episcopo Sabinensi audiendum et auditum nobis referendum duximus committendum, idemque episcopus negotium ipsum, ut prefertur, auditum fideliter nobis referre curavit. Postmodum vero dicto fratre Odone volente prefatum monasterium a dispendiis que monasterium ipsum per litigiorum anfractus incurrere poterat preservari, ac expresse renuntiante appellationi hujusmodi coram nobis et ab oppositione hujusmodi penitus desistente, nos eidem episcopo et dilectis filiis nostris Johanni tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbitero ac Matheo Sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus tam electionis hujusmodi quam persone tue examinationem ac horum relationem faciendam nobis primo, et post examinationem hujusmodi diligentem facta nobis per dictos episcopum et cardinales relatione fideli, potestatem conferendi seu infirmandi electionem predictam prout justum foret commisimus oraculo vive vocis, tandemque dilecto filio nostro Francisco Sancte Lucie in Silice diacono cardinali loco ipsius Mathei cardinalis per nos in negotio hujusmodi subrogato te super ipso sepius informato, predicti episcopus, Johannes et Franciscus cardinales electionem hujusmodi de te factam, quia eam invenerunt de persona ydonea canonice celebratam, ipsam auctoritate apostolica eis a nobis in hac parte commissa, exigente justitia, confirmarunt, prout in patentibus litteris modo confectis predictorum episcopi et cardinalium sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hiis ab eisdem episcopo et cardinalibus factum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem predictarum litterarum episcopi et cardinalium predictorum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est. Miseratione divina Gerardus Sabinensis episcopus et Johannes tituli sanctorum Marcellini et Petrus presbiter ac Franciscus Sancte Lucie in Silice diaconus cardinales religioso viro fratri Eustachio abbati monasterii Sancti Richarii in Pontivo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis, salutem in Domino —.

In tenore confirmationis adhibetur eadem forma quam in papali littera.

In cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus, et nostrorum sigillorum appensione muniri. Actum et datum Rome, anno Nativitatis Domini millesimo CCLXXXXVII, indictione X, die secunda mensis maii, pontificatus sanctissimi domini Bonifatii pape VIII anno tertio. Nulli ergo etc., nostre confirmationis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, idibus maii, anno tertio.

In e. m. *suppriori et conventui monasterii Sancti Richarii in Pontivo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Ambianensis diocesis.* — Dat. ut supra.

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Richarii in Pontivo.* — Dat. ut supra.

In e. m. *carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustris.* — Dat. ut supra.

1839 (CLXXXIIII) Vatican, 15 mai 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 237.)

Dilecto filio abbati Sancti Spiritus de Sulmona ordinis sancti Benedicti, Valvensis diocesis, et ejus fratribus tam presentibus quam futuris. In eminente apostolice sedis — .

Prefatum monasterium Sancti Spiritus cum aliis monasteriis, prioratibus, etc., eidem subjectis, « consideratione quondam fratris de Murone olim Celestini pape V[1], predicti ordinis confessoris, in jus et proprietatem beati Petri et apostolice sedis assumitur, et a jurisdictione ordinariorum eximitur, sub con-

ditione unius floreni sedi apostolice, ad judicium libertatis percepti, persolvendi. *Amen, amen.* »

Ego Bonifacius catholice ecclesie episcopus ss.

Ego Gerardus Sabinensis episcopus ss.

Ego Johannes Tusculanus episcopus ss.

Ego frater Matheus Portuensis et Sancte Rufine episcopus ss.

Ego frater Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

Ego frater Thomas tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis ss.

Ego Johannes tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbyter cardinalis ss.

Ego Nicolaus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis ss.

Ego frater Jacobus tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis ss.

Ego Matheus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.

Ego Neapoleo Sancti Adriani diaconus cardinalis ss.

Ego Guillelmus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.

Ego Jacobus Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Ego Franciscus Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis ss.

Ego Petrus Sancte Marie Nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum per manum Ricciardi de Senis Sancte Romane ecclesie vicecancellarii, id. maii, indictione X^a^, Incarnationis dominice anno M°CCLXXXXVII°, pontificatus vero domini Bonifacii pape VIII anno tertio.

1840 (CLXXXV) Vatican, 19 avril 1297.

Confirmatio prioratus. (fol. 237 v°.)

Dilecto filio Bertrando de Sabrano priori prioratus Cariloci[1] *ordinis sancti Benedicti Aptensis diocesis.* Quondam frater Petrus de Murrone tunc Celestinus papa V, predecessor noster, devictus instantia et ambitione nimia, plurimorum ignarus eorum que et juris debitum et gravitas pastoralis cui presidebat officii requirebant, seductus insuper atque deceptus per captiosam astutiam [2] et deceptibilem aliquorum, fecit diversa et concessit varia minus digne inordinata et insolita, quorum aliqua subticuimus (*sic*) ex causa, sub cujus bulla nonnulla, ut fertur, preter ipsius conscientiam transierunt que non indigne, immo necessario limam correctionis exposcebant —.

Qua ex causa omnibus prefati predecessoris cassatis privilegiis et litteris, post Bonifacii ad pontificatum assumptionem, littere prefati predecessoris super collatione dicto Bertrando facta de prioratu Cariloci ordinis sancti Benedicti Aptensis diocesis, qui per promotionem Guillelmi abbatis Sancti Victoris Massiliensis, tunc prioris dicti prioratus, apud sedem apostolicam vacaverat, cassate fuerunt. Obtentu autem Neapoleonis S. Adriani diaconi cardinalis, ei dictus prioratus noviter confertur, et fructus jam percepti remittuntur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. maii, anno tertio.

1. *Alias* Caroliloci.
2. *Ms.* austutiam.

1841 (CLXXXVI) Vatican, 22 avril 1297.

Facultas. (fol. 238.)

Dilecto filio Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Cum sicut —.

Ut tabellionatus officium duabus ydoneis personis quas ei presentabit Bartholomeus de Capua miles, regni Sicilie logotheta et prothonotarius, conferre valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. maii, anno tertio.

1842 (CLXXXVII) Vatican, 3 février 1297.

Facultas providendi (fol. 238.)

Venerabili fratri Lodovico episcopo Tholosano. Ut benivolentiam —.

Quod, auctoritate apostolica, potest in civitate et diocesi sua beneficia quorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est, personis ydoneis, videlicet singula singulis, conferre.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. februarii, anno tertio.

1843 (CLXXXVIII) Vatican, 25 mai 1297.

Nominatio episcopi Aquinatis. (fol. 238 v°.)

Venerabili fratri Lamberto episcopo Aquinati. Romani pontificis —.

A Veglensis ecclesie sede ad Aquinatem ecclesiam per mortem Guillelmi episcopi vacantem, hac vice sedis apostolice provisioni reservatam, transfertur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. junii, anno tertio.

In e. m. *archipresbytero* [1] *et capitulo Aquinatibus.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Aquinatis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Aquinatis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Aquinatis.* — Dat. ut supra.

1844 (CLXXXVIIII) Vatican, 29 mai 1297.

Commissio. (fol. 238 v°.)

Eidem. Quamvis id specialiter —.

Ut de pastore ydoneo ecclesie Veglensi ipse provideat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. junii, anno tertio.

1845 (CLXXXX) Orviéto, 17 juin 1297.

Concessio feudi. (fol. 239.)

Dilecto filio nobili viro Jacobo Gaitani de Pisis, militi et familiari nostro. Ut tua sinceri —.

Ei et suis heredibus in feudum conferuntur molendina duo, quorum unum in castro Bulseni in aqua Capite, alterum vero prope ipsum castrum in aqua Ritopie, necnon et quoddam pratum ubi dicitur Pratasextum, que in territorio castri Criptarum Urbevetane diocesis sita noscuntur, ad Romanam ecclesiam pertinentia pleno jure; ita tamen quod consueta servitia que alii feudatarii ejusdem ecclesie in patrimonio beati Petri in Tuscia exhibere tenentur, ille atque sui heredes exhibeant, atque singulis annis infra quindenam festivitatis Natalis unum florenum camere persolvant.

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. julii, anno tertio.

In e. m. *dilecto filio nobili viro Amatori, militi Anagnino, patrimonii beati Petri in Tuscia vicario generali.* — Dat. ut supra.

1846 (CLXXXXI) Orviéto, 20 juin 1297.

Facultas absolvendi. (fol. 239.)

Dilecto filio primicerio ecclesie Sancti Marchi de Venetiis Castellane diocesis. Sincere devotionis —.

1. *Ms. archiepiscopo.*

Ut Marinum Baduarium de Venetiis, militem, rectorem civitatis Justinopolitane, generum ducis Venetiarum, qui in quemdam conversum monasterii Sancti Georgii majoris manus violentas usque ad sanguinis effusionem injecerat, etc., ab excommunicationis vinculo, precibus prefati ducis, absolvere possit.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. junii, anno tertio.

POTTHAST, 24533).

1847 (CLXXXXII) Vatican, 4 mars 1297.

Commissio assistendi. (fol. 239 v°.)

Dilecto filio abbati monasterio de Sancta Columba Senonensis diocesis. Etsi quibuslibet —.

Cum abbas et conventus monasterii Sancti Germani de Pratis juxta Parisius a quibusdam multipliciter graventur et molestentur, injungitur ut eis assistat et non permittat eos contra indulta privilegiorum apostolice sedis molestari.

— Attentius provisurus ne de hiis super quibus lis est forte jam mota vel que cause cognitionem exigunt, et que indulta hujusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum quem per te illarum auctoritate habere contig[er]it, omnino carere viribus —. Hujusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter ac fideliter exequaris ut ejus fines quomodolibet non excedas —. Presentibus post quinquennium minime valituris —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii, anno tertio.

1848 (CLXXXXIII) Orviéto, 22 juin 1297.

Indulgentia. (fol. 239 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis —.

Omnibus qui penitentes et confessi ecclesiam Sancti Antonii juxta Torcellum ordinis sancti Benedicti in festo ipsius sancti et anniversario die dedicationis ejusdem ecclesie visitaverint, unus annus et quadraginta dies, et illis qui per octabas ipsius festi venerabiliter visitaverint annuatim quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. julii, anno tertio.

1849 (CLXXXXIIII) Orviéto, 22 juin 1297.

Indulgentia. (fol. 239 v°.)

Eisdem. Vite perennis —.

Eadem indulgentia ac in precedenti confertur omnibus qui ecclesiam monasterii Sancti Johannis Baptiste juxta Torcellum ordinis sancti Benedicti visitaverint, sancti Antonii in sancti Johannis Baptiste festivitate mutata.

Dat. ut supra.

1850 (CLXXXXV) Orviéto, 13 juin 1297.

Confirmatio concessionis. (fol. 239 v°.)

Dilecto filio Campolino dicto Musciacto, nato quondam Guidonis de Francesis de Fichino militis, laico Fesulane diocesis. Reducentes benignius —. Exposita siquidem nobis tua petitio continebat quod carissimus in Christo filius noster Adolfus rex Romanorum illustris intendens te, ob tuorum exigentiam meritorum ac etiam propter grandia placidaque[1] servitia que sibi super conquirendis seu recuperandis imperii juribus anteactis exhibuisti temporibus, — tibi Podiibonigii et Ficechii in Valle Arni castra, Lucane et Florentine diocesium, cum burgis, villis et prediis et aliis omnibus bonis, *etc.*; in quibus prefatus rex merum et mixtum imperium obtinere dinoscitur, de gratia speciali concessit, a te quoadvixeris retinenda —.

Hujusmodi concessio a papa benigne confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, id. junii, anno tertio.

1851 (CLXXXXVI) Orviéto, 7 juin 1297.

Reservatio. (fol. 240.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes ut —.

Officium abbatie, seu prepositura vulgariter appellatum, in ecclesia Tungrensi Leodiensis diocesis vacans per mortem quondam Hermanni de Ravesbergh canonici Leodiensis, abbatis sive prepositi ejusdem ecclesie, qui, dum de curia romana ubi fuerat moratus discedens versus partes ultramontanas pergeret, apud civitatem Mediolanensem diem clausit extremum, donationi apostolice reservatur.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. junii, anno tertio.

1852 (CLXXXXVII) Orviéto, 22 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 240.)

Dilecto filio Gabrieli Zane plebano ecclesie Sancte Marie matris Domini de Venetiis Castellane diocesis.

1. *Videtur legendum esse* placitaque.

Ei, precibus Petri Grandonici[1] ducis Venetiarum, conceditur ut cum plebanatu Sancte Marie de Venetiis Castellane diocesis quem tenet, primiceriatum ecclesie Castellane ad quem electus est, adipisci et retinere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. julii, anno tertio.

1853 (CLXXXXVIII) Orviéto, 25 mai 1297.

Collatio. (fol. 240.)

Dilecto filio Manentutio, nato dilecti filii nobilis viri Raynaldi Manentis de Spoleto, rectori ecclesie Sancti Benedicti de Calcaria Spoletane diocesis. Probitatis studia —.

Ei confertur ecclesia Sancti Benedicti de Calcaria Spoletane diocesis, per privationem Herrici de Arrone clerici nunc vacans, non obstante quod in ecclesia Sancte Marie in Campis Spoletane diocesis canonicatum et prebendam obtinet, ac nondum ad quartumdecimum annum pervenit nec est in sacris ordinibus constitutus.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. junii, anno tertio.

In e. m. .. *majoris et .. secularis Sancti Petri foris portam Spoletanarum prioribus ecclesiarum, ac magistro Henrico de Labro canonico Pisano, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

1854 (CLXXXXVIIII) Vatican, 24 avril 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 240 v°.)

Dilecto filio Raynaldo electo Vicentino. Sicut in nostra —.

Ut usque ad summam mille florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno tertio.

1855 (CC) Vatican, 23 mai 1297.

Collatio. (fol. 241.)

Dilecto filio dicto Parvo de Benefacta, archidiacono de Gaceio in ecclesia Lexoviensi, canonico ejusdem ecclesie. Apostolice sedis —.

Ei, precibus Nicolai tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, cujus camerarius existit, confertur archidiaco-

1. *Ms.* Grandoici.

natus de Gaccio, nunc vacans propter assumptionem magistri Ricardi dicti Nepotis juris civilis professoris ad archidiaconatum Algie post mortem magistri Balduini de Albamannia olim archidiaconi Algie, non obstante quod dictus Parvus in eadem ecclesia Lexoviensi canonicatum et ecclesiam Sancti Audoeni de Haricuria curam habentem animarum Eboracensis diocesis obtinet; et hec omnia beneficia simul retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. junii, anno tertio.

In e. m. *archidiacono Augi, Rothomagensis, et .. Ebroicensis ac .. Venetensis cantoribus ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1856 (CCI) Orviéto, 22 juin 1296.

Indulgentia. (fol. 241.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis —.

Omnibus qui ecclesiam Sancti Cantiani de Venetiis, Castellane diocesis, in festo ipsius sancti et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesie visitaverint, de injunctis sibi penitentiis unus annus et quadraginta dies relaxantur, et quadraginta tantum eis qui per octabas festum et dedicationem sequentes ad eam accesserint.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. julii, anno tertio.

1857 (CCII) Vatican, 10 mai 1297.

Nominatio. (fol. 241.)

Dilecto filio Petro electo Spalatensi. Cum ecclesiarum —.

Is, capellanus Marie regine Sicilie, ecclesie Spalatensi in episcopum preficitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno tertio.

(POTTHAST, 24514.)

In e. m. *archipresbytero et capitulo ecclesie Spalatensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Spalatensis.*

In e. m. *universis suffraganeis ecclesie Spalatensis.*

In e. m. *potestati, consilio et communi Spalatensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Spalatensis.* — Dat. ut supra.

1858 (CCIII) Vatican, 21 mai 1297.

Pro eodem. (fol. 241 v°.)

Eidem. Cum nuper —.

Ut ab archiepiscopo Neapoletano aut a quocumque voluerit antistite consecrationis munus recipere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. junii, anno tertio.

(POTTHAST, 24518.)

1859 (CCIIII) Vatican, 2 mai 1297.

Indultum. (fol. 241 v°.)

Dilecto filio nobili viro Edmundo comiti Cornubie. Tue devotionis —.

Ut capellanum habere possit in capella quam in manerio suo de Hamaldene, Lincolniensis diocesis, construxit, et predictam capellam per quemlibet antistitem consecrari faciat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI non. maii, anno tertio.

1860 (CCV) Vatican, 2 mai 1297.

Commissio. (fol. 242.)

Venerabili fratri episcopo Florentino. Petitio dilecti —.

Ut dispensare possit cum nobili viro Johannozio, nato Rubei de Jandonatis et nobili muliere Dada, nata Azelini de Rusticis, de Florentia, qui matrimonium, carnali copula subsecuta, contraxerunt, licet inter eumdem Johannozum et Dianam, filiam Cionis Abbatis Manelli, ejusdem loci de Florentia sponsalia per verba de futuro contracta fuissent.

Dat. ut supra.

1861 (CCVI) Vatican, 17 juin 1297.

Indulgentia. (fol. 242.)

Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum conventus Tuscanensis. Ad divine laudis —. Cupientes igitur ut ecclesia vestra in honorem beati Francisci constructa congruis honoribus frequentetur et ut devotius a Domino imploretur in ipsa venia peccatorum, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis qui eccle-

siam ipsam, in brevi sicut accepimus dedicandam, in die dedicationis — visitaverint, — tres annos et totidem quadragenas, illis autem qui annis singulis in anniversario dedicationis ejusdem illuc causa devotionis accesserint, unum annum et quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxamus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. julii, anno tertio.

1862 (CCVII) Vatican, 3 décembre 1297.

Prohibitio. (fol. 242.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Salvatoris de Monte Amiato, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Cisterciensis ordinis, Clusine diocesis. De statu monasterii —.

Ne aliqua castra, fortellitias sive arces, possessiones, bona et jura quelibet sine licentia sedis apostolicae alienare valeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. decembris, anno tertio.

1863 (CCVIII) Orvieto, 23 juin 1297.

Notificatio dispensationis. (fol. 242.)

Dilecto filio .. archidiacono Sigalonie in ecclesia Bituricensi et Jacobo Mathei Ursi de filiis Ursi, capellano nostro, thesaurario Salamantino, ac .. cantori Sancti Yterii de Aiis Bituricensis diocesis. Dono scientie —.

Conceditur precibus E. archiepiscopi Bituricensis in curia Romana constituti ut ipse, quamdiu apud sedem apostolicam morabitur, per vicarios in diocesi sua visitationis officium exercere valeat; et eis injungitur ut executioni provideant.

Dat. apud Urbemveterem, VIIII kal. julii, anno tertio.

1864 (CCVIIII) Orvieto, 23 juin 1297.

Facultas. (fol. 242 v°.)

Venerabili fratri E. archiepiscopo Bituricensi. Dignum reputamus —.

Ut violata cimiteria et ecclesias ipse apud romanam ecclesiam moram trahens, per ydoneas personas, reconciliari faciat.

Dat. ut supra.

1865 (CCX) Vatican, 7 mai 1297.

Commissio. (fol. 242 v°.)

Venerabili fratri episcopo Compostellano. Personis jugo —.

Cum ex parte prioris et conventus monasterii Sancti Jacobi de Meens ordinis sancti Benedicti fuerit intimatum quod Petrus Vital, ipsius monasterii monachus, tunc presbyter, super defectu natalium quem patitur, de diacono genitus et soluta, a Nicolao papa quarto dispensationem habuerit, ita ut ad regulares administrationes sue ordinis assumatur, valeat predictus episcopus cum eo dispensare ut ad abbatias ipsius ordinis promoveri valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno tertio.

1866 (CCXI) Viterbe, 1er juin 1297.

Collatio beneficii. (fol. 242 v°.)

Dilecto filio Johanni Mathei thesaurario ecclesie Elborensis. Qui generis nobilitate —.

Ei, consideratione M. Portuensis episcopi, cujus capellanus existit, auctoritate apostolica conferuntur thesauraria, canonicatus, prebenda et prestimonia que Fernandus episcopus, olim thesaurarius, in ecclesia Elborensi tenebat, non obstante quod ecclesiam Sancti Mametis de Magadoria curam habentem animarum in ecclesia Bracarensi obtinet.

Dat. Viterbii, kal. junii, anno tertio.

In e. m. *.. Xanctonensis et .. Elborensis ac .. Ulixbonensis ecclesiarum decanis.* — Dat. ut supra.

1867 (CCXII) Vatican, 20 avril 1297.

Reservatio. (fol. 243.)

Dilecto filio Emiconi, nato dilecti filii nobilis viri Johannis comitis de Spanchym (sic), canonico ecclesie Leodiensis. Nobilitatem generis —.

Ei, clerico et consanguineo Adolphi regis Romanorum, auctoritate apostolica reservatur et confertur canonicatus cum prebenda qui primus in majore ecclesia Leodiensi vacaverit, non obstante quod in ecclesia Maguntina canonicatum et prebendam ac preposituram ecclesie de Maystat, necnon et in Harberth atque in Belle ecclesias curam animarum habentes, Maguntine et Treverensis diocesis possidet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. maii, anno tertio.

In e. m. .. *Majoris et .. Sancti Stefani Maguntini scolasticis, ac Hugutioni de Vercellis, subdiacono et capellano nostro, canonico Brugensis, Tornacensis diocesis,* [*ecclesiarum*]. — Dat. ut supra.

1868 (CCXIII) Orvieto, 11 juin 1297.

Restitutio. (fol. 243 v°.)

Venerabili fratri Petro archiepiscopo Remensi. Dudum siquidem Cameracensis —.

Jus confirmandi electos episcopos et abbates propter confirmationem Gerardi electi Cameracensis nuper ablatum, ei restituitur.

Dat. apud Urbemveterem, III id. junii, anno tertio.

(POTTHAST, 24527).

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Suessonensi et dilectis filiis .. Sancti Dionisii Remensis ac .. Sancti Theoderici juxta Remos monasteriorum abbatibus.* — Dat. ut supra.

1869 (CCXIIII) Orvieto, 21 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 244 v°.)

Dilecto filio Gregorio de Genazano, thesaurario et capellano nostro, canonico Ambianensi. Considerantes attentius —.

Ei, consideratione servitiorum que pape in minori statu constituto prestitit et adhuc impendit, conceditur ut, apud sedem apostolicam aut in quolibet suorum beneficiorum residens, fructus prebendarum suarum, quas obtinet in Atheniensi, Tripolitana, Ambianensi, Remensi et Constantiensi ecclesiis, et ecclesie Sancti Nicolai Nigropontensis, cujus rector existit, integre percipere possit.

Dat. apud Urbemveterem, XI kal. julii, anno tertio.

In e. m. .. *episcopo Urbevetano et .. archidiacono Atrebatensis ac cancellario Parisiensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1870 (CCXV) Latran, 7 avril 1297.

Dispensatio. (fol. 244 v°.)

Dilecto filio Michaeli de Encra canonico Constantiensi, clerico et familiari nostro. Considerantes attentius —.

Ut fructus prebendarum quas in Constantiensi, Atrebatensi et Sancti Karadochi de Dangiaco Autisiodorensis diocesis ecclesiis obtinet, et ecclesie Sancti Martini de Campis in Pusaya, cujus rector existit, integre percipere valeat, quotidianis distributionibus exceptis, nec ad personalem residentiam in eis faciendam teneatur.

Dat. Laterani, VII id. aprilis, anno tertio.

In e. m. .. *Sancti Vedasti Atrebatensis et .. Sancti Martini Ambianensis monasteriorum abbatibus, ac magistro Petro de Eugis cantori ecclesie Morinensis.* — Dat. ut supra.

1871 (CCXVI) Orvieto, 1er juillet 1297.

Collatio. (fol. 245.)

Dilecto filio Neapoleoni Fortibrachi de Romag[n]ia (?) *canonico et cantori ecclesie Laudunensis.* Dum condictiones et merita —.

Ei confertur cantoria quam in ecclesia Laudunensi obtinebat Petrus de Columpna quondam Sancti Eustachii diaconus cardinalis, tam cardinalatu quam omnibus beneficiis suis privatus, non obstante quod in Remensi, Tornacensi, Cameracensi et Furnensi Morinensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, et personatum proxime vacaturum in ecclesia Remensi acceptavit, et nuper de canonicatu in ecclesia Sancti Audomari provisus fuit.

Dat. apud Urbemveterem, kal. julii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Martini Laudunensis, et .. Messanensi ac .. de Majorica in ecclesia Legionensi archidiaconis.* — Dat. ut supra.

1872 (CCXVII) Vatican, 11 mai 1297.

Dispensatio. (fol. 245 v°.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni, nato dilecti filii Guillelmi de Bello Campo, Ware Wine, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelle, nate dilecti filii nobilis viri Gilberti, Gloverine, comitum. Precellens apostolice —.

Cum sponsalia per verba de futuro invicem contraxerint, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, de prelatorum et magnatum regni Anglie conscientia, reservata sedis apostolice licentia, et cum « magna pars Anglie regni corroborationem quietis statusque pacifici firmitatem ac alia bona non modica

exinde suscipere nosceretur, » cum eis ut matrimonium contrahere valeant dispensatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. maii, anno tertio.

1873 (CCXVIII) Vatican, 28 avril 1297.

Reservatio. (fol. 245 v°.)

Dilecto filio magistro Radulfo de Herricuria (sic) *archidiacono Augi in ecclesia Rothomagensi*. Apostolice sedis —.

Ei, consideratione R. episcopi Constantiensis fratris sui, dignitas seu personatus nunc vacantes seu proximo vacaturi in ecclesia Baiocensi cujus existit canonicus, reservantur, non obstante quod archidiaconatum Augi curam habentem animarum in ecclesia Rothomagensi, et in Baiocensi, Parisiensi, Remensi, Lexoviensi et Constantiensi ecclesiis canonicatus obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. maii, anno tertio.

In e. m. .. *decano Aurelianensis et .. archidiacono Augie Lexoviensis ac .. cantori Ebroicensis ecclesiarum*. — Dat. ut supra.

1874 (CCXVIIII) Orvieto, 17 juin 1297.

Provisio. (fol. 246.)

Venerabili fratri Johanni archiepiscopo quondam Jadrensi in archiepiscopum Tranensem electo. Romani pontificis —.

Transfertur, post mortem Philippi archiepiscopi, ad ecclesiam Tranensem.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24531.)

In e. m. Vide Potthast, loc. cit.

1875 (CCXX) Vatican, 15 février 1297.

Dispensatio. (fol. 246 v°.)

Dilecto filio Nicolao preposito ecclesie Sancti Nicolai de Logorsflos in Morso, Burglanensis diocesis, et canonico Ripensi. Illorum votis —.

Ut fructus perceptos ex ecclesiis de Horne primo, demum de Haglen, demum de Heuxebael, ac tandem de Karleby Ripensis, Octoniensis ac Burglanensis diocesium, aliquibus temporibus sine dispensatione apostolica tenutis et deinde sponte dimissis, retinere legitime valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. martii, anno tertio.

1876 (CCXXI) Vatican, 28 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 246 v°.)

Dilecto filio fratri Johanni, dicto olim Ferrante de Saxo ferrato, monacho monasterii de Nonantula ordinis sancti Benedicti Mutinensis diocesis. Regularis ordinis —.

Cum eo dispensatur super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta ut ad omnes ordinis sui dignitates, etiam si fuerint abbatie, promoveri possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. aprilis, anno tertio.

1877 (CCXXII) Vatican, 22 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 247.)

Dilecto filio Phylippo de Azuellis diacono Pergamensi. Illis non immerito —.

Cum eo, de soluto et soluta genito, dispensatur super defectu natalium ut possit ad sacerdotium promoveri et beneficia ecclesiastica cujuscunque generis obtinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. julii, anno tertio.

1878 (CCXXIII) Vatican, 15 mars 1297.

Ordinatio de quodam monasterio. (fol. 247.)

Dilectis in Christo filiabus .. priorisse et sororibus monasterii Sancti Pauli de Tarvisio ordinis sancti Augustini, secundum instituta ordinis fratrum Predicatorum viventibus. Apostolice sedis —.

Sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Lombardie ipsius ordinis collocantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

(POTTHAST, 24448).

In e. m. .. *dilectis filiis .. magistro et .. priori provinciali Lombardie ordinis fratrum Predicatorum.* — Dat. ut supra.

1879 (CCXXIII) Orvieto, 3 juillet 1297.

Annexio. (fol. 247.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Anagninis. Inter ceteras orbis —.

Annectitur ecclesie Anagnine monasterium Sancti Petri de Villamagna ordinis sancti Benedicti Anagnine diocesis, quod propter incuriam et impotentiam religiosorum gravia incurrerat incommoda, sub his conditionibus ut in predicto monasterio duo presbyteri et tres alii clerici teneantur pro divinis celebrandis et Agnanina ecclesia debeat Romanis pontificibus, cum eos in Campaniae vel Maritimae partibus contigerit residere, « septem panes triticeos seu pitias, ut patrie verbis utimur », quolibet die sabbati per specialem nuntium presentare, prout anteactis temporibus prefatum monasterium tenebatur.

Dat. apud Urbemveterem, v non. julii, anno tertio.

1880 (CCXXV) Orvieto, 3 juillet 1297.

Confirmatio privilegiorum et indulgentia. (fol. 247 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Anagninis.

Ecclesie Anagnine confirmantur omnes a precedentibus pontificibus indulgentie concesse, et amplius relaxantur omnibus qui ad prefatam ecclesiam, illis diebus in quibus eis inibi eedem indulgentie concesse noscuntur et in omnibus festis Apostolorum et singulis quadragesimalibus usque ad octabas Resurrectionis dominice ac totius anni diebus dominicis devote accesserint, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis.

Dat. ut supra.

1881 (CCXXVI) Vatican, 4 avril 1297.

Citatio. (fol. 248.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancte Marie de Alsiolo Eugubine diocesis ac Margarite Carboncelli canonico Eugubino. Sua nobis Bulgarus, Martinus et Marchus, monachi monasterii Sancti Donati de Pulpiano seu Sancti Bartholomei de Petrario ordinis sancti Benedicti, Eugubine diocesis, lacrimali conquestione monstrarunt quod Aldebrandus, abbas ejusdem monasterii, qui jam per quadraginta annos vel circa abbatie noscitur inutiliter prefuisse, ad illicita laxans habenas ac proprie salutis dispendia non vitando, terras, vineas et possessiones ipsius monasterii pro majori parte, necnon crucem, turribulum et calices de argento, ac libros et paramenta ejusdem monasterii divino cultui necessaria alienavit nequiter et distraxit, divinorum quoque cultus per ipsius abbatis inertiam — est in dicto monasterio jam totaliter diminutus ; et loca ubi consueverunt in dicto monasterio teneri capitulum et haberi dormitorium monachorum, dictus abbas equorum, asinorum et porcorum usibus exposuit et exponit; et licet idem abbas tam longo tempore se gesserit pro abbate, nondum tamen se fecit in presbyterum promoveri, officiis etiam sic aborruit et aborret interesse divinis quod circa illorum (*sic*) in eo quasi totaliter reperitur extraneus; vitam insuper suam per continuum et publicum lapsum libidinis, vitium simonie, perjurii labem, homicidii crimen et alios nefarios et aborrendos actus dampnabiliter deturpavit; sicque prefatum monasterium est adeo collapsum in temporalibus et in spiritualibus deformatum quod vix unquam aliquis adicere poterit ut resurgat, nisi ei per apostolice sedis providentiam salubriter consulatur —.

Ut prefatum abbatem citent ad se presentandum coram papa infra quindecim dies.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. aprilis, anno tertio.

1882 (CCXXVII) Vatican, 24 avril 1297.

Dispensatio. (fol. 248.)

Dilecto filio Petro Leonardi Guarino canonico Autisiodorensi. Grata tue probitatis —

Ut possit integre fructus suorum beneficiorum percipere nec ad residentiam personalem in eis faciendum teneatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. maii, anno tertio.

In e. m. .. *episcopo Anagnino et .. abbati monasterii Sancti Germani Autisiodorensis ac archidiacono de .. in ecclesia ..* [1]. — Dat. ut supra.

1. *Omittitur archidiaconatus et ecclesie designatio.*

1883 (CCXXVII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Exemptio. (fol. 248 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis Predicatorum viventium. Laudabilis sacra —.

Ut ad prestationem decimarum aut ad contributionem in procurationibus minime teneantur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, sine n°.)

1884 (CCXXVIII) Vatican, 10 mars 1297.

Confirmatio sententie. (fol. 248.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sublacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Tyburtine diocesis. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod, cum olim dilectus filius Guillelmus, tunc abbas monasterii vestri, et vos fili conventus, nomine vestro et dicti monasterii ac comunitatum castrorum Sublaci, Auguste, Taczanelli, Rocce Sancti Stephani, Cerreti, Canterani, Rocce Canterani et Marani, ad monasterium ipsum pleno jure spectantium,.. syndicum comunis et camere Urbis super eo quod comes et cives Tyburtini de mandato .. tunc vicarii, .. camerarii et camere Urbis, ac .. syndici ejusdem Urbis cavalcamenta fecerant contra predictas comunitates, seu castra et homines ipsorum castrorum, ac nonnulla ex ipsis hominibus et animalia eorumdem castrorum ceperant et capta duxerant, quodque datias, collectas et exactiones illicitas hominibus inposuerant supradictis, viginti quinque libras denariorum ab ipsis comunitatibus annuatim per violentiam extorquendo in ipsius monasterii prejudicium non modicum —, coram Petro Thome de Oddone, tunc judice curie Capitolii dicte Urbis, non ex delegatione apostolica, traxissetis [1] in causam, dictus judex cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro vobis et dictis comunitatibus sententiam promulgavit, quam apostolico petiistis munimine roborari —.

Prefata sententia confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, vi id. martii, anno tertio.

1. *Ms.* trassissetis.

1885 (CCXXX) Orvieto, 17 juin 1297.

Confirmatio. (fol. 249.)

Dilecto filio B. electo Tarentasiensi. Pastoralis officii —.

Is, per tres canonicos Tarentasiensis ecclesie nomine totius capituli compromissarios, scilicet Johannem priorem de Marocz, Johannem de Dutiaco et Johannem de Rognay, electus, post ipsius personalem accessionem ad sedem apostolicam, in archiepiscopum Tarentasiensem confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. julii, anno tertio.

In e. m. *priori et capitulo ecclesie Tarentasiensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Tarentasiensis.*

In e. m. *universis suffraganeis ecclesie Tarentasiensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Tarentasiensis.* — Dat. ut supra.

1886 (CCXXXI) Orvieto, 17 juin 1297.

Pro eodem. (fol. 249 v°.)

Eidem. Cum nuper electionem —.

Ut a quocumque maluerit catholico antistite presbyteratus ordinem recipere valeat.

Dat. ut supra.

1887 (CCXXXII) Orvieto, 5 juillet 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 249 v°.)

Eidem. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam mille septingentorum florenorum auri mutuum contrahere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, iii non. julii, anno tertio.

1888 (CCXXXIII) Vatican, 31 janvier 1297.

Monitio pro fratribus Hospitalis Jerosolimitani. (fol. 249 v°.)

Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani nobis significare cura-

runt quod, licet eis a sede apostolica sit indultum ut, cum ecclesias ad eos spectantes vacare contingit, possint ad eas fratres ejusdem ordinis locorum diocesanis et aliis prelatis ad quos — in eisdem ecclesiis pertinet, presentare, vos tamen eosdem fratres presentatos vobis per eosdem magistrum et fratres ad ecclesias ipsas cum vacant quandoque admittere contra justitiam denegatis et nonnunquam cum difficultate instituitis taliter presentatos. Interdum etiam cum dicti magister et fratres institutos hujusmodi ab eisdem ecclesiis ad alias justa instituta ipsius ordinis seu priorum et capitulorum provincialium ejusdem transferre intendunt, ut qui in uno latere minus sunt utiles alibi se valeant utilius exercere, vos institutos eosdem, requisiti super hoc humiliter per prefatos magistrum et fratres, a cura ecclesiarum ipsarum absolvere ac alios ipsius ordinis fratres ydoneos — ad ecclesias memoratas instituere indebite denegatis, propter quod institutis transgrediendi obedientie datur materia et eisdem magistro et fratribus non modicum imminet detrimentum —.

Eis ergo injungitur ut personas ydoneas hujusmodi presentatas instituant, et institutas ad requisitionem fratrum absolvant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno tertio.

1889 (CCXXXIIII) Vatican, 13 février 1297.

Exemptio. (fol. 249 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani. Quanto devotius —.

Ut ad contribuendum in aliquibus talliis, collectis, sive pecunie summis, aut ad exhibendum easdem pro quavis persona Romane ecclesie, cardinalibus duntaxat exceptis, minime teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. februarii, anno tertio.

1890 (CCXXXV) Orvieto, 13 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 249 v°.)

Dilecto filio Guillelmo Stafini, rectori ecclesie Beate Marie de Vinono Aquensis diocesis. Nobilitatis generis —.

Ei, consideratione Adriani Sancti Adriani diaconi cardinalis, cujus capellanus existit, conceditur ut cum Sancti Juliani de Bragantia sine cura, Regensis, et Beate Marie de Vinono ecclesiis, Aquensis, diocesium, quarum rector existit, aliam ecclesiam seu beneficium ecclesiasticum simul recipere et retinere possit.

Dat. apud Urbemveterem, id. junii, anno tertio.

1891 (CCXXXVI) Vatican, 6 mars 1297.

Ordinatio super hospitali de Alto passu. (fol. 250.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis de Altopassu fuerit a felicis recordationis Alexandro indultum et Clemente, predecessoribus nostris Romanis pontificibus, postmodum confirmatum ut semel in anno recipiantur in ecclesiis ad elimosinas colligendas, quidam vestrum avaricie ardore succensi, confratrias suas confratrie illorum eodem die in ipsorum adventu preponunt, et sic fratres ipsi confusi aut nichil exinde aut modicum consequuntur. Quia igitur hoc indecens est et in contemptum Dei et ecclesie Romane redundat nos, ipsorum Alexandri et Clementis vestigiis inherentes, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, cum fratres ipsi ad loca vestra pro elemosinis accesserint colligendis, benigne in ecclesiis vestris recipientes eosdem, ipsos in ecclesiis ipsis admonere populum et elemosinas libere querere permittatis, confratrias vestras quas facere potestis cotidie, ipsorum confratriis que semel in anno fuerint nullatenus preponentes, ne occasione illarum elemosine pauperum Christi depereant et impediantur opera pietatis. Sane quoniam ab eisdem Alexandro statutum est, et Clemente predecessoribus innovatum, ut nemo excommunicet fratres ipsos vel eorum oratoria interdicat sine mandato sedis apostolice speciali, presentium vobis auctoritate precipimus ut ipsos excommunicare aut eorum ecclesias interdicere nullatenus presumatis. De parrochianis autem vestris qui domos illorum invadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, et tam deposita quam res diripiunt eorumdem, cum exinde querimoniam deposuerint coram vobis, tam districtam eis justitiam faciatis, et ita jura eorum defendere ac manutenere curetis, quod ipsi ad nos pro defectu justitie sepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obedientiam vestram debeamus merito commendare, vosque beneficiorum que in sancta domo illa fuerint participes existatis. Propterea liberas et absolutas personas que se domui eorum in sanitate

vel infirmitate reddiderint, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis nec ipsos temptetis super hoc aliquatenus impedire. Illud autem non mediocriter movet nos nec modicum ecclesiastice derogat honestati, quod quidam vestrum, contra institutionem sanctorum patrum in Turonensi concilio editam, fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire. Unde quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientie vobis virtute precipimus ut nullo modo a fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quicquam exigere vel accipere nisi quod spontanea decedentium liberalitas vel parentum seu fidelium aliorum pura devotio vobis contulerit, attemptetis, sed absque ullo pretio sepeliatis corpora mortuorum, et si quis hoc ulterius attemptaverit, taliter animadvertatis in eum quod amplius similia non presumant (*sic*). Ad hec vobis auctoritate presentium precipimus ne ab eis contra tenorem privilegiorum apostolice sedis de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus decimas exigere presumatis. Cum autem oratoria vel cimiteria, secundum quod eis est beneficio privilegiorum ecclesie Romane concessum, duxerint construenda, vos, fratres archiepiscopi et episcopi, eis pro se ac familia sua tantum oratoria dedicare ac cimiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum contra tenorem privilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenus vel turbare. De cetero quoque fratres hospitalis ejusdem in vestris episcopatibus constitutos qui, signum et suum habitum deponentes per illecebras seculi et vitiorum arrupta (*sic*), vagantur et illos etiam qui prioribus suis contumaces et rebelles existunt et ballivas detinent contra voluntates ipsorum, moneatis instanter et pro vestri officii debito compellatis ut, habitum depositum resumentes, in obedientia prelatorum suorum devote ac humiliter perseverent et ballivas seu alia officia per violentiam nullo modo detinere presumant. Quicumque autem mandatorum vestrorum extiterint contemptores, eos excommunicationis sententia percellatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Propterea quicumque de facultatibus sibi collatis a Deo fratribus congrue subvenerint antedictis et in tam sancta fraternitate statuerint se collegas eisque beneficia prestiterint annuatim, eis, de beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, dummodo de peccatis suis vere contriti fuerint et confessi, septimam partem injuncte penitentie relaxamus. Apostolica quoque auctoritate ob reverentiam ipsius hospitalis statuimus ut iis qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsitan ecclesie ad quas pertinent a divinis fuerint officiis interdicte ipsosque mori contigerit, pretermissa tamen in hoc sollemnitate solita, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti aut etiam publice usurarii vel alias eis a jure eadem sepultura fuerit interdicta. Volumus autem ut liceat eis confratres suos quos ecclesiarum prelati apud ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti aut etiam publice usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias hospitalis predicti, et oblationes tam pro eis quam pro aliis qui in eorum cimiteriis requiescunt exhibitas, sine alieni juris preiuditio, retinere, hoc etiam adito (*sic*) ut receptores fraternitatis ejusdem seu etiam collectarum salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri et nostra protectione consistant. Adicimus insuper ut, si qui eorum fratrum qui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille fuerit a divinis officiis interdictus, in eorum jucundo adventu semel aperiantur ecclesie annuatim, et excommunicatis et nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur. Salva in omnibus supradictis declaratione concilii generalis. Ad majorem quoque vestre mercedis cumulum, nichilominus vobis mandando precipimus quatenus hanc nostram constitutionem per parochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam ut si qui de clericis ecclesiarum vestrarum prefati hospitalis fratribus cum licentia prelati et capituli sui sponte ac gratis per annum vel biennium decreverint deservire, nequaquam impediantur et interim sua beneficia non amittant [1]. Datum Rome apud Sanctum Petrum, II non. martii, anno tertio.

1892 (CCXXXVII) Orvieto, 5 juillet 1297.

Dispensatio. (fol. 250 v°.)

Dilecto filio Pectorano, [nato] Raonis de Morisio militis, et dilecte in Christo filie Marie, nate Goffridi Gobolini militis, ejus uxori, civibus Alatrinis. Romani pontificis —.

Ut, licet quarto gradu consanguinitatis juncti, in contracto matrimonio permanere possint.

Dat. apud Urbemveterem, III non. julii, anno tertio.

1893 (CCXXXVIII) Orvieto, 14 juillet 1297.

Facultas. (fol. 250 v°.)

Venerabili fratri E. Archiepiscopo Bituricensi. Tue merita —.

Cum ei apud sedem apostolicam moranti concessum fuerit

1. *Ms.* Admittant.

quod possit per procuratores ydoneos, scilicet archidiaconum Sigalonie in ecclesia Bituricensi, Jacobum Mathei Ursi capellanum pape ac cantorem Sancti Yterii de Aiis Bituricensis diocesis, diocesim suam visitare, amplius ei conceditur ut per predictos a quacumque persona, visitationis aut cujuscunque alie cause ratione, procurationes in pecunia numerata recipere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, II id. julii, anno tertio.

In e. m. *tribus executoribus infra nominatis.* — Dat. ut supra.

1894 (CCXXXVIII) Vatican, 15 mars 1297.

Ordinatio super ecclesia de Cestria. (fol. 251.)

Venerabili fratri Antonio episcopo Dunelmensi. Justis petentium desideriis [1] dignum est nos facile [2] prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Tua siquidem nobis porrecta petitio continebat quod tu diligenter attendens quod parochia ecclesie de Cestria, Dunelmensis diocesis, tibi pleno jure subjecta admodum erat diffusa, ipsaque ecclesia modicum et exhilem (*sic*) hactenus habebat numerum servitorum, ex quo defectum patiebatur multotiens in divinis et inibi cura negligebatur etiam animarum, licet in redditibus et proventibus adeo abundaret quod plures in ea quam consueverant esse ministri suffitienter ex eis poterant sustentari, de capituli tui consensu quandam ordinationem circa statum ipsius ecclesie ad divini cultus augmentum deliberatione provida edidisti in ea perpetuis futuris temporibus observandam, prout in patentibus tuis litteris inde confectis et sigillo tuo signatis plenius vidimus contineri, quarum tenor sequitur in hec verba. « Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris Antonius permissione divina Dunelmensis episcopus, ad futuram rei memoriam. Plures rivuli qui ab uno fonte procedunt aque tumorem evacuant fontis, tamen valorem non minuunt aut decorem, immo ex se usum producere tanto placidiorem fons ipse dinoscitur quanto pluribus locis aride sitis, molestia fatigatis, effuso gurgite aque copiam uberius subministrat. Illa quoque matrona despicabilis non habetur sed potius laude digna quam, etsi frequens conceptus extenuet, fecunda tamen honorificat procreatio filiorum. Sic utique una ecclesia sui titulum non perdit honoris si ex sui abundantia plures beneficiorum solatio consoletur, immo tanto nobilior est censenda quanto ei deservit ministrorum amplior famulatus. Sane cum super ecclesia de Cestria nostre diocesis que nobis pleno jure subicitur utpote ad nostrum spectans patronatum, variis dudum questionibus et controversiis emersis inter dominum Gualterum de Clifford, clericum, se pro rectore ejusdem ecclesie tunc gerentem ex parte una et magistrum Alanum de Esinwald ex altera asserentem dictum Walterum per bone memorie dominum Robertum predecessorem nostrum immediatum eadem ecclesia fuisse et esse sententialiter ex certis et legitimis causis privatum eamque sibi ab eodem predecessore nostro canonice fuisse collatam, sicque varii et diversi processus juditiales tam auctoritate delegata quam ordinaria non absque gravi discrimine et tam corporum quam animarum periculo fuissent hinc inde diutius agitati, tandem partes antedicte coram nobis personaliter constitute, nolentes tam periculosis litium anfractibus ulterius implicari, submiserunt ordinationi nostre ecclesiam illam cum capellis, terris, fructibus et obventionibus universis ad eandem pertinentibus et totum jus quod eis competiit vel competere potuit in eadem, processibus habitis inter eos renuntiantes expresse, promittentes nihilominus se ratum habere quicquid per nos ordinatum, statutum seu provisum fuerit in premissis idque perpetuis temporibus inviolabiliter observare. Attendentes igitur predicte ecclesie de Cestria, que ad nostrum spectare dinoscitur patronatum, parochiam esse diffusam et proventuum redditus abundantes adeo quod ad plurium sustentationem sufficiunt ministrorum, eamque paucos hactenus habuisse servitores, ex quo divinis multociens fraudabatur obsequiis, et in ipsius parochia diffusa cura negligebatur dampnabiliter animarum, quam sanctum et reverendum corpus beati Cuthberti patroni nostri, quod per centum et quindecim annos inibi presentialiter conquievit, quadam prerogativa specialiter insignivit ; considerantes etiam utilitatem evidentem ad ordinationem subsequentem videlicet divini cultus augmentum et salutis animarum uberiorem profectum, urgentem insuper necessitatem in hac parte propensius ponderantes quam evidenter perpendimus ex deffectu et raritate jurisperitorum et consiliariorum in nostra diocesi ad quos in magnis et arduis ecclesie nostre negotiis haberi poterit impellente necessitate recursus, de capituli nostri Dunelmensis expresso consensu acceptata submissione predicta et circumstantiis universis plenius intellectis, in nomine domini nostri Jhesu Christi ordinamus in hunc modum, videlicet quod predicta ecclesia de Cestria exnunc collegiata existat et sint in eadem de cetero unus decanus et septem prebende, ita quod decanus sit perpetuus in ordine sacerdotali, curam gerens in solidum

1. *Ms.* desiderii.
2. *Ms.* facile.

animarum et residentiam ibidem continue faciens personalem; inveniat duos capellanos ydoneos conformes in habitu vicariis canonicorum pro cura hujusmodi sollicite subportanda, aliosque minores clericos habeat ad deserviendum ecclesie competenter, omnia ipsius onera ordinaria supportando; cancellum cum indiguerit refitiendo et substinendo, ad nove tamen fabricationis vel constitutionis (*sic*) opus minime teneatur; capellas insuper de Taumfeld et de Lameley faciat per ministros ydoneos deserviri. Ad que omnia et singula supportanda volumus et firmiter statuimus quod decanatui obventiones totius altaragii tam in ecclesia de Cestre (*sic*) quam capellis antedictis videlicet mortuariorum, lane, agnorum, lactis, vitulorum, fenorum, lini, canabi, gallinarum, aucarum, porcellorum et omnium minutarum et personalium decimarum una cum redditu et curia tenentium ecclesie in villa de Cestre et de Walzigge et tota terra dominica de Herverton totaliter applicentur. Mesuagia etiam ad predictas capellas de Lameley et de Taumfeld spectantia cum curiis et terris suis dominicis eidem decanatui assignamus, hoc excepto quod utriusque loci prebendarii habebunt quandam portionem seu partem curie arbitrio nostro limitandam in qua poterunt competenter reponere sua blada. Habeat etiam decanus piscariam in ripa de Were et decimam piscarie. Ad hec, quilibet prebendariorum qui tres primas habent prebendas inveniat suis sumptibus unum vicarium capellanum, et de aliis quatuor residuis singuli habeant vicarium diaconum in ecclesia ipsa ministrantes in habitu canonicali, et modum psallendi teneant secundum morem ecclesie Eboracensis vel Saresbiriensis; singuli etiam sint ebdomadarii in suo statu secundum ordinem vicis sue juxta dispositionem decani qui, sicut in cura parochiali, sic et in hiis que ad divinum spectant officium, ordinet, corrigat, chorum regat et disponat ac etiam in hiis puniat transgressores. Matutinas quoque mane dici propter parochianos volumus et mandamus. Et ne discordiam pariat communitas, sed singuli suis finibus sint contempti (*sic*), prebendas illas taliter duximus distinguendas : videlicet quod ad primam predictam pertineant decime prediales universe de magna Lumeley, parva Lumelei, Lamptoñ, Wodesende, ac etiam decima raine (*sic*) carbonum; ad secundam predictam, de Lumeley[1], Kilblesworth, Ravenesworth, Dernetroch, Hedley, Ladesheved', terra de Furgers, Ranesbelm' et Neuhouses; ad tertiam, de Pelton, Pokeley, Polawe, Pikette, Tribeley, Edmanesey, Steresey et Nettelerworth; ad quartam, de Cestria et Werthill; ad quintam, de Tamifelde, Lince, Croch, Tamifeldley, Stanleyhall, Caldesete et de Steles; ad sextam, de Kireeley, Herverton, Mora et de Harden; ad septimam, de Irrpache, Hulekestan et de Twyles; totum autem residuum parochie de Cestria, videlicet decimas prediales de Plauworth et de Walrigge et omnium castrorum tam in haia quam alibi in eadem parochia redigendorum ad culturam, comune residentium assignamus, ut inter ipsos dumtaxat equaliter dividantur, qui per tres menses ad minus in anno continuo vel interpolatum (*sic*) in ecclesia ipsa residentiam fecerint personalem, ita quod in festo sancti Martini in hyeme[1] et in festo Pentecosten fiat eorundem proventuum communium distributio. Et qui pro medietate temporis antedicti personaliter resederint, pro rata medietatis hujusmodi distributionem percipiant proportionaliter de communa (*sic*), de residuo temporis illius nichil penitus percepturi nisi omnes ejus partes integraliter compleverint residendo. Ordinamus insuper, quod decima pars portionis cujuslibet non residentis residentibus assignetur, et, si nullum residere contigerit, hujusmodi partes decime in usus ecclesie vel in usus pauperum degentium infra limites predictarum prebendarum non residentium convertantur. Area autem ecclesie ad inhabitandum inter decanum et tres prebendarios primos juxta nostrum arbitrium dividatur. Ne aut [em]de ordine sedendi vel procedendi contemptio oriatur, statuimus ut post primum stallum ex parte australi, quod nobis et successoribus nostris in signum preeminentie specialiter reservamus, prebendarius prime prebende obtineat primum locum, prebendarius tertie prebende secundum, prebendarius quinte tertium, prebendarius septime quartum; ex parte vero boreali decanus ecclesie retineat primum locum, prebendarius secunde prebende secundum locum, prebendarius quarte tertium et prebendarius sexte prebende quartum, et eundem ordinem observent invicem in procedendo. Hanc autem ordinationem, concurrente consensu capituli nostri, ad honorem Dei et ecclesie Christi factam statuimus perpetuis temporibus inviolabiliter observandam, auctoritate, dignitate et potestate ecclesie nostre Dunelmensis et successorum nostrorum in omnibus semper salvis. In cujus rei perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum apud Aukeland vidus novembris anno gratie millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, et consecrationis nostre anno tertio. » Quare nobis humiliter supplicasti ut predictam ordinationem ratam habentes et gratam, eam auctoritate apostolica dignaremur ex certa scientia confirmare. Nos vero tuis devotis supplicationibus inclinati, quod per te super hoc factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, omnem, si quis sit in eadem ordinatione, defectum supplentes de apostolice plenitudine

1. *Ms.* Lamelay.

1. *Ms.* Heyeme.

potestatis. Nulli ergo, etc., nostre ratificationis, gratificationis, confirmationis et suppletionis, etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1895 (CCXXXX) Vatican, 15 mars 1297.

Confirmatio. (fol. 252.)

Eidem. Justis petentium. — Confirmantur Antonii episcopi Dunelmensis littere, date apud Aukelande XII kal. octobris anno millesimo CC octuagesimo tertio, in quibus, post mortem magistri Alexandri de Alverton rectoris, ecclesia de Lancestria, magistro Johanni de Craven commissa, in collegiatam constituitur, cum in ea uno decanatu et septem prebendis; ibique diffiniuntur jura et officia decani.

Ad nove fabricationis opus minime teneatur; capellis etiam de Helfee, Medinesley et Heley per competentes ministros faciat deserviri, ad que omnia et singula congrue supportanda volumus — quod decanatui obventiones totius altaragii tam in ecclesia de Langeestria quam in capellis antedictis, videlicet mortuariorum, lane, agnorum, lactis, vitulorum, pullanorum, gallinarum, aucarum, porcellorum, lini, canabi, fenorum et omnium, minutarum et personalium decimarum — cum pensionibus de Colyerley et de Sateley totaliter applicentur; mesuagia vero ad predictas capellas spectantia cum curiis et terris suis eidem decanatui assignamus —.

De reliquis obligationibus ut in precedenti, mutatis nominibus locorum e quibus exeunt decime,

Dat. ut supra.

1896 (CCXXXXI) Orvieto (sans date de jour), 1297.

Commissio. (fol. 252 v°.)

Venerabibili fratri episcopo Assisinati. Ex parte dilecti —.

Quod matrimonium per verba de presenti contractum inter Ravaldellum de Betona, Assisinatis diocesis, et Pelolam, natam Vincioli civis Perusini, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo dicta Pelola attinebat quondam Marine, nate Tudinutii de Collemedio, cum qua dictus Ravaldellus sponsalia per verba de futuro contraxerat, confirmet.

Dat. apud Urbemveterem, anno tertio.

1897 (CCXXXXII) Orvieto, 17 juin 1297.

Delegatio. (fol. 252 v°.)

Venerabilibus fratribus Augustensi, Gebennensi et Maurianensi episcopis. Presentato nobis —.

Ut unus eorum B. electo Tarentasiensi, nunc in diaconatus ordine constituto, postquam is in presbyterum ordinatus erit, munus consecrationis impendat.

Dat apud Urbemveterem, XV kal. julii, anno tertio.

1898 (CCXXXXIII) Orvieto, 11 juillet 1297.

Status restitutio. (fol. 253.)

Venerabili fratri Gundisalvo episcopo Tholetano. Sincere devotionis —. Dudum siquidem fidelibus relatibus intellecto quod tu electionem fratris Munionis ordines Predicatorum, qui per laycalis impressionis instantiam ad regimen Palentine ecclesie nunc vacantis electus extiterat, impressionis hujusmodi non ignarus per vicarios tuos auctoritate propria feceras confirmari, te per nostras citavimus litteras ut infra trimestris temporis spatium coram nobis compareres, nobis super hoc beneplacitis et preceptis humiliter pariturus. Tu vero quia impedimentis detentus legitimis coram nobis in prefixo tibi ad hoc termino comparere ac excusatorem ad nostram destinare presentiam nequivisti, nos, impedimentorum hujusmodi notitiam non habentes, te in hac parte reputavimus contumacem, et a confirmatione ac consecratione suffraganeorum ecclesie Tholetane, necnon a collatione personatuum, dignitatum, canonicatuum, etc., ecclesie supradicte — usque ad apostolice sedis beneplacitum duximus suspendendum et voluimus manere suspensum, ea tamen interim dicte sedi specialiter reservantes, ac decernentes nichilominus te, nisi infra quatuor menses a tempore denuntiationis hujusmodi sententiarum et processuum nostrorum per easdem litteras tibi facte nostro te conspectui presentares, archiepiscopali dignitate ac omni administratione ipsius ecclesie eo ipso esse privatum —.

Cum vero infra terminum statutum ad sedem apostolicam personaliter venit et innocentiam ostendit, in pristino statu restituitur.

Dat. apud Urbemveterem, V id. julii, anno tertio.

1899 (CCXXXIIII) Orvieto, 12 juin 1297.

Licentia. (fol. 253.)

Venerabili fratri episcopo Xanctonensi. Quia presentis—.

Ut de bonis suis possit condere testamentum.

Dat. apud Urbemveterem, II id. junii, anno. tertio.

1900 (CCXXXXV) Orvieto, 12 juin 1297.

Pro eodem. (fol. 253.)

Eidem. Cum sicut —.

Ut per ydoneum sacerdotem ecclesias et cimiteria reconciliari faciat.

Dat. ut supra.

1901 (CCXXXXVI) Orvieto, 17 juillet 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 253.)

Dilectis filiis Fredolo preposito Massiliensis et Hugolino de Marsciano archidiacono Alnitiensis, Xanctonensis, ac Bertholdo de Labro canonico Vulterane, ecclesiarum. Exponente pridem —.

Ut usque ad summam mille septingentorum florenorum auri Bertrandus electus Tarentasiensis a Raynutio de Abbatibus et Marcho ejus filio, mutuantibus pro se ac Johanne et Rossellino Bacharelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Maffeo Pontii, Jacobo Mafei, Bicio Jacobi, etc., mercatoribus florentinis, mutuum contrahere possit.

Dat. apud Urbemveterem, XVI kal. augusti, anno tertio.

1902 (CCXXXXVII) Orvieto, 16 juin 1297.

De consecratione impendenda. (fol. 253 v°.)

Dilecto filio fratri Guillelmo de Othun ordinis Predicatorum electo Dublinensi. Pridem Dublinensis —.

Ut, occasione guerrarum que prohibent ne ad sedem apostolicam se conferat, per quemvis antistitem catholicum consecrari valeat.

Dat. apud Urbemveterem, XVI kal. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24529.)

1903 (CCXXXXVIII) Orvieto, 9 juillet 1297.

Delegatio. (fol. 253 v°.)

Venerabilibus fratribus Londoniensi et Herefordensi episcopis. Ex parte dilecti —.

Ut Guillelmo electo Dublinensi pallium transmissum assignent.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24540.)

1904 (CCXXXXVIIII) Orvieto, 9 juillet 1297.

Notificatio. (fol. 253 v°.)

Dilecto filio G. electo Dublinensi. Cum palleum —.

Ei pallium transmittitur per Andream de Sancto Albano et Petrum de Othum (*sic*), procuratores ejus.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24539.)

1905 (CCL) Orvieto, 10 juillet 1297.

Provisio. (fol. 253 v°.)

Dilecto filio Phylippo abbati monasterii Sancti Vitonis Virdunensis ordinis sancti Benedicti. Ad regimen universalis —.

Consideratis gravibus dissensionibus in hoc monasterio existentibus, ei confertur, via electionis pretermissa, abbatis munus.

Dat. apud Urbemveterem, VI id. julii, anno tertio.

1906 (CCLI) Orvieto, 10 juillet 1297.

Dispensatio. (fol. 254.)

Eidem. Personam tuam —.

Ut possit, considerato quod sit monasterium Sancti Vitonis Virdunensis, ad quem preficitur abbas, multipliciter desolatum, retinere licite quoad vixerit prioratum de Corbeneyo, Laudunensis diocesis, sine prejudicio jurium monasterii Sancti Remigii Laudunensis, cui subjectus erat dictus prioratus.

Dat. ut supra.

1907 (CCLII) Vatican, 28 avril 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 254.)

Dilecto filio Gotio de Urbeveteri archidiacono Pissiacensis in ecclesia Carnotensi et Raynerio de Vichio, capellanis nostris, Lichefeldensis, ac magistro Giffredo de Vezano, Cameracensis, ecclesiarum canonicis. Exponente pridem —.

Quod Johannes episcopus Wintoniensis usque ad summam duorum milium marcharum sterlingorum argenti a Lando Sigoli (*sic*), cive et mercatore florentino, de societate Thome Spilliati et Vanni de Mozzis de Florentia, mutuante pro se ipso et pro eisdem Thoma, et Vanno ac Riccardo et Andrea dicti Thome, Jano Bentivengne, Borchino Lotterii, Nicolutio nato ipsius, Gerardo de Boscolis, Feo Bonfantini, Zato Francisci, Lapo Pitti, Jacobo Davanzati, Philippo Barchi et Bartholino Johannis, atque cocivibus suis, mutuum contraxit, et pecuniam recepit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. maii, anno tertio.

1908 (CCLIII) Orvieto, 12 juillet 1297.

Commissio providendi. (fol. 254 v°.)

Dilectis filiis Sancti Jacobi ultra Arnum et Sancti Apolenaris Florentini prioratuum prioribus ac plebano plebis de Castro Florentino Florentine diocesis. Dignum merito —.

Ut Francisco clerico, nato nobilis viri Berti de Frescobaldis civis Florentini, speciali favore provideant de aliquo plebanatu vel prioratu, prepositura sive rectoria, aut alio beneficio competente, nunc vacante aut proximo vacaturo in Florentina vel Fesulana civitatibus vel diocesibus, non obstantibus provisione nuper facta de canonicatu ecclesie Florentine, si tum vacabat, et defectu etatis quem patitur.

Dat. apud Urbemveterem, IIII id. julii, anno tertio.

1909 (CCLIIII) Orvieto, 10 juillet 1297.

Commissio. (fol. 254 v°.)

Venerabilibus fratribus G. Sabinensi et H. Hostiensi episcopis. Sua nobis venerabilis —.

Inter episcopum et decanum Aurelianenses exorta erat contestatio super facto jurisdictionis ecclesiastice in archidiaconatu Aurelianensi quem decanus decanatui suo annexam esse asserebat, ac episcopus ad se tantum et episcopalem sedem pertinere, necnon super emolumento quod ex episcopali jurisdictione idem decanus ratione archidiaconatus predicti sibi deberi dicebat.

— Que quidem [1] inter eos jamdudum et predecessores ipsorum episcopos et decanos Aurelianenses diutius fore noscitur ventilata, non sine gravibus laboribus et expensis et incomodis, tam eorum quam suorum etiam subditorum, cum officialibus et ministris alterutrius ipsorum nonnunquam officiales et ministros alterius in jurisdictione ipsa exercenda prevenire conantibus, gravia scandala, dissensiones et etiam hominum percussiones ac interdum interfectiones inde provenisse noscantur, studio quoque litterarum quod Aurelianis vigere a longis retroactis temporibus generaliter consuevit, occasione contemptionis (*sic*) hujusmodi per quam sepius turbabatur, detrimentum non modicum immineret, prefati episcopus et decanus — ad talem compositionem super hoc, si tamen nobis placeret, amicabilem devenerunt, videlicet quod in archidiaconatu predicto omnis jurisdictio totaliter tam in civilibus quam in cirminalibus ad dictum episcopum ejusque successores tantum perpetuo debeat pertinere, nec per preventionem vel alias idem decanus et sui successores de ipsa jurisdictione se aliquatenus intromittant, excepta jurisdictione ipsius ecclesie Aurelianensis et claustri ejusdem, que per hoc in nullo mutetur, sed remaneat in pristino suo statu. Et quod idem episcopus et successores sui eisdem decanis ejusque successoribus ducentas libras turonensium parvorum solvere annuatim, singulis videlicet mensibus, pro equis portionibus teneantur, in recompensationem obventionum temporalium que sibi ex predicta jurisdictione poterant quomodo libet provenire. et quod propter hoc universa bona episcopalia et specialiter omnes tam sigilli quam jurisdictionis proventus sint et maneant eidem decano et suis successoribus obligata; quibus ducentis libris annuis ipsi contenti existentes. ratione archidiaconalis et etiam episcopalis jurisdictionis seu emolumenti provenientis ex eis nichil amplius sibi valeant vendicare. Quare dicti episcopus et decanus nobis humiliter supplicaverunt ut compositionem hujusmodi approbare — curaremus. —

Infra nominatis ergo episcopis committitur munus hanc compositionem approbandi nomine sedis apostolice.

Dat. apud Urbemveterem, VI id. julii, anno tertio.

1910 (CCLV) Orvieto, 27 juin 1297.

Absolutio juramenti. (fol. 255.)

Venerabili fratri episcopo Xanctonensi. Tue merita —.

1. *Videlicet* questio.

Absolvitur a juramento quod prestitit sedem apostolicam de biennio in biennium visitandi, « quamvis ecclesia Xanctonensis privilegium exemptionis non habeat, sed ecclesie Burdigalensi cujus est suffraganea sit subjecta. »

Dat. apud Urbemveterem, v kal. julii, anno tertio.

1911 (CCLVI)

Forma traditionis pallei pro archiepiscopo Dublinensi. Ad honorem Dei —.

1912 (CCLVII)

Forma juramenti [pro eodem]. Ego Guillelmus, archiepiscopus Dublinensis —.

1913 (CCLVIII) Orvieto, 26 juin 1297.

Collatio. (fol. 255.)

Dilecto filio Lodovico de Royre canonico Lemovicensi. Attendentes conditiones —.

Ei, consideratione nobilis viri Lodovici de Alvernia, militis et consiliarii Caroli Sicilie regis, nepotis ejus, confertur in ecclesia Lemovicensi canonicatus nunc vacans aut proximo vacaturus, non obstante quod abbatiam secularis ecclesie Sancti Juliani Brivatensis Claromontensis diocesis, et in eadem ac Claromontensis ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, vi kal. julii, anno tertio.

In e. m. .. *de Riomo, Claromontensis diocesis, et .. Sancti Illidii Claromontensis monasteriorum abbatibus ac .. preposito ecclesie Tholosane.* — Dat. ut supra.

1914 (CCLVIIII) Orvieto, 26 juin 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 255 v°.)

Dilecto filio Lodovico de Royre abbati et canonico secularis ecclesie Sancti Juliani Brivatensis Claromontensis diocesis. Tui nobilitas generis —.

Ut in aliquo beneficiorum suorum ad faciendum residentiam minime teneatur.

Dat. apud Urbemveterem, vi kal. julii, anno tertio.

In e. m. .. *eisdem executoribus ac in precedenti.* — Dat. ut supra.

1915 (CCLX) Orvieto, 20 juillet 1297.

Confirmatio. (fol. 256.)

Venerabili fratri .. episcopo Aquensi, et dilectis filiis .. archidiacono et precentori ecclesie Biterrensis. Exhibita nobis dilecti filii Jacobi Gantelmi canonici ecclesie Massiliensis petitio continebat quod olim canonicatu, prebenda ac prepositura ecclesie Massiliensis per obitum bone memorie Guillelmi tituli Sancti Clementis presbiteri cardinalis ejusdem ecclesie prepositi, qui ad partes Aragonie a nobis pro magnis et arduis negotiis ecclesie Romane destinatus in partibus illis vel circa eas diem clausit extremum, vacantibus, nos, cum de morte ejusdem cardinalis ad nostram pervenit notitiam, eosdem canonicatum, prebendam et preposituram donationi sedis apostolice reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus de ipsis apostolica vel alia quavis auctoritate contingeret attemptari, ac postmodum capitulum ipsius ecclesie ad quos electio prepositi ejusdem ecclesie pertinet, reservationem et decretum hujusmodi ignorantes, eundem Jacobum in prepositum ipsius ecclesie concorditer elegerunt; et venerabilis frater noster episcopus Massiliensis presentatam sibi electionem hujusmodi, auctoritate ordinaria, confirmavit. Sicque idem Jacobus, prebenda quam in ipsa ecclesia ante electionem predictam habuerat per eum in ipsius episcopi manibus resignata, libere per eundem, canonicatu dicte ecclesie sibi sub protestatione retento, prebendam et preposituram predictas que per ipsius cardinalis mortem vacaverant extitit assecutus, et facta permutatione prebendarum per sepefate ecclesie canonicos prout eis de ipsius ecclesie consuetudine competebat, prebenda predicta quam idem Jacobus obtinuerat in ipsa ecclesia ante electionem prefatam Aymoni de Burdegala ipsius ecclesie canonico extitit pretextu consuetudinis et permutationis hujusmodi [assignata], predicto Aymone sua, quam tunc tenebat in eadem ecclesia secundum predictam consuetudinem, prebenda dimissa et alii canonico ipsius ecclesie assignata; ac demum nos, volentes personam dilecti filii magistri Fridoli Capellerii prepositi ecclesie memorate prerogativa prosequi gratie specialis, eosdem canonicatum, prebendam et preposituram vacantes ut predicitur per ipsius cardinalis decessum, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis, eidem magistro Fridolo apostolica auctoritate contulimus et providimus de eisdem, electionem, si qua esset post reservationem nostram predictam de preposito in ecclesia eadem per ipsius capitulum celebrata, et confirmationem super eadem electione forsitan subsecutam, omnemque provisionem et ordinationem per ipsos capitulum et quoscumque alias de dictis canoni-

catu, prebenda et prepositura factis, et quod ex eis secutum esset vel ob ipsas, necnon quicquid in posterum super hiis attemptari contingeret, irrita et vacua decernentes. Demum vero idem Jacobus ad apostolicam sedem accedens omne jus, si quod sibi in canonicatu, prebenda et prepositura predictis, que ut premittitur per ipsius Cardinalis mortem vacaverant, sponte et libere in nostris manibus resignavit et appellationi quam ad sedem apostolicam occasione premissorum interjeceral renuntiavit [1] expresse. Nosque ab eodem Jacobo hujusmodi resignatione recepta justum et congruum reputantes, ne sua prebenda predicta cui renuntiavit careret, ex certa scientia decrevimus eundem Jacobum in prebenda ipsa illud jus sibi competere et habere quod sibi competebat et habebat antequam renuntiasset eidem et illam que vacavit per mortem dicti cardinalis assecutus fuisset vel etiam tenuisset et ad preposituram predictam fuisset electus, et volentes ut hujusmodi provisio per nos, ut premittitur, dicto magistro Fridolo facta suum omnino sortiretur effectum, provisionem ipsam ac litteras tam sibi concessas quam directas executoribus quos super premissis concesseramus eidem, omnemque processum earum auctoritate habitum plenum firmitatis robur auctoritate apostolica decrevimus obtinere, ac nichilominus ad omne super hoc dubium excludendum, et ut ejusdem magistri Fredoli quieti provideretur tutius et efficacius in hac parte, canonicatum, prebendam et preposituram hujusmodi cum omnibus juribus et pertinentiis suis auctoritate apostolica de novo prefato magistro Fredolo contulimus ad cautelam ac de ipsis etiam duximus providendum. Decernentes, prout erat, irritum et inane si de illis secus a quoquam, scienter vel ignoranter, apostolica vel alia quavis auctoritate, attemptatum esset hactenus vel contingeret in posterum attemptari. Quare idem Jacobus nobis humiliter supplicavit ut, cum sepedictam prebendam suam cui renuntiavit, ut superius est expressum, nondum potuerat rehabere, providere sibi super hoc, ne prebenda quam ut predicitur in ecclesia ipsa obtinuerat ante electionem predictam occasione premissorum remaneat destitutus, paterna diligentia curaremus. Quocirca. — Dat. apud Urbemveterem, XIII kal. augusti anno tertio.

1916 (CCLXI) Orvieto, 3 juillet 1297.

Confirmatio. (fol. 256 v°.)

Dilecto filio Guillelmo Quarfortini de Massilia canonico Aquensi. Probitatis et devotionis —.

Licite retinere valeat ecclesiam de Bruneto Regensis diocesis quam, a tanto tempore vacantem ut ejus collatio ad archiepiscopum pertineret, ei contulit archiepiscopus Aquensis et quam per novem annos et amplius possedit pacifice, infra annum post collationem in sacros ordines receptus.

Dat. apud Urbemveterem, v non. julii, anno tertio.

1917 (CCLXII) Vatican, 23 mars 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 257.)

Dilecto filio nobili viro Hermanno, nato nobilis viri Conradi de Monaldensi, civi Urbevetano, et dilecte in Christo filie nobili mulieri[1], *nate nobilis viri Ugolini Raynerii de Bachi* (sic). Romani pontificis —.

Ut, etsi quarto gradu consanguinitatis juncti, matrimonium contrahere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. aprilis, anno tertio.

1918 (CCLXIII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 257.)

Dilecto filio Arnaldo Rogerii preposito ecclesie Tholosane. Sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, dilecti filii prior claustralis et capitulum ecclesie Tholosane ordinis sancti Augustini per publicum instrumentum eorum sigillo munitum sub certa forma pro quibusdam eorum negotiis apud sedem apostolicam promovendis — tibi contrahendi mutuum usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum, ac propter hoc ipsos priorem et capitulum et successores eorum ac eorum bona creditoribus obligandi — potestatem plenariam concesserunt —. Voluerunt tamen prior et capitulum supradicti ut de consilio et assensu Ysarni de Sancto Paulo, canonici et cancellarii ejusdem ecclesie, hujusmodi negotium duceres ad effectum. Cum autem prefatus Ysarnus fore noscatur ad presens, suis culpis [2] exigentibus, excommunicationis vinculo innodatus, et propterea super hoc non sit ejus requirendum consilium vel postulandus assensus, teque pro eisdem negotiis apud sedem ipsam expediendis utiliter subire oporteat non modica onera expensarum, nobis humiliter supplicasti ut ejusdem Ysarni consilio vel assensu super hac minime requisito usque ad predictam summam trium milium librarum turonensium — mutuum contrahendi sub modis et for-

1. *Ms.* renutiavit.

1. Deficit nomen.
2. *Ms.* colpis.

mis infrascriptis, sine quibus creditores te putas invenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur. —

Hujusmodi licentia conceditur et determinantur obligationes debitorum, creditoribus « usuris omnino cessantibus. »

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. augusti anno tertio.

In e. m. *eidem*. Sicut in nostra, etc., *ut in precedenti, usque* contrahendi mutuum usque ad summam duorum milium librarum turonensium parvorum, etc., *per totum ut in precedenti usque in finem*.— Dat. ut supra.

1919 (CCLXIIII) Viterbe, 1er juin 1297.

Dispensatio residentie. (fol. 257 v°.)

Dilecto filio Petro Grimaudi canonico Eduensi, capellano nostro. Personam tuam —.

Ut, quamdiu apud sedem apostolicam vel alibi moram fecerit, canonicatus sui fructus integraliter percipere possit.

Dat. Viterbii, kal. junii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri archiepiscopo Ebredunensi et dilectis filiis decano et cantori ecclesie Cabilonensis*. — Dat. ut supra.

1920 (CCLXV) Orvieto, 18 juillet 1297.

Commissio confirmandi. (fol. 257 v°.)

Venerabili fratri episcopo Pistoriensi. Significarunt nobis venerabilis frater noster .. episcopus et dilecti filii priores artium, vexillifer justitie, et comune civitatis Florentie quod, eis exponentibus dilecto filio nostro Petro Sancte Marie Nove diacono cardinali, tunc in illis partibus apostolice sedis legato, quod idem episcopus quasdam terras et possessiones, que caphagium vulgariter appellantur, prope muros veteres et infra designationem murorum novorum civitatis ejusdem, ad episcopalem mensam spectantes obtinebat, quarum pretium, si venderentur, converti poterat in alias terras et possessiones, ex quibus longe major fructus quam ex illis eidem episcopo ac mense predicte sine dubio proveniret, et quod terre et possessiones prefate ipsius episcopi erant ad ampliandum civitatem prefatam oportune plurimum ac supplicantibus legato predicto ut eidem episcopo concederet licentiam vendendi terras et possessionis easdem, dictus legatus eidem episcopo auctoritate sue legationis concessit licentiam postulatam. —

Infra nominatus ergo episcopus hanc concessionem confirmet et provideat ut venditionis pretium in alias possessiones fideliter convertatur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. Augusti, anno tertio.

1921 (CCLXVI) Vatican, 30 avril 1297.

Licentia. (fol. 258.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Mimatensi [1]. Quia presentis —.

Ut condere possit testamentum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. maii, anno tertio.

1922 (CCLXVII) Orvieto, 17 juin 1297.

Assignatio ecclesie. (fol. 258.)

Venerabili fratri P. patriarche Constantinopolitano. Dum ad patriarchalem —.

Ut episcopatum Mothonensem, nunc vacantem per translationem L. episcopi ad Aversanam ecclesiam, sibi quoad vixerit commissum gubernet.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. julii, anno tertio.

In e. m. *capitulo ecclesie ac clero civitatis et diocesis Mothonensis*.

In e. m. *populo civitatis et diocesis Mothonensis*. — Dat. ut supra.

1923 (CCLXVIII) Orvieto, 11 juillet 1297.

Exemptio jurisdictionis. (fol. 258 v°.)

Eidem. Personam tuam paternis —.

Ecclesia Mothonensis, eidem quoad vixerit commendata et commissa, a jurisdictione archiepiscopi Patracensis loci metropolitani omnino eximitur.

Dat. apud Urbemveterem, v id. julii, anno tertio.

1924 (CCLXVIIII) Orvieto, 5 juillet 1297.

Dispensatio matrimonii, (fol. 258 v°.)

Dilecto filio Gerardo, nato nobilis viri Geraldi Ademarii de Gremiaco, et dilecte in Christo filie Cecilie, nate quon-

1. *Ms.* Mimathen.

dam nobilis viri Hugonis Ademarii de Montilio, Diensis et Valentine diocesium. Romani pontificis —.

Ut, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, possint matrimonium contrahere.

Dat. apud Urbemveterem, III id. julii, anno tertio.

1925 (CCLXX) Orvieto, 28 juin 1297.

Provisio. (fol. 258 v°.)

Dilecto filio fratri Rogero dicto de Perona abbati monasterii sancti Remigii[1] Remensis, ordinis sancti Benedicti. Etsi plurimis onusta[2] —.

Is, dudum prior prefati monasterii, in abbatem ejusdem, in quo presentialiter extitit papa cum minori fungeretur officio, et quod per mortem Johannis nunc abbate privatur, preficitur.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. julii, anno tertio.

In e. m. *conventui monasterii sancti Remigii Remensis ordinis sancti Benedicti.*

In e. m. *carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri.*

In e. m. *universis casallis monasterii sancti Remigii Remensis ordinis sancti Benedicti.*

Dat. ut supra.

1926 (CCLXX) Orvieto, 30 juin 1297.

Delegatio. (fol. 259.)

Venerabili fratri archiepiscopo Remensi. Dudum monasterii —.

Ut fratri Johanni de Perona nuper in abbatem monasterii sancti Remigii Remensis electo, qui non potest propter viarum discrimina ad sedem apostolicam se conferre, munus benedictionis impendat.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. julii, anno tertio.

1927 (CCLXXII) Vatican, 6 mars 1297.

Pro hospitali de Altopassu. (fol. 259 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententie severitas enervatur ut viri religiosi et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia majori dotati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias substineant et rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat, et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponant. Specialiter autem dilecti filii magister et fratres hospitalis de Altopassu tam de frequentibus injuriis quam de ipso cotidiano defectu justitie conquerentes, universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet in tribulationibus suis contra malefactores eorum prorupta debeatis magnanimitate consurgere quod ab angustiis quas substinent et pressuris nostro possint presidio respirare —.

Contra omnes ergo invasores aut detentores bonorum dictorum fratrum procedant, per viam excommunicationis si layci fuerint, per viam suspensionis ab officio et beneficio si clerici vel canonici regulares seu monachi extiterint, « et tam layci quam clerici seculares qui per violentiam et manuum injectionem in fratres ipsos vel ipsorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. »

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. martii, anno tertio.

1928 (CCLXXIII) Vatican, 31 janvier 1297.

Confirmatio immunitatis. (fol. 259 v°.)

Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Considerantes attentius. — Lecta siquidem coram nobis vestra petitio continebat quod nonnulli ecclesiarum prelati, vestris libertatibus et immunitatibus invidentes, cum eis ex apostolice sedis indulto non liceat in vos excommunicationis et interdicti sententias promulgare, capellanos, homines, mulieres, servientes et benefactores vestros, ac alios qui molere in molendinis et panem in furnis vestris coquere dinoscuntur, quique vendendo vel emendo aut alias vobis comunicant, predictas proferre sententias non verentur, sicque non virtutem privilegiorum vestrorum, sed sola verba servantes, vos excommunicationi subiciunt, dum vobis comunicare alios non permittunt in non modicum vestrum prejudicium et gravamen —.

Presentium ergo auctoritate districtius inhibetur ne quis re-

1. *Ms.* Remisii.
2. *Ms.* Honusta.

latus in eorum clericos et homines ac alios supradictos excommunicationis et interdicti sententias promulgare presumat.

Dat. Rome apud. Sanctum Petrum, IIII kal. februarii, anno tertio.

1929 (CCLXXIIII) Orvieto, 7 juillet 1297.

Restrictio immunitatis. (fol. 259 vo.)

Dilectis filiis ministro et fratribus ordinis minorum Bisuntinis. Exigit ordinis —. Ex tenore siquidem vestre petitionis accepimus, quod in quadam parte civitatis Bisuntine, que dicitur vicus Sancti Pauli,ea existit immunitas et extitit ab antiquo, ut ad vicum confugientes eumdem plena gaudent securitate quantumcumque malefactores existant, ex quo sepe contingit quod vestri ordinis apostate ad vicum predictum confugiunt, ibique pretextu immunitatis hujusmodi defenduntur,ne de suis corrigantur excessibus, prout disciplina exigit regularis —.

Auctoritate apostolica decernitur ut ad eos apostatas hec immunitas non extendatur, et quilibet predictos apostatas defendere audeat excommunicationis sententias incurrat.

Dat. apud Urbemveterem, non. julii, anno tertio.

1930 (CCLXXV) Vatican, 27 mars 1297.

Indultum. (fol. 260.)

Dilecte in Christo filie Alienori, nate dilecti filii nobilis viri.. comitis Britannie, moniali monasterii Fontis Ebraudi Pictavensis diocesis. Desideriis tuis —.

Ut libere possit eligere et mutare confessorem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. aprilis, anno tertio.

1931 (CCLXXVI) Orvieto, 20 juin 1297.

Facultas confirmandi. (fol. 260.)

Venerabili fratri episcopo Laudunensi. Sua nobis —.

Duabus electionibus in discordia factis de abbate monasterii Sancti Nicolai in Bosco ordinis sancti Benedicti Laudunensis diocesis, una videlicet de Petro priore prioratus Sancti Albini Atrebatensis diocesis, altera de Gosberto de Liescurt monacho monasterii prelibati, et, postquam ambo electi ad sedem apostolicam accesserint, dicto Gosberto omni juri sponte renuntiante, prefatus Petrus supplicavit ut ejus electio confirmaretur. Hujusmodi electionem, si eam ydoneam invenerit, idem episcopus confirmet.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. julii, anno tertio.

1932 (CCLXXVII) Vatican, 22 mars 1297.

Amotio et reservatio. (fol. 260.)

Ad futuram rei memoriam. Uberum secularis ecclesie Tudertine, que nobis hactenus in annis teneris constitutis exhibuit, et gratiarum multiplicum, quibus nobis extitit de sue munificentie ubere prosecuta, nequaquam fuimus immemores, quinpotius ipsa tenaci memoria retinemus ; paravit nos equidem illa ut filium, educavit ut natum, prevenit gratiis ut dilectum. Ideoque digna sollicitudine ducimur — ut eamdem ecclesiam favoribus confoventes eximiis — ad suum statum vigilantibus studiis intendamus. Sane considerantes attentius quod ejusdem ecclesie comodis et quieti quam plurimum expedit, ut ipsius ecclesie prioratum, qui precipua dignitas fore dinoscitur in eadem, persona talis obtineat que non solum ejusdem ecclesie sed civitatis etiam Tudertine pacificum statum et prosperum diligat, a contrariis abstinendo, et volentes in hac. prout ad nostrum spectat officium, — utiliter providere, dilectum filium Maxeum Egidium, qui prioratum obtinebat eumdem,ex certis rationabilibus causis a dicto prioratu auctoritate apostolica penitus amovemus ipsumque privamus eodem. collationem et provisionem prioratus predicti hac vice sedi apostolice reservantes —.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. aprilis, anno tertio.

1933 (CCLXXVIII) Vatican, 7 mars 1297.

De subventione regi Francie prestanda. (fol. 260.)

Dilectis filiis Cisterciensibus ceterisque abbatibus, prioribus et conventibus atque personis Cisterciensis ordinis per Regnum Frantie constitutis. Status regni Frantie, utinam non adversi,ex quorumdam insinuatione ipsius regni prelatorum, nuperrime qualitate percepta, ob quam carissimo in Christo filio nostro Philippo regi Francorum illustri ac prelatis,ecclesiis et ecclesiasticis dicti regni personis ipsique regno grave posse imminere periculum formidatur, sicque ipsi[s] prelatis pro communi et necessaria defensione impendendi dicto regi subventionem congruam absque metu constitutionis nostre concedi per nos licentiam supplicantibus, nos, regi, regno, ecclesiis et clero predictis compatientes ac populo affectione paterna, cum etiam non fuerit nostre mentis intentio ipsi regi aliisque principibus secularibus in tam ar[c]te necessi-

tatis articulo, precipue ubi ab extrinsecis injusta timetur invasio et ab intrinsecis ejusdem regni subversio dubitatur, ac etiam prelatorum, ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum evidens periculum immineret, viam subventionis excludi quominus ipsi prelati, ecclesie ac ecclesiastice persone, libero arbitrio atque sponte, de nostra licentia, pro communis defensionis auxilio, in qua proprium cujuslibet interesse versatur, principibus ac sibi ipsis provideant juxta suarum modulum facultatum, licentiam hujusmodi subscripto modo prelatis eisdem duximus transmittendam. Verum, cum hujusmodi defensionis negotium vos et bona vestra in non modica parte contingat, vosque voletis ut credimus oportuni ad id reddi honoris non expertes, nos volentes vobis, sicut in multis speciali privilegio libertatis inter alios congaudetis, sic specialiter super hujusmodi subventionis licentia providere, presentium vobis auctoritate concedimus ut, si casus communis et evidens necessitatis immineat, ac idem rex vestram et aliorum prelatorum, ecclesiarum et personarum atque bonorum ecclesiasticorum sicut, et ceterorum personarum, locorum et bonorum dicti sui regni voluerit defensionem assumere ac assumat et efficaciter prosequatur, et id expedire videritis, liceat vobis absque metu transgressionis constitutionis nostre predicte ipsi regi pro hujusmodi vestre ac ipsorum regis et regni intrinsece defensionis subsidio subventionem congruam, prout vobis et ceteris prelatis regni prefati seu majori parti vestrum et ipsorum videbitur, voluntariam, liberalem et liberam, non coactam, absque omni concussione, exactione et executione temporali vel laicali exigendam, hac vice, presenti nostra fretis licentia, impertiri eamque similiter regi liceat recipere memorato. Volumus autem quod, si subventionem hujusmodi per vos prestari contingat, formam et modum et quantitates etiam, ac quicquid super hoc factum extiterit, nobis per vestras litteras seriosius intimare curetis, ut quam discrete vel indiscrete, moderate vel immoderate, premissa processerint, et si acceptationem vel moderationem exegerint, clarius videamus. Scire quoque vos volumus nostre intentionis existere quod sine iterata licentia hujusmodi subventio annualem terminum non excedat. —

Dat. Rome apud sanctum Petrum, nonis martii, anno tertio.

1934 (CCLXXVIIII) Vatican, 23 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 260 v°.)

Dilecto filio Bonifacio, nato quondam Thome marchionis Salutiarum, subdiacono, rectori ecclesie de Almambiri (sic) *Eboracensis diocesis.* Nobilitas generis —.

Ei, cum habeat de Almambiris et de Camessale ac de Peniston ecclesias curam animarum habentes et capellam regiam de Tikehull Eboracensis diocesis, et acceptaverit canonicatum primo vacantem in ecclesia Lincolniensi, quem cum prefatis ecclesiis licite retinere valebit, conceditur amplius ut usque ad triennium non teneatur ad superiores ordines promoveri, et nichilominus easdem ecclesias et canonicatum retineat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. aprilis, anno tertio.

1935 (CCLXXX) Vatican, 11 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 260 v°.)

Dilecto filio Arnaldo Guillelmi de Clavaria rectori ecclesie castri de Revoleto et de Oliva Valentine diocesis. Sedis apostolice —.

Cum predictam ecclesiam sibi collatam post concilium Lugdunense novissime celebratum retinuerit, nec se fecerit infra annum ex constitutione dicti concilii ad sacerdotium promoveri, cum eo dispensatur ut ecclesiam et fructus perceptos retinere licite possit, sub ea conditione ut infra annum se faciat ad sacerdotium promoveri et personaliter resideat in eadem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. martii, anno tertio.

1936 (CCLXXXI) Vatican, 4 mars 1297.

Indultum. (fol. 261.)

Venerabili fratri L. archiepiscopo Bituricensi. Cum nos personam —.

Ut confessorem quem voluerit eligere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. martii, anno tertio.

1937 (CCLXXXII) Anagni, 21 juillet 1295.

Confirmatio privilegiorum. (fol. 261.)

Dilectis filiis magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani. Inter cogitatus anxios —.

Ut in regno Cypri, ad custodiam ejus morantes, eisdem libertatibus, immunitatibus, privilegiis, remissionibus et indulgentiis

apostolicis tam spiritualiter quam temporaliter, quousque Terram Sanctam recuperari contigerit, gaudeant quibus gaudebant in regno Jerosolimitano personaliter commorantes.

Dat. Anagnie, XII kal. augusti, anno primo (*sic*)

1938 (CCLXXXIII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Confirmatio electionis. (fol. 261.)

Dilecto filio fratri Fatio de Domoratico ordinis Predicatorum electo Sagonensi. Dudum ecclesia Sagonensis per mortem bo me. Rolandi episcopi Sagonensis destituta pastore ac ipsius ecclesie capitulo negligentibus ad electionem seu postulationem futuri prelati infra tempora a canonibus diffinita procedere, fuit ea vice ipsius ecclesie, que metropolitico jure subesse dinoscitur ad dilectum filium Theodericum Pisanum electum, ad sedem apostolicam legitime provisio devoluta —.

Electo autem prefato officium commissum fuit eligendi Sagonensem episcopum, et ille fratrem Fatium elegit, cui per prefatum electum cum duobus vel tribus suffraganeis ecclesie Pisane, munus consecrationis impendi debebat. Ad id obstantibus guerris inter Januenses et Pisanos suscitatis, idem electus N. episcopo Massano commisit ut, convocatis Pistoriensi et Florentino episcopis, hoc munus electo Sagonensi impenderet. Sed hic, defectu pecuniarum necessariarum et aliis impedimentis detentus, se non fecit infra tempus legitimum consecrari. Confirmatur nichilominus electio hujusmodi, et ei conceditur ut a quocumque antistite munus consecrationis recipere possit.

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. augusti, anno tertio.

1939 (CCLXXXIIII) Vatican, 19 avril 1297.

Indulgentia. (fol. 261 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis gloria, *etc.*, *usque* collaudetur. Cupientes igitur ut ecclesia Novariensis que in honorem beate Virginis est constructa congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam in singulis ipsius beate Virginis festivitatibus visitaverint, — unum annum et quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. —

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. maii, anno tertio.

1940 (CCLXXXV) Orvieto, 30 juillet 1297.

Indultum. (fol. 261 v°.)

Dilectis filiis Lanfranco Anselmi et Raynerio Floravantis, ac aliis de Clarentum de Pistorio, ac Symoni Gerardi et Albizo Martini, ac ceteris de Spinorum de Florentia societatibus, nostre camere mercatoribus. Considerantes attentius —. Exposita siquidem nobis vestra petitio continebat quod ab olim Jacobo et Petro de Columpna de Urbe clericis, dum adhuc essent Romane ecclesie cardinales, vos de Clarentum, tria milia, vos autem de Spinorum societatibus, tria milia octingentos sexaginta florenos auri liberaliter mutuastis, de quibus postmodum vobis ab ipsis non extitit in aliquo satisfactum. Quare nobis humiliter supplicastis ut, cum prefati Jacobus et Petrus de cardinalatu depositi et beneficiis ecclesiasticis sententialiter sint privati, vobis censuum Sicilie et Anglie regnorum partes que illos, dum in cardinalatu essent constituti officio, contingebant, in satisfactionem debitorum de speciali concedere gratia dignaremur. —

Eorum precibus indulgetur.

Dat. apud Urbemveterem, III kal. augusti, anno tertio.

In e. m. *dilecto filio .. apostolice sedis camerario.*

Ut predictas partes censuum Sicilie et Anglie eis faciat liberari.

Dat. ut supra.

1941 (CCLXXXVI) Orvieto, 31 juillet 1297.

Notificatio mutui. (fol. 262.)

Dilectis filiis magistro Raynerio de Vichio, capellano nostro, Lichefeldensis, et Lante Guidonis, Pistoriensis, ac Bartholo Massii, Bononiensis, ecclesiarum canonicis. Exponente nobis —.

Quod de mutuo mille marcharum argenti cujus contrahendi auctoritatem receperat Gundisalvus archiepiscopus Toletanus a Marcho Jacobi Ammannati Vanni Arrighoni, Paulo Spine, pro se, Martino et Meo Jacobi Ammannati, Nese et Tetto Bartholomei Ammannati, Johanne Bandini Ammannati, et Dino Johannis, Jacobo et Lante Agolantis, et Philippo Johannis Franchi, Guotio Guelfi, Ademario Rogerii, et Johanne Johannis Franchi de societate Ammannatorum, civibus et mercatoribus Pistoriensibus, septingentas marchas recepit.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. augusti, anno tertio.

Orvieto, 18 octobre 1297.

In e. m. *eisdem pro eodem.*

Idem per totum salvis creditorum nominibus qui sunt ibi Paulus Spine pro se, Marchus Jacobi Ammannati Vanni Arigoni, Martinus et Meus Jacobi Ammannati, etc., *usque in finem*.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. novembris, anno tertio.

1942 (CCLXXXVII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Collatio. (fol. 262 v°.)

Dilectis filiis .. preposito Lausanensis et magistro Octaviano de Placentia, litterarum contradictarum nostrarum auditori, canonico Suessionensis ecclesiarum, ac .. officiali Lincolniensi. Viros litterarum scientia —.

Ut Theobaldum, germanum nobilis viri comitis Barri Ducis, in corporalem possessionem inducant canonicatus, prebende et thesaurarie quos in ecclesia Eboracensi quondam obtinebat Johannes de Columpna, qui fratri suo in scismate adhesit et omnibus beneficiis suis privatus fuit, non obstante quod dictus Theobaldus in Remensi, Parisiensi, Lincolniensi, Leodiensi, Belvacensi, Trecensi, Virdunensi et Tullensi ecclesiis canonicatus et prebendas, et parrochialem ecclesiam de Pagavaham obtinet, et jus habet in canonicatibus Metensis et Cenomanensis ecclesiarum; nec in predicto beneficio idem Theobaldus facere residentiam teneatur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. augusti, anno tertio.

In e. m. .. *dilecto filio Theobaldo, germano dilecti filii nobilis viri comitis Barri Ducis, canonico et thesaurario ecclesie Eboracensis.* — Dat. ut supra.

1943 (CCLXXXVIII) Orvieto, 8 juillet 1297.

Remissio et dispensatio. (fol. 262 v°.)

Eidem. Nobilitas generis —. Sane petitio tua nuper exhibita continebat quod olim post generale concilium Lugdunense novissime celebratum, archiepiscopali tunc sede Cantuariensi vacante, carissimus in Christo filius noster E. rex Anglie illustris, qui, tempore vacationis ejusdem sedis, ratione regalium que tunc tenet, beneficia ecclesiastica vacantia ad collationem archiepiscopi Cantuariensis spectantia de consuetudine confert, parochialem ecclesiam de Pagavahan Cantuariensis diocesis tunc vacantem, ad collationem ipsius archiepiscopi pertinentem, tibi in subdiaconatus ordine constituto contulit tunc absenti, et alium per te de ipsa ecclesia investivit, et fecit in ejus corporalem possessionem induci, tuque credens ratione ipsius ecclesie ad susceptionem superiorum ordinum juxta constitutionem in prefato concilio super hoc editam non teneri, pro eo quod dicebatur fore dicto regi ab apostolica sede indultum quod clerici ejusdem regis, cujus clericus existebas, beneficia curam animarum habentia obtinentes, predictos ordines suscipere minime tenerentur, te non fecisti ad ipsos ordines promoveri, triennio jam elapso, sicque dicta ecclesia post annum a tempore collationis tibi de illa facte per memoratum regem de jure creditur vacavisse. Sed tu nichilominus ecclesiam retinuisti et adhuc retines supradictam, fructus percipiens ex eadem.—

Ei de novo prefata confertur ecclesia, non obstantibus beneficiis que obtinet; ipse autem infra quinquennium teneatur superiores ordines suscipere.

Dat. apud Urbemveterem, VIII id. julii, anno tertio.

1944 (CCLXXXVIIII) Orvieto, 27 juillet 1297.

Collatio. (fol. 263.)

Dilecto filio magistro Johanni de Capriaco canonico et archidiacono Rothomagensi. Personam tuam —.

Ei transferuntur canonicatus et archidiaconatus quos in ecclesia Rothomagensi obtinebat Thomas de Montenigro, Jacobi et Petri de Columpna capellanus, qui, eis in scismate adherens, omnibus beneficiis suis privatus fuit, non obstante quod archidiaconatum Droceusem in Carnotensi, et in ea ac in Parisiensi et Tornacensi ecclesiis prefatus Johannes canonicatus et prebendas obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. augusti, anno tertio.

In e.m. .. *decano Pictavensis et .. archidiacono de Pontivo Ambianensis ac .. capicerio Sancti Mederici Parisiensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

1945 (CCLXXXX) Vatican, 29 janvier 1297.

Ordinatio. (fol. 263.)

Dilectis filiis universis hominibus et comunitati castri Penne Sancti Johannis Firmane diocesis. Sinceritas devotionis —.

Ut, sub jurisdictione presidatus fluminum Tempne et Tempnacule aliquatenus collocati per Gentilem de Sangro rectorem

1. *Vide in n°* 1942.

Marchie Anconitane, sub generali jurisdictione rectorum predicte Marchie revertantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII kal. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24462.)

1946 (CCLXXXXI)

Forma assignandi palleum [pro archiepiscopo Tarantasiensi].

1947 (CCLXXXXII)

Forma juramenti [pro archiepiscopo Tarantasiensi].

1948 (CCLXXXXIII) Vatican, 11 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 263 v°.)

Dilecto filio Berengario de Negaria rectori ecclesie de Tertiola Barchinonensis diocesis. Sedis apostolice —.

Cum interdictum, cui suppositum fuit dudum regnum Aragonie, non servans, capellam Bernardi Martini Barchinonensis adeptus erit et per duodecim annos retinuerit, dispensatur cum eo ut perceptos fructus licite retinere possit, et prefatam capellam cum ecclesia de Tertiola custodiat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V id. martii, anno tertio.

1949 (CCLXXXXIIII) Orvieto, 23 juillet 1297.

Notificatio. (fol. 264.)

Dilecto filio B. electo Tarentasiensi. Presentato nobis —.

Quod eum consecrandi munus episcopis Augustensi, Gebennensi et Maurianensi committitur et pallium ad eum deferendi Johanni, priori de Marzoc, et Johanni de Rognay, canonicis Tarentasiensibus.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. augusti, anno tertio.

In e. m. .. *venerabili fratri episcopi Maurianensi.* — Dat. ut supra.

1950 (CCLXXXXV) Vatican, 31 janvier 1297.

Confirmatio privilegiorum pro Hospitali S. Johannis Jerosolimitani.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectis filiis fratribus Hospitalis Jerosolimitani fuerit a predecessoribus nostris indultum ut semel in anno recipiantur in ecclesiis ad elimosinas colligendas, quidam vestrum avaritie ardore succensi, confratrias suas confratrie illorum eadem die in ipsorum adventu proponunt, et sic fratres ipsi confusi aut nichil exinde aut modicum consequuntur. Quia igitur hoc indecens est et in contemptum Dei et ecclesie Romane redundat, predecessorum nostrorum vertigiis inherentes, universitati vestre per apostolicas litteras precipiendo mandamus quatenus, cum fratres ipsi ad loca vestra pro elimosinis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem et honeste tractantes, ipsos in ecclesiis vestris ammonere populum et elemosinas libere querere permittatis, confratrias vestras quas facere potestis cotidie ipsorum confratriis, que semel in anno fuerint, nullatenus preponentes, ne occasione illarum elemosine pauperum Christi depereant et impediantur opera pietatis. Sane quoniam a nostris predecessoribus est statutum ut nemo excommunicet fratres ipsos vel ipsorum oratoria interdicat sine mandato sedis apostolice speciali, presentium vobis auctoritate precipimus ut ipsos excommunicare aut eorum ecclesias interdicere nullatenus presumatis. De parochianis autem vestris, qui domos illorum invadunt per violentiam vel infringunt, aut indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, et tam deposita quam res diripiunt eorumdem, — tam districtam eis justitiam faciatis, ita jura eorum defendere ac manutenere curetis quod ipsi ad nos pro defectu justitie sepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obedientiam vestram debeamus merito commendare, vosque [1] beneficiorum, que in sancta domo illa fiunt, participes existatis. Preterea liberas et absolutas personas, que se domui eorum in sanitate vel infirmitate reddiderint, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis nec ipsos super hoc temptetis aliquatenus impedire. Illud autem non mediocriter movet nos nec modicum ecclesie derogat honestati, quod quidam vestrum, contra institutionem sanctorum patrum in Turonensi concilio editam, fratrum ipsorum corpora cum decedunt nolunt sine pretio sepelire. Unde, quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientie vobis virtute precipimus ut nullo modo a fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quicquam exigere vel recipere, nisi quod spontanea decedentium liberalitas vel parentum devotio vobis contulerit, attemptetis, sed absque ullo pretio sepeliatis corpora mortuorum. Et si quis hec ulterius attemptaverit, taliter animad-

1. *Ms.* Nosque.

vertatis in eum quod amplius similia non presumat. Ad hec, presentium vobis auctoritate precipimus ne ab eis, contra tenorem privilegiorum apostolice sedis, de nutrimentis animalium suorum sive de ipsis animalibus decimas exigere presumatis. Cum autem oratoria vel cimiteria, secundum quod eis est benefitio privilegiorum ecclesie Romane concessum, duxerint construenda, vos, fratres archiepiscopi et episcopi, eis pro se et familia sua tantum oratoria dedicare et cimiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum contra tenorem privilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenus vel turbare. De cetero quoque fratres hospitalis Jerosolimitani in vestris episcopatibus constitutos, qui crucem et suum habitum deponentes per illecebras seculi et vitiorum abrupta vagantur, et illos etiam, qui prioribus suis contumaces et rebelles existunt et balivas contra voluntates ipsorum detinent, moneatis instanter, et pro vestri officii debito compellatis ut, habitum depositum resumentes, in obedientia prelatorum suorum devote ac humiliter perseverent et balivas sive alia officia per violentiam nullo modo detinere presumant. Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Preterea quicumque de facultatibus sibi collatis a Deo fratribus subvenerit Hospitalis et in tam sancta fraternitate statuerint se collegas eisque benefitia persolverint annuatim, eis de beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, septimam partem injuncte penitentie relaxamus. Apostolica quoque auctoritate, ob reverentiam ipsius venerabilis domus, statuimus ut hiis qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsan ecclesie ad quas pertinent a divinis fuerint officiis interdicte ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti ac etiam publice usurarii. Volumus autem ut liceat eis confratres suos, quos ecclesiarum prelati apud ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti aut etiam publice usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias Hospitalis et oblationes, tam pro eis quam pro aliis qui in eorum cimiteriis requiescunt exhibitas, sine juris alieni prejuditio retinere. Hoc etiam addito ut receptores fraternitatis ejusdem seu etiam collectarum, salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri et nostra protectione consistant. Adicimus insuper ut, si qui eorumdem fratrum qui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ipse a divinis fuerit officiis interdictus, in eorum jocundo adventu semel aperiantur ecclesie annuatim et, excommunicatis et nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur. Salva in omnibus supradictis declaratione concilii generalis. Ad majorem quoque vestre mercedis cumulum nichilominus vobis mandando precipimus, quatenus hanc nostram constitutionem per parochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam ut si qui de clericis ecclesiarum vestrarum prefati Hospitalis fratribus cum licentia prelati et capituli sui sponte ac gratis per annum vel biennium decreverint deservire nequaquam impediantur, et interim sua beneficia non amittant. —

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno tertio.

1951 (CCLXXXXVI) Vatican, 31 janvier 1297.

Eadem de re. (fol. 265.)

Eisdem. Si diligenter attenditis —.

Ut nihil de donis fidelium, seu sanorum seu egrotantium, factis domui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani vendicent; pro parochianis qui in cimiteriis dicti hospitalis elegerint sepeliri, quarta tantum testamenti portione sint contenti; in hiis tandem elemosynis que a sanis et benevolentibus domui prefate conferuntur, nullam exigant proportionem; et ex quarta parte que eis exigenda conceditur, excipiantur semper equi et arma.

Dat. ut supra.

1952 (CCLXXXXVII) Vatican, 7 mai 1297.

Dispensatio. (fol. 265.)

Dilecto filio Ulrico de Coldiz canonico Nuremburgensi. Tue merita devotionis —.

Ut recipere possit canonicatum et prebendam in ecclesia Misnensi, necnon retinere canonicatum quem in ecclesia Nuremburgensi obtinet ac ecclesiam parrochialem Sancti Wenzlay (sic) Nuremburgensis, cujus rector existit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. maii, anno tertio.

(POTTHAST, 24512).

1953 (CCLXXXXVIII) Orvieto, 11 juillet 1297.

Indultum. (fol. 265.)

Dilectis in Christo filiabus Sibilie et Nasille, filiabu quondam Pauli civis Spoletani. Oblata nobis —

Eis conceditur licentia reedificandi domum suam quam frater Angelus de Tuderto inquisitor heretice pravitatis demoliri jusserat.

Dat. apud Urbemveterem, v id. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24542).

1954 (CCLXXXXVIIII) Vatican, 16 mars 1297.

Remissio et dispensatio. (fol. 265 v°.)

Dilecto filio Petro Rosselli canonico Barchinonensi. Sedis apostolice —.

Cum is, non servans interdictum cui fuit nuper regnum Aragonie suppositum, prebendam quam obtinebat in ecclesia Barchinonensi resignavit, et aliam adeptus est quam deinde resignavit, tertiam deinde « hebdomariam » vocatam accepit, cujus fructus, qui ultra valorem annuum quindecim librarum parvorum turonensium non ascendant, per duodecim annos retinuit, cum eo dispensatur ut predictam prebendam et fructus ex ea perceptos licite retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno tertio.

1955 (CCC) Vatican, 28 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 265 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Villanova preposito ecclesie Minoricensis Majoricensis diocesis. Sedis apostolice —.

Cum ecclesiam Minoricensem adeptus, se non fecit infra annum ad sacerdotium promoveri, sed tamen ordinem, anno revoluto, recepit, et ex eadem ecclesia per duos annos et amplius fructus percepit, cum eo dispensatur ut dictos fructus licite retinere possit, insimul cum capellaniis de Campaniano et Sancti Juliani Dalphon ecclesiarum Barchinonensis diocesis et cum quibusdam prestimoniis et pensionibus, atque tandem canonicatu in ecclesia Barchinonensi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. aprilis, anno tertio.

1956 (CCCI) Orvieto, 3 juillet 1297.

Indultum. (fol. 266.)

Venerabili fratri Petro episcopo Anagnino. Devotionis tue —.

Ut habere possit altare portatile.

Dat. apud Urbemveterem, v non. julii, anno tertio.

1957 (CCCII) Orvieto, 5 juillet 1297.

Facultas. (fol. 266.)

Eidem. Licet populus —.

Ut quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxare valeat, quando in civitate sua et diocesi in pontificalibus solemniter celebrabit.

Dat. apud Urbemveterem, III non. julii, anno tertio.

1958 (CCCIII) Orvieto, 24 juin 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 266.)

Venerabili fratri Guillelmo episcopo Mimatensi. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam trium milium librarum turonensium mutuum contrahere possit.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. augusti, anno tertio.

1959 (CCCIIII) Vatican, 21 mars 1297.

Confirmatio. (fol. 266.)

Venerabili fratri Lopuldo episcopo Bambergensi. Sponso celesti —.

Is, dudum prepositus ecclesie Bambergensis, post mortem Arnoldi episcopi Bambergensis in episcopum per capitulum ecclesie electus, post electionis examinationem confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. aprilis anno tertio.

(POTTHAST, 24488.)

In e. m. *subdecano et capitulo ecclesie Bambergensis.*
In e. m. *clero civitatis et diocesis Bambergensis.*
In e. m. *populo civitatis et diocesis Bambergensis.*
In e. m. *universis vasallis ecclesie Bambergensis.*
In e. m. *regi Romanorum illustri.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24489.)

1960 (CCCV) Orvieto, 22 juin 1297.

Commissio. (fol. 266 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Prosperi Reginensis, et .. archidiacono Bononiensis ac .. preposito Parmensis ecclesiarum. Exposuerunt nobis —.

Inducant sorores S. Petri Martyris ordinis Predicatorum Reginenses ad vendendum quasdam possessiones fratribus ordinis Minorum Reginensibus.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24534.)

1961 (CCCVI) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio et absolutio. (fol. 267.)

Dilecto filio Raymundo de Abbadia clerico Uticensis diocesis. Probitatis tue merita —.

Cum ecclesiam S. Nicolai de Bellopodio Uticensis diocesis post concilium Lugdunense receperit, nec se fecerit infra annum ad sacerdotium promoveri, atque per sex annos perceperit fructus dicte ecclesie quam tandem dimisit, ei conceditur ut sine macula fructus perceptos conservare possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1962 (CCCVII) Vatican, 27 avril 1277.

Indultum. (fol. 267.)

Venerabili fratri Wolrado episcopo Brandeburgensi. Exigentibus tue devotionis —.

Ut violata diocesis sue loca sancta per alios reconciliari faciat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. maii, anno tertio.

1963 (CCCVIII) Vatican, 26 mai 1297.

Dispensatio. (fol. 267.)

Dilectis filiis nobilibus viris Andree Gello et Symoni quondam Jacobutii civibus Spoletanis. Exposita nobis —.

Cum eis dispensatur ut, etsi pater et avus eorum, Jacobutius et Philippus, crimine hereseos respersi fuerint et filii et nepotes istorum, ista causa, ad obtinenda beneficia ecclesiastica inhabiles sint, eorum filii assequi et retinere beneficia licite possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII kal. junii, anno tertio.

1964 (CCCVIII) Orvieto, 11 juillet 1297.

Dispensatio natalium. (fol. 267.)

Dilecto filio Manenti, [nato] *Hugolini de Trevis militis, clerico Spoletano.*

Ut, non obstante defectu natalium quem patitur de conjugato natus et soluta, et consideratione nobilis viri Johannis avi sui, possit ad minores ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium recipere, cui non immineat cura animarum.

Dat. apud Urbemveterem, v id. julii, anno tertio.

1965 (CCCX) Vatican, 1er mai 1297.

Absolutio ad cautelam. (fol. 267.)

Dilecto filio magistro Helie de Malomonte canonico Engolismensi. Meruit tue devotionis —.

Ei conceditur absolutio ad cautelam, si quamdam incurrerit interdicti vel excommunicationis sententiam occasione processus facti in negotio decanatus Engolismensis ecclesie pro parte Henrici dicti Mascace ecclesie predicte decani.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. maii, anno tertio.

1966 (CCCXI) Orvieto 9 juillet 1297.

Indultum. (fol. 267 v°.)

Dilecto filio Phylippo, primogenito dilecti filii nobilis viri Roberti comitis Atrebatensis, crucesignato. Magne devotionis affectus —.

Ut ydoneum, quem voluerit, possit eligere confessorem, qui vota ejus, Jerosolimitano et religionis exceptis, in alia pia opera commutandi potestatem habeat.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. julii, anno tertio.

1967 (CCCXII) Orvieto, 9 juillet 1297.

Pro eodem. (fol. 267 v°.)

Eidem. Personam tuam —.

Ut non possit sine speciali mandato per litteras apostolicas excommunicari.

Dat. ut supra.

1968 (CCCXIII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 267 v°.)

Venerabili fratri Petro episcopo Constantinopolitano. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam mille quingentorum florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. augusti, anno tertio.

1969 (CCCXIIII) Vatican, 12 février 1297.

Facultas presentandi. (fol. 267 v°.)

Dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolomitani. Meritis vestre —.

Ut ad ecclesias ad ipsos spectantes, cum illas vacare contingat, possint presbyteros ydoneos sui ordinis presentare, quos diocesani episcopi admittere teneantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. februarii, anno tertio.

1970 (CCCXV) Orvieto, 3 août 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 267 v°.)

Dilectis filiis Fredolo preposito Massiliensis et Hugolino de Marsciano archidiacono Alnitiensi, Xanctonensis, ac Bertholdo, Vulterane, ecclesiarum [*canonicis*]. Exposuit pridem —.

Ut, nomine prioris claustralis et capituli ecclesie Tholosane, possit Arnaldus Rogerii, prepositus dicte ecclesie, usque ad summam trium milium librarum turonensium mutuum contrahere a Raynerio de Abbatibus et Marco ejus filio, mutuantibus pro se et aliis mercatoribus Florentinis de societate Raynutii et Johannis Bacharelli de Florentia, nec ad id requiri debeat assensus Ysarni de Sancto Paulo, ejusdem ecclesie cancellarii, nunc excommunicationis vinculis innodati. (Cf. cap. CCLXIII.)

Dat. apud Urbemveterem, III non. augusti, anno tertio.

1971 (CCCXVI) Orvieto, 27 juin 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 268.)

Venerabili fratri archiepiscopo Magdeburgensi. Ex parte dilecti —.

Quod cum Wernero comite de Vredeberge dispensare possit, qui matrimonium per verba de presenti contraxit cum Heylevirge, nata Ottonis comitis de Oldemborch, que quondam Agnetem olim ipsius Werneri uxorem quarto consanguinitatis gradu contingebat, et ex ea plures filios procreavit, ita ut licite in contracto matrimonio remaneat.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. julii, anno tertio.

1972 (CCCXVII) Orvieto, 27 juin 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 268.)

Eidem. Ex parte dilecti —.

Ut cum nobili viro Riccardo de Alsleve, dapifero ecclesie Magdeburgensis, dispensare possit super facto matrimonii quod, ad sedandas inimicitias, per verba de presenti contraxit cum Lucharda, nata Walteri de Rosemborch, que quondam Odham olim ipsius Riccardi uxorem quarto consanguinitatis gradu contingebat, ita ut licite in contracto matrimonio remaneat.

Dat. ut supra.

1973 (CCCXVIII) Vatican, 26 avril 1297.

Facultas providendi. (fol. 268.)

Venerabili fratri Wolrado episcopo Brandeburgensi. Tuam volentes —.

Ut personis ydoneis de canonicatibus et prebendis, nulli alii debitis, vacantibus in Butzowensi, Zwerinensis diocesis, ac in Lubicensi et Zwerinensi, necnon in Corzwicensi Brandeburgensis diocesis ecclesiis, singulis videlicet de singulis, auctoritate apostolica providere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. maii, anno tertio.

1974 (CCCXVIII) Orvieto, 31 juillet 1297.

Ordinatio de hospitalibus Parietum et Fontanelle in Assisio. (fol. 268 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. rectori hospitalis Sancte Marie Asisinatis. Ad hoc nos Deus —. Sane dum levamus in circuitu oculos nostros et terras nobis et ecclesie Romane devotas undique mentis acie contemplamur, ad civitatem Assisinatem devotam et constantem ipsius ecclesie filiam, necnon ad ipsius et alias etiam ecclesias et pia loca civitatis ejusdem, sollicitudinis nostre studia potiori contemplatione dirigimus, et caritatis viscera specialius aperimus ut de congruis ecclesiarum et locorum ipsorum reformatione, statu et augmento provideamus quodamodo (*sic*) singulariter, et salubriter actore Domino disponamus. Cum itaque, sicut ad nostram pervenit notitiam, in hospitali Parietum juxta Assisium de ordine Cruciferorum propter insolentiam personarum sibi prelatarum seu degentium in eodem hospitalitatis antiqua solatia et caritatis unio, in quibus et propter quas fundatum extitit, videantur non solum diminuta, sed quasi etiam jam extinta (*sic*), nos attendentes quod possessiones et bona ipsius jacent indigentibus inutilia et ea consumentibus in peccatum et, quod pejus est, fuerunt interdum et esse possunt, sicut verisimiliter dubitatur, civibus et personis Assisii[1] turbationis fomes et materia scandalorum, considerantes quoque tuorum, frater episcope, modicitatem proventuum, qui, cum tua sit inter alias illarum partium cathedrales ecclesias honorabilis et solemnis, nimis existunt tenues et exiles, quodque tu, fili[2] rector, non potes juxta desiderium et decentiam civitatis predicte, confluentibus ad commissum tibi hospitale Sancte Marie et ab Assisinate[3] communi constructum pauperibus subvenire, ac propterea cupientes super hiis de oportuno et salubri remedio providere, hospitale predictum Parietum, necnon hospitale sive domum Fontanelle ejusdem ordinis, cum omnibus domibus, officinis, possessionibus, proventibus, juribus, bonis et pertinentiis suis, tibi et mense tue ac successorum tuorum, frater episcope, ac prefato hospitali Sancte Marie et tibi, fili rector, et successoribus tuis pro eodem hospitali Sancte Marie, ob divine pietatis intuitum, episcopalis dignitatis honorem predicteque civitatis amorem, auctoritate apostolica de speciali gratia deputamus; rectores et personas eorumdem hospitalis sive domus Fontanelle, quocunque nomine censeantur, ex nunc exinde penitus amovemus, per nos vel auctoritate nostra in aliis locis ejusdem ordinis, prout expedire videbimus, collocandos, nichil omnino ibidem personis dicti ordinis Cruciferorum vel ipsi ordini reservando. Eadem vobis auctoritate nichilominus concedentes quod tu, frater episcope, medietatem dictorum proventuum, jurium et bonorum pro mensa tua, tu vero, fili rector, medietatem residuam eorumdem pro hospitali predicto Sancte Marie sine contradictione cujuspiam, ex nunc libere usibus vestris et dictorum mense et hospitalis Sancte Marie applicare, accipere et percipere valeatis. Ut autem in ipsis hospitali Parietum et hospitali sive domo Fontanelle, divinum non negligatur obsequium, volumus quod de illorum proventibus pro aliquibus clericis instituendis ibidem, per te tuosque successores, frater episcope, in illis decenter perpetuo servituris congrua portio reservetur, prout tua circumspectio noverit expedire, ex qua iidem clerici comode valeant substentari. Non obstantibus, etc. Dat. apud Urbemveterem, II kal. augusti, anno tertio.

1. *Ms.* Asisii.
2. *Ms.* filii.
3. *Ms.* Asisinate.

In. e. m. *Dilectis filiis .. majoris ecclesie Assisinatis et .. Sancti Salvatoris de Collematio prioribus, Assisinatis* [1] *diocesis, ac Hugutioni Raynaldi canonico Assisinati.*

Ut predictos episcopum et rectorem in corporalem possessionem inducant hospitalis sive domus Fontanelle, domorum, officinarum, possessionum, jurium et pertinentiarum predictorum.

Dat. ut supra.

1975 (CCCXX) Vatican, 27 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 269.)

Dilecto filio Ferrario de Benavarra rectori ecclesie de Gudal Ilerdensis diocesis. Sedis apostolice —.

Cum is, ecclesiam de Gudal curam animarum habentem post concilium Lugdunense adeptus, se non fecerit infra annum ad sacerdotium promoveri, et eam per tredecim annos contra canones retinuerit, cum eo dispensatur ut fructus perceptos et ecclesiam prefatam una cum portione perpetua in ecclesia de Bonavayra licite retinere possit, dummodo infra annum se faciat ad sacerdotium promoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. aprilis, anno tertio.

1. *Hic et infra.* Asisinatis.

1976 (CCCXXI) Orvieto, 11 juin 1297.

Indulgentia. (fol. 269.)

Dilectis filiis preposito et capellano ecclesie Sancte Marie Celsonensis ordinis sancti Augustini Urgellensis diocesis. Licet is de cujus —.

Omnibus qui penitentes et confessi ecclesiam eorum in honorem beate Marie fundatam in anniversario die dedicationis ecclesie et singulis beate Marie et sancte Catharine festivitatibus necnon per octo dies illas festivitates sequentes visitaverint, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. apud Urbemveterem, III id. junii, anno tertio.

1977 (CCCXXII) Vatican, 24 février 1297.

Consultatio de hereditate regni Sicilie. (fol. 269.)

Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri. Incumbit nobis —.

De ordine successorio ad regnum Sicilie consultatio per quam statuitur ut de liberis maribus in eodem gradu per camdem lineam concurrentibus primogenitus, et de duabus feminis primogenita, et de mare et femina in eodem gradu similiter concurrentibus masculus omnibus aliis preferatur, intelligatur vero primogenitus et heres qui, post prefati regis mortem, prior gradu et major natu reperiatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. martii, anno tertio.

(POTTHAST, 24473.)

1978 (CCCXXIII) Orvieto, 4 août 1297.

Commissio relaxandi. (fol. 269 v°.)

Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum de Arimino. More pii patris —.

Ut libere abire sinant quemdam Galasinum filium Cignatte de Parcitatibus quem eis custodiendum tradiderat Maximus de Piperno, rector Romaniole provincie.

Dat. apud Urbemveterem, II non. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24555.)

1979 (CCCXXIIII) Vatican, 8 avril 1297.

Indulgentia. (fol. 269 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite perennis —.

Omnibus qui ecclesiam Sancti Vincentii martyris de civitate Oscensi devote visitaverint annuatim in singulis ipsius sancti festivitatibus et per octo dies illas festivitates sequentes, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. aprilis, anno tertio.

1980 (CCCXXV) Orvieto, 1er août 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 269 v°.)

Venerabili fratri episcopo Lascurrensi. Petitio dilecti —.

Ut cum Arnaldo de Gerzerest domicello et Aunoos (*sic*) de Andoniis, qui, nescientes se quarto consanguinitatis gradu junctos esse, matrimonium contraxerant, dispensare possit, ita ut in contracto matrimonio licite remaneant.

Dat. apud Urbemveterem, kal. augusti, anno tertio.

1981 (CCCXXVI) Orvieto, 28 juillet 1297.

Approbatio et indulgentia. (fol. 270.)

Universis Christi fidelibus per Parmensem civitatem et diocesim constituti. Christiana religio —. Laudamus itaque plurimum in Domino laudabilem consuetudinis morem quem, sicut accepimus, in civitate Parmensi fidelium pia devotio introduxit, elemosinarias videlicet collectiones per devotos viros diebus fieri constitutis, que in pauperes civitatis ejusdem, quibus pudor est pro conditione sua mendicata victus postulare suffragia, secretius erogantur —.

Sese igitur prebeant ad collectores benignos, et eorum benefactoribus, penitentibus et confessis, unus annus et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxentur.

Dat. apud Urbemveterem, V kal. augusti, anno tertio.

1982 (CCCXXVII) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 270.)

Dilecto filio Arnaldo de Lagustaria rectori ecclesie de Ascone Dertusensis diocesis. Sedis apostolice —.

Ut ecclesiam de Ascone, etsi post ejus assecutionem se non fecerit infra annum ad sacerdotium promoveri, possit, nunc ordine recepto, licite retinere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1983 (CCCXXVIII) Vatican, 27 janvier 1297.

Remissio fructuum. (fol. 270 v°.)

Dilecto filio Bernardo de Cerono rectori ecclesie de Castro Asinorum Ilerdensis diocesis. Dum tua laudabilia —.

Cum is, excommunicationis sententia generali per violationem interdicti cui regnum Aragonie suppositum fuit innodatus, ecclesiam de Castro Asinorum curam animarum habentem receperit, nec se fecerit infra annum ad sacerdotium promoveri, ei indulgetur ut fructus perceptos et ecclesiam ipsam licite retinere possit, dummodo resideat in eadem et se faciat infra annum ad sacerdiotum promoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. februarii, anno tertio.

1984 (CCCXXVIIII) Orvieto, 21 juillet 1297.

Sententia. (fol. 270 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Radices gentium superbarum arefecit Deus et sapientia que vincit malitiam contra veteres calliditatis astutias non indigne novit exquirere vias novas. Non enim subditorum malitia vinceretur nisi superiorum auctoritas et sciret et posset sua virtute iniquitates irrumpere, diversa remedia contra fraudes et scandala, prout personarum, rerum et temporum qualitas exigit apponendo. Nos quidem accepimus quod quedam campestris ecclesia regularis vel secularis, que forsan prioratus vel monasterium olim fuit ordinis sancti Benedicti, que dicitur ecclesia sancti Terentiani sita in districtu seu territorio vel pertinentiis castri Montis Casuli seu loco vicino eidem Balneoregensis diocesis, ad monasterium Sancti Silvestri de Capite de Urbe spectans, certum habet territorium sive tenimentum, in cujus ecclesie possessionibus seu tenimento vel terris seu loco ad ecclesiam ipsam spectantibus olim, dum adhuc quondam Johannes de Columpna viveret vel post obitum ejus, edificata extitit quedam munitio sive castrum que vel quod Columpna vulgariter vocabatur, que per Jacobum et Petrum de Columpna, olim sancte Romane ecclesie diaconos cardinales et filios dicti Johannis, aliquem vel aliquos eorumdem, aut pro eis, aliquo vel aliquibus ipsorum tenebatur, seu per dictum monasterium Sancti Silvestri de Capite vel pro ipso. Cum igitur dictos Jacobum et Petrum, exigentibus eorum demeritis atque culpis, ex rationabilibus causis moti, de fratrum nostrorum consilio, a cardinalatu duxerimus deponendos et privandos perpetuo omni cardinalatus comodo et honore, et tam ipsorum Jacobi et Petri quam filiorum omnium dicti Johannis, fratris prefati Jacobi et patris Petri predicti, et natorum filiorum ipsorum, jura, bona immobilia et stabilia atque mobilia omnia confiscanda duxerimus et etiam publicanda; quicquid juris, proprietatis, possionis, detemptionis vel quasi, aut ratione juris patronatus, aut ex concessione vel donatione felicis recordationis Honorii vel Nicolai IIII, quorumvis Romanorum pontificum predecessorum nostrorum vel dictorum monasterii seu ecclesie, vel ex quocumque contractu vel quasi contractu locationis, infeudationis, alienationis, obligationis, vel ex quibusvis cessionibus, permutationibus, concessionibus, modis, titulis sive causis quomodolibet dictis Jacobo et Petro Johannis, ejus filiis et natis eorum, alicui vel aliquibus eorumdem competiit, competit vel competere potest in prefatis ecclesia seu monasterio sancti Terentiani, territorio, tenimento seu loco, possessionibus atque terris ad ipsam ecclesiam seu monasterium sancti Terentiani pertinentibus vel spectantibus, et specialiter in loco qui Columpna vel castrum Columpne vulgariter dicebatur, quod castrum seu quam Columpnam dirui fecimus ne forbannitorum et malefactorum et specialiter dictorum Columpne fauctorum (*sic*) et sequatium concursus haberetur ad ipsa, neve tales persone receptarentur in eis, penitus revocamus, et omnia etiam privilegia, donationes, concessiones, cessiones et permutationes facta predictis Jacobo et Petro Johannis, ejus filiis et natis eorum, a quibuscumque predecessoribus nostris vel ab apostolica sede, vel a dicto monasterio [Sancti] Silvestri, de dicta ecclesia seu monasterio sancti Terentiani, vel ab aliis quibuscumque ad utilitatem et comodum predictorum Jacobi et Petri Johannis, filiorum ejus atque natorum ipsorum, litteras et instrumenta super eis, confecta cassamus, vacuamus, irritamus, cassa, vacua et irrita nuntiamus. Insuper monasterium Sancti Sil-

vestri, abbatissam et conventum et personas ejusdem, ex certis causis que rationabiliter animum nostrum movent, omni jure et jurisdictione quomodolibet sibi in dicta ecclesia seu monasterio sancti Terentiani, ejus territorio vel districtu, possessionibus, terris et locis, bonis, juribus et pertinentiis ad ipsa monasterium seu ecclesiam sancti Terentiani spectantibus, omnino privamus et ea cum omnibus juribus et pertinentiis suis Romane ecclesie applicamus; decernentes ut dictum castrum Columpne vel ipsa Columpna nullo unquam tempore rehedificari valeat vel quomodolibet reparari et, si quid in contrarium factum fuerit per quascumque personas, cujuscumque fuerint eminentie, dignitatis, conditionis et status, absque apostolice sedis licentia speciali per ipsius patentes litteras apparente, illud decernimus diruendum, et ex nunc cuilibet illud diruendi et impediendi ut non reedificetur concedimus liberam potestatem. Decernimus quoque ut, nec in ipsa ecclesia nec in aliqua parte territorii, possessionum et pertinentiarum, rerum et bonorum ipsius, turris, rocha, palatium, castrum, villa, munitio, fortellitia aut edificium aliquod quod munitionem quomodolibet sapere possit, fiat, erigatur aut edificetur absque speciali licentia dicte sedis, et, si secus fieri contigerit, quod factum erit decernimus destruendum et, ut ne fiat, a quovis valeat impediri. Statuimus etiam quod monasterium seu ecclesia sancti Terentiani, territorium, possessiones et pertinentie, tenimenta stabilia et immobilia bona predicta in nullum absque dicte sedis auctoritate transferri quovis modo vel titulo valeant, aut alicujus universitatis vel singularium personarum comodis quomodolibet applicari, jurisdictioni, potestati spiritualiter et temporaliter aut ditioni subesse. Nulli ergo, etc., cassationis, vacuationis, irritationis, nuntiationis, privationis, applicationis, constitutionis, concessionis et statuti, etc. Dat. apud Urbemveterem, XII kal. augusti, anno tertio.

1985 (CCCXXX) Orvieto, 23 juillet 1297.

Monitio. (fol. 271.)

Venerabili fratri archiepiscopo Tranensi. Nuper te tunc —.

Ei, de Jadrensi ecclesia ad Tranensem translato et de sacro palleo honorato, precipitur ut humilitatem atque justitiam servet et ecclesiam Tranensem in spiritualibus et temporalibus augmentet.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. augusti, anno tertio.

1986 (CCCXXXI) Vatican, 15 mars 1297.

Remissio fructuum. (fol. 271.)

Dilecto filio Ferrario de Sala rectori ecclesie Sancte Marie de Falgueralis Vicensis diocesis. Laudabilis conversationis —.

Cum is, dictam ecclesiam adeptus, non se fecerit infra annum ad sacerdotium promoveri, fructus per sex annos perceptos et eamdem ecclesiam licite retinere possit, dummodo ordinem infra annum recipiat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

1987 (CCCXXXII) Vatican, 15 mars 1297.

Remissio fructuum. (fol. 271 v°.)

Dilecto filio Olivario de Gamdella rectori ecclesie Sancte Eugenie de Berga Vicensis diocesis. Per laudabilis conversationis —.

De Sancte Eugenie ecclesia ut in precedenti pro ecclesia Sancte Marie de Falgueralis.

Dat. ut supra.

1988 (CCCXXXIII) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 271 v°.)

Dilecto filio Pontio de Villamuro canonico Gerundensi. Sedis apostolice. —

Ut canonicatus et prebendas quos in Gerundensi, Vicensi et Jacensi ecclesiis, non obstante regni Aragonie interdicto, recepit et per duos annos et amplius retinuit, consideratione J. Aragonum regis cujus consanguineus existit, cum fructibus perceptis licite retinere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

1989 (CCCXXXIIII) Vatican, 6 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 271 v°.)

Dilecto filio Raynundo de Vilalta rectori ecclesie Sancte Martini de Pertagata Barchinonensis diocesis. Apostolice sedis —.

Cum is, vicesimum quintum annum attingens et ad sacerdotium non promotus, prefatam ecclesiam adeptus sit, et eam, per viginti duos annos sic retinuerit, postmodum vero se faciens

ad sacerdotium promoveri, ei conceditur uteamdem ecclesiam licite retineat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. martii, anno tertio.

1990 (CCCXXXV) Orvieto, 12 juillet 1297.

Commissio confirmandi. (fol. 271 v°.)

Venerabili fratri .. archiepisco et dilectis filiis .. archipresbytero ac .. archidiacono Mediolanensibus. Debitum officii —.

Ut Alegrantiam de Balbis, monialem monasterii Sancti Ambrosii de Carugate ordinis sancti Benedicti, electam in abbatissam monasterii Sancti Nazarii ejusdem ordinis Mediolanensis diocesis per conventum prefati monasterii, si electionem canonice factam et dictam Alegrantiam ad regimen monasterii prefati habilem invenerint, in abbatissam confirment. Si vero illam inhabilem et indignam reperierint, aliam personam ydoneam in abbatissam preficiant.

Dat. apud Urbemveterem, IIII id. julii, anno tertio.

1991 (CCCXXXVI) Orvieto, 27 juillet 7297.

Revocatio exemptionis. (fol. 272.)

Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis —.

Dispositio qua Gualterus episcopus Nigropontensis, occasione guerrarum tunc ortarum, a jurisdictictione .. Constantinopolitani patriarche necnon et .. Atheniensis archiepiscopi eximebatur, omnino revocatur, intuitu multorum gravium et enormium que commisit prefatus episcopus, « propter quod non levia dissensiones, turbationes et scandala, que sicut asseritur jugiter invalescunt, inter Latinos et Grecos illarum partium sunt exorta —. »

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. augusti, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. Atheniensi* [*archiepiscopo*].

Ut revocationem predictam, in locis de quibus expedire viderit, publice nuntiari studeat.

Dat. ut supra.

1992 (CCCXXXVII) Orvieto, 18 juillet 1297.

Concessio monasterii. (fol. 272 v°.)

Dilectis filiis .. priori et conventui monasterii Montis Rubei per priorem soliti gubernari ordini sancti Guillelmi Parisiensis diocesis. Quia ex apostolici —.

Eis in civitate Parisiensi, a qua monasterium Montis Rubei remotum existit, pro fratribus eorum in theologie facultate studentibus conceditur domus beate Marie matris Christi, in quo tantum remanent prior et tres fratres ordinis beate Marie de Monte Viridi.

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24545.)

1993 (CCCXXXVIII) Orvieto, 29 juillet 1297.

Confirmatio concessionis. (fol. 272 v°.)

Dilecto filio Johanni dicto Ulegard, monasterii sancti Winnoci monacho Bergensis, ordinis sancti Benedicti Morinensis diocesis. Ex tenore petitionis —.

Confirmatur concessio quam ei fecit Petrus, abbas prefati monasterii, de curti seu domo de Killem ac de mora de Onthem dicte Morinensis diocesis ad idem monasterium spectantibus,ita ut studio theologie insistens per quinquennium possit retinere predictas.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. augusti, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. decano Morinensis et .. preposito Furnensis ac magistro Johanni de Caserta canonico Sancti Audomari Morinensis diocesis ecclesiarum.*—Dat.ut supra.

1994 (CCCXXXVIIII) Orvieto, 6 juillet 1297.

Citatio. (fol. 273 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Chimensi. Omnibus Christi fidelibus —.

Ut Albertum ducem Austrie personaliter ad curiam citet super gravaminibus ecclesie Salseburgensi ab eo illatis.

Dat. apud Urbemveterem, II non. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24537.)

1995 (CCCXL) Orvieto, 13 août 1297.

Executoria mutui. (fol. 273 v°.)

Dilectis filiis Ugolino de Marsciano [archidiacono] Alniciensi, Xanctonensis, et Nicolao de Neapoli, Messanensis, archidiaconis, ac Bertholdo de Labro canonico Wulterane ecclesiarum. Exposuit pridem —.

Super facto mutui duorum milium librarum turonensium parvorum, cujus contrahendi potestatem habuerunt prior claustralis et capitulum ecclesie Tholosane per Arnaldum prefate ecclesie prepositum et procuratorem eorum a quibusdam mercatoribus Florentinis,pro securitate mutuantium declaratur quod, nisi prior et conventus terminis statutis pecuniam restituerint, incurrent ipso facto excommunicationis et interdicti sententias et debebunt personaliter in curia comparere.

Dat apud Urbemveterem, id. augusti, anno tertio.

In e. m. *scribitur pro eodem dilectis filiis Fredolo preposito Massiliensis et Hugolino de Marsciano archidiacono Alniciensi,Xanctonensis,ac Bertholdo de Alabro* (*sic*) *canonico Wulterane ecclesiarum.*

Ut in precedenti pro quodam mutuo usque ad summam trium milium librarum turonensium parvorum.

Dat. ut supra.

1996 (CCCXLI) Orvieto, 18 août 1297.

Confirmatio provisionis. (fol. 274 v°.)

Venerabili fratri P. episcopo Cajacensi. Lecta coram nobis —.

Confirmantur quedam littere, date apud Urbemveterem idibus augusti, Guillelmi S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconi et Gerardi episcopi Sabinensis cardinalium, ex mandato speciali domini pape agentium, quibus prefato Cajacensi episcopo in hoc episcopatu per fratrem Petrum de Murrone olim Celestinum papam V^um collocato ecclesiam Cajacensem noviter committunt.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. septembris, anno tertio.

1997 (CCCXLII) Orvieto, 18 août 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 275.)

Dilectis filiis priori et conventui monasterii Gorgiensis ordinis sancti Benedicti Metensis diocesis. Nuper ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut,cum monasterium vestrum abbatis regimine destitutum bone memorie B. episcopo ac episcopatui Metensi certis ex causis, presertim pro importabili debitorum onere in quibus idem episcopus et Metensis ecclesia nonnullis creditoribus tenebantur, per nostras — litteras concessum extiterit, nosque nuper concessionem hujusmodi, ex qua vobis et eidem monasterio dicebatis grave detrimentum et importabile dispendium imminere,mandav[er]imus revocari dummodo vos duo milia marcharum argenti in quibus episcopus et ecclesia predicti quibusdam mercatoribus Romanis tenebantur eisdem mercatoribus solveretis, contrahendi mutuum usque ad quantitatem mille centum quinquaginta marcharum argenti, pro dictis duobus milibus marcharum dictis mercatoribus persolvendis, sub modis et formis infrascriptis, sine quibus vos putabatis invenire non posse, largiri vobis licentiam dignaremur —.

Ut usque ad istam summam mutuum contrahere possint.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. septembris, anno tertio.

1998 (CCCXLIII) Orvieto, 18 août 1297.

Commissio revocandi. (fol. 275 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Cameracensi et dilectis filiis .. archipresbytero ecclesie Sancti Eustachii de Urbe ac Onoffrio dicto Pape de Treb[i]is canonico Trecensi. Olim ex certis —.

Ut revocent concessionem qua monasterium Gorzense (*sic*) olim bone memorie episcopo Metensi et archiepiscopatui Metensi, propter importabilia debitorum onera, attributum fuerat.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. septembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24564.)

1999 (CCCXLIIII) Orvieto, 29 juillet 1297.

Executoria mutui. (fol. 275 v°.)

Dilectis filiis Fredulo (sic) *preposito Massiliensis ac Hugolino de Marsciano [archidiacono] Alnitiensi, Xanctonensis,ac*

Berthuldo (sic) *de Labro, capellano nostro, canonico Wulterane ecclesiarum.* Exponente pridem —.

Quod de mutuo octo milium florenorum auri, cujus contrahendi Aymo abbas monasterii Sancti Antonii Viennensis diocesis auctoritatem recepit a quibusdam mercatoribus Florentinis, videlicet Raynutio de Abbatibus et Marco ejus filio, Johanne et Rossellino Bacharelli, Albizo et Johanne de Abbatibus, Malfeo Pontii, Jacobo Mathei, Beto Jacobi et Bernardo Raynerii, ac aliis de societate Raynutii de Abbatibus et Johannis Bacharelli, sex milium et ducentorum florenorum auri quantitatem jam ab eis habuit.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. augusti, anno tertio.

2000 (CCCXLV) Vatican, 7 mai 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 275 v°.)

Dilecto filio nobili viro Guillelmo de Tyerno armigero et dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti de Malomonte uxori ejus, Claromontensis et Lemovicensis diocesium. Porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat quod olim parentes tui, fili Guillelme, videlicet nobilis vir Guido, dominus de Tierno, et nobilis mulier Margarita de Volubrio uxor ipsius, plures filios tunc habentes, ac quondam Cathardus prepositus ecclesie de Tierno, frater dicti Guidonis, promiserunt et convenerunt seque juramentis super hoc prestitis — obligarunt magistro Geraldo de Malomonte patruo tuo magno, filia Agnes, sollempniter stipulanti, se ita facturos et curaturos quod primogenitus filius ipsorum Guidonis et Margarete, cum ad etatem aptam matrimonio perveniret, uni ex filiabus quondam Petri de Malomonte patris tui, Agnes predicta, proneptis dicti magistri, quam scilicet idem magister ad hoc eligeret ex eisdem, se matrimonialiter copularet; quondam quoque Stephano eorumdem Guidonis et Margarite primogenito, fratre tuo, Guillelme predicte, ad etatem eandem perducto, nobilis mulier Dyonisia de Malomonte mater tua, Agnes predicta, inrequisito (*sic*) predicto magistro, qui secundum hujusmodi conventiones prehabitas debebat, ut premittitur, eligere cum qua ex filiabus eisdem foret per eundem Stephanum matrimonium contrahendum, banna et proclamationes, secundum patrie consuetudinem, edi fecit, tuo ad id, predicta Agnes, accedente consensu, quod inter te predictam Agnetem et eumdem Stephanum erat matrimonium contrahendum. Dicto vero Stephano hujusmodi proclamationibus — pendentibus viam universe carnis ingresso, vos invicem per verba de presenti matrimonium publice in facie ecclesie contrahentes, illud per subsecutam carnis copulam consumastis —.

Eis dispensatio, requisita ad cautelam, quia dicta Agnes proclamationibus eisdem consenserat, ut in matrimonio licite remanere possint, conceditur.

Dat. apud Sanctum Petrum, non. maii, anno tertio.

2001 (CCCXLVI) Orvieto, 17 juillet 1297.

Sententia confiscationis. (fol. 276.)

Ad perpetuam rei memoriam. Nuper ex justis —.

Cum quidam Paulus Montanarii, cives Romanus et familiaris Jacobi de Columpna olim cardinalis, quedam bona in castro Stimiliani Sabinensis diocesis ejusque territorii in feudum obtineret, que, primum concessa ab Innocente papa IIII° Guillelmo dicto Pietoso, ejus ostiario et familiari, ad Adenulfum presbyterum Guillelmi filium pervenerant, et ab eo predicto Paulo vendita fuerunt; cumque dictus Paulus Columpnensibus scismaticis et rebellibus prestiterit auxilium, presertim Jacobo Sciarre, civitatem Nepesinam in rebellione tenenti, in dicta civitate servierit et adhuc in ea moretur, omnibus bonis que in dictis castro et territorio possidebat privatur.

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. augusti, anno tertio.

2002 (CCCXLVII) Orvieto, 25 juillet 1297.

Licentia. (fol. 276 v°.)

Dilecto filio Gauberto, decano monasterii Cassinensis ordinis sancti Benedicti, decretorum doctori. Cum tibi donum —.

Ut valeat pacifice retinere decanatum Cassinensis monasterii ad quem per abbatem electus fuit dum in eodem monasterio residebat, ad quod ex monasterio Clusino ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis, cujus monachus existit, venerat certa de causa vocatus, abbatis Clusini monasterii assensu minime requisito.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. augusti, anno tertio.

2003 (CCCXLVIII) Orvieto, 5 août 1297.

Dispensatio. (fol. 276 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici comitisse Drocensi Carnotensis diocesis. Quanto majoris —.

Ut duo ejus clerici possint per triennium fructus beneficiorum suorum integraliter percipere, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, nec ad faciendum in eis residentiam teneantur.

Dat. apud Urbemveterem, non. augusti, anno tertio.

In e. m. *decano et .. archidiacono Drocensi ac .. cantori ecclesie Carnotensis.* — Dat. ut supra.

2004 (CCCXLVIIII) Orvieto, 23 juillet 1297.

Suspensio citationis. (fol. 276 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholosano. Jamdudum ad nos fidedignorum insinuatione perlato quod Jordanus de Insula, gerens in votis sub beati Augustini regula gratum impendere Domino famulatum, fuerat a — preposito et capitulo majoris regularis ecclesie Tholosane receptus in canonicum et fratrem et in ecclesia ipsa sub regulari habitu votum professionis emiserat, habitum ipsum per plures annos publice defferendo, quodque quondam Bernardo fratre memorati Jordani processu temporis rebus humanis exempto, idem Jordanus fallaci antiqui hostis suggestione delusus, terrenos opes celestibus preferendo, ut ad patrimonium posset pervenire paternum, deposito habitu regulari, ad laycalia et mylitaria (*sic*) vota dampnabiliter se converterat, et uxorem de facto suscipiens, ex ea filios procreaverat, nonnulla seva et enormia in seculo committendo, ac non attendens etiam quod propter defectum sibi natalium imminentem, quem ex adulterio complexu, ut habebat fidedignorum assertio, patiebatur et patitur procreatus, paterna hereditate reddebatur indignus, mortuo quondam Jordano patre suo, hereditatem ipsam totaliter occupaverat, Bertrando fratre suo orfano de legitimo matrimonio genito et tunc pupillo, ad quem, premissis veris existentibus, in solidum pertinebat, a participio ipsius hereditatis excluso, qui, cum alimenta ab ipso Jordano non darentur, cogebatur et cogitur ea a propinquis et consanguineis mendicare. Et quod ipse Jordanus, in cupiditatis vitium et multiplicum peccatorum puteum periculose demersus, de bonis mobilibus bone memorie B. episcopi Tholosani patrui sui que ad eum tanquam executorem testamenti ipsius episcopi constitutum pervenisse noscebantur et dinoscuntur, usque ad valorem quinquaginta milium librarum turonensium propriis usibus applicans, et ad nonnulla alia bona mobilia ad episcopatum Tholosanum spectantia sacrilegas manus extendens, ea sibi injuriose et dampnabiliter usurpaverat —.

Illis omnibus pro causis prefatus Jordanus infra tres menses coram sede apostolica citatus fuerat; sed, precibus Caroli regis Sicilie, citatio hujusmodi suspenditur.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. augusti, anno tertio.

2005 (CCCL) Orvieto, 17 août 1297.

Collatio. (fol. 277.)

Dilecto filio magistro Alberto Aycelini, nato dilecti filii nobilis viri Guillelmi Aycelini domini Montis Acuti, canonico Carnotensi.

Ei, consideratione patris ejus germani H. Ostiensis episcopi, conferuntur canonicatus et prebenda integra non sacerdotalis in ecclesia Carnotensi, non obstante quod patitur in etate et ordinibus defectum, et quod archidiaconatum de Tornodoro in Lingonensi et sacristiam majorem Sancti Pauli Narbonensis, et in eisdem Sancti Pauli et Lingonensi ac Majori et Sancti Genesii Claromontensis, et in Rothomagensi, Narbonensi, Clas-vensi (?) ac Biliomensi et beate Marie de Ursivalle ecclesiis, Claromontensis diocesis, canonicatus et prebendas, et prioratum Sancti Juliani prope Claromontensem (*sic*), necnon de Sancto Juliano in Minerbesio, et Sancti Stephani de Theatiano ac beate Marie de Ambayrano rurales ecclesias, Narbonensis et Biterrensis diocesium, noscitur obtinere.

Dat. apud Urbemveterem, XVI kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *magistris Andree de Sancto Floro, Claromontensis, et Petro de Bellapertica, Autisiodorensis, ac Petro de Montecello, Dolensis ecclesiarum canonicis.*—Dat. ut supra.

2006 (CCCLI) Orvieto, 21 août 1297.

Facultas. (fol. 277 v°.)

Venerabili fratri Egidio archiepiscopo Narbonensi. Nuper nobis exponere curavisti quod in tua Narbonensi ecclesia, in qua vicenarius vel circiter canonicorum numerus fore dinoscitur, prebende sacerdotales alique non

existunt, licet in ea duo ebdomadarii, non tamen ipsi canonici,habeantur, propter quod divina officia decenter in ipsa celebrari nequeunt ut deberent, super quo per apostolice sedis providentiam oportunum adhiberi remedium implorasti —.

Ut possit in ecclesia sua duas sacerdotales prebendas instituere,non obstantibus, etc; et persone hujusmodi beneficio potite una cum ebdomadariis tam circa quotidianum quam beate Marie ac defunctorum officia se gerere teneantur prout archiepiscopus de capituli consilio duxerit ordinandum.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. septembris, anno tertio.

2007 (CCCLII) Orvieto, 21 août 1297.

Concessio. (fol. 278.)

Eidem. Gerentes in votis —.

Ut in ecclesia Narbonensi a capitulo, vicariis et clericis dicte ecclesie missarum sollempnia de beata Virgine diebus singulis celebrentur, conceditur ut prefatis capitulo, etc. distribui faciat particulariter die qualibet in qua hujusmodi sollempnia celebrabuntur centum et quinquaginta solidos turonensium parvorum seu monete currentis, convertendo in assignationem solidorum predictorum redditus quos a Berengario de Bothonaco domicello in castro de Groyssano Narbonensis diocesis emit.

Dat. ut supra.

2008 (CCCLIII) Orvieto, 13 août 1297.

Facultas. (fol. 278.)

Eidem. Tua nobis fraternitas —.

Ut clericos et laycos de excommunicatione in eos injecta propter violentias in personas ecclesiasticas relevare possit, dummodo clerici excommunicati scienter, non tamen in contemptu clavium, per biennium ab ordinum executione suspendantur, et omnes « injectores manuum » solvant in penitentia quod, veniendo ad sedem apostolicam, essent expensuri.

Dat. apud Urbemveterem, id. augusti, anno tertio.

2009 (CCCLIIII) Orvieto, 13 août 1297.

Facultas. (fol. 278 v°.)

Eidem. Personam tuam —.

Ut in ecclesia cathedrali Narbonensi et collegiata Sancti Pauli recipi faciat in canonicos duas ydoneas personas quas elegerit, duas videlicet in earum singulis.

Dat. ut supra.

2010 (CCCLV) Orvieto, 13 août 1297.

Facultas. (fol. 278 v°.)

Eidem. Personam tuam —.

Ut in Brivatensi, Enaziaci, Tyernensi, Biliomensi, Claromontensis diocesis, et beate Marie de Portu Claromontensi collegiatis ecclesiis, videlicet in earum singulis unam personam ydoneam in canonicum recipi faciat.

Dat. ut supra.

2011 (CCCLVI) Orvieto, 23 août 1297.

Indulgentia. (fol. 278 v°.)

Eidem. Ecclesiarum fabricis— .Cum itaque,sicut nobis exponere curavisti, opus fabrice Narbonensis ecclesie jamdudum incepte intendas perficere opere sumptuoso, et ad tanti consumationem operis, proprie tibi non suppetant facultates —.

Ei conceditur ut omnibus qui devote ad missarum sollempnia que per eum vel aliquem ecclesie predicte canonicum pro animabus illorum qui ad predictum opus manus porrexerint adjutrices, singulis diebus dominicis cujuslibet mensis celebrabuntur, convenerint et elecmosinam dederint, unum annum et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxare valeat.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. septembris, anno tertio.

2012 (CCCLVII) Orvieto, 13 août 1297.

Licentia. (fol. 278 v°.)

Eidem. Meritis tue —.

Ut, quoties in provincia sua aliquam ipsius provincie diocesim visitando ex ea provincia exierit visitatione non completa, possit redire ad illam vel ad aliam ejusdem provincie diocesim accedere prout ei necessarium videbitur.

Dat. apud Urbemveterem, id. augusti, anno tertio.

2013 (CCCLVIII) Orvieto, 13 août 1297.

Facultas. (fol. 279.)

Eidem. Pastoralis officii —.

Ei, ut possit in sue persone et ecclesie injuriatores, molestatores, etc., etiam si pontificali seu regia dignitate prefulgeant, censuram ecclesiasticam auctoritate apostolica exercere, et ipsos etiam absolvere, indulgetur.

— Nolumus autem quod hujusmodi indulgentia ad carissimum in Christo filium nostrum Phylippum regem Francie illustrem et ad suam ac predecessorum suorum consortes et eorum filios ac filias quomodolibet extendatur —. Dat. ut supra.

2014 (CCCLVIIII) Orvieto, 21 août 1297.

Facultas. (fol. 279.)

Eidem. Volentes tuam —.

Ut tribus ydoneis personis officium tabellionatus conferre possit.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. septembris, anno tertio.

2015 (CCCLX) Orvieto, 21 août 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 279.)

Eidem. Libenter illam —.

Ut cum sex clericis, ejus obsequiis insistentibus, qui parrochiales ecclesias obtineat, dispensare valeat ut usque ad quinquennium ad sacerdotium promoveri minime teneantur.

Dat. ut supra.

2016 (CCCLXI) Orvieto, 21 août 1297.

Pro eodem. (fol. 279.)

Eidem. Considerantes eximie —.

Ut personis ipsius propriis sermonibus insistentibus possit duas quadragenas preter ordinaria de injunctis eis penitentiis relaxare.

Dat. ut supra.

2017 (CCCLXII) Orvieto, 23 août 1297.

Pro eodem. (fol. 279.)

Eidem. Exigente tuorum —.

Ut, cum ejus redditus ecclesiastici ad determinatum valorem annuum non ascendant, et interdum plus valeant, ei indulgetur ut tam pro preterito tempore quam pro futuro illam duntaxat de redditibus quantitatem solvat quam predecessores sui solverunt, nisi forte redditus prefatos contigerit augmentari, et tunc ad solutionem ipsorum decime pro quantitate augmenti teneatur.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. septembris, anno tertio.

2018 (CCCLXIII) Orvieto, 21 août 1297.

Confirmatio. (fol. 279.)

Dilecto filio Johanni Aycelini canonico Narbonensi, germano venerabilis fratris nostri H. episcopi Ostiensis. Petitio tua nobis —.

Confirmantur littere quedam Nicolai pape IIII[i], date apud Urbemveterem X kal. junii pontificatus anno quarto, et alie Celestini pape quinti, date Aquile id. septembris pontificatus anno primo, in quibus prefato Johanni Aycelini conferuntur canonicatus et prebenda quos obtinebat olim in ecclesia Narbonensi Berengarius, nunc Biterrensis episcopus, non obstante quod abbatias secularium ecclesiarum S. Affrodisii Bitterrensis, Claromontensis et Sancti Genesii civitatis ejusdem, etc. obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. septembris, anno tertio.

2019 (CCCLXIIII) Orvieto, 21 août 1297.

Confirmatio. (fol. 280.)

Dilecto filio Alberto Aycelini canonico Narbonensi. Petitio tua nobis —.

Confirmantur quedam Egidii archiepiscopi Narbonensis littere date apud Mirapicem dominica qua cantatur Letare Jerusalem anno Domini MCCXCVI, quibus, proviso quod Nicolaus papa quartus licentiam dederat archiepiscopo Narbonensi recipiendi resignationem beneficiorum a sex clericis ejusdem provincie et aliis ydoneis personis dicta beneficia conferendi, canonicatum in ecclesia Narbonensi, vacantem per electionem

magistri Raymundi de Sancto Martino in episcopum Agathensem, dicto Alberto Aycelini canonico Rothomagensi prefatus archiepiscopus contulit.

Dat. ut supra.

2020 (CCCLXV) Orvieto, 21 août 1297.

Confirmatio. (fol. 281 v°.)

Dilecto filio Rolando Grassi canonico et sacriste ecclesie Agathensis. Ex serie tue petitionis —.

Confirmantur quedam Egidii Narbonensis archiepiscopi littere, date apud Mirapicem dominica qua cantatur Letare Jerusalem anno Domini MCCXCVI, quibus archiepiscopus, jure utens a Nicolao papa quarto concesso (vide supra n° 2019), canonicatum ecclesie Agathensis, vacantem per electionem Raymundi in episcopum Agathensem, dicto Rolando contulerat.

Dat. ut supra.

2021 (CCCLXVI) Orvieto, 7 août 1296.

Collatio. (fol. 281 v°.)

Dilecto filio Raymundo Attoni de Alta Ripa archidiacono Pampilonensi. Dum conditiones —.

Ei confertur prefatus archidiaconatus ecclesie Pampilonensis ordinis sancti Augustini, vacans per electionem Santii in abbatem monasterii Sancti Saturnini Tholosane diocesis ejusdem ordinis, non obstante quod prioratum de Calvomonte Appamiarum diocesis et canonicatum in eadem ecclesia Tholosana obtinet, quos cum predicto archidiaconatu retinere poterit.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. augusti, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. decano Xanctonensis et .. archidiacono Pardelhiniensis ac magistro Petro Yspano canonico Carnotensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2022 (CCCLXVII) Orvieto, 12 août 1297.

Indultum. (fol. 282.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Michaelis de Clusa ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Thaurinensis diocesis. Indempnitati vestre —.

Eis indulgetur ut non teneantur ad solutionem aliquorum debitorum ab ipsis et predecessoribus ipsorum contractorum, nisi litterarum auctoritate apostolicarum contracta aut in utilitatem monasterii conversa fuisse probaverint creditores.

Dat. apud Urbemveterem, II id. augusti, anno tertio.

2023 (CCCLXVIII)

Forma juramenti (pro Chath[an]ensi episcopo.)

2024 (CCCLXVIIII) Vatican, 30 mars 1297.

Dispensatio. (fol. 282.)

Dilecto filio Jacobo de Aurisio rectori ecclesie de Civitate Freta Barchinonensis diocesis. Sedis apostolice —.

Ut ecclesiam predictam quam retinuit post concilium Lugdunense per quatuordecim annos non se faciens infra annum ad sacerdotium promoveri, licite teneat dummodo etc.

Dat. apud Sanctum Petrum, III kal. aprilis, anno tertio.

2025 (CCCLXX) Vatican, 23 mars 1297.

Revocatio statuti. (fol. 282.)

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii —. Ad nostram siquidem pervenit auditum quod bo. me. P. Cesaragustanus episcopus, dum adhuc viveret, ad nimiam et inoportunam canonicorum Cesaragustanorum instantiam cum ipsorum consensu statuit et etiam ordinavit ut iidem canonici qui dignitates, personatus et officia in ecclesia obtinent supradicta possint, non obstante quod regulares existunt, de bonis suis etiam ipsius ecclesie intuitu acquisitis condere testamentum, quodque ab eorum successione prefata excludatur ecclesia, nec ad manus Cesaragustani episcopi, qui esset pro tempore, bona ipsorum quomodolibet devenirent, licet sit juri contrarium et aliud, prout asseritur, sit ab antiquis temporibus in dicta ecclesia observatum. —

Prefatum statutum revocatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. aprilis, anno tertio.

2026 (CCCLXXI) Orvieto, 30 juillet 1297.

Commissio jurisdictionis. (fol. 282.)

Dilecto filio.. apostolice sedis Camerario. Exhibita nobis dilectorum filiorum Thome et Johannis de Mozis de societate Mozorum Florentinorum nostre camere mercatorum [supplicatio continebat] quod quamplures archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, prepositi, decani, archidiaconi ac alii ecclesiarum ac monasteriorum prelati — ac persone ecclesiastice tam seculares quam regulares Italie in non modicis pecuniarum summis ex causa mutui sunt eisdem mercatoribus obligati —.

Eis ergo conceditur ut camerarius de omnibus causis super illo negotio motis judicet, testes apud sedem apostolicam vel extra diocesim suam ad deponendum testimonium per censuram ecclesiasticam compellens, non obstantibus constitutionibus ad hoc contrariis.

Dat. apud Urbemveterem, III kal. augusti, anno tertio.

In e. m. *eidem.* Exhibita nobis dilectorum filiiorum Clarentini et Lanfranci Anselmi, Mergullosii (*sic*) et Johannis Bracii, et aliorum sociorum suorum de societate Clarentinorum Pistoriensium nostre camere mercatorum, etc. — Dat. ut supra.

In e. m. *officiali Avinionensi.* Exhibita nobis, etc. *ut in precedenti usque* quam regulares Francie, Castelle ac Legionis, Aragonie Valentieque, Cathalonie ac Navarre regnorum ac Aquitanie partium —.

Ut de causis hujusmodi apud civitatem Avinionensem judicet.

Dat. ut supra.

In e. m. *eidem.* Exhibita nobis — Thome et Johannis de Mozis de societate Mozorum Florentinorum, etc. — Dat. ut supra.

In e. m. *eidem.* Exhibita nobis — Rogerii et Lapi de Spinis ac sociorum suorum de societate Spinorum de Florentia, etc —. Dat. ut supra.

In e. m. *sancte ecclesie vicecancellario.*

Pro partibus Italie.

Dat. ut supra.

In e m. *archiepiscopo Mediolanensi.*

Pro partibus Alemanie regni citatio fiat apud Mediolanensem civitatem.

Dat. ut supra.

In e. m. *eidem.*

De Thoma et Johanne de Mozis de societate Mozorum Florentinorum.

Dat. ut supra.

In e. m. *eidem.*

De Clarentino et Lanfranco Anselmi, Mergulesio et Johanne Bracii et sociis.

Dat. ut supra.

2027 (CCCLXXII) Orvieto, 18 juin 1297.

Nominatio electi Jadrensis. (fol. 282 v°.)

Dilecto filio fratri Herrico de Tuderto, ordinis fratrum Minorum professori, electo Jadrensi. Romani pontificis —.

Preficitur in archiepiscopum Jadrensem.

Dat. apud Urbemveterem, XIIII kal. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24532.)

In e. m. *patriarche Gradensi.*

In e. m. *universis ecclesie Jadrensis suffraganeis.*

In e. m. *capitulo Jadrensi.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Jadrensis.*

In e. m. *nobili viro duci Venetorum.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Jadrensis.*

In e. m. *universis ecclesie Jadrensis vasallis.* — Dat. ut supra.

2028 (CCCLXXIII) Orvieto, 20 juin 1297.

Confirmatio translationis. (fol. 283 v°)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Loci Benedicti de Stalauwe Cisterciensis ordinis Conventrensis et Lichefeldensis diocesium. Sub sacro religionis —. Cum olim in loco qui Locus Benedictus de Staulawe (*sic*) Cisterciensis ordinis Conventrensis et Lichefeldensis diocesium vulgariter dicitur, inundationes equoreas, cum mare dicto

monasterio sit vicinum, ac alias etiam incommoditates multiplices absque gravi manere periculo non possetis, — Conventrensis et Lichefeldensis episcopus — transferendi monasterium ipsum ad locum alium quam vobis dilectus filius nobilis vir Henricus de Lafcy comes Lincolniensis, monasterii prefati patronus, duceret deputandum vobis concessit auctoritate ordinaria facultatem, ac idem comes gerens in votis ad locum in quo ecclesia de Whalleya ejusdem diocesis, in qua ipse nullusque alius jus patronatus habebat, monasterium transferri prefatum, tam patronatus quam omne jus aliud quod in eadem sibi competebat ecclesia, pio ductus affectu, ea vobis intentione concessit ut ad locum eumdem dictum monasterium transfer[r]etur, et de proventibus ejusdem ecclesie viginti monachi, ultra numerum monachorum in prefato monasterio solitum observari, congrue subventionis stipendia obtinerent —.

Eis quoque a Nicolao papa IIII° concessum fuerat ut cedente vel decedente rectore ecclesie assumerent prefatam et in ea vicarium constituerent. Cum igitur post mortem Petri de Cestria rectoris dictam possessionem assumpserint, confirmatur predecessoris concessio et approbatur monasterii translatio ad locum de Whalleya.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. julii, anno tertio.

2029 (CCCLXXIIII) Orvieto, 22 août 1297.

Confirmatio electi Coloniensis. (fol. 284.)

Dilecto filio Wicholdo electo Coloniensi. Ad universalis ecclesie —.

Is, decanus postvigil ecclesie Coloniensis, post mortem Sifridi in archiepiscopum ejusdem ecclesie per capitulum electus, confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, XI kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *preposito et capitulo ecclesie Coloniensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Coloniensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Coloniensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Coloniensis.*

In e. m. *suffraganeis ecclesie Coloniensis.* — Dat. ut supra.

2030 (CCCLXXV) Orvieto, 1er août 1297.

Commissio consecrationis. (fol. 284 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Aberdonensi, Ghasguensi (*sic*) *et Rossensi episcopis.* Cum nos super —.

Ut A. electo Cathanensi unus eorum consecrationis munus impendat.

Dat. apud Urbemveterem, kal. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24554.)

2031 (CCCLXXVI) Orvieto, 20 août 1297.

Provisio ecclesie Civitatensis. (fol. 284 v°.)

Venerabili fratri Antonio episcopo Civitatensi. Pastoralis officii —. Sane dudum Civitatensi ecclesia per obitum bone memorie Petri Civitatensis episcopi destituta pastore, due in ea electiones, una videlicet de te tum Salamantine et alia de quondam Michaele prefate Civitatensis ecclesiarum thesaurarius, fuerunt in discordiam celebrate, hujusmodi autem electionum negotio ad sedem Compostellanam loci metropoliticam legitime devoluto —, vicarii dilectorum filiorum capituli ecclesie Compostellane nunc pastore vacantis — predictam electionem de te factam auctoritate metropolitica confirmarunt tibique munus consecrationis fecerunt impendi; sed Velascus Petri qui pro Civitatensi canonico se gerebat, asserens se ante confirmationem ipsius electionis de te facte ab eadem electione ad sedem apostolicam appellasse, te procuravit per litteras felicis recordationis Honorii pape IIII predecessoris nostri ad sedem ipsam personaliter evocari et tandem, post nonnullos habitos in negotio ipso processus, pie memorie Nicolaus papa IIIIus — versutiis et astutiis ejusdem Velasci ac Jacobi et Petri de Columpna scismaticorum tunc Romane ecclesie cardinalium, quos ipsorum culpis et demeritis exigentibus dignitate cardinalatuum (*sic*) privavimus, quibusque idem Velascus tunc adherebat et adhuc non desinit adherere, fraudulosis et mendacibus persuasionibus et inductionibus circumventus, confirmationem electionis predicte tanquam post ejusdem Velasci appellationem factam cassavit —, jure tamen quod tibi ex electione hujusmodi de te facta competebat tibi nichilominus reservato. —

Prefato autem Antonio renuntiante in manibus H. Ostiensis episcopi, provisio dicte sedis fuerat apostolice sedi reservata.

Sed cum postmodum canonici ecclesie Civitatensis in episcopum prefatum Velascum elegere presumpsissent, de isto Velasco,tanquam sequace Columpnensium omnibus beneficiis suis privato, electio facta cassatur; et sepenominatus Antonius in episcopum Civitatensem auctoritate apostolica promovetur.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Civitatensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Civitatensis.*

In e. m. *universis ecclesie Civitatensis vasallis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Civitatensis.*

In e. m. *archiepiscopo Compostellano.* — Dat. ut supra.

2032 (CCCLXXVII) Orvieto, 10 juin 1297.

Ordinatio super prioratu et ordine Sancti Antonii. (fol. 285.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ad apostolice dignitatis —.

Cum inter monasterium Montis Majoris ordinis sancti Benedicti Arelatensis diocesis et hospitale Sancti Antonii Viennensis diocesis, tam super prioratu Sancti Antonii ad ipsum monasterium pertinente quam super votis et promissis ipsi sancto factis et legatis in testamento relictis eidem,jam dudum gravis materia questionis suscitata esset, ex quo olim strages corporum, animarum pericula et rerum grandia discrimina provenerint et provenire possint et cum, licet Clemens papa declarationem quamdam et bone memorie Hugo tituli S. Sabine presbyter cardinalis et alii compositiones super eis duxerint faciendas, « sicut experientia nos docuit et fide probavimus oculata », inter partes pax non possit reformari dicto prioratu in solito statu manente, « cum tanta sit ipsius et predicti hospitalis vicinitas et permixtio jurium utriusque quod vix — sit possibile quin contentiones — assidue inter partes excitentur easdem », predictus prioratus eximitur ab omni potestate, jurisdictione et dispositione quacumque predicti monasterii Montis Majoris, ac prior monachi et conversi, si qui sint in ipso prioratu per abbatem vel conventum ejusdem deputati ab eo amoventur. Idem etiam prioratus propter ipsius beati Antonii reverentiam,cujus gloriosa merita per universas ecclesias orbis innotescunt « cujusque corpus, sicut fama celebris misit ad posteros et innumera que per eundem sanctum ibidem Dominus miracula jugiter operatur patenter ostendunt,in prioratu ipso quiescit»,in abbatiam erigitur, et «ut dissensionis et emulationis cuilibet occasio inde precidatur, omnino predictum hospitale cum omnibus membris suis in quibuscunque mundi partibus constitutis » ipsi abbatie subjicitur, ita ut abbates ejusdem abbatie abbatiam ipsam et dictum hospitale gubernent » nec magistri vel domini dicti hospitalis de cetero sed abbates monasterii Sancti Antonii tantummodo appellentur, quibus universi fratres hospitalis et membrorum ejusdem, «quos canonicos seu fratres monasterii Sancti Antonii volumus de cetero nuncupari, pareant humiliter in omnibus». Statuitur ut triginta canonicorum numerus in ipso monasterio et hospitali habeatur et ut tam in hospitali predicto quam in aliis quibuscumque ei subjectis hospitalitas infirmorum in perpetuum exerceatur. Demum eximitur monasterium ipsum cum hospitali predicto et omnibus membris ab omni jurisdictione ordinaria et immediate Romano pontifici subjicitur. Mandatur ut in eodem monasterio, hospitali et membris ejus regula beati Augustini servetur, ut tam abbas quam canonici habitum cum signo quod « potentiam » vocant in honorem beati Antonii juxta morem portent et ut, monasterio abbatis solatio destituto, conventus ejusdem sibi eligendi abbatem habeat potestatem nec preceptores aliquos dictorum membrorum ad electionem teneatur vocare. Ad indicium libertatis, census unius marche solvetur singulis annis apostolice sedi. In compensationem autem eorum que premissorum occasione sunt subtracta monasterio Montis Majoris, mandatur ut abbas monasterii Sancti Antonii infra Ebredunensem, Aquensem, Arelatensem et Narbonensem provincias vel aliquam earumdem bona stabilia quarum redditus ad mille trecentarum librarum turonensium parvorum communi estimatione annuatim valorem ascendat teneatur dare dictis monasterio abbati et conventui Montis Majoris, et, quousque dicta bona fuerunt assignata, mille trecentas libras monete prefate apud civitatem Nemausensem in domo fratrum Minorum vel Predicatorum per octabas Pentecostes solvere teneatur, sub pena privationis abbatie.

Dat. apud Urbemveterem, IIII id. junii, anno tertio.

(POTTHAST, 24525)

In e. m. *venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Ebredunensi ac .. Massiliensi et .. Vivariensi episcopis.* — Dat. ut supra[1].

2033 (CCCLXXVIII) Orvieto, 17 juin 1297.

Nominatio. (fol. 286 v°.)

Dilecto filio Aymoni abbati monasterii Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. In dispositione ministrorum —.

Cum ab omni jurisdictione monasterii Montis Majoris prioratus Sancti Antonii exemptus sit et in abbatiam erectus,

1. *In margine legitur* : similes littere date sunt procuratori abbatis et conventus monasterii Montis Majoris Arelatensis diocesis.

ejusdem prior in abbatem generalem totius ordinis canonicorum Sancti Antonii sub regula sancti Augustini constituitur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. julii, anno tertio.

(Potthast, 24530.)

In e. m. *priori et conventui monasterii Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis*, etc.

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Antonii, etc.* — Dat. ut supra.

2034 (CCCLXXVIIII) Orvieto, 28 août 1297.

Suspensio interdicti ecclesie Lugdunensis et citatio ad curiam archiepiscopi et civium Lugdunensium. (fol. 287.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi et Eduensi episcopo, ac dilecto filio Johanni de Capriaco archidiacono Rothomagensi. Inter cetera desideria —. Considerata gravi dissensione olim exorta inter Philippum Francorum regem et cives Lugdunenses ex parte una, ac archiepiscopum et capitulum Lugdunenses ex altera, occasione potissime appellationum seu rossorti (*sic*) ut patrie verbo utamur, propter quod Lugdunensis civitas ecclesiastico interdicto supposita et quamplures etiam dictorum civium sunt excommunicationis vinculo innodati —.

Mandatur eis ut, predictis archiepiscopo et capitulo ac etiam personis Lugdunensis ecclesie supradicte ad spiritualia et temporalia plenarie restitutis et amota etiam inde manu regia, prefatum interdictum auctoritate apostolica usque ad annum a festo Natalis Domini venturo proxime inchoandum suspendant, cives ab excommunicationibus absolvant et demum citent archiepiscopum necnon capitulum atque cives ad comparendum in curia infra quadragesimam primo venturam, archiepiscopum videlicet personaliter, capitulum per duos ex ipso capitulo, et cives per procuratores ydoneos.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. septembris, anno tertio:

In e. m. *venerabili fratri episcopo Autisiodorensi, et dilecto filio nobili viro .. duci Burgundie.*

Ut ii, lite pendente, coram apostolica sede per se vel per alium appellationes seu ressortum predictum necnon custodiam civitatis Lugdunensis assumant, ac omnes redditus et proventus eisdem archiepiscopo et capitulo vel eorum procuratoribus assignent.

— Nostre autem voluntatis existit ut appellationes seu ressortum et custodia supradicta ad illos redeant [ad] quos finis ejusdem pertinere negotii demonstrabit. Quodque si per tractatum hujusmodi vel alias prefatum negotium non contigerit terminari, illud ad statum pristinum revertatur, cum nostre intentiones non fuerit nec existat ut per tractatum ipsum alterutri partium quoad possessionem vel proprietatem prejudicium aliquod generetur —. Dat. ut supra.

2035 (CCCLXXX) Orvieto, 28 août 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 287 v°.)

Dilecto filio Petro abbati monasterii Sancti Johannis Laudunensis ordinis sancti Benedicti. Cum sicut in —.

Ut usque ad summam duorum milium librarum turonensium mutuum contrahere possit.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. septembris, anno tertio.

2036 (CCCLXXXI) Orvieto, 27 août 1297.

Provisio monasterii Sancti Johannis Laudunensis. (fol. 287 v°.)

Eidem. Debitum officii nostri —.

Cum due electiones de abbate monasterii predicti, per mortem Stephani abbatis pastore destituti, in discordiam celebrate fuerant a monachis, una videlicet de quondam Adam de Vervino, altera de quondam Bartholomeo de Brueriis monachis dicti monasterii, et ambo electi, ad sedem apostolicam accedentes infra tempus legitimum ad electionem defendendam, inibi durantibus processibus obierant, is, dudum monachus monasterii S. Martini de Campis Parisiensis Cluniacensis ordinis, in abbatem prefati monasterii instituitur.

Dat. apud Urbemveterem, vi kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *conventui monasterii Sancti Johannis Laudunensis ordinis sancti Benedicti.*

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Johannis*, etc.

In e. m. *carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

2037 (CCCLXXXII) Orvieto, 20 juillet 1297.

Confirmatio provisionis. (fol. 288.)

Dilecto filio magistro Petro Raulelli, canonico ac archidiacono Pictavensi. Dudum significante —.

Cum Nicolaus papa IIIIus episcopo Pictavensi commiserat munus conferendi persone ydonee canonicatum et archidiaconatum in ecclesia Pictavensi, quos resignaverat Rodulphus Guillottus propter infirmitates, prefatus episcopus ignorans provisionis tempore mortuum esse dictum Rodulphum, Petrum Raulelli de canonicatu et archidiaconatu investivit. Quibus vero beneficiis potitus est Leobinus de Rosayo canonicus ecclesie supradicti, qui ad se dictum [archidiaconatum pertinere asserebat tam auctoritate capituli quam archiepiscopi Burdegalensis. Questione apud Sedem Apostolicam devoluta, omnino amovetur Leobinus; ac, etsi collatio episcopi Pictavensis in forma inefficax censeatur, de canonicatu et archidiaconatu auctoritate apostolica idem Petrus providetur.

Dat. apud Urbemveterem, XIII kal. augusti, anno tertio.

In e. m.. *abbati monasterii de Niolyo super Altitiam, Pictavensis diocesis et magistro Matheo de Neapoli Bajocensis, notario nostro ac Humberto de Brolio, Lemovicensis ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2038 (CCCLXXXIII) Orvieto, 21 août 1297.

Nominatio electi Oxomensis. (fol. 288 v°.)

Dilecto filio Johanni Oxomensi electo. In supreme dignitatis —.

Is, tum decanus Tyrasonensis, in episcopum Oxomensem a priori et capitulo ejusdem ecclesie electus fuerat. Cum vero ille et iidem prior et capitulum a vicariis archiepiscopi Tholetani loci metropolitani apud Sedem Apostolicam manentis confirmationem electionis petierant, responsum fuit quod archiepiscopus sibi retinebat in sua provincia talium electorum confirmationes. Miserunt ergo ad Sedem eamdem, pro petendo a dicto archiepiscopo electionis confirmationem, Romerium Carsie canonicum Oxomensem et Petrum Gunterii portionarium ecclesie Seguntine procuratores, quibus ab archiepiscopo responsum fuit quod id efficere non valebat, pro eo quod papa sibi confirmationes hujusmodi electionum duxerat reservandas. Illa tandem a papa requisita confirmatione et super ea examinatione facta per J. episcopum Tusculanum et Johannem tituli ss. Marcellini et Petri et Jacobum S. Georgii ad Velum Aureum cardinales, cassatur electio, et tamen de illa ecclesia auctoritate apostolica prefato Johanni electo providetur.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal septembris, anno tertio.

In e. m. *priori et capitulo ecclesie Oxomensis..*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Oxomensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Oxomensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Oxomensis.* — Dat. ut supra.

2039 (CCCLXXXIIII) Orvieto, 20 juillet 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 289.)

Venerabili fratri .. episcopo Autisiodorensi. Laudabili testimonio —.

Ut cum Guillelmo Cortandi de Varziaco super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, dispensare possit, ita ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere valeat, dummodo idem clericus non ministret in aliqua ecclesia ubi pater ejus ministravit.

Dat. apud Urbemveterem, XIII kal. augusti, anno tertio.

2040 (CCCLXXXV) Orvieto, 9 septembre 1297.

Transmissio pallei. (fol. 289 v°.)

Dilecto filio Wicholdo electo Coloniensi. Cum pallium —. Ei pallium per Wedekindum scolasticum et Ludolfum de Dica canonicum ecclesie Coloniensis, ipsius procuratores, mittitur; quod ei assignabitur per .. archiepiscopum Trevirensem, et .. Monasteriensem ac .. Mindensem episcopos.

Dat. apud Urbemveterem, V id. septembris, anno tertio.

2041 (CCCLXXXVI)

Forma juramenti (pro Wicholdo archiepiscopo Coloniensi.)

2042 (CCCLXXXVII)

Forma assignandi pallium, pro electo Coloniensi.

2043 (CCCLXXXVIII) Orvieto, 9 septembre 1297.

Indultum. (fol. 289 v°.)

[*Electo Coloniensi.*] Attendentes probitatis —.

Ut in subdiaconatu constitutus possit a quocumque maluerit episcopo diaconatus et presbyteratus ordines recipere.

Dat. apud Urbemveterem, IV id. septembris, anno tertio.

2044 (CCCLXXXVIIII) Orvieto, 9 septembre 1297.

Mandatum consecrationis. (fol. 289 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepisco Treverensi et .. Monasteriensi ac .. Mindensi episcopis. Coloniensis ecclesia —.

Ut Wicholdo electo Coloniensi consecrationis munus impendant.

Dat. ut supra.

2045 (CCCLXXXX) Orvieto, 9 septembre 1297.

Assignatio pallei. (fol. 289 v°.)

Eisdem. Nuper Coloniensis —.

Ut electo Coloniensi pallium assignent, et, ea occasione, ab illo recipiant solitum juramentum.

Dat. ut supra.

2046 (CCCLXXXXI) Vatican, 13 avril 1297.

Confirmatio fundationis. (fol. 290.)

Dilecto filio nobili viro Johanni de Rovegno civi Januensi. Hiis qui pietatis —. Oblata siquidem nobis ex parte tua petitio continebat, quod gerens ad monasterium Sancti Andree de Sexto situm juxta mare, Cisterciensis ordinis, Januensis diocesis, specialis devotionis affectum, ecclesiam ipsius monasterii nimia vetustate consumptam et sacristiam ipsi contiguam, necnon claustrum, dormitorium, refectorium et alias necessarias officinas ad opus abbatis et conventus ac personarum ipsius monasterii, ac juxta ipsum monasterium quoddam hospitale ad recipiendum inibi pauperes, quedam insuper edificia alia in locis monasterio predicto propinquis et ad illud pertinentibus, dictorum abbatis et conventus ad id accedente consensu, de bonis propriis construi. reparari et edificari fecisti, et demum, de salute propria cogitans ac cupiens terrena in celestia commutare —, omne jus, quod tibi competebat ratione hujusmodi sumptuum que feceras in premissis, vel competere posset in posterum, adversus abbatem et conventum predictos, ratione quorumcumque edificiorum que in locis dicti monasterii per te edificari contingeret — libros etiam, calices, campanam, quedam paramenta et ornamenta ecclesiastica divino cultui deputata, certas insuper possessiones et alia bona abbati et conventui supradictis et per eos dicto monasterio, pro anime tue salute tuorumque peccatorum remedio, contulisti. Idem vero abbas et conventus promiserunt tibi, se ad hoc sollempniter obligando, quod in eodem hospitali per te, ut premittitur, inibi constructo, recipi facerent singulis noctibus certum numerum pauperum, quibus certas mensuras frumenti et vini, et aliis inde transeuntibus usque ad alium certum numerum, quasdam alias panum quantitates, diebus singulis in elemosinam ministrarent, quodque in eodem monasterio quatuor monachi sacerdotes et duo conversi qui in eodem monasterio divina celebrarent officia — et quedam exequerentur alia, que in conventionibus super hoc habitis exprimuntur.

Quibus pactis per abbatem Cisterciensis monasterii approbatis, donatori conceditur ut duo persone discrete videlicet abbas monasterii Sancti Fructuosi de Capite Montis, Januensis diocesis et prior Sancti Mathei Januensis studeant ad faciendum observari predictam conventionem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id aprilis, anno tertio.

In e. m. .. *abbati monasterii Sancti Fructuosi de Capite Montis, Januensis diocesis et .. priori Sancti Mathei Januensis.* — Dat. ut supra.

2047 (CCCLXXXXII) Orvieto, 11 août 1297.

Canonizationis notificatio, (fol. 290).

Universis Christi fidelibus. Gloria, laus et honor —.

— Canonizatio Sancti Ludovici regis Francie.

Dat. ap. Urbemveterem, III id. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24561-24562).

2048 (CCCLXXXXIII) Orvieto, 7 octobre 1297.

Executoria mutui, (fol. 292 v°).

Dilectis filiis Radulpho de Arricuria, Parisiensis et Raynerio de Vichio, Lichefeldensis ac Lante Guidonis, Pistoriensis canonicis ecclesiarum. Exponente pridem —.

Quod usque ad summam duorum millium turonensium parvorum Petrus abbas monasterii S. Johannis Laudunensis ordinis S. Benedicti mutuum contraxit a Conrado Radulphi cive Pistoriensi mutuante pro se ac Dino Conradi de Pistorio.

Dat. apud Urbemveterem, non. octobris, anno tertio.

2049 (CCCLXXXXIIII) Orvieto, 22 septembre 1237.

Dispensatio, (fol. 293.)

Dilecto filio magistro Petro Roderici abbati secularis ecclesie Fulsellensis [1], *in ecclesia Palentina.* Dudum volentes —.

Ut ecclesiam parrochialem S. Egidii Burgensem una cum abbatia secularis ecclesie Fulsellensis retinere valeat.

Dat. apud. Urbemveterem, x kal. octobris, anno tertio.

2050 (CCCLXXXXV) Orvieto, 24 septembre 1297.

Provisio monasterii Sublacensis (fol. 293).

Dilecto filio Francisco abbati monasterii Sublacensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Benedicti Tiburtine diocesis. Rationis oculis. —

Monasterio Sublacensi pastore carante per assumptionem Guillelmi abbatis ad regimen monasterii Userchiensis ejusdem ordinis, Lemovicensis diocesis, is, tunc monachus monasterii Cassinensis, de nobilibus ortus natalibus, in abbatem prefati monasterii preficitur. —

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. octobris, anno tertio.

In. e. m. *conventui monasterii Sublacensis ad Romanam ecclesiam*, etc.

In e. m. *universis vasallis ecclesie Sublacensis.* — Dat. ut supra.

1. *Ms.* Fussellensis.

2051 (CCCLXXXXVI) Orvieto, 24 septembre 1297.

Provisio monasterii Sancte Genovefe Parisiensis (fol. 293 v°).

Dilecto filio J. abbati monasterii Sancte Genovefe Parisiensis in Monte ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Augustini. Licet continua —.

Cum, post resignationem fratris Guerini canonici tum abbatis prefati monasterii, prior et conventus ejusdem monasterii, consensu abbatis et prioris monasterii Sancti Germani de-Pratis juxta Parisius, processerant ad electionem abbatis, et duas in discordia celebraverunt, unam videlicet de fratre Guillelmo camerario ejusdem monasterii Sancte Genovefe, et alteram de fratre Johanne preposito de Espinolio ejusdem ordinis Parisiensis diocesis, qui coram Sede Apostolica personaliter constituti, omni juri renuntiaverunt ; is, tunc abbas monasterii Sancti Bartholomei Noviomensis diocesis ejusdem ordinis, auctoritate apostolica preficitur in abbatem monasterii Sancte Genovefe.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. octobris, anno tertio.

In e. m.. *priori et conventui monasterii Sancte Genovefe Parisiensis in Monte*, etc.

In e. m *universis vasallis monasterii Sancti Genovefe Parisiensis*, etc.

In e. m. *Philippo regi Francorum illustri.* — Dat. ut supra.

2052 (CCCLXXXXVII) Orvieto, 26 septembre 1297.

Commissio inquirendi. (fol. 294).

Venerabili fratri.. episcopo et dilecto filio.. archidiacono Brugensi in ecclesia Tornacensi. Exposuit nobis —.

Cum in monasterio Sancti Nicolai in Bosco ordinis Sancti Benedicti Laudunensis diocesis abbatis regimine destituto, due electiones abbatis in discordia celebrate fuerunt, una videlicet de Petro priore prioratus de Sancto Albino Atrebatensis diocesis, et alia de Gosberto de Liescur monacho dicti monasterii, qui quidem in curia constitutus omni juri renuntiavit, episcopo Laudunensi munus commissum fuit inquirendi super electione dicti Petri, eam confirmandi si canonicam invenerit, aliam vero personam ydoneam in abbatem eligendi si vitiatam electionem judicaverit. Eis injungitur, ut loco prefati episcopi, qui debitum nature persolvit, munus ei commissum super facto electionis hujusmodi exequantur.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. octobris, anno tertio.

2053 (CCCLXXXXVIII) Orvieto, 3 octobre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 294).

Dilecto filio Johanni nato dilecti filii Jacobi Agolantis et dilecte in Christo filie Angele nate dilecti filii Putii Francisci de Pistorio. Etsi conjunctio —.

Ut, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, possint matrimonium licite contrahere.

Dat. apud Urbemveterem, v non. octobris, anno tertio.

2054 (CCCLXXXXVIIII) Orvieto, 20 octobre 1297.

Dispensatio matrimonii (fol. 294 v°).

Dilecto filio nobili viro Ottoni nato dilecti filii nobilis viri Theoderici comitis Clevensis et dilecte in Christo filie Marie sorori dilecti filii nobilis viri Johannis ducis Brabantie. Precellens apostolice —.

Ut possint, etsi quarto consanguinitatis gradu juncti, matrimonium licite contrahere —.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. novembris, anno tertio.

2055 (CCCXC *bis.*) Orvieto, 17 septembre 1297.

Dispensatio. (fol. 294 v°).

Dilecto filio Francisco de Roccha Sinibaldi monacho monasterii Cassinensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Benedicti. Consuevit apostolica —.

Cum eo, qui ordinem Minorum adeptus hunc deseruit et ad seculum reversus fuit, ac postea ad monasterium Cassinense se transferens, in eo Sancti Benedicti regulam professus fuit, dispensatur ut valeat, nonobstante constitutione Nicolai pape IIII, consideratione nobilis prosapie a qua procreatus fuit, ad omnes administrationes et abbatias ordinis Sancti Benedicti, necnon ad pontificalem et aliam etiam superiorem dignitatem promoveri. —

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. octobris, anno tertio.

2056 (CCCXCI *bis*) Orvieto, 18 octobre 1297.

Indultum (fol. 294 v°).

Venerabili fratri Henrico archiepiscopo Jadrensi. Nuper te fratrem —.

Ut pallio, ei assignato per M. S. Marie in Porticu diaconum cardinalem, diebus per privilegia ipsius ecclesie statutis, utatur.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. novembris, anno tertio.

(Potthast, 24585.)

2057 (CCCXCII *bis*) Orvieto, 11 octobre 1297.

Collatio et dispensatio (fol. 295).

Dilecto filio Luce de Flisco canonico Lichefeldensi capellano nostro. Devotionis sinceritas —.

Ei auctoritate apostolica conferuntur canonicatus et prebenda, quos in ecclesia Lichefeldensi tenebat quondam Brancaleo de Flisco notarius pape, qui apud Sedem Apostolicam diem clausis extremum, nonobstante quod defectum in etate et in ordinibus patitur, infra vicesimum quintum annum et in subdiaconatus ordine modo constitutus, et quod in Parisiensi, Baiocensi, Januensi et Sancti Salvatoris de Lavania, Januensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas et ecclesiam Sancti Clementis de Berrinton Norwicensis diocesis obtinet ; nec ad residentiam teneatur.

Dat. apud Urbemveterem, v id. octobris, anno tertio.

In. e. m. *dilectis filiis.. decano Saresbiriensis et.. cantori Meldensis, ac magistro Gifredo de Vezano camere nostre clerico in Anglia commoranti canonico Cameracensis. ecclesiarum.* Dat ut supra.

2058 (CCCXCIII *bis.*) Orvieto, 11 octobre 1297.

Pro eodem (fol. 295 v°).

Dilecto filio Luce de Flisco rectori Sancti Clementis de Berrinton Norwicensis diocesis capellano nostro. Devotionis, *etc. ut in precedenti*—.

Ei confertur prefata ecclesia Sancti Clementis, per mortem Brancaleonis de Flisco vacans, curam animarum habens, nonobstantibus iisdem ac in precedenti.

Dat. apud Urbemveterem, v id octobris anno tertio.

In e. m. *Eisdem executoribus ac in precedenti.* Dat. ut supra.

2059 (CCCXCIII *bis.*) Orvieto, 5 septembre 1297.

Littera.. priori concessa et fratribus domus Militie Templi quod non teneantur solvere decimam concessam regi Aragonum.

Venerabili fratri Raymundo episcopo Valentino et dilecto filio Pontio preposito ecclesie Celsonensis Urgellensis diocesis collectoribus decime in Aragonie et Valentie regnis, comitatu Barchinonie, ac in aliis terris carissimi in Christo filii nostri Jacobi, Aragonie, Sardinie et Corsice regis illustris pro Terre Sancte ac regni Sicilie negotiis deputate, et sub collectoribus eorumdem salutem, etc. Ex parte dilectorum —.

Dat. apud Urbemveterem, non septembris, anno tertio.

Orvieto, 4 septembre 1297.

In e. m. *scribitur pro .. priore et fratribus Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani.* — Dat ut supra, II non. septembris, anno tertio.

2060 (CCCXCV *bis.*) Orvieto, 21 octobre 1297.

Commissio dispensandi. (fol. 296).

Venerabili fratri.. .episcopo Firmano. Exposita coram nobis —.

Ut dispenset cum nobili viro Merlino nato Petri et nobili muliere Foresteria nata quondam Ranaldi de Fallerone militum, ita ut, etsi quarto gradu consanguinitatis juncti, matrimonium contrahere possint.

Dat. apud Urbemveterem, XII kal. novembris, anno tertio.

2061 (CCCXCVI *bis.*) Orvieto, août 1297.

Exemptio decime. (fol. 296.)

Dilectis in Christo filiabus.. de Paradiso prope Viterbium et.. de Trinitate prope Urbemveterem monasteriorum abbatissis et eorum conventibus Cisterciensis ordinis. Devotioni vestre —.

Ut non teneantur solvere decimam Carolo regi Sicilie deputatam.

Dat. apud Urbemveterem, II (*sic*) augusti, anno tertio.

2062 (CCCXCVII *bis.*) Orvieto, 2 septembre 1291.

Dispensatio. (fol. 296).

Dilecto filio Guillelmo de Erilio archidiacono de Pratis in ecclesia Urgellensi. Exhibita nobis —.

Ei, precibus Jacobi Aragonum regis et recentius instantiis Rogerii de Lauria admirati dicti regis, conceditur ut recipere possit ab episcopo Urgellensi ecclesiam de Bergua ejusdem diocesis et cum archidiaconatu suo licite retinere, nec usque ad quinquennium teneatur se in presbyterum promoveri facere.

Dat. apud Urbemveterem, III non. septembris, anno tertio.

2063 (CCCXCVIII *bis.*) Orvieto 6 septembre 1297.

Indultum. (fol. 296 v°.)

Dilecto filio magistro Bartholomeo decano ecclesie Pictavensis, capellano nostro. Dum ad tue —.

Ut insistens ecclesie Romane obsequiis, visitationes in decanatu suo per personas ydoneas exercere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, VIII id. septembris, anno tertio.

In e. m.. *abbati monasterii de Bonavalle Pictavensis diocesis et Johanni Bufetelli S. Ylarii ac Johanni Bruneti S. Marie Majoris Pictavensium ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2064 (CCCXCVIII *bis.*) Orvieto, 3 septembre 1215.

Reservatio beneficii. (fol. 296 v°.)

Dilecto filio Pontio Hugonis de Entesa canonico Valentino.

Ei, consideratione Rogerii de Lauria admirati Jacobi regis Aragonum, reservatur dignitas seu personatus nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Valentina, nonobstante quod in ecclesia Ilerdensi canonicatum et prebendam cum prepositura, super qua causa nunc pendet, obtinere noscitur.

Dat. apud Urbemveterem, III non. septembris, anno tertio.

In e. m... *Barchinonensis et.. Legionensis decanis ac.. archidiacono Terraconensis, ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2065 (cccc) Orvieto, 6 septembre 1297.

Collatio (fol. 297).

Dilecto filio magistro Perfecto de Castro Florentino medico et capellano dilecti filii nostri Mathei S. Marie in Porticu diaconi cardinalis, canonico ecclesie Rosnacensis Cameracensis diocesis. Apostolice sedis —.

Ei auctoritate apostolica confertur canonicatus ecclesie Ronacensis vacans per mortem quondam Benedicti de Fumone camerarii et familiaris Mathei S. Marie in Porticu diaconi cardinalis. nonobsante quod in Florentina et Feltrensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, VIII id. septembris, anno tertio.

In e. m.. *priori S. Jacobi Florentine et Thome de Tuderto Cameracensis ac Herrico de Labro Ferrariensis ecclesiarum canonicis.* — Dat ut supra.

2066 (cccc *bis*) Orvieto, 28 septembre 1297.

Collatio (fol. 297 v°).

Dilecto filio Galtero Zacharie de Urbeveteri canonico ecclesie Carnotensis et archidiacono Pissiacensi in eadem ecclesia. Tua et tuorum —.

Ei, obtentu Theoderici electi Pisani camerarii pape, cujus nepos existit, conferuntur canonicatus, prebenda et archidiaconatus Pissiacensis ecclesie, nunc per mortem Gotii de Urbeveteri capellani pape qui in Urbe diem clausit extremam vacantes, nonobstante quod ecclesiam S. Petri de Castronovo sine cura Agennensis diocesis et in ecclesia S. Andree Urbevetana prebendam obtinet, et quod non est in sacris ordinibus et etate legitima constitutus.

Dat. apud Urbemveterem, III kal. octobris, anno tertio.

In e. m. *Raynaldo electo Vicentino et Grancrio Plant* [1] *thesaurario Bajocensi ac magistro Leonardo de Anticulo canonico Anagnino.* — Dat. ut supra.

2067 (cccci) Orvieto, 27 septembre 1297.

Commissio providendi (fol. 298 v°).

Venerabili fratri.. episcopo Lucano et dilecto filio Pietro, de Gallo (?) [2] *de Conputu ac Guidotto, de Fossano plebium plebanis, Lucane diocesis.* Sincere devotionis.

De aliquo beneficio ecclesiastico competenti in civitate vel diocesi Lucanis, vacante ad presens aut proximo vacaturo provideant Parentutio clerico, nato Facii qui filius existit nobilis viri Parente (*sic*) de Porcari, germani episcopi Lucani, nonobsante defectu quem ille clericus in etate et in ordinibus patitur.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. octobris, anno tertio.

2068 (ccccii) Orvieto, 27 septembre 1297.

Delegatio permutationem approbandi. (fol. 298 v°).

Venerabili fratri.. episcopo Pistoriensi. Ex parte dilectorum filiorum comunis Lucani fuit propositum coram nobis quod venerabilis frater noster.. Lucanus episcopus quedam jurisdictiones et pedagia, que in quibusdam castris et terris diocesis Lucane ad ipsum episcopum et episcopalem sedem pertinent, utilitate in hac ecclesie Lucane pensata, cum prefatis comuni pro quibusdam portionibus eorumdem comunis, desiderat permutare, et jamdicti episcopus et comune diligentem super hoc ad invicem habuerunt tractatum.

Ut eam permutationem, si eam invenerit in utilitatem ecclesie Lucane factam, approbet.

Dat. ut supra.

2069 (cccciii) Orvieto, 16 octobre 1297.

Commissio providendi (fol. 298 v°).

Dilectis filiis.. de Computo et.. de Fiesso (sic) *plebium plebanis, Lucane diocesis, ac Bendino canonico Lucano.* Sincere devotionis —.

De aliquo beneficio prebendali, cum cura vel sine cura, in civitate vel diocese Lucanis, Nicolao nato Bulgarini Bulgarinicis Lucani civis provideant, non obstante quod in etate et ordinibus patitur defectum.

Dat. apud Urbemveterem, XVII kal. novembris, anno tertio.

2070 (cccciii *bis*) Orvieto, 25 septembre 1297.

Nominatio abbatis monasterii de Userchia (fol. 298 v°.)

Dilecto filio Guilelmo Roberti abbati monasterii Sancti Petri de Userchia ordinis Sancti Bemedicti Lemovicensis diocesis. Sedula nos cura. —

Cum, post mortem Geraldi prefati monasterii abbatis, due

1. *Vel* Plano.
2. *Vox hec in ms. quasi delcta modo apparet.*

electiones de abbate in discordia celebrate fuerunt per conventum, una videlicet de Guidone preposito ecclesie S. Silvani, alia de magistro Bertrando Rogerii preposito S. Salvatoris, qui quidem apud Sedem Apostolicam personaliter constituti omni juri de predicta electione renuntiaverunt, is de regimine Sublacensis monasterii ejusdem ordinis ad regimen monasterii de Userchia transfertur.

Dat. apud Urbemveterem, III non. octobris, anno tertio.

In e. m.. *priori et conventus S. Petri de Userchia* etc.

In e. m.. *episcopo Lemovicensi.*

In e. m. *universis vasallis monasterii S. Petri de Userchia*, etc. — Dat. ut supra.

2071 (CCCCIIII) Orvieto, 1er octobre 1297.

Commissio. (fol. 295.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Tholetano. Nuper Oxomensis —.

Ut per se vel per unum e suffraganeis suis, cum duobus aliis episcopis ascitis, Johanni electo Oxomensi munus consecrationis impendat.

Dat. apud Urbemveterem, kal. octobris, anno tertio.

2072 (CCCCV) Orvieto, 28 octobre 1297.

Commissio providendi.(fol. 299)

Venerabili fratri.. episcopo et dilectis filiis.. archidiacono ac.. abbati monasterii de Monte Orvetano, Urbevetane diocesis.

Eis, consideratione Petri Castaldi et Stephani Jordani de Philipensibus civium Urbevetanorum, mandatur ut de beneficio aliquo prebendali, in civitate vel diocese Clusinis, Nerio quondam Jordani de Philipensibus, dictorum Petri et Stephani consanguinei, provideant, non obstante quod in etate et ordinibus defectum patitur.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. novembris, anno tertio.

2073 (CCCCVI) Orvieto, 12 septembre 1297.

Commisio providendi. (fol. 300 v°).

Dilectis filiis Petro de Lupino Spoletane diocesis et Nicolao Angeli Martini ac Zano Massaroni canonicis ecclesie Sancti Gregorii Majoris Spoletane. Volentes personam —.

Ut Symoni, nato Riczardi de Spoleto, canonico Spoletano, de personatu vel dignitate in majori ecclesia Spoletana, vel de aliquo ecclesiastico beneficio in S. Petri prope Portam Spoletanam aut S. Gregorii Majoris ecclesiis, ad collationem abbatis et conventus monasterii S. Juliani in Monte ordinis S. Benedicti pertinenti, ad presens vacanti seu proximo vacaturo, non obstante quod etc.

Dat. apud Urbemveterem, II id. septembris, anno tertio.

2074 (CCCCVI *bis*) Orvieto, 8 septembre 1297.

Collatio (fol. 300)

Dilecto filio magistro Guillelmo Seguini capellano nostro canonico Carnotensi. Dum conditiones —.

Ei, consideratione B. episcopi Albanensis cujus frater fuit, confertur canonicatus cum prebenda, nunc vacans aut proximo vacaturus in ecclesia Carnotensi, non obstante quod in Agennensi, Lectorrensi, Walensi et de Holweden ecclesiis, canonicatus ac ecclesiam de Mammechestria curam habentem etc. obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, VI id. septembris, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri.. episcopo Autisiodorensi et dilectis filiis.. Vasatensi et.. Vasalmensi in ecclesia de Manso Agennensis diocesis archidiaconis.* — Dat. ut supra.

2075 (CCCCVII) Orvieto, 28 octobre 1297.

Injunctio. (fol. 300)

Dilectis filiis.. Cisterciensis et.. Pontiniacensis [1] *monasteriorum abbatibus, Cabilonensis et Autisiodorensis diocesium.* Laudanda multiplicis —.

Eis injungitur ut uterque, de redditibus sui monasterii, centum libras turonensium parvorum solvat singulis annis, infra quindenam Resurrectionis Dominice, fratri David de Palliaco [2] monacho monasterii Caroliloci Cisterciensis ordinis Silvanectensis diocesis, donec aliter fuerit per papam ordinatum; nec interim prefatus David teneatur recipere quodcumque abbatie seu monasterii regimen.

Dat. apud Urbemceterem, v kal. novembris, anno tertio.

2076 (CCCCVIII) Orvieto, 24 octobre 1267.

Collatio. (fol. 300 v°)

Dilecto filio fratri David de Plalliaco (sic) *monacho monasterii Caroliloci Cistericiensis ordinis Silvanectensis diocesis, olim ipsius monasterii abbati.* Probitatis virtus —.

1 *Ms.* Portiniacenlis.
2. *Ms.* Paulliaco.

Ei confertur, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, domus seu cellarium de Toreygniaco posita seu positum juxta Latigniacum super Maternam Parisiensis diocesis, ad monasterium Caroliloci Cisterciensis ordinis pertinens, consueta seu consuetum per abbates predicti monasterii conferri monarchis ejusdem monasterii.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. novembris, anno tertio.

In e. m.. *Parisiensi ac.. Silvanectensi episcopis ac Raynaldo electo Vicentino.* — Dat. ut supra.

2077 (CCCCVIIII) Orvieto, 14 octobre 1297.

Indultum. (fol. 300 v°.)

Dilecto filio magistro Hugoni de Vandreyo canonico Lugdunensi. Considerantes tue —.

Ut possit, faciens residentiam in ecclesia Lugdunensi, percipere integraliter redditus omnium aliorum beneficiorum suorum.

Dat. apud Urbemveterem, II id. octobris, anno tertio.

In e. m.. *archiepiscopo Laudunensi et.. episcopo Lugdunensi, et.. preposito Forrerii in ecclesia Lugdunensi.* — Dat. ut supra.

2078 (CCCCX) Orvieto, 29 septembre 1297.

Indultum. (fol. 301).

Dilectis filiis.. decano et capitulo ecclesie Belnensis Eduensis diocesis. Ex parte tua —.

Ut possint in eorum ecclesia, in qua canonicorum receptio ad Sedem Apostolicam pertinere dicitur, in canonicum recipere Johannem Chenillardi presbyterum Eduensis diocesis, non obstante quod possidet ecclesiam de Gisseyo ejusdem diocesis.

Dat. apud Urbemveterem, III kal. octobris, anno tertio.

2079 (CCCCXI) Orvieto, 28 septembre 1297.

Licentia. (fol. 301)

Venerabili fratri Egidio episcopo Urbinati. Quia presentis —.

Ut condere possit testamentum.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. octobris, anno tertio.

2080 (CCCCXII) Orvieto, 22 août 1297.

Collatio. (fol. 301)

Dilecto filio Guillelmo Arnaldi de Mota canonico Agennensi capellano nostro. Dum conditiones —.

Consideratione bo. me. B. episcopi Albanensis, cujus fuit capellanus et familiaris, ei conceditur canonicatus in ecclesia Agennensi, non obstante quod archidiaconatum Gamaugensem in Vasatensi et ecclesiam de Motagio Tholosane diocesis, curam animorum habentes, et in eadem Vasatensi et S. Severini Burdegalensi ecclesiis canonicatus obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, XI kal. septembris, anno tertio.

In e. m.. *abbati monasterii Condomensis, Agennensis diocesis, et magistris Raymundo Arnaldi de Rama, Vasatensis ac Bernardo de Paponibus, Lectorensis ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut. supra.

2081 (CCCCXIII) Orvieto, 23 août 1297.

Dispensatio (fol. 301 v°).

Dilecto filio Johanni de Rieneche canonico ecclesie novi monasterii Herbipolensis. Exhibita nobis —.

Ut, cum canonicatu quem possidet in ecclesia novi monasterii Herbipolensis, de Lare Maguntine et de Carbach Herbipolensis diocesium ecclesias curam animarum habentes retinere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. septembris, anno tertio.

2082 (CCCCXIIII) Orvieto, 13 août 1297.

Facultas permutationem permittendi. (fol. 301 v°).

Venerabilibus fratribus.. Nemausensi et.. Vivariensi episcopis. Sua nobis venerabilis frater noster Guillelmus archiepiscopus Ebredunensis petitione monstravit, quod inter predecessores suos archiepiscopos Ebredunenses ex parte una, et clare memorie Carolum ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum illustrem natum ejusdem Sicilie regis ex altera, questiones diverse fuerunt hactenus suscitate, super eo quod reges predicti eorumque officiales in hominibus, quos idem archiepiscopus et predecessores ac ecclesia Ebredunensis in valle Muta, videlicet in castris de Jauserio et de Falcono ac in villa de Barchinonia et quibusdam locis aliis dicte vallis, Ebredunensis diocesis, ha-

bebant et habere noscuntur, asserebant et asserunt merum et mistum imperium, cavalcatas, fogagia, et quedam alia; necnon et super hereditate seu bonis et juribus quondam Petri de Valseriis, Ebredunensis prepositi, pertinentibus ad archiepiscopum et ecclesiam memoratas, que dictus quondam Carolus occupavit —.

Cum de facienda compositione super iis tractaretur, eis mandatur ut archiepiscopo predicto concedant licentiam faciendi cum dicto rege compositionem seu permutationem super prefatis.

Dat. apud Urbemveterem, id. augusti, anno tertio.

2083 (ccccxv) Orvieto, 21 août 1297.

Commissio providendi. (fol. 302).

Dilecto filio Arnaldo preposito ecclesie Tholosane ordinis Sancti Augustini. Habet in nobis —.

Ut alicui persone ydonee de ecclesia Sancti Johannis de Monvilla, per mortem Juliani Vasiani ejus rectoris, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, nunc vacante, ad quam presentatio dicto preposito, institutio vero episcopo Tholosano pertinet, providere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, xii kal. septembris, anno tertio.

2084 (ccccxvi) Orvieto, 2 septembre 1297.

Commissio providendi. (fol. 302).

Eisdem. Attendentes laudanda —.

Ut alicui persone ydonee de prioratu de Arrigato in ecclesia Tholosana, spectancte ad suam collationem, nunc per mortem Guillelmi Arnaldi prioris vacante, providere possit.

Dat. apud Urbemveterem, iiii non. septembris, anno tertio.

2085 (ccccxvii) Orvieto, 23 août 1297.

Dispensatio. (fol. 302 v°).

Dilecto filio magistro Guillelmo Siguini, capellano nostro, rectori ecclesie de Mammechestria Conventrensis et Lichefeldensis diocesium. Benigno tibi —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod tu olim, defectum in etate tua patiens, ecclesiam de Montegniaco curam animarum habentem Agennensis diocesis — alias tamen canonice recepisti nec te facisti infra annum — in presbyterum ordinari, et ipsam ecclesiam quamplures annos absque dispensatione sedis apostolice tenuisti, fructus percipiendo interim ex eadem. Postmodum vero, ecclesia ipsa dimissa, ecclesiam de Mammechestria Conventrensis et Lichefeldensis diocesium similem curam habentem, necnon canonicatus et prebendas in Agennensi, Lectorensi, Wellensi et de Howeden Eboracensis diocesis ecclesiis, et quasdam decimas sine cura in diocesi Agennensi fuisti, alias tamen canonice, assecutus, teque fecisti statutis temporibus ad omnes ordines promoveri —.

Cum eo super perceptione et retentione fructuum plenarie dispensatur.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. septembris, anno tertio.

2086 (ccccxviii) Orvieto, 18 août 1297.

Dispensatio. (fol. 302 v°).

Dilecto filio magistro Guillelmo de Molendino archidiacono Vezalmensi in ecclesia Sancti Vincentii de Manso Agennensis diocesis. Illorum votis —.

Ei, consideratione bo. me. B. episcopi Albanensis, cujus camerarius fuit, indulgetur ut ecclesiam de Monte Astrugo Agennensis diocesis, curam animarum habentem, cum archidiaconatu suo licite obtinere, et etiam fructus ex ea perceptos retinere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. septembris, anno tertio.

2087 (ccccxviiii) Orvieto, 30 octobre 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 302 v°).

Venerabili fratri .. episcopo Grossetano. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam mille et quinquaginta florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. apud Urbemveterem, ii kal. novembris, anno tertio.

2088 (CCCCXX) Orvieto, 27 octobre 1297.

Commissio. (fol. 302 v°)

Dilecto filio magistro Giffredo de Vezano, camere nostre clerico, canonico Cameracensi. Pridem, sicut te latere non credimus, bo. me. B. Albanensem et P. Penetrinum episcopos ad partes Francie et Anglie, nonnullis eorum industrie commissis negotiis, duximus deputandos, certis sibi pro ipsorum expensis procurationibus deputatis. Cum autem prefati episcopi, dum adhuc viverent, procurationes hujusmodi, prout ex nostre auctoritatis virtute poterant, pro tribus annis per quos prosecutioni negotiorum ipsorum sollicite institerunt prelatis et aliis personis ecclesiasticis regularibus et secularibus dictarum partium duxerint imponendas, certis super colligendis eisdem executoribus constitutis, et intellexerimus, referentibus fidedignis, quod de procurationibus ipsis ab eisdem executoribus summa non sit collecta, que nec memoratis episcopis neque aliis pro eisdem extitit assignata, et adhuc magna quantitas restare noscatur de dictis procurationibus colligenda —.

Ut compellat debitores ad residui solutionem, et pecunias collectas Lanfranco Anselmi de societate Clarentum de Pistorio camere apostolice mercatori transmittat.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. novembris, anno tertio.

2089 (CCCCXXI) Orvieto, 28 octobre 1297.

Eadem de re. (fol. 303.)

Dilecto filio magistro Jacobo de Normannis de Urbe archidiacono Tholosane, et Grimerio de Placentia canonico Parisiensis ecclesiarum. Plenam gerentes —.

De iisdem ac in precedenti.

Dat. ut supra.

2090 (CCCXXII) Orvieto, 16 août 1297.

Collatio. (fol. 303)

Dilecto filio Jacobo nato dilecti filii nobilis viri Sciatte de Cancelleriis de Pistorio militis. Attendentes devotionem —.

Ei conferuntur canonicatus et prebenda vel quodcumque beneficium, si vacat ad presens vel proximo vacaturum in quacumque ecclesia civitatis vel diocesis Pistoriensis non obstante defectu quem in etate et ordinibus patitur.

Dat. apud Urbemveterem, XVII kal. septembris, anno tertio.

In e. m. .. *priori de S. Voto et.. de Monte Magno ac.. S. Justi in Piazzavese plebium plebanis Pistoriensis diocesis.* — Dat. ut supra.

2091 (CCCCXXIII) Orvieto, 28 octobre 1297.

De mutatione quorumdam collectorum in Francia. (fol. 303 v°.)

Carissimo in Christo Phylippo regi Francie illustri. Habet, fili carissime nostra firma credulitas quod jam ad notitiam regiam dilecti filii Petri Flote militis consiliarii tui relatio fidedigna perduxit ea que secum, dum pridem apud sedem apostolicam pro negotiis moraretur, tam de dimidia parte pecunie [1] ipsis debite post obitum eorumdem quam etiam de parte simili omnium que in regno Francie extunc a decem annis citra essent indistincte legata et Terre Sancte relicta subsidio et, quamdiu presens contra te regnumque predictum mota guerra duraverit, legari et relinqui contingerit, duximus ordinanda, volentes inter cetera ut quod de pecunia, residuo, legatis et relictis eisdem executores super hiis a nobis deputati colligerent dilectis filiis Muschiacto militi, Bichio et Nicolutio fratribus ejusdem, de societate Francisorum de Florentia mercatoribus, assignarent. Cum autem de Bichio fratre ac socio mercatorum ipsorum multa enormia et displicentia valde nobis, que non decent nec expedit presentibus singulariter exprimi, ad nostram post modum notitiam fidedigna et inculcata relatione pervenerint, et propterea noluerimus omnino ut de negotiis que nos tangunt se aliquatenus intromittant, licet de Muschiacto et Nicolutio predictis non intellexerimus nisi bona, illud quod de hujusmodi assignatione dictis mercatoribus facienda per nos fuerit ordinatum digne duximus revocandum, prefatis executoribus—injungentes ut universa que de pecunia, residuo, legatis et relictis prefatis per ipsorum executorum sollicitudinem colligentur, apud dilectos filios Thomasium Spilliati et Johannem Jacobi, de Mozorum, et Rogerium ac Lapum de Spinis, de Spinorum de Florentia, et Clarentinum ac Lanfrancum Anselmi Merguliese, et Johannem Bracchii, de Clarentum de Pistorio societatibus, vel eorum socios nostre camere mercatores, de quorum fidelitate confidimus, deponere non omittant. —

1. Hic aliqua verba desiderantur que haud egre restituas ex tenore subsequentis bulle ad Petrum Flotte directe.

Quod quidem rex moleste non ferat, quia super hiis que personam contingunt regiam nihil immutatur.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. novembris, anno tertio.

2092 (CCCCXXIIII) Orvieto, 28 octobre 1297.

Eadem de re. (fol. 303 v°.)

Dilecto filio nobili viro Petro Flotte carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francie illustris consiliarii (sic). Sicut firmiter credimus, ea que tecum, dum adhuc pridem existens apud sedem apostolicam constitutus tam de dimidia parte pecunie que bo. me. Bertrando et Hugoni episcopis Tholosanis, dum viverent, ac nonnullis personis ecclesiasticis et secularibus debebatur, ac residui pecunie ipsis debite post obitum eorumdem, *etc. ut in precedenti usque* duximus ordinandas —.

Ei notificatur, ut in precedenti, mutatio collectorum.

Dat. ut supra.

2093 (CCCCXXV) Orvieto, 28 octobre 1297.

Eadem de re. (fol. 304)

Dilecto filio Grimerio de Placentia, Parisiensis, et magistris Petro de Bellopertica, Autisiodorensis, ac Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis. Dudum sollicite —.

Eis executoribus super facto collectionis dimidie debitorum et legatorum (vide in precedentibus) notificatur mutatio procuratorum ad pecuniam recipiendam electorum, et injungitur ut non solum mercatoribus de Mozzorum, Spinorum et Clarentum societatibus pecunias colligendas assignent, sed etiam a Musciatto, Bichio et Nicolutio de Francesis jam solutas repetant.

Dat. ut supra.

In e. m. *magistris Stephano de Lemovicis, Parisiensis, et Petro de Bellopertica, Autisiodorensis, ac Johanni Clarisensus Atrebatensis ecclesiarum canonicis.* — Dat ut supra.

2094 (CCCCXXVI) Orvieto, 29 octobre 1297.

Dispensatio (fol. 304).

Dilecto filio Thome de Saldebug, presbytero, rectori ecclesie de Bircheton Lincolniensis diocesis. Licet ne quis —.

Ut, non obstante constitutione concilii Lugdunensis, possit cum ecclesia de Bircheton, curam animarum habente, ecclesiam de Holbechen ejusdem diocesis, ad quam per verum patronum fuit presentatus, licite retinere.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. novembris, anno tertio.

2095 (CCCCXXVII) Orvieto, 26 octobre 1297.

Reservatio seu collatio. (fol. 304)

Dilecto filio Benedicto nato dilecti filii nobilis viri Raynerii Munaldi canonico Urbevetano. Apostolice sedis —.

Ei, consideratione patris sui militis Urbevetani, confertur personatus seu dignitas vel aliud beneficium ecclesiasticum, si vacat ad presens seu proximo vacaverit in Urbevetana, Clusina et Balneoregensi civitatibus vel diocesibus, non obstante defectu quem in etate et ordinibus patitur.

Dat. apud Urbemveterem, VII kal. novembris, anno tertio.

In e. m. .. *abbati monasterii S. Severi prope Urbemveterem et Nerio Ugolini ac Nolfo Reynaldi canonicis Urbevetanis.* — Dat. ut supra.

2096 (CCCCXXVIII) Orvieto, 27 octobre 1297.

Collatio. (fol. 304 v°.)

Dilecto filio Contutio nato dilecti filii Massei Johannis clerico Urbevetano.

Ei, consideratione Johannis de Monaldesibus militis Urbevetani cujus nepos existit, reservatur auctoritate apostolica beneficium ecclesiasticum quod proximo vacaverit in majori ecclesia Urbevetana, non obstante in etate et ordinibus defectu.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. novembris, anno tertio.

In e. m. .. *abbati monasterii S. Severi prope Urbemveterem et Raynerio Ugolini Majoris ac Abera* (sic) *Raynerii S. Andree Urbevetani ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2097 (CCCCXXVIIII) Orvieto, 28 octobre 1297.

Collatio. (fol. 305)

Dilecto filio Nerio nato dilecti filii Massei Johannis clerico Urbevetano. Apostolice sedis —.

Ei, consideratione Johannis de Monaldesibus cujus nepos est, reservatur beneficium ecclesiasticum nunc vacans aut

quod proximo vacaverit in majori ecclesia Urbevetana, vel in quavis alia ecclesiarum diocesis vel civitatis Urbevetane, non obstante in etate et ordinibus defectu.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. novembris, anno tertio.

In e. m. *eisdem executoribus ac in cap.* CCCCXXVIII. — Dat. ut supra.

2098 (CCCCXXX) Orvieto, 25 octobre 1297.

Dispensatio. (fol. 305)

Dilecto filio Edoardo, nato dilecti filii nobilis viri Raynerii de Greca civis Urbevetani, canonico ecclesie Sancte Mustiole Clusine ordinis sancti Augustini. Tua et tuorum —.

Ei, qui post professionem emissam in ordine Fratrum Predicatorum, in eo subdiaconatu et diaconatu susceptis, ad seculum reversus est, postea ad ordinem sancti Augustini transiens in Lateranensi ecclesia canonicus extitit, et tandem ad ecclesiam S. Mustiole Clusine translatus fuit, indulgetur ut ad beneficia et dignitates in ordine sancti Augustini, non obstante quod de ordine Predicatorum ad aliam religionem se transtulerit, assumi valeat.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. novembris, anno tertio.

2099 (CCCCXXXI)

Forma juramenti [pro episcopo Oxomensi] (fol. 305 v°.)

2100 (CCCCXXXII) Orvieto, 7 août 1297.

Indultum. (fol. 305 v°.)

Dilecto filio magistro A. de Eugubio canonico Cathensi. Ut tua sincera —.

Ut apud sedem apostolicam vel alibi faciens residentiam possit cum integritate beneficiorum suorum redditus percipere.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. augusti, anno tertio.

In e. m. .. *abbati. S. Petri Eugubini et .. archidiacono Abrebatensis ac .. cantori ecclesie Morinensis.* — Dat ut supra.

2101 (CCCXXXIII) Orvieto, 18 août 1297.

Facultas. (fol. 305 v°.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Bisuntine. Ex parte vestra —.

Ut possint in canonicum dicte ecclesie promovere Theobaldum de Castronovo clericum Bisuntine diocesis.

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. septembris, anno tertio.

2102 (CCCCXXXIIII) Orvieto, 28 juillet 1897.

Indulgentia. (fol. 306).

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii S. Marie de Virginibus de Venetiis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Marci Mantuani Castellane diocesis. Licet de cujus —.

Omnibus qui earum ecclesiam, in honorem beate Marie constructam, in precipuis beate Marie festivitatibus, et in die dedicationis ecclesie, ac per octo dies illas festivitates sequentes, visitaverint, de injunctis penitentiis unus annus et XL dies relaxantur.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. augusti, anno tertio.

2103 (CCCCXXXV) Orvieto, 23 octobre 1297.

Injunctio. (fol. 306).

Dilectis filiis... S. Savini et.. S. Sisti ac .. S. Benedicti Placentinorum monasteriorum abbatibus sancti Benedicti et Vallis Umbrose ordinum. Volentes personam —.

Ut quilibet eorum solvat Jacobo Stricci hostiario pape vel procuratori suo, annis singulis quoad vixerit, annuam pensionem decem et septem florenorum auri in festo beate Marie virginis. Alioquin ad id compellantur per.. archidiaconum Placentinum et Hugutionem de Vercellis capellanum pape canonicum ecclesie Brugensis.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. novembris, anno tertio.

In e. m. *eisdem judicibus.* — Dat. ut supra.

2104 (CCCCXXXVI) Orvieto, 3 septembre 1297.

Dispensatio. (fol. 306).

Dilecto filio Gualcirando de Talliota rectori ecclesie de Mora Dertusiensis diocesis. Pridem tuam —.

Consideratione Rogerii de Loria, ei indulgetur ut cum ecclesia ei concessa prima vacante ex eis que ad collationem archiepiscopi Terraconensis pertinent, suam ecclesiam de Mora licite retinere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, III non. septembris, anno tertio.

2105 (CCCCXXXVII) Anagni, 20 septembre 1295.

Ordinatio de monasterio Sancti Archangeli. (fol. 306 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tudertino et dilectis filiis.. priori et capitulo Tudertinis. Quia multe sunt—. Cum itaque, sicut ad nostram pervenit jamdiu notitiam, monasterium Sancti Archangeli prope Tudertum ordinis Vallumbrose, propter insolentiam monachorum ejus nimis exorbitantium a via salutis et observantia regulari, adeo in spiritualibus sit collapsum et temporalibus etiam diminutum quod — timendum sit ne monasterium ipsum collapsum — ruinam irreparabilem patiatur. Nos attendentes quod, eorumdem monachorum et personarum ibidem degentium occasione, gravi in civitate et populo Tudertinis dissensionis et scandali suborta materia, plura sunt exinde pericula subsecuta et imminere timentur etiam in futurum non solum corporum sed etiam animarum —.

Quibus ex causis abbas et conventus a prefato monasterio penitus amoventur et in aliis eorum ordinis monasteriis collocari debent; necnon de monasterii proventibus medietas ad episcopum, alia vero medietas ad priorem et capitulum pertinebit, proviso tamen quod aliqui clerici in eo monasterio instituentur ad divina celebranda. —

Dat. Anagnie, XII kal. octobris, anno primo (*sic*).

In. e. m .. *episcopo Assisinati* — Dat. ut supra.

2106 (CCCCXXXVIII) Orvieto, 13 septembre 1297.

Licentia. (fol. 306 v°).

Venerabili fratri Fernando episcopo Ovetensi. Quia presentis vite —.

Ut condere possit testamentum.

Dat. ut supra.

2107 (CCCCXXXVIIII) Orvieto, 4 octobre 1297.

Monasteriorum unio. (fol. 306 v°.)

Dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii Sancti Antonii ad Romannm ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. In monasterio vestro —.

Eorum monasterio, cui nuper unitum fuit hospitale S. Antonii ipsi monasterio contiguum, similiter unitur monasterium S. Andree de Piscina de Urbe prope ecclesiam S. Marie Majoris ad cujus servitium bone memorie Petrus Capocci S.Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, fundator ipsius hospitalis, ordinaverat fratres ejusdem hospitalis S. Antonii deputari, ita ut fratres illud ingrediantur, et in eo teneantur prior quidam et certus numerus fratrum per abbatem S. Antonii nominati, qui hospitalis infirmorum et pauperum opera continue exerceant.

Dat. apud Urbemveterem, IV non. octobris, anno tertio.

In e. m .. *abbati monasterii S. Blasii de Urbe et .. preposito ecclesie Massiliensis ac .. archidiacono Convenarum.* — Dat. ut supra.

2108 (CCCCXL) Orvieto, 4 octobre 1297.

Eodem de negotio. (fol. 307.)

Dilecto filio Aymoni abbati monasterii Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. Personam tuam—. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod olim, de antiquis et approbatis et hactenus pacifice observatis consuetudinibus et statutis magistri et fratrum hospitalis Sancti Antonii Viennensis diocesis subjectorum, singulis annis in eorum capitulo generali eidem magistro computum de suis administrationibus tenebantur reddere atque reddebant, et officium administrationis resignare ac etiam resignabant. Nonnulle insuper ballivie seu administrationes olim ordinis dicti hospitalis Sancti Antonii infirmis hospitalis ejusdem annis singulis, ultra provisionem quam dictus magister faciebat eisdem, certam provisionem in pecunia, vestimentis, vino et rebus aliis de simili consuetudine ministrabant. Idem quoque magister pro substentatione sua et infirmorum et pro aliis imminentibus sibi oneribus, certas responsiones, subventiones et collectas, ex hujusmodi consuetudinibus et statutis, percipiebat a preceptoribus, hospitalibus, domibus prelibatis —.

Ei nuper magistro illius S. Antonii prioratus, qui in abbatiam erectus fuit, nunc vero ejusdem monasterii abbati conceditur ut, mutatione prefata non obstante, conditionibus et juribus antiquis semper gaudeat monasterium prelibatum.

Dat. apud Urbemveterem, III non. octobris, anno tertio.

2109 (CCCCXLI) Orvieto, 4 octobre, 1297.

De quadam solutione annua ordinatio. (fol. 307 v°).

Eidem. Meritis tue devotionis —.

Cum nuper, eximendo prioratum S. Antonii ab omni jurisdictione monasterii Montis Majoris Arelasentis diocesis, ac eum erigendo in abbatiam cui annexum fuerat hospitale S. Antonii, a papa preceptum fuerat ut annis singulis, recompensationis nomine, conventui Montis Majoris mille et trecente libre turonensium parvorum a monasterio S. Antonii solverentur, abbati ejusdem nunc indulgetur ut domos sive ballivias Avinionenses et Marsilienses, necnon Rivienversi Taurinensis diocesis, teneat cum juribus et pertinentiis earum, quarum redditus ad solutionem annuam prefatam adhibeantur.

Dat ut supra.

2110 (CCCCXLII) Orvieto, 5 septembre 1297.

Commissio. (fol. 307 v°).

Dilecto filio .. priori Sancti Fridiani Lucani. Omnibus qui —.

Carolum de Tassigniano plebanum plebis de Padule, Lucane diocesis, de canonicatu cum prebenda nunc vacante aut proximo vacaturo in ecclesia Lucana induat, non obstante quod idem Carolus plebanatum de Padule et in plebe de S. Paulo ac ecclesia S. Marie foris portam Lucane canonicatus obtinet.

Dat. apud Urbemveterem, non. septembris, anno tertio.

2111 (CCCCXLIII) Orvieto, 15 septembre 1297.

Collatio. (fol. 308.)

Dilecto filio Stephano de Erguello canonico Bisuntino. Laudabile testimonium —.

Ei conferuntur canonicatus et prebenda in ecclesia Bisuntina, apud sedem apostolicam vacantes per resignationem Guillelmi de Erguello, ex mandato factam in manibus Petri Roderici camere clerici, canonici Carnotensis.

Dat. apud Urbemveterem, XVII kal. octobris, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. de Dola et .. de Capella prioribus Bisuntine diocesis ac Alfonso Ferrandi thesaurario ecclesie Ulixbonensis.* — Dat. ut supra.

2112 (CCCCXLIIII) Orvieto, 22 septembre 1297.

Concessio monasterii (fol. 308 v°).

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis S. Johannis Jerosolimitani. Inter cetera mundi —.

Eis conceditur et unitur monasterium S. Trinitatis Venusine ordinis sancti Benedicti, sedi apostolice immediate subjectum.

Dat. apud Urbemveterem, kal. octobris, anno tertio.

(POTTHAST, 24576.)

In e. m. [*venerabilibus fratribus*] .. *Melfiensi et .. Frequentino episcopis, ac dilecto filio Uguitoni de Vercellis canonico ecclesie Brugensis Tornacensis diocesis, subdiacono et capellano nostro.*

In e. m. *universis vasallis monasterii S. Trinitatis Venusine,* etc. — Dat. ut supra.

2113 (CCCCXLV) Orvieto, 27 octobre 1297.

Facultas providendi. (fol. 308 v°)

Venerabili fratri Johanni episcopo Lundensi Suetie primati. Gerentes erga —.

Ut ipse possit personis ydoneis conferre beneficia que quondam in Datia obtinebat magister Jacobus prepositus ecclesie Lundensis.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. novembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24590.)

2114 (CCCCXLVI) Orvieto, 15 octobre 1297.

Declaratio immunitatis pro fratribus Sancti Spiritus. (fol. 309)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectis filiis —.

Ne fratres hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe excommunicare aut eorum ecclesias interdicere etc. presumant.

Dat. apud Urbemveterem, id. octobris, anno tertio.

(POTTHAST, 24581.)

2115 (CCCCXLVII) Orvieto, 20 octobre 1297.

Commendatio pro eisdem. (fol. 309 v°)

Dilectis filiis universis Christi fidelibus in Urbe Romana manentibus. Quamvis ex injuncto —.

Ut nuntios hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe subsidiis et elemosinis sustineant.

Dat. apud Urbemveterem, XIII kal. novembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24586.)

2116 (CCCCXLVIII) Orvieto, 20 octobre 1297.

Commendatio. (fol. 390.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Si juxta sententiam —.

Ut nuntios fratrum S. Eulalie Barcinonensis ordinis sancti Augustini benigne recipiant et adjuvent.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24587.)

2117 (CCCCXLVIIII) Orvieto, 20 octobre 1297.

Pro fratribus Sancti Spiritus de Urbe. (fol. 310.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus etc. ad quos littere iste pervenerint. Querelam gravem. —

Cum fratres hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe venientes ad elemosinas requirendas quidam presbyteri ex ecclesiis suis ejecerint et eis amplius partem elemosinarum pauperum reclament impudenter, eis injungitur ut presbyteros contrahant, sub pena officii et beneficii, ad recipiendum dictos fratres et ad non detinendum bona eis ex testamento relicta.

Dat. ut supra.

2118 (CCCCL) Orvieto, 5 septembre 1297.

Confirmatio. (fol. 310 v°)

Dilectis filiis ..magistro et fratribus hospitalis S. Marie de Castro Tornodori ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Lingonensis diocesis. Hiis a Christi fidelibus. —

Confirmantur fundatio hospitalis predicti et dotationes facte et privilegia concessa per Margaretam reginam Sicilie viduam Caroli regis, sicut in ejusdem litteris datis anno Domini 1293 die Jovis post octavas Pasche continetur.

Dat. apud Urbemveterem, non. septembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24569., *Incipit apud eum bulla* : Cum a nobis.)

2119 (CCCCLI) Orvieto, 3 sept. 1297.

Facultas providendi .(fol. 314 [1])

Dilecto filio .. decano ecclesie Autisiodorensis. Cum dilecti filii —.

Adam dicto Pepino, de Carentonio et Petro de Blesis, de Dennemonio rectoribus ecclesiarum, Bituricensis et Lingonensis diocesium, ecclesias suas libere resignare proponentibus, ei indulgetur, consideratione Margarete regine Sicilie, ut possit de his ecclesiis vacaturis duabus ydoneis personis providere.

Dat. apud Urbemveterem, III non. septembris, anno tertio.

2120 (CCCCLII) Orvieto, 3 septembre 1297.

Indultum. (fol. 314)

Carissime in Christo filie Margarete regine Sicilie illustri vidue relicte clare memorie C. regis Sicilie. Pium arbitramur —.

Ut sibi confessorem, quemcumque voluerit, eligere valeat, qui eam absolvat a quacumque illicita extorsione pecunie a Judeis terrarum suarum vel quibuscumque aliis personis de quibus memoriam non habuerit, dummodo exortas pecunias in sustentationem infirmorum et pauperum converti fecerit, necnon ab excommunicationum sententiis, si que per bone memorie J. Cenomanensem episcopum vel quemlibet alium judicem ordinarium in eam fuerint promulgate [2].

2121 (CCCCLII *bis.*) Orvieto, 3 septembre 1297.

Indultum. (fol. 314.)

Eidem. Consuevit apostolice —.

Ei conceditur facultas fundandi unam capellam in hospitali ville de Marcleyo (alias de Mercoleyo) Carnotensis diocesis, cujus ville domina est, ad opus infirmorum et pauperum per eam de novo constructo, jure patronatus quoad presentationem capellani diocesano loci reservato. —

Dat. ut supra.

1. *In annumeratione foliorum tres omissi fuerunt numeri.*
2. *Deficit data. Eadem esse ac in precedenti bulla existimari potest.*

2122 (CCCCLIII) Orvieto, 3 septembre 1297.

Indultum. (fol. 314 v°).

Eidem. Consuevit etc. —

Ut in ecclesia Beate Marie de Legui? Castro Lingonensis diocesis, cujus castri domina est, perpetuam capellaniam fundare possit, iisdem conditionibus ac supra.

Dat. ut supra.

2123 (CCCCLILII) Orvieto, 3 septembre 1297.

Indultum. (fol. 314 v°).

Dilectis filiis.. magistro et fratribus hospitalis S. Marie de Tornodoro ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Lingonensis diocesis. Carissima in Christo —.

Ut cimiterium aliud construendi juxta hospitale per Margaretam reginam Sicilie fundatum, et benedici a quocumque catholico episcopo faciendi facultatem habeant non obstante super hoc privilegio abbatis et conventus monasterii S. Michaelis de Castro Tornodori ordinis sancti Benedicti.

Dat. ut supra.

2124 (CCCCLV) Orvieto, 7 septembre 1297.

Reservatio. (fol. 314 v°).

Dilectis filiis Guillelmo de Molendino canonico Vasatensi. Probitatis tue —.

Ei, consideratione bone memorie episcopi Albanensis, cujus camerarius fuit, reservatur personatus vel dignitas seu officium, nunc vacans aut quod proximo vacaverit in ecclesia Vasatensi, in qua existit canonicus, non obstante quod archidiaconatum Vesalmensem et alia beneficia obtinet —.

Dat. apud Urbemveterem, VII id. septembris, anno tertio.

In e. m. *Dilectis filiis... archidiacono Bruliensi et magistris Guillelmo Seguini ac Ginohardo de Salanova canonicis ecclesie Agennensis.* — Dat. ut supra.

2125 (CCCCLVI) Orvieto, 11 juillet 1297.

Ordinatio de ecclesia de Symondoborne (fol. 315.)

Venerabili fratri .. episcopo Dunelmensi. Sincere devotionis —. Exposita siquidem nobis tua petitio continebat quod dilectus filius Johannes de Baliolo quondam rex Scotie sollicita meditatione recogitans quod ipse suique progenitores nonnullas possessiones ad te ac Dunelmensem ecclesiam pertinentes contra justitiam occuparunt — quasdam terras una cum jure patronatus et advocationis ecclesie de Symondoborne tue diocesis, que tunc ad regem spectabant eundem, in recompensationem dictarum possessionum tibi et prefate Dunelmensi ecclesie de regia liberalitate donavit ab eadem ecclesia in perpetuum possidendas. —

Hec quidem ecclesia de Symondoborne, « in loco solitudinis et Anglie Scotieque regnorum confine constituta », ad quam antea deserviendam non poterant inveniri rectores, mense episcopali Dunelmensi in perpetuum unitur.

Dat. apud Urbemveterem, V id. julii, anno tertio.

2126 (CCCCLVII) Orvieto, 17 juin 1297.

Dispensatio. (fol. 315).

Dilecto filio magistro Ade de Duffelli persone ecclesiastice de Portelande Dunelmensis diocesis. Provida sedis —.

Cum eo qui olim ecclesiam de Quicham Dunelmensis diocesis obtinens, personatum ecclesie de Portelande absque dispensatione apostolica recepit, et per plures annos retinuit, et deinde, ecclesia de Quicham dimissa, ecclesiam de Witeberne ejusdem diocesis recepit et usque ad hoc tempus cum dicto personatu similiter retinuit, dispensatur, ut hec dua officia licite retinere possit. —

Dat. apud Urbemveterem, XV kal. julii, anno tertio.

2127 (CCCCLVIII) Orvieto, 15 août 1297.

Facultas providendi. (fol. 315 v°).

Venerabili fratri .. episcopo Wintoniensi. Habet in nobis—.

Ut ecclesiam de Bourchere curam animarum habentem, annexam diocesi Wintoniensi, vacantem per mortem Guillelmi de Vellingue ejusdem rectoris, qui decessit apud sedem apostolicam, persone ydonee conferre possit.

Dat. apud Urbemveterem, XVIII kal. septembris, anno tertio.

2128 (CCCCLVIIII) Orvieto, 8 octobre 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 315 v°).

Venerabili fratri Petro archiepiscopo Remensi. Digne agere credimus —.

Ut cum decem e clericis suis, insistentibus ipsius obsequiis, de personali residentia in eorum ecclesiis seu beneficiis dispenset.

Dat. apud Urbemveterem, VIII id. octobris, anno tertio.

In e. m .. *abbati monasterii S. Theodorici juxta Remis* (sic), [*et*] .. *Aurelianensis ac* .. *Sancti Simphoriani Remensis ecclesiarum decanis.* — Dat. ut supra.

2129 (CCCCLX) Orvieto, 13 septembre 1297.

Delegatio. (fol. 315 v°).

Venerabilibus fratribus .. *Nemausensi* .. *et Vivariensi episcopis.* Sua nobis venerabilis [frater] noster Rostagnus archiepiscopus Aquensis petitione monstravit quod, cum inter ipsum ex parte una et carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem ex altera, occasione castri Marelitarum ad ecclesiam Aquensem spectantis Aquensis diocesis, quod idem rex ab eadem ecclesia tenet in feudum, frequenter contingat discordiarum scandala suscitari, ex quibus jam corporum et animarum pericula rerumque dispendia gravia provenerunt, expediret ipsis archiepiscopo et ecclesie, ac idem archiepiscopus disserat dictum castrum cum predicto rege pro alio castro seu possessionibus dicti regis ipsi ecclesie Aquensi magis utilibus et acomodis permutare —.

Ut permutationi hujusmodi, nomine ac vice sedis apostolice, consensum prebeant. —

Dat. apud Urbemveterem, id. septembris, anno tertio.

2130 (CCCCLXI) Orvieto, 25 septembre 1297.

Approbatio concessionis. (fol. 316).

Dilectis filiis .. *rectori et fratribus domus Sanguinis de Asserugge, Bonis Hominibus vulgariter nuncupatis, ordinis sancti Augustini Lincolniensis diocesis.* Gratiosus apostolice —.

Eis conceditur ut ecclesiam parochialem de Hamelhanstede, cujus quedam terre et possessiones, necnon jus patronatus et advocationis, eorum domui per Edmundum comitem Cornubie, fundatorem et patronum ejusdem domus, in perpetuum collata sunt, apprehendere et in proprios usus adhibere valeant, dummodo eam per aliquem presbyterum secularem in perpetuum deserviri faciant.

Dat. apud Urbemveterem, VII kal. octobris, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus.. Dunelmensi et .. Oxoniensi episcopis, ac dilecto filio abbati monasterii de Sancto Albano Lincolniensis diocesis.* — Dat. ut supra.

2131 (CCCCLXII) Orvieto, 29 juillet 1297.

Dispensatio. (fol. 316).

Venerabili fratri.. episcopo Mimathensi. (sic) Tue merita —.

Ut non teneatur ad visitandum apostolorum limina de biennio in biennium, ut tempore promotionis sue juraverat.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. augusti, anno tertio.

2132 (CCCCLXIII) Orvieto, 6 septembre 1297.

Sententia confiscationis. (fol. 316.)

Ad perpetuam rei memoriam. Nuper ex justis —.

Privantur Columpnenses «omnibus domibus, hedificiis, dominio, segnoria, jurisdictione, vasallis, hominibus, terris, vineis, possessionibus, ceterisque bonis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus realibus et personalibus» que habebant in castro de Petraporci Tusculane diocesis et ejus territorio, que quidem dispositioni sedis apostolice reservantur.

Dat. apud Urbemvetem, VIII id. septembris, anno tertio.

2133 (CCCCLXIIII) Orvieto, 27 octobre 1297.

Confirmatio. (fol. 316 v°).

Dilecto filio Petro preposito monasterii S. Marie Duodecim Apostolorum Placentini per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini. Cum a nobis —.

Is, olim predicti monasterii S. Marie canonicus, in prepositum per viam compromissi ab Artoldo S. Savini, Thomasio S. Sepulcri monasteriorum abbatibus, fratre Thomasio Siccalmilite priore Fratrum Predicatorum Placentinorum ac Symone de Fabrica canonico monasterii S. Marie electus, post examinationem electionis a tribus cardinalibus in prepositum confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. novembris, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis conventui monasterii Sancte Marie Duodecim Apostolorum Placentini, etc.* — Dat. ut supra.

2134 (CCCCLXIIII *bis*) Orvieto, 28 octobre 1297.

Delegatio. (fol. 317.)

Dilecto filio Wicholdo ecclesie Coloniensis electo. Coloniensem ecclesiam —.

Ei relaxandi sententias excommunicationis et interdicti contra cives Colonienses illatas conceditur facultas.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. novembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24591.)

2135 (CCCCLXV) Orvieto, 31 octobre 1297.

Facultas confirmandi. (fol. 317 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Chiemensi (*sic*) *et dilecto filio abbati monasterii Chotwicensis ordinis sancti Benedicti Pataviensis*[1] *diocesis.* Sua nobis dilecti —.

Cum Corradus presbyter, monasterii Meldicensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis monachus, post obitum Frederici abbatis, in abbatem ejusdem monasterii a conventu electus fuerat, et non poterat propter guerras ac viarum discrimina infra tempus legitimum ad sedem apostolicam accedere ut confirmationem sollicitaret, eis mandatur ut electionem, si eam canonice celebratam invenerint, confirment, et ei munus consecrationis impendant.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

2136 (CCCCLXVI).

Forma juramenti [pro abbate monasterii Meldicensis.] (fol. 317 v°).

2137 (CCCCLXVI *bis.*) Orvieto, 22 septembre 1297.

Confirmatio concessionis. (fol. 317 v°).

Dilectis filiis.. magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Dum paterne considerationis —.

1. *Ms.* Pictaviensis.

Concessio eis facta per Blasium abbatem et conventum monasterii Sancti Angeli in Palatio ordinis sancti Benedicti Guardiensis diocesis de suo monasterio in facultatibus diminuto, cum omnibus ejusdem juribus et bonis, confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. octobris, anno tertio.

(POTTHAST, 24575).

In e. m. .. *Melphiensi* (*sic*) *et.. Frequentino episcopis ac Huguitoni de Vercellis, canonico ecclesie Brugensis, subdiacono et capellano nostro.* — Dat. ut supra.

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Angeli in Palatio ordinis sancti Benedicti Guardiensis diocesis.* — Dat. ut supra.

2138 (CCCCLXVII) Orvieto, 22 septembre 1297.

Facultas providendi. (fol. 318).

Venerabili fratri Lupoldo episcopo Bambergensi. Tuam volentes honorare —.

Ut possit in ecclesia Bambergensi et in aliis tribus sue civitatis ac diocesis ecclesiis prebendas, singulam videlicet in singulis, quatuor personis ydoneis auctoritate apostolica conferre.

Dat. apud Urbemveterem, x kal. octobris, anno tertio.

2139 (CCCCLXVII *bis.*) Orvieto, 24 septembre 1297.

Concessio per biennium. (fol. 318.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Paterne considerationis —.

Eis per biennium conceditur ut recipere possint restitutiones usurarum et rapinarum, si eorum quibus restitutio fieri deberet non valeat haberi aliqua certitudo, et relicta in ultimis voluntatibus, necnon componere licite de predictis.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. octobris, anno tertio.

2140 (CCCCLXVIII)

Mandatum adversus consules et consiliarios Biterrenses. (fol. 318 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Narbonensi. Ad cohi-

bendum actus nepharios perversorum, eorum presertim qui libertatem ecclesiasticam subvertere moliuntur,tanto magis nos decet manum debite correctionis apponere, quanto excessus talium relinquuntur dampnabilius incorrepti. Intimante siquidem nobis venerabili fratre nostro episcopo Biterrense nuper accepimus,quod Guillelmus de Alsona, Johannes Raymundi, Franciscus Gantelmis Sicardi, Guilelmus Maurini, Guilelmus Andree et Raymundus Ozil, cives etconsules civitatis Biterrensis, debitam ad Deum et ministros ipsius reverentiam non habentes, nec attendentes quod laycis in clericos et personas ecclesiasticas nulla est attributa potestas, clericis et personis ecclesiasticis civitatis predicte, pretextu possessionum quas predicti clerici et persone in eadem civitate et ejus territorio obtinent,tanquam laycis tallias et collectas imponere aut, per alios ad id deputatos ab ipsis et eorum consiliariis,imponi facere, illasque ab eis exigere et exigi per se ac per alios facere, per pignorationem et occupationem bonorum clericorum et personarum predictorum, post constitutionem nostram qua id inhibetur expresse, et cujus, utpote illic publicate factaque ipsis per.. offitialem Biterrensem copia de eadem, non erant ignari, ausu temerario presumpserunt, propter quod dicti consules et alii qui predicta fecerunt vel fieri mandaverunt, excommunicationis et eadem civitas, in hiis existens culpabilis, interdicti sententias in eadem constitutione contentas incurrisse noscuntur. Cumque offitialis predictus,capitulum ecclesie Biterrensis ac etiam clerus Biterrensis interdictum hujusmodi prout tenebantur servarent, prefati consules, contra clericos et predictos ex hoc gravius provocati, illos ex eis, a quibus tallias et collectas nondum exegerant supradictas, pignorari et de illorum domibus hostia extrahi et ad domum communis dicte civitatis deferri, non sine magne presumptionis excessu fecerunt; nec eis contenti, sed malis addentes et excessus excessibus cumulantes, corpora decedentium civium Biterrensium in civitate predicta taliter interdicta,ad cimiteria ecclesiarum et religiosorum locorum civitatis ejusdem publice defferri, precedentibus crucibus et campanis pulsatis, civibusque presentibus cantantibus altis vocibus : Kyrieleyson, Christeleyson, Pater Noster, sicut in talibus a presbiteris et clericis fieri consuevit,ac illa in ipsis cimiteriis et locis eis vicinis, precedentibus hujusmodi sollempnitatibus, sepelire facere dampnabiliter attemptarunt, interdictum vilipendes (*sic*) predictum et claves ecclesie contempnentes. Olim insuper, cum predictus episcopus consules qui tunc erant dicte civitatis moneret, ne talliaret (*sic*) clericos et personas ecclesiasticas, nec alias libertatem ecclesiasticam conculcarent, alioquin ipse procederet contra eos, unus de antiquioribus et majoribus civibus dicte civitatis, consiliarius consulum eorumdem, aliis multis ibidem presentibus, dicitur respondisse, quod ipse et alii cives predicti de interdicto dicti episcopi, si ferret illud in civitatem eandem penitus non curabant quoniam alias, ut dicebat,dicta civitas fuerat interdicta, nunquam tamen cives Biterrenses fuerant ita leti, nec eis ita bene successerat sicut tempore hujusmodi interdicti. Alius etiam consiliarius prenominatorum consulum,qui modo sunt sepedicte civitatis, nomine Jacobus Amelii cùm diceretur sibi ab aliquibus quomodo sic audebat contra constitutionem nostram venire, fertur in verba turpitudinis labia relaxasse insinuantia nichil pro Romano pontifice se facturum. Que omnia in considerationem aducta demonstrant, consules, consiliarios et cives predictos, ex labe corrupte radicis ad talia processisse. Nolentes igitur quod tot et tales excessus remaneant incorrecti, ne alii exinde perniciosum sumant exemplum similia presumendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus super hiis per te vel alium seu alios inquirens de plano sine strepitu et figura juditii diligentius veritatem, si tibi constiterit de predicte tallie imposite exactione ac pignoratione a prefatis consulibus vel aliis ipsorum auctoritate mandato seu requisitione in bonis personarum ecclesiasticarum et clericorum civitatis predicte factis, seu etiam attemptatis, interdictum in eadem civitate fatias tam a regularibus quam secularibus exemptis et non exemptis inviolabiliter observari ; consules vero et consiliarios ac alios offitiales et cives predictos, necnon et ipsorum consulum, consiliariorum et offitialium successores,nisi iidem successores moniti super hiis competenter satisfecerint infra mensem, excommunicatos publice et nominatim nunties, et per provintiam Narbonensem, ubi et quando expedire videris, nuntiari fatias et ab omnibus artius evitari, agravando contra ipsos alias manum tuam, si hujusmodi sententias animo substinuerint pertinaci prout protervia exegerit eorumdem et tibi videbitur expedire ; corpora preterea dictorum civium sic sepultorum eodem interdicto contempto in locis et cimiteriis supradictis exinde fatias exumari et tam procul ab ecclesiis et cimiteriis predictis jactari quod clericorum voces in ecclesiis offitia divina cantantium audiri non possint in locis ubi jactata fuerint corpora prelibata, ceterum, ut unius pena reliquorum metus existat, Jacobum Amelii memoratum, qui ex verbis ab eo prolatis se ipsum reddit de fide suspectum, et alios quos inveneris predictorum excessuum precipuos patratores, ex parte nostra peremtorie citare procures, ut infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi, apostolico conspectui se personaliter representent, super hiis recepturi pro meritis vel suam si poterint in hac parte innocentiam ostensuri. Quod si

forsan consules consiliarii vel alii offitiales et cives predicti seu successores eorum predictis clericis, ecclesiis vel personis redderent ulterius se infestos, tu ad illorum domandam proterviam nostra fretus auctoritate procedas prout tibi videbitur suadente justitia contra eos, invocato ad hoc si opus fuerit auxilium (*sic*) brachii secularis. Diem vero hujusmodi citationis et formam etc. usque intimare procures.

Dat. apud Urbemveterem, non octobris, anno tertio.

2141 (CCCCLXVIIII) Orvieto, 13 octobre 1297.

Eodem de negotio. (fol. 319).

Dilecto filio.. inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcasonensibus a sede apostolica deputato vel ejus locum tenenti. Ad audientiam nostram —.

Ut contra cives Biterrenses qui manus in ecclesiasticas personas injecerunt et tallias et exactiones extraordinarias ecclesiis imposuerunt, officium inquisitionis exerceat.

Dat. apud Urbemveterem, III id. octobris, anno tertio.

(POTTHAST, 24580.)

2142 (CCCCLXVIIII *bis*)

Sententia et confirmatio excommunicationum (fol. 319.)

Venerabili fratri .. episcopo Matisconensi. Olim tu quondam fratri Petro de Murrone tunc Celestino papa V, gravi exposuisti querela quod cum Guichardus tunc prior, Guillelmus Decamus, Gerardus Raynerii, Rolandus Symelli, Petrus de Duno et Alexander monachi monasterii de Cariloco, Cluniacensis ordinis, ac Hugo et Petrus Latomi conversi Cluniacenses, Guichardus et Bernardus layci familiares predicti prioris tue diocesis, te tam in persona quam in bonis Matisconensis ecclesie offendere ac injuriari episcopali reverentie multipliciter niterentur, prefatus prior in te, indutum pontificalibus indumentis, hora misse post evangelium, in ecclesia Bellijoci predicte diocesis tibi jure diocesano subjecta, Dei timore ac pontificali honore postpositis, temere manus violentas injitiens, te per indumenta predicta cepit, et tamdiu violenter tenuit quamdiu quamdam scripturam longam in tua presentia legi fecit ; et quod Guillelmus Decanus, Gerardus Raynerii et Rolandus Symelli supradicti altare quoddam, constitutum in parochiali ecclesia Cariloci, et magnum lapidem ipsius altaris frustratum, sacrilego ausu fregerunt; et quod deinde dicti Decanus, Gerardus Raynerii, Petrus de Duno et Alexander monachi, Guichardus et Bernardus layci ejusdem prioris Cariloci familiares, hostium cancelli ejusdem ecclesie Cariloci, armariola et archas, ubi calices et ornamenta ipsius ecclesie reponebantur, injuriose frangentes, in ipsa ecclesia per te auctoritate ordinaria ecclesiastico supposita interdicto, in contemptu clavium, divina offitia, campanis pulsatis et januis apertis, sollemniter celebrarunt, immo potius prophanarunt; et quod adhuc etiam celebrabant, sepeliendo inibi corpora defunctorum; nec minus etiam Johannes dictus Braydio, Bartholomeus de Sancto Marcello, Hugo et Petrus Latomi conversi, Johannes de Sancto Raveriano laycus, quamdam capellam sitam infra fines parochialis ecclesie de Corrembert ejusdem diocesis tibi subjectam et altare ipsius capelle funditus destruxerunt ; et quod tandem Philippus [1] de Savigniaco et frater Hugo de Brueriis, tunc decanus de Lorduno, monachi Cluniacenses interdum officium tuum [2] in parochiali ecclesia de Taysiaco predicte diocesis modo simili temere violarant, clericos seculares tuos absque causa capiendo et mancipando carceribus ac detinendo, licet in eos jurisdictionem nullam haberent ordinariam seu etiam delegatam; et quod demum, ut injurias sepedictus Guichardus prior cum complicibus suis contra te injuriis cumularet, per fratrem Bernardum priorem sancti Albini Lugdunensis diocesis ordinis S. Augustini gerentem se pro subdelegato .. abbatis monasterii Cradatensis, Vivariensis diocesis, conservatoris, ut dicitur, privilegiorum Cluniacensis ordinis a Sede Apostolica indultorum, te fecit honore et dignitate pontificali de facto privari ; et quod idem B. mandaverat .. decano .. archidiacono et canonicis Matisconensibus, ut te dignitate et honore predictis privatum fore publice nuntiarent; et quod postmodum, te pro premissis injuriis et aliis prosequendis in Romana Curia constituto,.. abbas de Benedictione Dei Cisterciensis ordinis, Lugdunensis diocesis, ad instantiam fratris Guillelmi archidiaconi Cluniacensis asserens se executorem seu subdelegatum ab .. abbate Yllidii (*sic*) Claromontensi conservatore, ut dicebatur, privilegiorum prefato Cluniacensis ordini concessorum, te privatum fore omni honore pontificali publice nichilominus nuntiarat. Unde dictus predecessor nolens talia sub dissimulatione transire, dilectis filiis .. preposito de Suysio in ecclesia Eduensi et .. cantori ecclesie Cabilonensis, suis sub certa forma dedit litteris in man-

1. *Ms* : Phis.
2. *In ms. legitur*: per officium tuum.

datis, ut vel eorum alter de premissis et aliis articulis, quos inclusos sigillo bone memorie I tunc archiepiscopi Beneventani et ecclesie Romane vicecancellarii, una cum predictis litteris, idem predecessor ipsis transmisit, summaria indagine, sine strepitu et figura judicii solerter inquirentes, si predictos invenirent contra te, ut premittitur, deliquisse, tam priorem, subdelegatum et abbatem denuntiatores quam alios supradictos, ex parte ipsius predecessoris peremptorie citare curarent, ut infra competentem terminum per eos prefigendum eisdem,personaliter apostolico se conspectui presentarent,facturi et recepturi super hiis quod ordo exposceret rationis. Sane predictus prepositus, solus ad inquisitionem hujusmodi faciendam, juxta predictarum litterarum tenorem procedens, quia sibi per eandem inquisitionem constitit de premissis, Guichardum priorem dicti monasterii de Cariloco, subdelegatum, abbatem et alios supradictos perentorie citavit, ut certo termino se propter hoc apostolico conspectui personaliter presentarent, dictamque inquisitionem sub suo inclusam sigillo, una cum predictis articulis ad apostolicam sedem remisit. Nosque postmodum ad apicem summi apostolatus assumpti,presentata nobis inquisitione predicta, dilectis filiis nostris J. tit. Sanctorum Marcellini et Petri, et R. tit. sancte Potentiane presbiteris cardinalibus commisimus oraculo vive vocis ut inquisitionem aperirent et examinarent eandem. Qui, partibus ad eorum presentiam de mandato ipsorum citatis, et quibusdam, qui procuratores predictorum qui sic citati fuerant se fore dicebant, comparentibus coram eis et asserentibus, quod pro parte ipsorum citatorum a prelibato preposito fuerat ad predictam sedem legitime appellatum, dictam inquisitionem aperientes eam examinaverunt juxta formam eis traditam diligenter, et auditis que coram ipsis fuerunt hinc et inde proposita, ea nec non et omnia que per hujusmodi examinationem invenerat (*sic*) nobis fideliter retulerunt. Post hujusmodi autem relationem nobis factam, iidem cardinales de nostro speciali mandato ex superhabundanti monachos Cluniacenses in Romana Curia commorantes ad eorum presentiam evocarunt, et juramento ab eis recepto quod deponerent quidquid scirent, vel crederent,seu audivissent super premissis et aliis contemptis in articulis supradictis, de hiis cum diligentia interrogaverunt et examinaverunt eosdem. Cumque nobis de premissis omnibus ab eisdem cardinalibus plena relatio facta fuisset, licet manifeste appareret ex tenore prefate inquisitionis plene prefatos articulos probatos fuisse, voluimus [1] tamen quod predicti Cardinales partes ad concordiam si possent, reducerent per aliquam compositionem faciendam amicabiliter inter ipsas, sed iidem cardinales id efficere, quamquam super hoc sollicite partes suas interposuerant et tu hoc te velle assereres, proponentibus illis qui, ut predicitur, se procuratores asseruerant se ad hoc mandatum non habere sufficiens, nequiverunt. Nos igitur, ex dictorum cardinalium relatione intellecto quod, per prefatam examinatioem dicte inquisitionis ab eisdem cardinalibus factam, plene constat predicta omnia contenta in litteris memorati predecessoris et articulis supradictis, presumpta in tui et ecclesie tue injuriam ac grave prejuditium, et jacturam et derogationem jurisdictionis tue, ac ipsius Matisconensis ecclesie legitime fore probata, considerantes tam detestandos processus et pravos actus hujusmodi presumptorum, qui preter alias contumelias et diversa gravamina per eos tibi ausu temerario irrogata, in tantam audatiam proruperunt, quod te, ut premissum est, pontificali dignitate ac honore, de facto, presumptione dampnabili, privaverunt, et eisdem dignitate et honore privatum esse non sunt veriti nuntiare et facere nuntiari, ac volentes super hiis ex officio nostro per condigne revocationis, correctionis et ordinationis remedium ordinationis (*sic*) providere ac providendo ordinare, appellationis seu appellationum ex parte dictorum citatorum a prefato preposito ad sedem apostolicam interjectarum de speciali mandato nostro omisso articulo et ex certis causis omnino rejecto ab eo, non obstantibus quibuslibet privilegiis apostolicis prefato Cluniacensi ordini et personis ipsius concessis, omnes processus per prelibatos conservatores et subdelegatos ab eis contra te tuosque subditos, in tuum et tue iurisdictionis prejuditium habitos, auctoritate apostolica revocamus, cassamus et irritamus, cassos et irritos nuntiamus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Precipientes excommunicationis et interdicti sententias in homines et villas Matisconensis diocesis in quibus monasterium Cluniacense et prioratus ipsius jurisdictionem temporalem, et ecclesias earumdem villarum, in quibus jus patronatus obtinent, tue spirituali jurisdictioni subjectos, a te rite prolatas inviolabiliter observari, ac capellas, altaria et alia supradicta per monachos memoratos destructa refici, et tibi tuisque subditis omnia bona restitui, quibus per eos prout in prefatis articulis continetur spoliati fuistis; et quod nichilominus predicti conservatores seu eorum subdelegati et monachi publice revocent inhibitiones per eos, tam notariis tuis, ne ipsorum officium pro te in villa Cariloci et aliis locis, in quibus monasterium seu prioratus Cluniacenses temporalem jurisdictionem obtinent, prout hactenus facere consueverunt exerceant, quam habitatoribus ville et locorum predictorum, ne ad

1. *Ms.* : volumus.

curiam tuam qnoquomodo accedant, in prejuditium tuum et ecclesie Matisconensis factas, necnon et alia que injuriose, sicut in predictis continetur articulis, contra te et subditos tuos in prejuditium attemptarunt. Dictum insuper Guichardum qui de prioratu Cariloci, ad officium prioratus prefati Cluniacensis monasterii est assumptus, officio ipso eadem auctoritate privamus, ipsum ab eodem officio penitus amoventes. Nulli ergo etc. nostre revocationis, cassationis, irritationis, nuntiationis, precepti voluntatis, mandati privationis et amotionis etc. Dat. apud Urbemveterem, III. kal. novembris, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Cathalaunensi, ac dilecto filio .. decano de Susseyo in ecclesia Eduensi.* Olim venerabilis frater noster .. episcopus Matisconensis quondam fratri Petro de Murrone tunc Celestino pape V° predecessori nostro gravi conquestione monstravit, quod cum Guichardus etc. ut in prima, verbis convenienter mutatis usque : penitus admovendum. Volentes igitur dictum Guichardum, alias pro modo culpe, necnon et predictos conservatores et subdelegatos et alios injuriatores, propter tam graves et enormes excessus per eosadversus episcopum eundem ac suos subditos presumptos, canonica severitate puniri, ac super hiis condignam plenamque satisfationem ipsi episcopo provenire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, Guichardum tunc priorem, Hugonem de Baignous, et Symonem de Mare monachos monasterii Cariloci ac Hugonem de Brueriis tunc decanum de Lorduno, Guillelmum de Buyseul archidiaconum ac Hugonem et Petrum conversos monasterii Cluniacensis, necnon et Bernardum sancti Illidii Claromontensis, Guigonem Cradatensis, Vivariensis diocesis, monasteriorum abbates conservatores, ac Guillelmum abbatem monasterii de Benedictione Dei et Bernardum priorem sancti Albini Lugdunensis diocesis subdelegatos predictos, ex parte nostra peremtorie citare curetis, ut infra trium mensium spatium post citationem vestram personaliter apostolico se conspectui representent, pro meritis recepturi nostrisque parituri beneplacitis et mandatis, ac facturi et recepturi super hiis et omnibus contentis in articulis supradictis quod dictaverit ordo juris. Diem vero citationis et formam etc. usque studeatis fideliter intimare. Dat. apud Urbemveterem, III. kal. novembris, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus .. fratribus Lugdunensi et .. Viennensi archiepiscopis ac.. episcopo Cathalaunensi.* Olim etc. —*ut in precedenti, verbis convenienter mutatis, usque* penitus amoventes prout in litteris nostris super hoc episcopo memorato directis plenius continetur. Ipsius igitur episcopi precibus inclinati fraternali vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus hujusmodi revocationem, cassationem, irritationem, preceptum, privationem et amotionem per nos, ut premittitur facta, vos, vel duo aut unus vestrum per vos auctoritate nostra vel per alium seu alios juxta earumdem litterarum continentiam firmiter observari faciatis nec permittatis ipsum et prefatam Matisconensem ecclesiam contra earundem litterarum tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestares hujusmodi et contradictores etc. usque : compescendo. Non obstantibus si aliquibus cujuscumque preeminentie dignitatis ordinis conditionis aut status a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas etc. usque : impediri valeat quomodolibet vel differri. — Dat. ut supra.

2143 (CCCCLXX) Orvieto, 5 septembre 1297.

Gratia. (fol. 329.)

Dilecto filio .. magistro hospitalis Sancte Marie de Castro Tornodori de novo constructi ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Lignonensis diocesis. Pium arbitramur —

Ut prefatus magister hospitalis, dotati per Magaretam reginam Sicilie et successores sui, dummodo in sacerdotio sint constituti, possint fratrum, sororum et conversorum dicti hospitalis ac aliorum degentium in eodem confessiones audire et eis absolutionem impendere.

Dat. apud Urbemveterem, non. septembris, anno tertio.

2144 (CCCCLXX *bis*) Orvieto, 5 août 1297.

Commissio inquirendi. (fol. 329.)

Venerabili fratri .. episcopo Ripensi. Querelam dilectorum —.

Ut super querela ministri Datie et fratrum custodie Roskildensis ordinis Minorum contra Johannem episcopum Roskildensem veritatem inquirat, et episcopum, si eum culpabilem invenerit, citet ut infra sex menses ad curiam apostolicam personaliter se presentet.

Dat. apud Urbemveterem, non. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24546).

2145 (CCCCLXXI) Orvieto, 23 octobre 1297.

Facultas providendi. (fol. 320 v°).

Venerabili fratri.. episcopo Aretino et dilectis filiis.. abbati monasterii de Monteacuto Perusine diocesis ac magistro Berthuldo de Labro canonico Carnotensi. Sincere devotionis —.

Ut Ciono, nato Gentilis Bernazoni, clerico de aliquo beneficio nunc vacanti aut proximo vacaturo, provideant in civitate vel diocesi Castellana non obstante defectu, etc.

Dat. apud Urbemveterem, x kal novembris, anno tertio.

In. e. m. scribitur *dilectis filiis .. de Burgo ad S. Laurentium ac.. de S. Stephano in Pane plebium plebanis, ac magistro Bertuldo de Labro canonico Carnotensi.*

Orvieto, 15 octobre 1297.

Pro Talano clerico nato Davizi, in civitate vel diocesi Florentina.

Dat. apud Urbemveterem, id. octobris, anno tertio.

Orvieto, 23 octobre 1297.

In e. m. *dilectis filiis.. de Aiolo et.. de Montemagno plebium plebanis, Pistorensis diocesis, ac Bertuldo de Labro canonico Carnotensi.*

Pro Matheo nato Theobaldi clerico, in civitate vel diocesi Pistoriensi.

Dat. ut in prima.

Orvieto, 15 octobre 1297.

In e. m. *dilectiis filiis.. de Quarazzano et.. de S. Pancratio plebium plebanis, Lucane et Florentine diocesium ac magistro Perfecto de Castro Florentino canonico Florentino.*

Pro Petro nato quondam Putii de Montespertoli, consanguineo Cianghi, canonico plebis S. Petri in Mercato Florentine diocesis, in civitate vel diocesi Vulterrana.

Dat. apud Urbemveterem, id. octobris, anno tertio.

In e. m. *Eisdem.*

Ut in precedenti pro Johanne nato ipsius Cianghi, in diocesi Fesulana.

Dat. ut supra.

2146 (CCCCLXXII) Orvieto, 31 octobre 1297.

Condonatio. (fol 321).

Dilectis filiis.. potestati, capitaneo, consilio et communi Urbevetanis. Cum vos ab olim —.

Eis condonantur quadraginta milia florenorum auri, in quibus solvendis propter occupationem castrorum et terrarum Vallis Lacus, castri Bulseni, castri Acquependentis etc. versus ecclesiam Romanam condemnati erant.

Dat ap. Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24553, *ubi per errorem inscribitur* quatuor milia florenorum).

2147 (CCCCLXXIII) Orvieto, 26 septembre 1297.

Facultas providendi. (fol. 321 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Lemovicensi. Tue merita sinceritatis —.

Ut possit ecclesiastica beneficia in diocesi vel civitate sua vacantia et sedis apostolice collationi per statuta concilii Lateranensis reservata, conferre, dummodo residentiam in eis beneficiati faciant, etc.

Dat. apud Urbemveterem, VI kal. octobris, anno tertio.

2148 (CCCCLXXIIII) Vatican, 26 novembre 1297.

Revocatio processus. (fol. 321 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ex parte dilectorum filiorum.. potestatis, communis et consilii Spoletanorum fuit nobis expositum quod quondam magister Raynerius de Pisis apostolice sedis notarius, tunc rector Spoletani ducatus per sedem eandem deputatus seu magister Theodisius, ejusdem magistri Raynerii in eodem ducatu vicarius generalis, occasione castri Arronis siti in territorio et districtu ejusdem civitatis, potestati, consilio et communi civitatis ipsius quedam precepta et mandata fecisse dinoscitur, a quibus pro parte communis civitatis ipsius ad eandem sedem extitit appellatum. Demum idem magister Raynerius, tam auctoritate litterarum felicis recordationis Nicolai pape IIII. predecessoris nostri quam ex sua ordinaria potestate, universitati communis predicti sub penis quatuor milium marcharum argenti, et in eosdem commune et civitatem ejusque districtum interdicti, et in potestatem et capitaneum prefatos, necnon antianos, consiliarios et singulos offitiales dictorum communis excommunicationis mandavit ut prefatum castrum, quod iidem commune quiete possederant, in manibus suis, ecclesie Romane nomine, libere infra certum terminum assignarent; alioquin ipsos extunc penas incurrere voluit supradictas, et etiam ad exactionem dicte pene pecuniarie et alias, prout sibi expediens videretur, se asseruit processurum, propter quod pro parte predic-

torum communis iterato ad eandem sedem extitit appellatum. Idem etiam predecessor per suas sub certa forma litteras, predictis potestati, consilio et communi mandavit ut prefatum castrum liberum et expeditum dicto rectori, ipsius predecessoris et ecclesie Romane nomine, infra certum terminum assignarent, et, eisdem potestate, consilio et commune id non adimplentibus, idem predecessor per alias suas sub certa forma litteras predictis communi sub pena decem milium marcharum argenti et ammissionis omnium privilegiorum, libertatum et immunitatum eisdem potestati, consilio et communi ac civitati a sede apostolica et suis legatis ac ipsius ducatus rectoribus pro tempore concessorum, iterato mandavit ut castrum ipsum rectori seu ejus vicario, predictis commissionibus quibuscunque appellationibus interjectis, quas frivolas reputabat, nequaquam obstantibus, absque more dispendio exhiberent; alioquin eos predictam penam decem milium marcharum incurrere ipsosque predictis privilegiis, indulgentiis, libertatibus et immunitatibus privatos fore decrevit, et nichilominus comminatus fuit ulterius procedere contra eos. Cumque dictum commune super premissis ad eundem predecessorem habuissent recursum, idem predecessor nobis, tunc in minori officio constitutis, et dilecto filio nostro M. Sancte Marie in Porticu diacono cardinali negotium hujusmodi audiendum commisit, nosque incepimus in negotio ipso procedere predicto predecessore vivente. Et tandem quondam magister N. de Trebis, tunc ipsius predecessoris camerarius, ex commissione seu de mandato predecessoris ejusdem, ut dicebat, nobis et cardinali predicto irrequisitis et insciis, pronuntiavit atque decrevit nominatos potestatem, consilium et commune penam quatuordecim milium marcharum argenti et privationem incurrisse predictas, ceterosque processus factos per dictum rectorem ejusque offitiales in suo robore permanere, mandans potestati ac offitialibus ipsis, sub excommunicationis, et dicto communi, sub interdicti penis, seu eorum procuratori, ipsorum nomine, ut supradictum castrum in manibus rectoris ponerent supradicti; alioquin eos hujusmodi excommunicationis et interdicti sententiis eo ipso voluit subjacere, propter quod ex parte dictorum potestatis, consilii et communis ad predictam sedem extitit appellatum. Postmodum autem, eodem predecessore viam universe carnis ingresso, et demum nobis ad apicem summi apostolatus assumptis, dictisque commune super hoc ad nos per suos certos procuratores et nuntios recursum habentibus, nos prefatum cardinalem dedimus in hujusmodi negotio auditorem. Comparentibus itaque coram dicto cardinale seu auditore ejus magistro Helya Boetii sindico et procuratore dictorum potestatis, consilii et communis, et magistro Mathia de Theate procuratore dicte Romane ecclesie, in termino eis ab eodem cardinale seu dicto auditore prefixo, idem magister Helyas in juditio libellum obtulit, per quem inter alia, procuratorio nomine dictorum potestatis, consilii et communis, petiit omnes processus, penas et sententias, tam auctoritate predicti predecessoris quam per memoratos vicarium, rectorem ejusque offitiales et camerarium habitos, cassari et irritari et cassos et irritos nuntiari. Demum nondum lite super libello hujusmodi legitime contestata, prefati potestas, consilium et commune nobis humiliter supplicarunt ut cum ex processibus seu mandatis dictorum predecessoris, vicarii et camerarii, penis, multis vel sententiis eorumdem, aut alicujus ipsorum memoratum commune multipliciter sit gravatum, providere eis super hiis, eorumque statui, anfractibus litigiorum exclusis, de benignitate solita dignaremur. Nos igitur devotionem, quam prefatum commune ad nos et dictam sedem habere dinoscitur attendentes, quod nobis et cardinale predicto, quibus prefatum negotium commissum fuerat, irrequisitis et insciis camerarius ipse processit, ac volentes memoratum commune in devotionem sepedicte ecclesie conservare ipsumque prosequi speciali prerogativa favoris, omnia precepta, mandata, decreta, processus, litteras, sententias, penas et multas, necnon privationes privilegiorum, indulgentiarum, libertatum et immunitatum, temporalia per dictos predecessorem, rectorem et vicarium aliquem vel aliquos eorumdem facta, indicta seu prolata, suspendimus quantum ad omnem effectum usque ad beneplacitum dicte sedis, excommunicationis et interdicti sententias per eosdem predecessorem, rectorem ac vicarium et camerarium memoratum, aliquem vel aliquos ipsorum prolatas misericorditer relaxantes, omnemque processum prefati camerarii, et quidquid per eum pronuntiatum, sententiatum, decretum, declaratum, factum vel actum spiritualiter et temporaliter noscitur, revocamus et tollimus de gratia speciali: decernentes quod per ea que camerarius ipse fecit, nullum in posterum dicto communi prejuditium generetur. Volumus insuper quod, hujusmodi suspensione durante, tempora prosequendarum appellationum predictarum sepedicto communi non currant, quodque per predicta vel eorum aliquod juribus, si qua sedi prefate ac eidem communi in dictis castro, pertinentiis, territorio et districtu, vel eorum aliquo seu aliquibus, alias quomodolibet competunt, nullum prejuditium generatur. Nulli ergo etc, nostre suspensionis, relaxationis, revocationis, ablationis et constitutionis etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI. kal. decembris, anno tertio.

2149 (CCCCLXXV) Vatican, 15 novembre 1297.

Collatio. (fol. 322).

Dilecto filio Ricchardo de Ferentino capellano nostro abbati secularis ecclesie Sancti Johannis Evangeliste Ferentinatis. Ad tui honores —.

Ei abbatia seu rectoria ecclesie prefate, per mortem quondam Rolandi dicti Grati de Ferentino nunc vacans, confertur non obstante quod in Ferentinate, Sorana, et Sancti Audomari prebendas et ecclesiam S. Germani de Cesserat, Narbonensis diocesis, obtinet, et nuperrime canonicatum in ecclesia Tornacensi recepit; nec tamen teneatur ad sacerdotium pronoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. decembris, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis .. abbati secularis ecclesie Sancti Angeli et Johanni de Romanis, S. Agathe Ferentinatis, ac magistro Ugutioni de Vercellis capellano nostro, Brugensis Tornacensis diocesis, canonicis ecclesiarum.*

Dat. ut supra.

2150 (CCCCLXXVI) Orvieto, 31 octobre 1297.

Restitutio habilitatis. (fol. 322 v°)

Dilectis filiis Lotto et Vanni fratribus, filiis quondam Cambii dicti Ricci de Misinellis, civibus Urbevetanis Romane ecclesie fidelibus. Laudanda sedis —.

Eis indulgetur, ut non obstantibus culpis sui patris Cambii Richi de Urbevetere, ecclesiastica beneficia recipere, layci vero ad officia publica aliosque seculares honores legitime promoveri valeant.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

2151 (CCCCLXXVII) Vatican, 21 novembre 1297.

Collatio per biennium. (fol. 322 v°).

Dilecto filio magistro Johanni Regis clerico Morinensis diocesis. Apostolice sedis —.

Ei, qui «in liberalibus artibus cathedram meruit ascendere magistralem», confertur per biennium regimen scolarum ecclesie Tornacensis, si vacat ad presens, vel quamcito vacaverit, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, non obstante quod ei de canonicatu ecclesie S. Petri Casletensis provisum fuit, super quo cum quodam alio litigat.

Dat. apud Sanctum Petrum, XI kal. decembris, anno tertio.

2152 (CCCCLXXVIII) Orvieto, 24 septembre 1297.

Facultas. (fol. 322 v°).

Dilecto filio R. abbati monasterii Sancte Justine Paduane ordinis Sancti Benedicti. De provisionis nostre —.

Ut possit, cum monasterium suum, in quo receptio monachorum ad eum et conventum illius pertinet, defectum sustineat ministrorum, in eodem monasterio de consilio episcopi Paduani septem ydoneas personas in monachos recipi facere.

Dat apud Urbemveterem, VIII kal. octobris, anno tertio.

2153 (CCCCLXXVIIII) Vatican, 20 novembre 1297.

Attributio ecclesie. (fol. 323.)

Venerabili fratri Nicolao episcopo Theanensi. Per grata devotionis —.

Terminatur quedam litigatio inter prefatum episcopum et Tytium archipresbyterum ecclesie de Colle, Vulterane diocesis, capellanum pape, occasione ecclesie Sanctorum Johannis et Pauli Theanensis, quam dictus archipresbyter sibi pertinere asserebat; quo quidem resignare prefatam pollicito si episcopus ei viginti et quinque florenorum auri pensionem annuam concedat, statuitur a papa ecclesiam eamdem mense episcopali Theanensi pertinere, nec ullam jus in ea Tytio deberi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. decembris, anno tertio.

2154 (CCCCLXXX) Orvieto, 31 octobre 1297.

Confirmatio collationis. (fol. 323)

Dilecto filio Hugolino nato Francisci Boncontis de Pisis plebano plebis Sancti Michaelis de Capite Libero Massanensis diocesis. Cum nuper Nicolaus —.

Confirmantur littere quedam Petri Sancte Marie Nove diaconi cardinalis, date apud Urbemveterem XIII kal. novembris, anno tertio, quibus ille de mandato pape, recepta resignatione Nicolai Pieri plebani plebanatus S. Michaelis, eumdem plebanatum prefato Hugolino confert, non obstante defectu quem in etate et ordinibus patitur.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

In e. m... *Sancti Syxti Pisani et.. de Milliarino prioribus ac .. plebano plebis de Vada Pisane diocesis.* — Dat. ut supra.

2155 (CCCCLXXXI) Orvieto, 12 septembre 1297.

Commissio citationis. (fol. 324)

Venerabili fratri.. episcopo et dilectis filiis.. officiali Trecensi ac .. decano ecclesie Sancti Criaci (sic) *de Primino Senonensis diocesis.* Nuper nobis —.

Montutio Guadanni (*sic*), Johanni Baldinetti, Bartholomeo Symonis, Nicolao Corradi, Raynerio Raynaldi, Jacomino Bene et aliis eorum sociis de societate Francisiorum (*sic*) mercatoribus Florentinis, qui dua milia librarum parisiensium Guillelmo abbati monasterii Deruensi Cathalaunensis diocesis ordinis S. Benedicti in mutuo tradiderant, concessum fuerat ut eorum indempnitati precaveretur. Ideo Miloni de Castelloto Senonensis et Raynerio de Vichio Lichefeldensis ac Perfecto Phisico Florentine ecclesiarum canonicis mandatum fuit ut prefatum abbatem excommunicatum publice nuntiarent, si termino prefixo summam debitam procuratori eorumdem mercatorum non solveret. Tempore quidem effluxo abbas non solvit, et sententias excommunicationis in eum latas per Raynerium de Vichio dampnabiliter vilipendens, eos fere per annum sustinuit. Mandatur ergo infranominatis ut citent prefatum abbatem ad comparendum personaliter infra duos menses post citationem apud apostolicam sedem.

Dat. apud Urbemveterem, II id. septembris, anno tertio.

2156 (CCCCLXXXII) Vatican, 20 novembre 1297.

Nominatio abbatis S. Pauli de Urbe. (fol. 324.)

Dilecto filio Gauberto abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti. Ex incumbenti nobis —.

Is, tunc decanus monasterii Casinensis, monasterii S. Pauli de Urbe ejusdem ordinis, per obitum Bartholomei pastore destituti, preficitur in abbatem.

Dat. Rome apud S. Petrum, XII kal. decembris, anno tertio.

In e. m.. *decano et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe ad Romanam ecclesiam etc.*

In e. m. *universis vasallis ejusdem monasterii.* — Dat ut supra.

2157 (CCCCLXXXIII) Vatican, 28 novembre 1297.

Executoria de mutuo. (fol. 324 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. preposito Pistoriensis ac.. thesaurario Cathalaunensis ecclesiarum. Exposuit pridem nobis —.

Cum magister Guillelmus de Voys officialis Remensis, nomine Petri Remensis archiepiscopi, in curia Romana constitutus obtinuit usque ad summam duorum milium florenorum auri pro episcopo prefato mutuum contrahendi licentiam, a Lanfranco Anselmi et Andre Merguliesii mutuantibus pro se ac aliis eorum sociis de societate Clarentum Pistoriensibus mercatoribus, eis injungitur ut restitutioni provideant excommunicando, suspendendo, citando etc. archiepiscopum, successores, aut administratores qui pro tempore fuerint, si prefixis terminis summa debita non solveretur.

Dat. apud S. Petrum, IIII kal. decembris, anno tertio.

2158 (CCCCLXXXIIII) Vatican, 17 novembre 1297.

Commissio citationis, (fol. 325.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Mediolanensi. Ex parte dilecti —.

Ut fratrem Thomam ordinis Predicatorum inquisitorem in partibus Lombardie, jam pridem suspensum occasione processus per eum habiti contra fratrem Paganum de Petrasancta, ad comparendum coram sede apostolica peremtorie citet, allegaturum innocentiam aut recepturum pro meritis.

Dat. Rome apud S. Petrum, XV kal. decembris, anno tertio.

2159 (CCCCLXXXV)

Forma juramenti [pro abbate monasterii Auge Majoris ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Benedicti Constanciensis diocesis] (fol. 325 v°.)

2160 (CCCCLXXXVI) Orvieto, 31 août 1297.

Commissio. (fol. 326)

Dilecto filio.. abbati monasterii de Septimo Florentine diocesis. Exposita nobis —.

Cum Brunus Alberti civis Florentinus cupiat conscientiam suam exonerare de quingentis circa libris florenorum parvorum per usuras acquisitis, quas non potest his quibus deberet restituere, et proposuerit predictam pecuniam in viginti annis, scilicet de viginti libris quolibet anno, personis et locis ad beneplacitum pape exprimendis satisfactionem impendere, prefato abbati mandatur ut hanc pecuniam.. abbatisse et conventui

monasterii S. Donati ad Torrim Cisterciensis ordinis Florentine diocesis assignare faciat.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. septembris, anno tertio.

2161 (CCCCXLXXVII) Orvieto, 1er septembre 1297.

Assignatio bonorum. (fol. 326 v°.)

Dilecto filio nobili viro Richardo de Militiis de Urbe. Grata tue devotionis —.

Omnia ei conceduntur bona, stabilia seu mobilia, ubicumque sint, que possidebat Laurentius de Fuscis de Berta de Urbe, capellanus et camerarius Petri de Columpna, qui cum Columpnensibus stetit et eis dedit auxilium post eorum depositionem.

Dat. apud Urbemveterem, kal. septembris, anno tertio.

2162 (CCCCLXXXVIII) Sutri, 7 novembre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 327.)

Dilecto filio nobili viro nato quondam Bertrandi de Calanconio et dilecte in Christo filie nobili mulieri Clementie nate dilecti filii nobilis viri Guillelmi domini de Rupe, Aniciensis diocesis. Etsi conjunctio copule —.

Ut, etsi quarto gradu consanguinitatis juncti, possint libere matrimonium contrahere.

Dat. Sutrii, VII id. novembris, anno tertio.

2163 (CCCCLXXXVIIII) Vetralla, 6 novembre 1297.

Reservatio. (fol. 327.)

Dilecto filio Arrigolo nato dilecti filii Raynerii Jacobi de Raynucinis civis Senensis canonico Silvanectensi. Attendentes devotionem —.

Ei reservatur in majori vel quavis ecclesiarum civitatis vel diocesis Senensis dignitas vel personatus aut aliud beneficium ecclesiasticum, vacans ad presens aut proximo vacaturum, non obstante quod in ecclesia Silvanectensi canonicatum et prebendam obtinuit, et defectum in etate et ordinibus, infra vicesimum quintum annum constitutus, patitur.

Dat. Vetralle, VIII id. novembris, anno tertio.

In e. m .. *priori secularis ecclesie de Monticiano, Vulterrane, et .. plebano plebis de Mozone, Senensis diocesis, ac Bertuldo de Labro Carnotensi canonico, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

2164 (CCCCLXXXX) Orvieto, 8 octobre 1597.

Collatio. (fol. 327 v°.)

Dilecto filio Andree nato quondam Jacobi Riccardi de Militiis de Urbe canonico et archidiacono Bracharensi. Tua et tuorum —.

Ei auctoritate apostolica conferuntur canonicatus et archidiaconatus quos obtinebat in ecclesia Bracharensi Laurentius de Fuscis de Berta, camerarius Petri de Columpna, nunc omnibus bonis et beneficii privatus propter suam ergo Columpnensis fidelitatem, non obstante quod canonicatum in ecclesia beate Marie de Arquata Paduane diocesis obtinet et defectum patitur in etate et in ordinibus.

Dat. apud Urbemveterem, VIII id. octobris, anno tertio.

In e. m .. *archidiacono de Alaurugia in ecclesia Tudensi et magistris Nicolao de Frajapanatibus ac Johanni de Papazolis capellanis nostris canonicis Lateranensibus.* — Dat. ut supra.

2165 (CCCCLXXXXI) Orvieto, 23 octobre 1297.

Gratia. (fol. 328.)

Dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. Desideriis vestris —.

Eis conceditur ut in omnibus hospitalibus suis, ubi oratoria capellas et cimiteria adhuc non haberent, talia construere possint; utque locorum ordinarii teneantur ad eorum requisitionem primarium concedere lapidem pro oratoriis et capellis et cimiteria benedicere supradicta.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. novembris, anno tertio.

2166 (CCCCLXXXXII) Vatican, 27 novembre 1297.

Concessio seu assignatio domorum. (fol. 328.)

Dilecto filio nobili viro Golferano Cironis civi Romano. Olim ex justis —.

Memorantur sententie excommunicationis et confiscationis contra Columpnenses et eorum sequaces late.

—Cum igitur quasdam domos, sitas in regione Biberatice, in contrata Campi Carlei de Urbe, suis finibus terminatas, quas olim tu ad te, ut proponis, jure dominii pertinentes, per dictum Agapitum de Columpna, tunc senatorem Urbis, detrusus in carcerem, tibique nisi venderes metu mortis illato, Berthuldo de Palumbaria sic coactus, prout asseris, vendidisti, Bartholomeus Stephani Zazaronis, et Matheus et Andreas fratres nati Johannis Zazaronis, quibus idem Berthuldus vendiderat domos predictas, donationis seu venditionis titulo transtulerint in dictum Stephanum de Columpna, sicut in instrumentis exinde confectis plenius dicitur contineri —.

Cum igitur prefatus Stephanus omnibus bonis privatus fuerit, eadem domus cum omnibus pertinentiis suis prefato Golferanno ac heredibus suis in perpetuum conceduntur.

Dat. apud S. Petrum, v kal. decembris, anno tertio.

In e. m. .. *preposito Sancti Audomari Morinensis diocesis et Johanni nato nobilis viri Landulfi de Columpna basilice principis Apostolorum de Urbe, ac Cincho de Cancellariis Sancti Marcelli juxta Parisius ecclesiarum canonicis, capellanis nostris.* — Dat. ut supra.

2167 (CCCCLXXXXIII) Orvieto, 30 octobre 1297.

Commissio abbatem eligendi. (fol. 328 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Bassiliensi (sic) *et dilectis filiis.. Scafusensis, Sancti Benedicti, et .. de Salem, Cisterciensis ordinum, Constanciensis diocesis monasteriorum abbatibus.* Etsi religiosorum —.

Cum Marcuardus de Veringen, olim cellararius monasterii Auge Majoris, per decanum et conventum in ipsius monasterii abbatem electus post obitum Alberti abbatis, apud sedem apostolicam constitutus ad benedictionis munus obtinendum decesserit, conventus et decanus H. Constanciensem episcopum in gubernatorem monasterii elegerunt, et a papa petierunt ut hujusmodi administrationem episcopo commissam confirmaret. Papa vero, monasterium ab abbate regi utilius existimans, tribus prefatis executoribus mandat ut personam ydoneam in abbatem eligant et ei munus benedictionis impendant.

Dat. apud Urbemveterrem, II kal. novembris, anno tertio.

2168 (CCCCLXXXXIIII) Orvieto, 31 octobre 1276.

Reservatio. (fol. 328 v°.)

Dilecto filio Jacobo nato dilecti filii nobilis viri Johannis Machaonis de domo Gualandorum clerico Pisano. Devotionis tue —.

Ei, consideratione Oddonis Gaietani de Pisis, cujus est consanguineus, reservatur beneficium ecclesiasticum nunc vacans aut quod proximo vacaverit in civitate vel diocesi Pisana, non obstante quod in etate et ordinibus defectum patitur.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

In e. m .. *priori Sancti Augustini de Rezano et .. plebano de Subiliano, Pisane et Lucane diocesium, ac Philippo Gallo canonico Pisano.* — Dat. ut supra.

2169 (CCCCLXXXXV) Orvieto, 27 octobre 1297.

Dispensatio. (fol. 329.)

Dilecto filio Johanni, nato quondam Geraldi comitis Armaniaci et Fezensaci [1] *presbytero monacho monasterii de Gimonte Cisterciensis ordinis Auxitane diocesis.*

Ei indulgetur, precibus Arnaldi Tholosani prepositi ac .. abbatis et conventus monasterii de Gimonte ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, possit ad quascumque sui ordinis administrationes promoveri, etiam si abbatie fuerint, Cisterciensis, Claravallensis, Pontiniaci et Delafertet monasteriorum abbatiis duntaxat exceptis.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. septembris, anno tertio.

2170 (CCCCLXXXXVI) Vatican, 22 novembre 1297.

Pro hospitali S. Spiritus de Urbe. (fol. 329.)

Dilectis filiis magistris (sic) *et fratribus hospitalis nostri Sancti Spiritus in Xasia de Urbe.* Ut eo libentius —.

Ut nulli teneantur exhibere tallias vel collectas aut exactiones quascumque in pecunia numerata vel rebus aliis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. decembris, anno tertio.

2171 (CCCCLXXXXVII) Vatican, 22 novembre 1297.

Pro eodem. (fol. 329.)

Eisdem. Sollicitudinem vestram —.

Ut nemini teneantur exhibere canonicam portionem seu justitiam de blado, vino, lectis, pannis et animalibus que fideles ad usus pauperum hospitalis in ultima voluntate relinquunt.

Dat. ut supra.

1. *Ms.* Fezensi.

2172 (CCCCLXXXXVIII) Vatican, 28 octobre 1297.

Pro eodem. (fol. 329 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis abbatibus, prioribus, decanis etc. et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Nos absque dolore —.

Ut bona hospitalis S. Spiritus in Xasia de Urbe defendant contra illos qui res, domos et possessiones magistri et fratrum invaserint, vel detinuerint que eis ex testamento relinquuntur, aut extorserint decimas laborum, promulgando contra laycos excommunicationis, contra ecclesiasticos vero ab officio et beneficio suspensionis sententias.

Dat. ut supra.

2173 (CCCCLXXXXVIIII) Vatican 28 octobre 1297

Pro eodem. (fol. 329 v°.)

Dilectis filiis.. magistris et fratribus hospitalis nostri Sancti Spiritus in Xasia de Urbe. In litteris fe. re. Innocentii pape III. predecessoris nostri sic perspeximus contineri. « Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis.. rectori et fratribus Sancte Marie in Saxia salutem etc. Cupientes pro plurimis et maximis benefitiis divinitus nobis concessis, pro quibus Patri luminum, datum a quo est omne optimum et omne donum perfectum, nos fatemur existere pre ceteris mortalibus debitores, aliquid non tam de nostro largiri quam reddere illi de suo, qui nobis nobis (*sic*) misericorditer contulit universa, quoniam sacra docente scriptura didicimus id in oculis ejus inter alia miserationi [1] opera gratum fore plurimum et acceptum quod erogatur in necessitatibus plurimorum, ecclesiam Sancte Marie in Saxia, quam dilectus filius J. primicerius scole cantorum in Urbe tenebat, ad liberam resignationem ipsius, cui ecclesiam Sancte Marie in Monte assignavimus, hospitalitatis offitio duximus deputandam et, ut ibidem indigentibus et infirmis velud in loco quem magis accomodum prehelegimus (*sic*) humanitatis solatia melius valeant exhiberi, eam tam personis et hedificiis quam possessionibus et redditibus dotare disposuimus et ditare, quatenus ibidem per pietatis opera Christo capiti serviatur in membris, in quibus se recipi fatetur et sperni secundum Evangelicam veritatem. Ceterum, quoniam propter operis novitatem nondum quivit ad plenum statutis regularibus ordinari, ordinationem hujusmodi providentie duximus apostolice reservandam, dummodo locus idem futuris temporibus hospitalis permaneat receptioni necessitatem patientium deputatus, ad quam a nobis noscitur principaliter institutus. Sane ut tam laudabili proposito securius insistere valeatis, institutionem et concessionem nostram presentium muninine roborantes, prefatam Sancte Marie in Saxia ecclesiam cum omnibus bonis, tam ecclesiasticis quam mundanis, que rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo eadem ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis, ecclesiam Sancte Marie in Palatiolo cum septem petiis vinearum et generaliter et omnibus, rursus in valle Arnetti duas petias vinearum et in prato Calicis duas, ecclesiam Sancti Salvatoris in Fornello cum omnibus possessionibus suis, tres predicas (*sic*) terre positas foris portam beati Petri in monte Esclato, item aliam peditam in salm. (?) in ponte sancti Petri, duas domos in Scoreclario, quatuor ad caulas Trivii, unam in descensu Caballi marmorei, unam in flumine Tiberis circa eandem ecclesiam, tria molendina quorum unum cum omnibus usibus et utilitatibus tenet et habet muricinum, unum alterum est ad medietatem locatum, aliud locatum est totum, propterea (*sic*) hospitalitatem Anglorum cum omnibus utilitatibus et proventibus quos eadem ecclesia de ipsa percipere consuevit, specialiter autem ecclesias Sancti Leonardi et Sancti Silvestri sitas in territorio Tusculano, cum domibus et possessionibus et omnibus aliis bonis ad ipsas spectantibus, et cum illis etiam tenimentis que sibi de misericordie donationis munere sunt adjecta, sicut ea omnia in instrumento donationis nostre certis finibus designantur, vobis et per vos ecclesie antedicte auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre protectionis et confirmationis etc. Dat. Anagnie, IIII. id. Decembris, anno IIII^{to}. Nos autem devotionis vestre precibus inclinati, ad instar fe. re. Gregorii pp. noni predecessoris nostri, quod ab eodem predecessore Innocentio super premissis factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra.

1. *Ms.* miseration i.

2174 (D) Orvieto, 23 octobre 1297.

Pro hospitali S. Antonii Viennensis. (fol. 330.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, decanis et aliis ecclesiarum prelatis et eorum vices gerentibus ad quos littere iste pervenerint. Preces que continent —. Cum igitur ad monasterium et hospitale Sancti Antonii, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentia ordinis Sancti Augustini Viennensis diocesis, quod quidem hospitale nuper ipsi monasterio subiciendum duximus pariter et uniendum, infirmorum diversarum infirmitatum et egenorum undique non modica confluat multitudo, quorum quidam sic membrorum omnium sunt officio destituti ut potius monstra horribilia quam homines videantur, et ad substentationem eorum proprie ipsorum monasterii et hospitalis non suppetant facultates —.

Ut nuntios eorumdem monasterii et hospitalis benigne recipiant et parochianos inducant ad eis subsidia et elemosynas largiendum.

Dat. apud Urbemveterrem, x kal. novembris, anno tertio.

2175 (DI) Orvieto, 26 octobre 1297.

Facultas. (fol. 330.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii et hospitalis Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. Vota devotorum —.

Eis indulgetur ut fratres sacerdotes, congregationis ipsorum in curia apostolica opera exsequentes, Gallicorum et ceterorum curiam ipsam sequentium confessiones audire et eis sacramenta ministrare valeant.

Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas novembris, anno tertio.

2176 (DII) Vatican, 2 décembre 1297.

Confirmatio electionis. (fol. 330.)

Dilecto filio Arnaldo Rogerii electo Tholosano. Rex pacificus —.

Is, post mortem Ludovici episcopi Tholosani, in episcopum per Petrum de Saboneriis et Arnaldum de Ordatio priores Tholosane diocesis, Sycardum archidiaconum de Gimoesyo in eadem ecclesia, Bernardum thesaurarium, Olivarium operarium et Beltrandum elemosynarium canonicos ecclesie predicte, compromissarios totius capituli electos, post examinationem electionis per H. Ostiensem ac Johannem tituli SS. Marcellini et Petri presbyterum et Neapoleonem S. Adriani diaconum cardinales, confirmatur.

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas decembris, anno tertio.

In e. m.. *priori et capitulo ecclesie Tholosane.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Tholosane.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Tholosane.*

In e. m.. *universis ecclesie Tholosane vasallis.*

In e. m.. *regi Francie illustri.*

In e. m. *archiepiscopo Narbonensi.* — Dat. ut supra.

2177 (DIII) Orvieto, 1er sept. 1297.

Collatio dignitatis. (fol. 301.)

Dilecto filio Aldobrandino nato quondam Jacobi Riccardi de Militiis de Urbe archidiacono Londoniensi. Tua et tuorum sincere —.

Ei confertur archidiaconatus Londoniensis, quem obtinebat Laurentius de Fuscis de Berta, camerarius Petri de Columpna, et quo privatur propter suam Columpnensibus adhesionem nonobstante quod de canonicatibus et prebendis in basilica S. Johannis Lateranensis et Belvacensi ecclesia provisus est, et quod non est in ordinibus constitutus.

Dat. apud Urbemveterem, kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *magistris Nicolao de Frajapanatibus et Johanni de Papazuris, Lateranensis, cappellanis nostris, ac Johanni de Luce, Londoniensis, ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2178 (DIIII) Orvieto, 1er novembre 1297.

Indulgentia. (fol. 331.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quoniam ut ait —.

Omnibus qui manum devote porrexerint adjutricem ad reparationem ecclesie Pratensis Pistoriensis diocesis per prepositum et capitulum ejusdem ecclesie inceptam, quadraginta dies

de injunctis penitentiis relaxantur. Hec valitura per quinquennium.

Dat. apud Urbemveterem, kal. novembris, anno tertio.

2179 (DV) Orvieto, 1er nov. 1297.

Indulgentia. (fol. 331.)

Eisdem. Loca sanctorum —.

Omnibus qui ecclesiam S. Stephani Pratensis in singulis beate Marie Virginis et S. Stephani protomartyris festivitatibus et per octo dies festivitates sequentes visitaverint centum dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. ut supra.

2180 (DVI) Vatican, 5 décembre 1297.

Collatio beneficii. (fol. 331 v°).

Dilecto filio Theodoro nato dilecti filii Gosi Aymerici civis Senensis canonico ecclesie Sancti Peregrini Senensis. Sincere devotionis —.

Ei, consideratione patris sui, reservatur beneficium ecclesiasticum, consuetum secularibus clericis assignari, ad dispositionem abbatis et conventus monasterii de Sancto Antimo ordinis sancti Guillelmi Clusine diocesis spectans, si vacat aut proximo vacaverit in ecclesia Clusina seu quacumque alia diocesi vel civitate, non obstante quod nondum XVIIIum annum attigit, et solum in duobus primis minoribus ordinibus est constitutus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. decembris, anno tertio.

In e. m.. *priori de Quintiano et.. plebano plebis de Lucigniano Senensis diocesis ac Nerio de Senis canonico Claromontensi.* — Dat. ut supra.

2181 (DVII) Vatican, 20 novembre 1297.

Dispensatio (fol. 332.)

Dilecto filio Petro Johannis magistro scolarum ecclesie Lucensis. Grandia tue multiplicis —.

Ei indulgetur ut, preter magisterium scolarum quod in Lucensi et canonicatus ac prebendas quos in eadem Lucensi et Tudensi, Nundoniensi et Palentina et prestimonia que in ipsis Nundoniensi et Palentina ac Legionensi et quamdam perpetuam portionem in ecclesia Legionensi, unicum aliud beneficium ecclesiasticum percipere et retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. decembris, anno tertio.

2182 (DVIII) Vatican, 12 décembre 1297.

Executoria mutui. (fol. 332.)

Dilectis filiis.. preposito Pistoriensis ac.. Tholosane et.. Parmensis archidiaconis ecclesiarum. Exponente nobis —.

Quod usque ad summam mille sexcentorum quinquaginta marcharum argenti Gundisalvus archiepiscopus Tholetanus mutuum contrahendi a Philippo Benedicti cive et mercatore Pistoriensi licentia habuit, et hanc summam recepit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. decembris, anno tertio.

In e. m. *dilecto filio preposito Pistoriensis, etc.*

Ut in precedenti de summa mille et quinquaginta marcharum argenti a Lanfranco Anselmi pro se, Clarentino Anselmi, Merguliesio et Johanne Bracchii, Putio et Baldo Raynerii, Gerardino Bonini, Marsuppino et Anselmo Meliorati, Andrea Merguliesis (*sic*), Ranerio et Morgiano Floravantis et Lapo Bracchii omnibus aliis de societate Clarentum de Pistorio in mutuum recepta.

Dat. ut supra.

2183 (DVIIII) Orvieto, 23 juillet 1297.

Mandatum (fol. 332.)

Dilecto filio.. primicerio ecclesie Sancte Marie de Venetiis Castellane diocesis. Cum nos olim Servumdei tunc priorem monasterii Sancte Marie de Virginibus de Venetiis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Marci Mantuani Castellane diocesis et alios professos ejusdem ordinis in monasterio ipso degentes, ex certis causis, ab ipso monasterio fecimus amoveri ne dilecte in Christo filie abbatissa et conventus — super possessionibus aliisque bonis et juribus ipsius monasterii a prefatis professis aliquam molestiam patiantur, ipsi ob necessariorum defectum per seculum dampnabiliter in animarum suarum dispendium evagentur —;

Ei mandatur ut illos ex eisdem professis qui collocati alibi

non existunt in aliquibus monasteriis sive locis ejusdem ordinis collocet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. augusti, anno tertio.

2184 (DX) Orvieto, 28 juillet 1297.

Commissio visitationis. (fol. 332.)

Eidem. Laudabile testimonium —.

Ut in monasterio S. Marie de Virginibus de Venetiis officium visitationis exerceat.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. augusti, anno tertio.

2185 (DXI) Orvieto, 28 juillet 1297.

Mandatum executionis. (fol. 332 v°.)

Eisdem. Petitio dilectorum. —.

Ei notificatur quod, cum duo conventus in monasterio Sancte Marie de Virginibus existebant, unus videlicet monialium predictarum et alius prioris et fratrum ordinis sancti Marci qui debebant curam gerere earumdem monialium et eis ministrare sacramenta, et cum ii, inhonestam trahentes vitam et conversationem, discordias et scandala gravia frequenter suscitabant in eodem monasterio, quod propter hoc non modicum collapsum erat in spiritualibus et temporalibus, mandatum fuerat plebano Sancti Bartholomei de Venetiis ut, super his inquisitione facta, priorem et fratrem a monasterio amoveret, si hoc existimaret oportunum, et sacerdotem ydoneum cure spirituali monialium committeret; quod ita fecit. Processum igitur dicti plebani confirmet primicerius et faciat observari.

Dat. ut supra.

2186 (DXII) Orvieto, 28 juillet 1297.

Confirmatio sententie. (fol. 332 vo.)

Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie de Virginibus de Venetiis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Marchi Mantuani Castellane diocesis. Petitio vestra nobis exhibita continebat quod nos olim, intellecto quod in monasterio vestro duo conventus, unus videlicet, et alius prioris et fratrum etc. *ut supra in precedenti usque* duximus confirmandum. Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes qui talis (*sic*) : In nomine Dei Eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri J. C. MCCXCV. mense septembris die octavo exeunte, indictione nona, presentibus religioso viro domino fratre Jacobo de Camaun. ordinis Fratrum Minorum et viris providis et discretis dominis Petro Andrea plebano Sancti Martini, Stephano Fuscani plebano Sancti Augustini de Venetiis, Johannes Bovini, Homobono de Verona et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis, nos Leonardus Faletto, plebanus ecclesie Sancti Bartholomei de Venetiis Castellane diocesis domini pape delegatus, recepimus litteras apostolicas sanctissini summi patris domini Bonifacii pape octavi — talis tenoris : Bonifacius etc. Dat. Anagnie VI kal. augusti anno primo. — Nosque volens mandatum apostolicum exequi reverenter secundum ipsum mandatum super ipsis litteris inquisitionem formavimus in hac forma —.

Sequitur forma inquisitionis ; non autem exponuntur criminum capita; et in presentia unius ex fratribus et conventus monialium pronuntiatur sententia. Dicti prior et fratres a monasterio prefato ommino amoventur ; monasterium per abbatissam a conventu electam administrabitur, cui prime electe hac vice idem plebanus munus consecrationis impendet, etc. Hujusmodi processus et sententia a papa roboratur et confirmatur.

Dat. apud Urbemveterem, v kal. augusti, anno tertio.

2187 (DXIII) Orvieto, 29 octobre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 333 vo.)

Dilecto filio nobili viro Wichardo de Combernio domino de Comberceto et dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie, nate quondam Guidonis domini ejusdem loci de Combernio domini de Trayniaco, Lemovicensis diocessi. Licet conjunctio —

Ut, etsi quarto ex uno latere et tertio ex altero consanguinitatis vinculo sint juncti, possint ad sedandos quosdam jurisdictionis et proprietatis super castro de Trayniaco conflictus matrimonium contrahere.

Dat. apud Urbemveterem, III kal. novembris, anno tertio.

2188 (DXIII) Vatican, 18 décembre 1296.

Ratificatio conventionum inter reges Aragonie et Sicilie. (fol. 333 v°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Intendentes ab olim ad recuperationem insule Sicilie, in nostra et ecclesie Romane et carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris temeraria rebellione manentis, de fatiendo armatam in estate proximo preterita contra Fredericum de Aragonia detinentem ipsam insulam occupatam et rebelles Siculos, cum dicto rege Sicilie et cum carissimo in Christo filio nostro Jacobo Aragonie, Sardinie et Corsice rege illustri duximus ordinandum, ac certa pacta et conventiones inter nos et eosdem reges super hoc fuerunt inita et firmata. Verum quia idem rex Aragonie, ex certis supervenientibus sibi, ut asserit, impeditus obstaculis, armatam ipsam non fuit effectualiter tempore debito nec postmodum etiam prosecutus, infrascripta pacta et conventiones inter eosdem reges super fatienda et prosequenda per eundem regem Aragonie in proximo futuro vere armata [1] predicta sub infrascriptis modis et formis intervenisse dicuntur. Que omnia dicti reges ratificari per nos cum instantia postularunt. Nos igitur ipsorum regum precibus inclinati, pacta et conventiones hujusmodi, et ea omnia, prout inferius continentur, quoad ipsos reges et inter eos, rata gerimus atque etiam grata : ita tamen quod in eo casu hec nostra ratificatio facta censeatur, et ita demum valeat, si predictus rex Aragonum hujusmodi conventiones et pacta, quantum ad ipsum pertinent, observarerit et adimpleverit, nichilque objecerit nec reclamaverit ex eo quod, secundum conventiones ipsas, in statuto termino per eas non sit ei premissa pecunia persoluta; alioquin, quoad omnem suum effectum, hujusmodi nostra ratihabitio nullius omnino momenti existat et pro non facta penitus [h]abeatur, et quod deductio decem galearum inter reges conventa predictos de octuaginta galeis nobis et eidem ecclesie per dictum regem Aragonie pro dicta armata preterita promissis atque conventis, et alia ad que deducenda et minus fatienda per ipsum regem Aragonie de conventis et promissis dudum nobis per eum super armate predicte negotio, prout in ipsis conventionibus continentur, inter eosdem reges est ut infra describibitur ordinatum, non nobis sed predicto regi Sicilie imputentur et etiam computentur : ita quod ipse ad restitutionem, refectionem et recompensationem deductorum seu deducendorum et minus fatiendorum hujusmodi per dictum regem Aragonie, nobis et eidem ecclesie teneatur. Tenores autem pactorum et conventionum hujusmodi, quos dictus Sicilie rex sub suo sigillo secreto nobis destinavit inclusos, tales sunt : « Noverint universi quod XIII kalendas novembris anno Domini millesimo CCLXXXXVII, apud Turolium, in presentia reverendi patris domini Jacobi Idrontini archiepiscopi, sedis apostolice legati, et mei notarii, et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, illustris et magnificus princeps dominus Jacobus Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum, Valentie et Murcie, comesque Barchinonie ac sancte Romane ecclesie vexillarius, amiratus et capitaneus generalis, constitutis in ejusdem regis presentia nobili viro Hugone de Vicinis senescalco Provintie et Forcalcherii, et discreto viro magistro Guillelmo Ebrardi legum doctore, nuntiis et procuratoribus illustrissini domini Caroli Jerusalem et Sicilie regis, et a dicto rege Aragonum requirentibus nomine et pro parte regis Sicilie predicti quod negotium armate pro eundo in Siciliam olim tempore preterito tractatum et ordinatum inter sanctissimum patrem et dominum dominum Bonifatium sacrosancte Romane et universalis ecclesie summum pontificem ac regem Sicilie et regem Aragonum prelibatos, prosequerentur in vere proximo futuro, prout tractatus ipse habitus fuerat ac etiam ordinatus, concessit idem rex quod personaliter ibit et prosequetur negotium ipsum in vere proximo, juxta tractatum, ordinationes et conventiones habitas inter predictos dominos summum pontificem, regem Sicilie et ipsum regem Aragonum, hoc excepto quod ex illis octuaginta galeis, quas idem rex Aragonum pro prosecutione dicti negotii secum ducere debebat, ducet secum septuaginta galeas decenter et sufficienter armatas gentibus et aliis omnibus oportunis, et ducet in eis quingentos equites et tria milia peditum de terra et regnis suis, equis et aliis necessariis decenter munitos, ita tamen quod fatiat integre regi Aragonum de quantitate pecunie ad solvendum restante de tota summa pecunie, quam pro armatione et munitione dictarum octuaginta galearum et militum ac peditum predictorum debebat recipere et habere, et que sibi propterea debebat tribui et exolvi, et quod rex Sicilie predictus consentiat et concedat quod ille decem galee, que diminuuntur seu deducuntur de numero predictarum octuaginta galearum, sunt inde diminute et deducte de assensu et voluntate ac beneplacito ipsius regis Sicilie ; et quod idem rex Sicilie procurabit et fatiet cum effectu quod dominus summus pontifex predictus acceptabit deductionem dictarum decem galearum et solutionem pecunie propterea solute, et, si dictus dominus summus pontifex ratum non haberet velletque recuperare pecu-

1. *Ms.* : arma.

niam pro predictis decem galeis solutam, quod ipse rex Sicilie hoc de suo solvere teneatur et solvat. Fuit etiam actum quod rex Aragonum non possit aliud a rege Sicilie predicto petere pro expensis seu missionibus, quas usque nunc fecerit seu sustinuerit, aut pro reparatione galearum facta seu fatienda pro predicto viatico quod cum Dei auxilio in vere futuro pro prosecutione dicti negotii est facturus; et quod etiam rex Sicilie predictus tribui faciet[1] et exolvi in pecunia regi Aragonum vel nuntio aut nuntiis suis, quos propterea mittet in Provintiam per totum mensem novembris proximo futurum, totam et integram pecunie quantitatem quam, ut predicitur, habere debet et sibi restat ad solvendum de tota summa pecunie que eidem solvi debebat pro armatione et munitione octuaginta galearum predictarum ac militum et peditum prescriptorum; verumtamen, si de dicta summa pecunie, que propterea solvi debet regi Aragonum predicto per totum mensem novembris predictum non satisfiere[t] eidem regi integre per eundem mensem, immo restaret sibi aliqua quantitas ad solvendum, quam dicto regi aut nuntiis suis predictis in Provintia exsolvisset per totum mensem novembris tunc continue sequentem, habeatur et sit proinde ac si exsolvisset eamdem per predictum mensem novembris; et quod etiam rex Sicilie memoratus miserit ad portum de Rossis in Cathaloniam, hinc ad medietatem mensis aprilis proximo futuri, viginti galeas ex illis triginta galeis quas ipse mittere debebat in Cathaloniam, dictis decem galeis que de numero predictarum octuaginta galearum deducuntur et minuuntur, inde superadictis; et insuper, quod dictus rex Sicilie obtinuerit et habuerit ab illustri rege[2] Frantie pro predicto rege Aragonum treugam per unum annum et ultra, a festo Omnium Sanctorum proximo futuro in antea duraturam, sub forma, modis et conditionibus quibus treugua (*sic*) alias inter dictos reges Frantie et Aragonie ordinata, data et concessa fuit; et quod idem rex Sicilie procuret et faciat cum effectu quod dominus papa grata et rata habebit et ratificabit omnia supradicta. Quibus omnibus supradictis, dicto regi Aragonie integre et plenarie attentis et completis, prout supra contenta sunt, idem rex promisit et convenit stipulatione solemni nuntiis et procuratoribus supradictis, recipientibus nomine et vice dicti regis Sicilie, ad hoc specialiter deputatis, et notario infrascripto stipulanti nomine illorum quorum interest vel interesse poterit, quod erit paratus cum predictis septuaginta galeis, quingentis equitibus et tribus milibus peditum recedere et recedet de terra sua per totum mensem aprilis proximo futurum, condictione tamen adjecta quod, si dicte viginti galee, que ad dictum portum de Rossis miti debent de Provintia, per decem vel quindecim dies ultra prefixum terminum retardarent, sic quod misse non fuissent ad portum predictum usque ad terminum memoratum, vel dicti regis Aragonum recessus de terra sua per decem vel quindecim dies ultra prefixum terminum differretur, neutri partium propterea prejuditium aliquod generetur, cum omnia supradicta bona fide et bona intentione agantur et fiant. In quorum omnium testimonium, et ut de predictis omnibus certitudo haberi valeat in futurum, facta fuerunt exinde per me dictum notarium ad memoriam partis utriusque hoc requirentium duo consimilia instrumenta per alphabetum divisa, quorum alterum penes dictum regem Aragonum remansit, et alterum, sub sigillo apenditio ipsius regis Aragonum de mandato suo apposito in eodem, traditum fuit nuntiis et procuratoribus antedictis. Actum hoc die et anno prefixis, presentibus supradicto Idrontino archiepiscopo, venerabili Raymundo episcopo Valentino ipsius regis Aragonum cancellario, Guillelmo Durfortis, Gondisalvo Garc[i]e, et Guillelmo de Nanivagoda dicti domini regis Aragonum consiliariis et familiaribus. » — « Noverint universi quod XIIII. kal. novembris anno Domini millesimo CCLXXXXVII apud Turolium, in presentia reverendi[1] patris domini Idrontini archiepiscopi, sedis apostolice legati, et mei notarii, et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, illustris et magnificus princeps dominus Jacobus Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum, Valentie et Murcie, comesque Barchinonie et sancte Romane [ecclesie] vexillarius, amiratus et capitaneus generalis, cupiens affectibus, intentioni et voluntati sanctissimi patris et domini domini Bonifatii, sacrosante Romane ac universalis ecclesie summi pontificis, ac illustris domini Caroli, Jerusalem et Sicilie regis, patris sui carissimi, complacere et satisfacere in hac parte, promisit et convenit bona fide, stipulatione solemni, nobili viro Hugoni de Vicinis, militi, senescalcho Provintie et discreto viro magistro Guillelmo Ebrardi legum doctori, nuntiis et procuratoribus predicti domini regis Sicilie, recipientibus nomine et vice ejusdem domini regis Sicilie, per eundém ad hoc specialiter deputatis, et notario infrascripto stipulanti nomine illorum quorum interest vel interesse poterit, quod, obtenta prius et habita per dictum regem Sicilie ab illustri rege Frantie pro predicto rege Aragonum treuga, per annum unum et ultra a festo Omnium Sanctorum proxime futuro in antea duratura, sub forma, modis et conditionibus quibus treuga ipsa alias inter dictos reges Frantie et

1. *Ms.*: fecerit.
2. *Ms.* : regi.

1. *Ms.* : reverendis.

Aragonum ordinata, data et concessa fuit, et completis sibi integre et plenarie omnibus contentis in quodam alio instrumento per me dictum notarium loco, die et anno predictis confecto, per totum mensem aprilis proximo futurum paratus cum septuaginta galeis decenter et suffitienter munitis gentibus et armis et aliis omnibus oportunis, et cum quingentis equitibus et tribus milibus peditum de terra et regnis suis, equis et armis necessariis decenter munitis, prosequetur potenter, patenter et incessanter, per quatuor menses continuos, negotium Sicilie, videlicet pro eadem insula Sicilie recuperanda et reducenda [1] ad fidem, dominium et possessionem dicte Romane ecclesie ac dicti domini Caroli regis Sicilie, juxta tractatum, ordinationem et conventionem olim tempore preterito habitas inter predictum dominum summum pontificem ac regem Sicilie et regem Aragonum prelibatos : non obstante quod dominus Jacobus, patruus suus et castellanus, et subditi ipsius regis Aragonum guerram moverent et facerent eidem regi Aragonum pro quibus omnibus, que per dictum regem Aragonum fieri et compleri debent, attendendis firmiter et complendis, idem rex Aragonum corporale fecit ad sancta Dei evangelia juramentum, ac homagium manibus et ore prestitit nuntiis et procuratoribus supradictis, et per infrascriptos milites, nobiles ac alios de consilio suo fieri fecit et prestari pro predictis complendis et exequendis, videlicet per nobiles Rogerium de Loria, amiratum regnorum dicti regis Aragonum, et Raymundum Alamanni, ac Raymundum de Villanova, Guillelmum Durfortis et Guillelmum de Nanivanguda, ejusdem domini regis consiliarios et familiares, qui omnes predicti sponte dictum sacramentum et homagium fecerunt et prestiterunt. Insuper ad preces et ad instantiam predicti domini regis Aragonum venerabilis Raymundus Valentinus episcopus, cancellarius, consiliarius et familiaris ejusdem regis promisit se facturum et curaturum quod dictus dominus rex Aragonum complebit omnia supradicta. Hec autem omnia predicta et singula dominus rex Aragonum prosequi et compleri promisit ut superius continentur, conditione adjecta quod dictus dominus rex Sicilie procuret et fatiat cum effectu quod dictus dominus papa grata et rata habeat, ratificet et acceptet omnia supradicta. In quorum omnium testimonium, et ut de predictis omnibus certitudo haberi valeat in futurum, facta fuerunt exinde per me notarium predictum ad memoriam partis utriusque hoc requirentium duo consimilia instrumenta per alphabetum divisa, quorum alterum penes dictum regem Aragonum remasit [1], et alterum, sub sigillo apenditio ipsius regis Aragonum de mandato suo posito in eodem, traditum fuit nuntiis et procuratibus antedictis. Actum loco et die et anno prefixis, presentibus supradicto Idrontino archiepiscopo et Gondisalvo Gartie, milite, ipsius domini Regis consiliaro. » Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. januarii, anno tertio.

1. *Ms.* ; reducendam.

2189 (DXV) Vatican, 19 décembre 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 335.)

Dilecto filio Radulpho abbati monasterii Sancti Vedast, Atrebatensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam quatuor milium florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. apud Sanctum Petrum, XIIII kal. januarii, anno tertio.

2190 (DXVI) Vatican, 13 décembre 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 335.)

Venerabili fratri Gundisalvo episcopo Tholetano [2] Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam sexcentarum et viginti marcharum argenti mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. decembris, anno tertio.

2191 (DXVII) Vatican, 27 décembre 1297.

Licentia mutuum contrahendi. (fol. 335.)

Dilectis filiis magistro Ade de Driffred canonico Portselandi et..rectori de Mar[ac]..rectori de Wisclei ecclesiarum, Dunelmensis et Eboracensis diocesium, procuratoribus dilecti filii Henrici electi Eboracensis. Nuper in nostra —.

Eis, procuratoribus Henrici electi Eboracensis pro quibusdam negotiis in curia Romana expediendis, conceditur potestas contrahendi, ejusdem electi nomine, mutuum usque ad summam duorum milium et quingentarum marcharum sterlingorum a quibusdam mercatoribus non designatis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI kal. januarii, anno tertio.

Vatican, 23 décembre 1297.

In e. m. *eisdem Judicibus*, quod possint contrahere

1. *Ms.*: remasit.
2. *Ms.* : Tholosono.

mutuum usque ad summam duorum milium marcharum sterlingorum *etc. ut in precedenti, usque in finem.* — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. januarii, anno tertio.

Vatican, 25 décembre.

In e. m. *eisdem pro eodem,* quod possint contrahere mutuum usque ad summam mille marcharum sterlingorum, *ut in prima usque in finem.* — Dat. apud Sanctum Petrum, VIII kal. januarii, anno tertio.

2192 (DXVII) Vatican, 2 décembre 1297.

Dispensatio ad cautelam. (fol. 335).

Dilecto filio Arnaldo electo Tholosano. Cum nuper super—.

Cum exorta fuit quedam dubitatio super ejus natalibus et etate, etsi per litteras dispensationis Alexandri pape quarti constet eum ex legitimo matrimonio procreatum esse, ei conceditur ad abundantiorem cautelam dispensatio super natalium et etatis defectu, et per idem confirmatur in Tholosanum episcopum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. decembris, anno tertio.

2193 (DXVIIII) Vatican, 8 décembre 1297.

Confirmatio electionis (fol. 335 v°).

Dilecto filio [Radulpho] abbati monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Ex suscepte servitutis —.

Is, post mortem Garini abbatis, in abbatem S. Vedasti electus per quinque e sex compromissariis a toto conventu electis, inter quos ipse sextus erat, et alii erant Petrus de Villaribus, Eustachius de Domis, Nicolaus dictus Chandelier, Petrus de Buchuerre et Phylippus de Marguialle, ejusdem monasterii monachi, post examinationem electionis per M. episcopum Portuensem et Robertum tituli S. Potentiane presbyterum et Nicolaum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinales, confirmatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. decembris, anno tertio.

In e. m. .. *priori et conventui monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis* etc. — Dat. ut supra.

In e. m. *universis vasallis monasterii Sancti Vedasti* etc.

In e. m .. *regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

2194 (DXX) Vatican, 12 décembre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 336).

Venerabili fratri .. episcopo Erbipolensi.

Ut cum Gerardo de Eleprune layco et Aliede filia quondam Wernerii dicti Engelinger dispensare possit ut in matrimonio dudum contracto remaneant, etsi quidam Artinodus dictus Leminenni junior, laicus ejusdem diocesis, vir dum vivebat dicte Aliedis, inter quos carnalis copula minime intervenerit, eidem Gerardo quarto esset consanguinitatis gradu junctus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. decembris, anno tertio.

2195 (DXXI) Vatican, 6 décembre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 336.)

Dilecto filio nobili viro Henrico Lercario et dilecte in Christo filie nobili mulieri Cathaline, nate nobilis viri Guillelmi de Camilla, uxori ejus, civibus Januensibus. Sedis apostolice providentia —.

Ut possint in contracto matrimonio remanere, etsi quondam Georgius Cigalla, vir dum vivebat Cathaline, Herrico esset quarto consanguinitatis gradu conjunctus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. decembris, anno tertio.

2196 (DXXII) Vatican, 11 décembre 1297.

Commissio gubernationis monasterii Sancti Silvestris. (fol. 336.)

Venerabili fratri Matheo Portuensi et Sancte Rufine episcopo. Generalis ecclesie —.

Jacobo et Petro de Columpna olim cardinalibus, juribus et jurisdictionibus que possidebant omnino privatis, ei committuntur protectio et gubernatio monasterii Sancti Silvestri in

Capite infra Urbem, olim monachorum nigrorum sancti Benedicti, nunc pauperum sororum Minorum ordinis, sedi apostolice immediate subjecti. Omnes fratres, clerici et layci, et quecumque persone non professe ordinem, extra intrinsecam clausuram morantes, per dictum Jacobum, ante depositionem ipsius vel post, positi in quocumque officio, a monasterio omnino amoveantur; Johanna, filia Johannis de Columpna, que se pro abbatissa gerit, officio privetur et inhabilis reddatur ad quodcumque ministerium in eodem monasterio exercendum, etc, invocando ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum III, id. decembris, anno tertio.

2197 (DXXIII) Vatican, 1er janvier 1298.

Concessio tabellionatus. (fol. 336 v°.)

Dilecto filio Petro Majoli notario, civi Aurasicensi. Ne contractuum memoria —.

Ei confertur tabellionatus officium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. januarii, anno tertio.

2198 (DXXIIII) Vatican, 13 décembre 1297.

Collatio. (fol. 336 v°).

Dilecto filio Petro, nato dilecti filii nobilis viri Bartholomei de Turre civis Romani, canonico ecclesie Antoniensis Cameracensis diocesis. Merita tue probitatis —.

Ei confertur canonicatus et prebenda quos obtinebat in ecclesia Antoniensi quondam Matheus de Palliano capellanus pape, qui apud sedem apostolicam decessit, non obstante defectu etatis quem patitur, nec teneatur ad sacerdotium se facere promoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. decembris, anno tertio.

In e.m...*abbati monasterii Sancti Sabe de Urbe ac Cinchio quondam Alexii canonico Mutinensis ac magistro Jordano de Gagio canonico Sancti Gaucerici Cameracensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2119 (DXXV) Orvieto, 29 octobre 1297.

Delegatio judicii. (fol. 337).

Dilectis filiis..decano Pictavensis,.. cancellario Parisiensis ac .. cantori Atrebatensis ecclesiarum. Dilectus filius magister Guillelmus de Crubeke canonicus Tornacensis nobis exposuit quod olim felicis recordationis Nicolaus pape IIII predecessor noster, volens ei gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Tornacensis cum plenitudine juris canonici et prebendam nulli alii de jure debitam, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat, cum omnibus juribus et pertinentiis suis ei auctoritate apostolica contulit et providit de illa. Si vero nulla talis prebenda tunc vacabat in ecclesia supradicta, prebendam proximo inibi vacaturam, que de jure nulli alii deberetur, conferendam sibi cum vacaret donationi apostolice reservavit, ac decrevit irritum et inane si secus super hiis contingeret attentari, certis sibi super hoc executoribus per suas sibi sub certa forma litteras deputatis, quorum unus, prout ex forma litterarum ipsarum patebat, eum in prefata ecclesia, nulla tunc ibi prebenda vacante, recipi fecit in canonicum et in fratrem, eodem Guillelmo et nonnullis aliis canonicis in dicta ecclesia eadem auctoritate receptis prebendas expectantibus vacaturas. Acinterim archidiaconatu ejusdem ecclesie, cum prebenda ipsi archidiaconatui non annexa, per mortem quondam magistri Herrici de Gandavo canonici et archidiaconi Tornacensis in ipsa ecclesia vacante, tam Johannes Anibaldi de Urbe, qui post eundem Guillelmum in canonicum ecclesie predicte receptus fuerat et pro quo dictus predecessor dignitatem in dicta ecclesia vacaturam donationi apostolice reservarat, pretendens quod ratione archidiaconatus predicti, quem se adeptum fuisse dicebat, in assecutione ipsius prebende debebat aliis anteferri, quam Johannes Jacobi Blanchi civis Parmensis, nepos venerabilis fratris nostri G. episcopi Sabinensis, tunc in expectatione hujusmodi prior, providendi (*sic*) sibi de prebenda ipsa per executores eis deputatos auctoritate apostolica, ut dicitur, procuraruut; quos archidiaconatum siquidem et prebendam vicarius venerabilis fratris nostri episcopi Tornacensis Herberti de Passiaco de facto pro sue contulit arbitrio voluntatis. Pluresque prebende alie in eadem ecclesia diversis temporibus vacaverunt antequam nostra constitutio fuisset edita, per quam receptiones canonicorum dicti predecessoris auc-

toritate factas irritavimus prebendas expectantium [1] vacaturas, et unam ex ipsis prebendis, que per mortem quondam Egidii de Gandavo dicte ecclesie canonici in ecclesia ipsa vacabat et in qua idem Guillelmus secundum sue receptionis ordinem jus habebat, executor ei a sede apostolica deputatus sibi ante constitutionem predictam contulit et etiam assignavit. Nosque postmodum volentes amputare questionis materiam que inter prefatos Johannem Anibaldi et Johannem Jacobi Blanci super eadem prebenda, que cum archidiaconatu predicto, ut premissum est, vacaverat, vertebatur, de dicta prebenda eidem Johanni Jacobi de novo auctoritate apostolica duximus providendum, jure Johanni Anibaldi et aliis omnibus quorum intererat in prebendis aliis reservato. Cumque dictus Johannes Blanci hujusmodi prebendam que, ut predicitur, cum archidiaconatu vacaverat supradicto per nos sibi de novo collatam pacifice fuisset adeptus, capitulum ecclesie memorate nominatum Guillelmum ad prebendam que, ut premittitur, per obitum Egidii de Gandavo predicti vacarat unanimiter receperunt; et dum idem G. in dicta ecclesia personaliter resideret, percipiendo ipsius prebende fructus, redditus et proventus, vicarius predicti episcopi asserens minus veraciter ex premissis, que pretextu provisionis prefati Johannis Anibaldi taliter acta sunt, ordinem canonicorum sub exspectatione prebendarum in ecclesia ipsa manentium fore turbatum, et per hoc eundem G. prebendam sibi de jure non debitam acceptasse et, si etiam eadem prebenda sibi de jure debita forsan fuissst et de illa ei ante prefatam constitutionem provisum, per provisionem tamen hujusmodi, pro eo quod tempore constitutionis ejusdem a capitulo ipsius ecclesie ad eandem prebendam receptus non fuerat, jus in re sibi non extiterat acquisitum, et sic ipsum G. ab eadem prebenda esse per predictam constitutionem exclusum, prebendam ipsam Hellino de Antonio de facto contulit, auctoritate ipsius episcopi, ut dicebat, pro sue libito voluntatis, et tam iidem episcopus et Hellinus contra eundem magistrum Guillelmum, quam capitulum ipsius ecclesie et ipse G. contra episcopum et Hellinum predictos propter hoc diversas appellationes ad sedem apostolicam interposuisse dicuntur. Sicque dicto G. propter hoc accedente ad sedem apostolicam, et apud eam coram auditore super hoc a nobis concesso, qui ad citationes quasdam alterius partis, ad ipsius G. instantiam, processisse dinoscitur, causam hujusmodi prosequente, ac per hoc debitam residentiam personalem quam inceperat facere in dicta ecclesia perficere nequeunte, prefati capitulum fructus, redditus et proventus, qui sibi exhiberi debebant si dictam complevisset residentiam, perceperunt. Post hec autem, dum Johannes Anibaldi et Herbertus de Passiaco super archidiaconatu predicto ad invicem litigarent, voluimus et mandavimus eis provideri de prebendis extunc in dicta ecclesia vacaturis, iidemque Johannes et Herbertus provisionem hujusmodi acceptarunt, ac dicti capitulum tam de hujusmodi fructibus et proventibus taliter per eos quam etiam de aliis post provisionem ei de dicta prebenda, ut predicitur, factam, pro tempore quo ad eandem prebendam ipsum admittere noluerunt, perceptis sibi satisfacere contradicunt : quare idem Guillelmus nobis humiliter supplicavit ut providere in hac parte sibi de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur nolentes ut Guillelmus ipse, quem suis laudabilibus exigentibus meritis favore prosequimur benevolentie specialis, premissorum occasione, optato ejusdem prebende comodo remaneat defraudatus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, si vobis vel alteri vestrum, per vos vel per alium seu alios, de plano, sine strepitu et figura juditii, constiterit quod dicta prebenda eidem G. juxta sue receptionis ordinem deberetur, sibique illa per eum qui potuerit fuisset collata antequam predicta constitutio nostra edita fuisset, licet ad eam ante dictam nostram constitutionem a capitulo admissus non fuerit, supradictis Hellino et quolibet alio illicito detentore ab eadem prebenda prorsus amotis, ipsum Guillelmum vel procuratorem suum, ejus nomine, per vos vel per alium seu alios faciatis pacifica ejusdem prebende possessione gaudere, ac sibi vel dicto procuratori suo pro eo de predictis fructibus, redditibus et proventibus, prout justum fuerit, plenam satisfactionem impendi, non obstantibus constitutione, appellationibus et aliis omnibus supradictis, seu contrariis quidem ecclesie consuetudinibus et statutis, juramento seu confirmatione sedis apostolice seu quacumque alia firmitate vallatis, seu si prefatis episcopo et capitulo aut quibuscumque aliis communiter vel divisim a predicta sede indultum existat quod excommunicari, suspendi, interdici non possint *etc. usque* mentionem, et constitutione nostra qua cavetur ne aliquis extra suam civitatem et diocesim ad juditium evocetur nec procedatur in aliquo contra eum, contradictores etc.— Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. novembris, anno tertio.

2200 (DXXVI) Vatican, 18 décembre 1297.

Indultum. (fol. 338.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui ac fratribus monas-

1. *Ms.* : expentantium.

terii Sancti Antonii Viennensis diocesis. Exigentibus vestre devotionis —.

Ne quis ab eis, ratione capellarum que in grangiis suis habent et in quibus celebrant, procurationes pro visitatione ab eis exigere presumat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. januarii, anno tertio.

(Potthast, 24610)

2201 (dxxvii) Vatican, 29 novembre 1297.

Facultas alienandi. (fol. 338.)

Venerabilibus fratribus .. Silvanectensi ac .. Constanciensi episcopis. Exposita nobis dilecti filii abbatis monasterii Sancti Dyonisii ordinis sancti Benedicti Parisiensis diocesis petitio continebat quod monasterium ipsum quasdam possessiones inter Alamanniam et Brabantiam consistentes obtinet, que propter turbationum et guerrarum discrimina quibus status illorum partium frequenter fluctuare conspicitur, magis sumptuose ac damnose quam utiles fore noscuntur monasterio supradicto —.

Ut alienandi seu permutandi eas possessiones, si hoc utile judicaverint, licentiam abbati concedant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii kal. decembris, anno tertio.

2202 (dxxviii) Vatican, 29 novembre 1297.

Facultas absolvendi. (fol. 338.)

Dilecto filio B. abbati monasterii Sancti Dyonisii in Francia Parisiensis diocesis. Ut subditis tuis —.

Ut absolvere possit monachos et conversos monasterii sui qui pro violentia manus in se ipsos et personas ecclesiasticas in excommunicationis laqueum inciderant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii kal. decembris, anno tertio.

2203 (dxxviiii) Vatican, 4 janvier 1298.

Executoria mutui. (fol. 338.)

Dilecto filio .. preposito Pistoriensis ac .. Tholosane ac .. Parmensis archidiaconis ecclesiarum. Exponente pridem —.

Quod Gundisalvus episcopus Tholetanus in mutuum recepit a Phylippo Benedicti, mutuante pro se et Paulo Johanne Brachii socio suo, civibus Pistoriensibus, sexcentas et viginti marchas argenti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ii non. januarii, anno tertio.

2204 (dxxx) Vatican, 5 décembre 1297.

Dispensatio. (fol. 338)

Dilecto filio Roderico canonico Elborensi. Laudanda probitatis —.

Ut possit recipere et retinere beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, non obstante defectu quem patitur in etate, cum decimum quartum annum tantummodo exegerit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. decembris, anno tertio.

2205 (dxxxi) Vatican, 19 novembre 1297.

Dispensatio. (fol. 338 v°.)

Dilecto filio Bernardo Bedotii preposito ecclesie Mimatensis. Probitatis tue —.

Ei, consideratione Matthei S. Marie in Porticu diaconi cardinalis cujus capellanus existit, indulgetur ut ecclesiam S. Martini de Bobalibus, quam obtinebat ante assecutionem prepositure Mimatensis, cum dicta prepositura retinere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xiii kal. decembris, anno tertio.

2206 (dxxxii) Orvieto, 18 août 1297.

Dispensatio. (fol. 338 v°.)

Dilecto filio Guillelmo de Molendino archidiacono Vezalmensi in ecclesia Sancti Vincentii de Manso Agennensis diocesis. Illorum votis —.

Ei, consideratione B. episcopi Albanensis cujus fuit camerarius, indulgetur ut cum archidiaconatu prefato ecclesiam de Monte Astuco, quam obtinebat ante assecutionem suam ad archidiaconatum, licite retinere valeat.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. septembris, anno tertio.

2207 (DXXXIII) Bolsena, 3 novembre 1297.

Unitur monasterium S. Marie in Silva ecclesie Urbevetane ad opus ejusdem fabrice. (fol. 338 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. archypresbytero et capitulo Urbevetanis. Urbevetanam ecclesiam —.

In perpetuum unitur ecclesie Urbevetane, specialiter ad subsidium sollempnis et operose ejusdem ecclesie fabrice, monasterium Sancte Marie in Silva Camaldulensis ordinis Urbevetane diocesis nunc abbatis regimine destitutum, et per incuriam personarum tam in capite quam in membris non modicum deformatum, non obstante quod de abbatia ejusdem inter fratres Severinum qui eam dicitur detinere occupatam et Petrum ejusdem Camaldulensis ordinis in Romana curia questio ventilatur. Medietas vero reddituum monasterii, jurium et pertinentiarum predicti usque ad quinquennium ad opus fabrice converti debet, et de reliqua parte dimidia episcopus et capitulum debent monachis monasterii quamdiu vixerint congruam portionem assignare. Prefati episcopus et capitulum preterea quatuor capellas perpetuas construi faciant ac totidem capellanos ydoneos instituant in eisdem.

Dat. Bulseni, III non. novembris, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis.. priori Sancte Romane Tudertine et.. preposito ecclesie Sancte Christine de Bulseno ac.. plebano plebis Sancti Herasmi de Montelongo Urbevetane diocesis.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24595.)

2208 (DXXXIIII) Bolsena, 3 novembre 1297.

Indulgentia pro fabrica. (fol. 339.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ecclesiarum fabricis —. Cum.. episcopus et.. archipresbyter et capitulum ecclesie Urbevetane nobis exponere curaverunt quod cathedralem ecclesiam Urbevetanam edificare inceperint opere quamplurimum sumptuoso et ad consummationem dicti operis proprie sibi non suppetant facultates —.

Omnibus qui devote constructioni ejusdem ecclesie adjuverint, centum dies de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. Bulseni, III non. novembris, anno tertio.

2209 (DXXXV) Vatican, 28 novembre 1297.

Facultas conferendi duo beneficia. (fol. 339.)

Dilecto filio Johanni de Asperomonte electo Virdunensi. Ut eo gratior —.

Ut possit duas personas ydoneas unam videlicet in majori et alteram in Sancte Magdalene Virdunensibus ecclesiis in canonicos recipere et eis de prebendis providere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. decembris, anno tertio.

2210 (DXXXVI) Vatican, 13 décembre 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 339 v°.)

Dilecto filio Sansio de Catio et dilecte in Christo filie Longe (sic) *de Lantaruola uxori ejus civibus Auxitanis.* Consuevit apostolice —.

Ut possint matrimonium licite contrahere, etsi Longa cum Vitali de Podio cive Auxitano, ei quarto consanguinitatis gradu conjuncto, matrimonium contraxisset, quod propter consanguinitatis impedimentum, et carnali copula minime subsecuta, fuit judicio ecclesie separatum, et dictus Vitalis prefatum Santium (alias Cansium) tertio gradu consanguinitatis attingat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. decembris, anno tertio.

2211 (DXXXVII) Vatican, 18 décembre 1297.

Indultum. (fol. 339 v°.)

Dilecto filio.. priori hospitalis Sancti Antonii quod habetur in Romana curia. Quia in hospitali —.

Ei et successoribus liceat in hospitali predicto pauperibus et infirmis ibidem existentibus divina celebrare officia et ecclesiastica ministrare sacramenta.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. januarii, anno tertio.

2212 (DXXXVIII) Vatican, 15 décembre 1297.

Commissio legitimationis. (fol 339 v°.)

Venerabili fratri episcopo Ripensi. Laudabili testimonio —.

Ut cum Tuvone Tuvonis, de presbytero genito et soluta, super defectu natalium dispensare valeat ita ut ad ordines promoveatur et beneficium obtineat cui cura animarum non immineat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVIII kal. januarii, anno tertio.

2213 (DXXXVIII) Vatican, 11 décembre 1297.

Facultas confirmandi pactiones inter comune Paduanum et monasterium de Vangaditia initas. (fol. 339 v°.)

Venerabili fratri episcopo Paduano. Exhibita nobis dilectorum filiorum abbatis et monasterii de Vangaditia ordinis Camaldulensium Adriensis diocesis petitio continebat quod Barnardus monachus, olim abbas dicti monasterii, dum illius regimini presidebat, multis enormitatibus se involvens, se ipsum ac ejus successores et dictum monasterium ac ejus vasallos, terras, jura, jurisdictiones, et alia bona ad monasterium ipsum spectantia, comuni civitatis Padue modis quibus potuit studuit subjugare, multas et diversas cum eis iniens pactiones quarum pretextu dictum comune jurisdictionem temporalem ville, abbatie et aliarum terrarum ad monasterium spectantium supradictum, necnon quedam territoria in quibus jam castra et fortellitia erexisse dicuntur, catenam et pedagium fluminum Artacis et Vegli et alia multa de bonis dicti monasterii occuparunt. Cumque nos postmodum ipsi comuni super restitutione dictorum bonorum taliter occupatorum ac quibusdam executoribus super dicti comunis compulsione, si nostris in ea parte non parerent mandatis, nostras certi tenoris litteras duxerimus dirigendas, dictum comune bona alia que per eos fuerant, ut premittitur, occupata, dicto monasterio restituere volentes, quibusdam etiam restitutis, pro jurisdictione dicte ville et quarumdam aliarum ad monasterium ipsum spectantium, territoriis, catena et pedagio se velle asserunt de aliis bonis dicti comunis dicto monasterio recompensationem facere condecentem, nonnullis super hoc tractatibus habitis et pactionibus cum predictis abbate et conventu firmatis si ad ea nostre consensus accedat voluntatis. —

Ut hujusmodi tractatus et pactiones, si eos utiles monasterio invenerint, confirmare valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. decembris, anno tertio.

2214 (DXL) Orvieto, 23 août 1297.

Licentia condendi testamentum. (fol. 340.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Wintoniensi. Quia presentis vite —.

Ut possit condere testamentum.

Dat. apud Urbemveterem, X kal. septembris, anno tertio.

2215 (XLI) Vatican, 6 janvier 1298.

Provisio ecclesie Capuane. (fol. 340.)

Venerabili fratri Petro archiepiscopo Capuano. Sponso celesti —.

De archiepiscopatu Montis regalis ecclesie ad Capuanam, per mortem S. archiepiscopi vacantem, auctoritate apostolica transfertur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. januarii, anno tertio.

In e. m. *capitulo ecclesie Capuane.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Capuane.*

In e. m. *universis ecclesie suffraganeis Capuane.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Capuane.*

In e. m. *universis ecclesie Capuane vasallis.*

In e. m. *regi Sicilie illustri.* — Dat. ut supra.

2216 (DXLII) Vatican, 18 décembre 1297.

Dispensatio. (fol. 340 v°.)

Dilecto filio Caciaconti plebano plebis de Molle Vulterane diocesis. Tuis et tuorum —.

Cum eo qui, in minoribus ordinibus constitutus, non potuit infra annum post assecutionem predicti plebanatus se facere ad presbyteratum promoveri, dispensatur ut hunc plebanatum licite retineat, dummodo quamcito majores ordines recipere non omittat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. januarii, anno tertio.

2217 (DXLIII) Orvieto, 29 octobre 1297.

Confirmatio sententie. (fol. 340 v°).

Venerabili fratri episcopo et dilecto filio decano Aurelianensibus. Licet ea que per fratres —.

Super difficultatibus dudum exortis inter episcopum et decanum prefatos ratione jurisdictionis exercende intra fines archidiaconatus Aurelianensis transactione interventa, duobus cardinalibus, videlicet Gerardo Sabinensi et Hugoni Ostiensi episcopis, super ea inquirendi et eam approbandi commissum fuerat officium. Ii quidem post longam examinationem, « considerantes —quod archidiaconatus ipse cui inheret jurisdictio de qua in presenti compositione agitur per decanum qui est pro tempore de consuetudine ecclesie Aurelianensis ab eodem episcopo feudatario jure tenetur, quodque per compositionem hujusmodi ad antiquam et originalem videtur redire naturam », compositionem approbaverunt et confirmaverunt, etsi capituli Aurelianensis non intervenerit assensus, in litteris datis apud Urbemveterem idibus augusti 1297. Talem sententiam papa confirmatione sua corroborat.

Dat. apud Urbemveterem, IIII kal. novembris, anno tertio.

In e. m. .. *decano et .. archidiacono Brie ac.. cantori ecclesie Parisiensis.* — Dat. ut supra.

2218 (DXLIII) Vatican, 7 décembre 1297.

Collatio. (ol. 341 v°.)

Dilecto filio Johanni de Valliaco canonico et preposito ecclesie Remensis. Sedis apostolice —.

Ei auctoritate apostolica confertur prepositura prefata, que, postquam ea privatus olim fuerat Riccardus de Monte nigro capellanus et familiaris Petri de Columpna, propter fidelitatem suam Columpnensibus, collata fuerat gratiose Gualtero de Trecis ecclesie Remensis canonico, et paulo post vacaverat per mortem ejusdem Gualteri apud sedem apostolicam, nec teneatur ad faciendum in ea residentiam, duobus quibuslibet mensibus anni duntaxat exceptis, in quibus archidiaconatum visitare debeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. decembris, anno tertio.

In e. m. ..*episcopo Parisiensi et priori Sancti Petri ad Montes Cathalaunensis ac Deodato archidiacono Lexoviensi, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

2219 (DXLV) Vatican, 21 décembre 1297.

Collatio tabellionatus. (fol. 342 v°.)

Dilecto filio Augustino Luce notario civi Romano. De contractuum memoria —.

Ei confertur tabellionatus officium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. januarii, anno tertio.

2220 (DXLVI) Vatican, 12 janvier 1297.

Executoria mutui. (fol. 342 v°.)

Dilectis filiis... Atrebatensis et.. Narbonensis archidiaconis ac officiali Bajocensis ecclesiarum. Exponente pridem —.

Quod Radulphus, abbas monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis ordinis sancti Benedicti, de mutuo cujus licentiam contrahendi receperat a Bonaventura Bartholomei, mutuante pro se ac Jacobo Sigerii milite, Mino et Bonaventura Jacobi, Gerio Concerii, Palmerio Johannis et Tofo Palmerii ac ceteris eorum sociis, mercatoribus Senensibus, mille sexcentos florenos auri recepit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II idus januarii, anno tertio.

2221 (DXLVII) Vatican, 23 décembre 1297.

Provisio ecclesie Olenensis. (fol. 342 v°.)

Dilecto filio Johanni electo Olenensi. Sponso celesti —.

Ei, tunc canonico Lateranensis ecclesie, capellano pape, post obitum Nicolai episcopi Olenensis, confertur ecclesia Olenensis, hac vice dispositioni sedis apostolice reservata.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kalendas januarii, anno tertio.

In e. m. ..*decano et capitulo ecclesie Olenensis.*

In e. m. ..*clero civitatis et diocesis Olenensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Olenensis.* — Dat. ut supra.

2222 (DXLVIII) Vatican, 23 décembre 1297.

Sententia. (fol. 343.)

Ad perpetuam rei memoriam. Regis pacifici —.

Cum Johannes episcopus Lundensis Suetie primas, nuper violenter captus et carceri mancipatus fuerit per Erricum Suetie regem, Jacobo preposito ecclesie Lundensis et Martino cancellario regis Suetie et procuratore ejus specialiter destinato coram sede apostolica constitutis, redditur sententia super violentiis a regis gentibus in archiepiscopum latis, ita ut in futurum omnis Suetie rex qui pontificem aliquem capi faciat excomunicationi subjaceat, ejus regno quidem ecclesiastico subjacente interdicto (simili interdicto subjacente regno quam si rex aut ejus successores ab aliquibus subditorum suorum injuste interfectus esset); et in presenti condempnetur rex Erricus in quadraginta milibus marcharum puri argenti dicto archiepiscopo persolvendis. Super hujusmodi condempnatione, si rex cum archiepiscopo se coaptaverit, papa taxationem moderandi sibi potestatem reservat. Donec vero non fuerit sufficienti modo a rege archiepiscopo satisfactum, regnum Datie remaneat interdicto, in provinciali concilio Lundensi nuper edito, suppositum. Nec archiepiscopus et adherentes ejus impediantur quominus tam in auro et argento quam in aliis rebus redditus suos de regno memorato extrahere valeant sub pena excommunicationis et interdicti, etc.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kalendas januarii, anno tertio.

(POTHAST, 24610, *ubi incomplete signatur bulla*).

Vatican, 22 avril 1298.

In e. m. *dilecto filio Ysarno archipresbytero ecclesie Carcasonensis, capellano nostro.*

Ut hujusmodi condempnationem et constitutionem executioni demandet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kalendas maii, anno quarto.

(POTHAST, 24667).

2223 (DXLVIIII) Bolsena, 3 novembre 1297.

Indulgentia. (fol. 243 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ecclesiarum fabricis —.

Omnibus qui prima die dominica mensis accesserint causa devotionis, penitentes et confessi, ad ecclesiam Urbevetanam, duo anni et totidem quadragene de injunctis penitentiis relaxantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III nonas novembris, anno tertio.

2224 (DL) Vatican, 13 novembre 1297.

Collatio. (fol. 334.)

Dilecto filio Francisco, nato dilecti filii nobilis viri Petri de Monteflascone militis, canonico ecclesie Sancti Mauritii Carnotensis. Exposuisti nobis —.

Cum ei collatus fuerit a papa, tunc in minori officio constituto et ad ultramontanas partes per Nicolaum papam quartum destinato, canonicatus cum prebenda proximo vacaturus in ecclesia Sancti Mauritii Carnotensis, et postea Symon episcopus Carnotensis prebendam, per Nicolai de Nennis canonici resignationem vacantem et prefato Francisco debitam, cuidam Guillelmo dicto Vassal clerico contulerit, ei rursus providetur de illa prebenda quam dictus Guillelmus de facto et non de jure detinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idibus novembris, anno tertio.

2225 (DLI) Vatican, 9 décembre 1297.

Dispensatio. (fol. 344.)

Dilecto filio Johanni de Valliaco canonico et preposito ecclesie Remensis. Apostolice sedis —.

Ei indulgetur ut redditus prepositure quam in ecclesia Remensi et archidiaconatus quem in Cathalaunensi ecclesia obtinet, tam stando apud sedem apostolicam pro negotiis suis quam morando pro negotiis eisdem in regno Francie integre percipere possit, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. decembris, anno tertio.

In e. m. *..episcopo Parisiensi et.. priori Sancti Petri ad Montes Cathalaunensis et Deodato archidiacono ecclesie Lexoviensis, capellano nostro.* — Dat. ut supra.

2226 (DLII) Vatican, 18 janvier 1298.

De custodia monasterii S. Catherine de Ferraria. (fol. 344 v°.)

Dilectis in Christo filiabus.. priorisse et conventui sororum monasterii Sancte Catherine de Ferraria per priorissam soliti gubernari ordinis Predicatorum. Apostolice sedis benignitas —.

Earum monasterium committitur custodie magistro generali et priori provinciali Lombardie ordinis Predicatorum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. februarii, anno tertio.

(Potthast, 24619).

In e. m. .. *magistro generali et .. priori provinciali provincie Lombardie ordinis fratrum Predicatorum.* — Dat. ut supra.

2227 (DLIII) Vatican, 23 décembre 1297.

Provisio ecclesie Mindoniensis. (fol. 345.)

Dilecto filio Roderico electo Mindoniensi, capellano nostro. Apostolice sedis circumspecta —.

Ei, canonico Mindoniensi, tum pro meritis suis, tum pro eo quod decanus et capitulum Mindonienses eum in presulem habere cupiunt, confertur ecclesia Mindoniensis, vacans per translationem Alvari episcopi ad Palentinam ecclesiam, hac vice dispositionis sedis apostolice reservata.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. jannarii, anno tertio.

In e. m. *decano et capitulo ecclesie Mindoniensis.*

In e. m. *clero civitatis et diocesis Mindoniensis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Mindoniensis.*

In e. m. *populo civitatis et diocesis Mindoniensis.*— Dat. ut supra.

2228 (DLIIII) Orvieto, 17 septembre 1297.

Dispensatio. (fol. 345.)

Venerabili fratri episcopo Gerundensi. Ex parte tua—.

Absolvitur a juramento quod prestitit visitandi singulis bienniis limina apostolorum.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. octobris, anno tertio.

2229 (DLV) Orvieto, 18 octobre 1297.

Concessio feudi. (fol. 345 v°.)

Dilectis filiis Sancte Marie de Lucrado et.. Sancte Marie de Colle prioribus ac.. plebano Sancti Johannis de Radicofano ecclesiarum, Florentine, Fesulane et Clusine diocesium. Attendentes benignius —.

Conceditur in feudum nobili viro Pone quondam Peponis de Campillio, sub annuo censu quinque florenorum auri pape et successoribus ejus infra octabas Nativitatis Dominice persolvendo, quedam bona que quondam Neapuleo (*sic*) de Campillio patruus dicti Pone possidebat communia et indivisa cum Pepone patre ipsius Pone, et nunc ex testamento Neapuleonis ad Romanam sedem devoluta sunt. Per litteras speciales committitur Matheo de Palliano, capellano pape, canonico Corinthiensi officium recipiendi ab eodem Pone juramentum fidelitatis; predictis vero tribus executoribus mandatur ut eum in corporalem feudi possessionem inducant.

Dat. apud Urbemveterem, xv kal. novembris, anno tertio.

2230 (DLVI) Vatican, 18 janvier 1298.

Collatio cum reservatione. (fol. 346.)

Dilecto filio Alexandro, nato dilecti filii nobilis viri Vencioli militis, Perusino clerico. Attendentes devotionem —.

Ei reservatur quodcumque beneficium ecclesiasticum nunc vacans aut proximo vacaturum in quavis ecclesiarum Aretine vel Castellane diocesium et civitatum, ad cujuscumque collationem spectans, non obstante quod in Perusina diocesi quoddam modicum beneficium noscitur obtinere, et defectum patitur in ordinibus et in etate.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. februarii, anno tertio.

In e. m. *Sancti Viti et.. Sancti Apolinaris, Perusine diocesis, prioribus ac.. thesaurario Noviomensis ecclesiarum.*— Dat ut supra.

2231 (DLVII) Vatican, 8 janvier 1298.

Confiscantur bona cujusdam Columpnensium fautoris et alii conferuntur. (fol. 346 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Nuper ex justis —.

Memorantur processus excommunicationis et privationis bonorum contra Columpnenses et eorum sequaces jam facti, ut in capitulo CCCCLXIII. Cum igitur Oddo de Piscina laycus et Ysabella ejus uxor prefatis rebellibus et scismaticis dederint auxilium, morando cum eis in civitate Penestrina, et ipsis serviendo et adhuc etiam morando ibidem, in perpetuum privantur feudo et bonis omnibus que a monasterio Sublacensi in castro Cerreti Terre tenebant. Que quidem bona dispositioni sedis apostolice reservantur. Insuper omnis locatio, obli-

gatio, distractio, alienatio, donatio, venditio, etc. per prefatos Oddonem et Ysabellam facta, ommino revocatur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. januarii, anno tertio.

2232 Vatican, 10 janvier 1298.

In e. m. *Raynaldo Pigalocto de Paliano layco.* Sincere devotionis —.

Ei confertur in perpetuum feudum quod prefati Oddo et Ysabella a monasterio Sublacensi tenebant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII id. januarii, anno tertio.

In e. m. *..abbati Sublacensi.* Sincere devotionis —.

Ut prefatum Raynaldum in feudi corporalem possessionem inducat.

Dat. ut supra.

2233 (DLVIII) Vatican, 20 janvier 1298.

De quadam prebenda collata in ecclesia S. Martini Turonensis. (fol. 346 v°.)

Dilecto filio Riccardo de Cecano canonico ecclesie Sancti Martini Turonensis. Dudum felicis recordationis —.

Ei contulerat Nicolaus papa quartus canonicatum cum prebenda in ecclesia S. Martini Turonensis, vacantem aut proximo vacaturum, non obstante quod alia beneficia in diversis diocesibus obtinebat et quibusdam executoribus officium induendi eum in corporalem possessionem commiserat. Unus vero executorum scilicet Petrus S. Marie diaconus cardinalis, tunc Suessionensis canonicus, ei contulit prebendam vacantem per obitum magistri Johannis de Noyentello canonici S. Martini; sed demum magister Guillelmus de Morreyo clericus prebendam ipsam se procuravit conferri per Celestinum papam quintum. Tandem super hujusmodi causa Johanne episcopo Tusculano auditore specialiter deputato, magister Guillelmus omni juri sibi competenti sponte cessit, et ipsa prebenda dicto Riccardo ad majorem cautelam de novo confertur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. februarii, anno tertio.

In e. m. *F. episcopo Cameracensi et... magistro Jacobo Pagano, Tullensis, ac Petro de Reate, Autisiodorensis, canonicis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2234 (DLVIIII)

Forma juramenti (pro Jacobo archiepiscopo Calaritano). (fol. 347).

2235 (DLX)

Forma dandi palleum (pro eodem). (fol. 347).

2236 (DLXI) Vatican, 1er janvier 1298.

Confirmatio compositionis intervente inter regem Francie et episcopum Pampilonensem. (fol. 347 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. priori, .. archidiacono mense ac .. hospitalario et capitulo Pampilonensibus. Petitio vestra nobis exhibita continebat quod cum olim primo inter bone memorie Petrum episcopum Pampilonensem ex parte una et clare memorie Theobaldum regem Navarre, Campanie ac Brie, comitem Palatinum, ex altera, super quampluribus et diversis articulis questiones varie et contentiones exorte fuissent, ex quibus dampna gravia et pericula spiritualiter et temporaliter provenerunt et post dictorum episcopi et regis obitum inter vos ex parte una, et carissimam in Christo filiam nostram Johannam illustrem Francie ac Navarre reginam, Campanie ac Brie, comitissam Palatinam, ad quam regnum Navarre hereditario jure spectat, ac inclyte recordationis Phylippum regem Francie, dum dicta regina in pupillari constituta etate, regnum ipsum in ejusdem regis P. custodia tenebatur, ex altera, gravioribus discordiis suscitatis super invasione, fractione ac violatione ecclesie Pampilonensis ac destructione civitatis Navarretie ac burgi Sancti Michaelis, et super dominio et jurisdictione ejusdem civitatis seu quatuor villarum — scilicet Navarretie, burgi Sancti Saturnini, Populationis et burgi Sancti Michaelis, necnon et castris de Montiadin cum honore suo et de Oro.— Demum inter vos ex parte una et carissimum in Christo filium nostrum Phylippum Francie et Navarre regem illustrem et predictam uxorem ipsius ex altera, amicabilis super premissis compositio intervenit prout in patentibus litteris inde confectis, vestris sigillis munitis, plenius continetur, tenorem de verbo ad verbum inferius presentibus fecimus annotari: quamquidem compositionem, quam sine pravitate provide factam et ab utraque parte sponte receptam fore asseritis

ac in utilitatem dicte ecclesie redundare, supplicanter petiistis apostolico munimine roborari. Nos autem circa confirmationem apostolicam—, quoad quosdam articulos in eadem compositione contentos moderationem hujusmodi adhibentes, videlicet quod per verba dicte compositionis exprimenda quod memorati rex et regina, ac eorum heredes ac successores qui pro tempore fuerint, exercitum et cavalcatam personales habere debeant super quoscumque clericos uxoratos Pampilonenses clericaliter non viventes, illi clerici comprehendantur secundum rationabilem intellectum qui, uxores habentes, ab hujusmodi et aliis oneribus secularibus per jura canonica nullatenus exhimuntur, et quod eadem confirmatio ad aliqua verba in compositione predicta expressa, que sanguinis penam sive vindictam continent, se aliquatenus non extendat, vestris supplicationibus inclinati, compositionem predictam ratam et gratam habentes, eam, quanquam aliqua supra jus habeat, tamen dicte ecclesie utilitate pensata, salva predicta moderatione, auctoritate apostolica confirmatur, *etc. usque* communimus. Adicientes nichilominus misericorditer de plenitudine potestatis ut civitas ipsa que depopulata extitit populetur et ad eam ejus antiquus populus reducatur. Tenor autem predictarum litterarum talis est —.

Sequitur tenor compositionis acte in ecclesia Pampilonensi quarto idus aprilis MCCLXXXXI.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kalendis januarii, anno tertio.

2237 (DLXII) Vatican, 11 janvier 1298.

Executoria mutui. (fol. 351.)

Dilectis filiis Raynaldo electo Vicentino et Raynerio de Vichio, Lichefeldensis, ac Lante, Pistoriensis, canonicis ecclesiarum. Exponentibus nobis —.

Eis mandatur quod magistro Adam de Drifred canonico Pontisclaudi (*alias* Portiselandi) et Rogerio de Mare rectori de Werselei ecclesiarum, Dunelmensis et Eboracensis diocesium, Herrici electi Eboracensis procuratoribus, concessum fuit ut possint, nomine dicti electi, mutuum contrahere usque ad summam duorum milium et quingentarum marcharum sterlingorum a Lante Agolantis, Paulo Spine et Johanne Franchi, mutuantibus pro se et aliis sociis de societate Amannatorum de Pistorio, mercatoribus Pistoriensibus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III idus januarii, anno tertio.

2238 (DLXIII) Vatican, 11 janvier 1298.

Eadem de re. (fol. 351 v°.)

In e. m. *eisdem judicibus.*

Quod prefati procuratores duo milia marcharum sterlingorum in mutuum receperunt a Lante Agolantis et Paulo Spine de societate Amannatorum, mutuantibus pro se et Jacobo Agolantis ac heredibus suis.

Dat. ut supra.

2239 (DLXIIII) Vatican, 8 janvier 1297.

Concessio pallei. (fol. 351 v°.)

Dilectis filiis Jacobo de Abbate Calaritano electo. Cum sicut habet —.

Ei conceditur pallium quod per Johannem dictum Archeam procuratorem suum a papa rogari fecit, illud recepturus ab archiepiscopo Neapolitano apud quem Neapoli residere dicitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI idus januarii, anno tertio.

2240 (DLXV) Vatican, 8 janvier 1298.

Eadem de re. (fol. 351.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Neapolitano. Nuper nobis dilectus —.

Jacobo electo Calaritano ipse pallium imponat.

Dat. ut supra.

2241 (DLXVI) Vatican, 6 janvier 1297.

Dispensatio. (fol. 351 v°.)

Dilecto filio magistro Dino de Musello (sic) *juris civilis professori, preposito ecclesie Montisfalconis Remensis diocesis.* Eminens litterarum —.

Ut in ipsa ecclesia Montisfalconis aut in aliis suis ecclesiasticis beneficiis ad residendum non teneatur, et redditus ex eis percipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII idus januarii, anno tertio.

In e. m. .. *episcopo Senensi et .. electo Vicentino ac .. abbati monasterii Sancti Nicasii Remensis.* — Dat. ut supra.

2242 (DLXVII) Vatican, 17 janvier 1298.

Licentia mutui. (fol. 352.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Virdunensi. Cum sicut in nostra —.

Ut usque ad summam trium milium florenorum auri mutuum contrahere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. februarii, anno tertio.

2243 (DLXVIII) Vatican, 5 février 1298.

Indultum. (fol. 352.)

Dilecto filio nobili viro Lodovico de Sabaudia domino Vaudi. Devotionis tue —.

Ut ei liceat, cum generale promulgatum fuerit interdictum, per capellanos proprios divina facere celebrari.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, nonis februarii, anno tertio.

2244 (DLXVIIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Indultum. (fol. 352.)

Dilecto filio nobili viro Amedeo comiti Sabaudie. Devotionis tue —.

Ut in villa sua de Turreviviaci Lausanensis diocesis capellam construere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus januarii, anno tertio.

2245 (DLXX) Orvieto, 31 octobre 1297.

Confirmatio collationis. (fol. 352.)

Dilecto filio Nicolao Petri de Varulo rectori hospitalis Sancte Marie Pisane. Cum nuper Hugolinus —.

Confirmantur quedam Petri S. Marie Nove diaconi cardinalis littere, date apud Urbemveterem XIII kal. novembris MCCXCVII, quibus recepit liberam resignationem factam ab Hugolino Boncontis tunc rectore hospitalis S. Marie Pisane de ipso hospitali cum omnibus juribus et pertinentiis, et idem prefato Nicolao Petri contulit.

Dat. apud Urbemveterem, II kal. novembris, anno tertio.

In e. m. .. *priori de Miliarino et .. de Sancto Cassiano ac .. de Siniglario plebium plebanis Pisane et Lucane diocesium.* — Dat. ut supra.

2246 (DLXXI) Vatican, 13 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 352 v°.)

Dilecto filio Aymoni, nato dilecti filii nobilis viri comitis Sabaudie, capellano nostro. Quia meritorum —.

Ut beneficia ecclesiastica usque ad valorem annuum mille marcharum argenti, non obstante constitutione contraria, licite recipere possit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idus januarii, anno tertio.

2247 (DLXXII) Vatican, 23 janvier 1298.

De quodam negotio episcopi Avenionensis. (fol. 353.)

Venerabili fratri .. episcopo Massiliensi et dilectis filiis priori Sancti Michaelis de Firigoleto (sic) *Avinionensis diocesis ac .. archipresbytero ecclesie Arelatensis.* Significavit nobis venerabilis frater A. episcopus Avinionensis quod cum ipse dudum contra magistrum Petrum de Malaspina qui se dicit priorem secularis ecclesie Sancti Laurentii de Arboribus Avinionensis diocesis super certis criminibus inquirere incepisset, tandem eodem Petro suggerente nobis quod idem episcopus ad inquisitionem hujusmodi non ex caritatis affectu sed ex odii fomite procedebat, ortaque inter episcopum et magistrum Petrum predictos — super hiis et aliis certis articulis gravi materia questionis, magister Guido dictus Septem canonicus ecclesie Sancti Timothei Remensis, scriptor noster, occasione dicte questionis ad partes illas destinatus in eundem episcopum ejusque sequaces et quosdam alios —, dicte sedis auctoritate, diversos excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgavit.—

Postmodum dictis episcopo et Petro negotium ad sedem

apostolicam prosequentibus, eorum causa deputatur auditor Petrus S. Marcellini presbyter cardinalis, et ei mandatur ut ad suspensionem procedat. Suspendatur quoque custodia quorumdam castrorum ipsius episcopi de predicti Guidonis mandato tradita nuntio cuidam Phylippi regis Franciæ ; suspendantur etiam stipendia dicto nuntio ratione custodie deputata et omnia circa predicta castra per eumdem Guidonem ordinata. Hujusmodi suspensionem, per prefatum cardinalem factam, executores in locis in quibus expedire viderint publicare curent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kal. februarii, anno tertio.

2248 (DLXXIII) Orvieto, 8 juillet 1297.

Executoria concessionis alicujus territorii Columpnensibus confiscati. (fol. 353).

Dilecto filio .. priori secularis de Armata, Tudertine diocesis et Nicolao de Neapoli, Messanensis, ac Johanni de Urbe, Cephalundensis, archidiaconis ecclesiarum. Sicut gemit populus cum impii sumpserunt principatum, ita vulgus in bonorum et fidelium exaltatione letatur. Nos quidem accepimus quod quedam campestris ecclesia regularis vel secularis, que forsan prioratus vel monasterium olim fuit, ordinis sancti Benedicti, que dicitur ecclesia Sancti Terentiani sita in districtu seu territorio vel pertinentiis castri Montis Casuli, seu loco vicino eidem, Balneoregensis diocesis, ad monasterium Sancti Silvestri de Capite de urbe spectans, certum habet territorium sive tenimentum, in cujus ecclesie possessionibus seu tenimento vel terris seu loco ad ecclesiam ipsam spectantibus olim, dum adhuc quondam Johannes de Columpna viveret, vel post obitum ejus, edificata extitit quedam munitio sive castrum, que vel quod Columpna vulgariter vocabatur, que per Jacobum et Petrum de Columpna, olim sancte Romane ecclesie diaconos cardinales, et filios dicti Johannis, aliquem vel aliquos eorumdem, aut pro eis, aliquo vel aliquibus ipsorum tenebatur, seu per dictum monasterium Sancti Silvestri de Capite vel pro ipso. Cum igitur dictos Jacobum et Petrum, exigentibus eorum demeritis atque culpis, ex rationabilibus causis moti, de fratrum nostrorum consilio a cardinalatu duxerimus deponendos et privandos perpetuo omni cardinalatus comodo et honore, et tam ipsorum Jacobi et Petri quam filiorum omnium dicti Johannis fratris prefati Jacobi et patris Petri predicti, et natorum filiorum ipsorum jura bona mobilia et stabilia atque mobilia omnia confiscanda duxerimus et etiam publicanda, quicquid juris, proprietatis, possessionis detentionis vel quasi, aut ratione juris patronatus, aut ex concessione vel donatione fe. re. Honorii [IIIi] et Nicolai IIII vel quorumvis eorum Romanorum pontificum predecessorum nostrorum vel dictorum monasterii seu ecclesie, vel ex quocunque contractu vel quasi contractu locationis, infeudationis, alienationis, obligationis, vel ex quibusvis cessionibus, permutationibus, concessionibus, modis, titulis sive causis quomodolibet, dictis Jacobo et Petro, Johanni, ejus filiis et natis eorum, alicui vel aliquibus eorundem competiit vel competere potest in prefatis ecclesia seu monasterio Sancti Terentiani, territorio, tenimento seu loco, possessionibus atque terris ad ipsam ecclesiam seu monasterium Sancti Terentiani pertinentibus vel spectantibus, et specialiter in loco qui Columpna vel castrum Columpne vulgariter dicebatur, quod castrum seu quam Columpnam dirui fecimus ne forbannitorum vel malefactorum et specialiter dictorum Columpnensium fautorum et sequatium concursus haberetur ad ipsam, neve tales personne receptarentur in eis, penitus revocavimus, et omnia etiam privilegia, donationes, concessiones, cessiones et permutationes facta predictis Jacobo et Petro, Johanni, ejus filiis et natis eorum a quibuscunque predecessoribus nostris vel ab apostolica sede vel a dicto monasterio Sancti Silvestri, de dicta ecclesia seu monasterio Sancti Terentiani, vel ab aliis quibuscunque, ac utilitatem et comodum predictorum Jacobi et Petri, Johannis, filiorum ejus atque natorum ipsorum, litteras et instrumenta super eis confecta cassavimus, vacuavimus, irritavimus, cassa, vacua et irrita nuntiavimus. Insuper monasterium Sancti Silvestri,.. abbatissam et conventum ac personas ejusdem, ex certis causis que rationabiliter animum nostrum movent, omni jure et jurisdictione quomodolibet sibi in dicta ecclesia, seu monasterio sancti Terentiani, ejus territorio vel districtu, possessionibus, terris et locis, bonis, juribus et pertinentiis, ad ipsa monasterium seu ecclesiam Sancti Terentiani spectantibus, omnino privavimus, et ea cum omnibus juribus et pertinentiis suis Romane ecclesie duximus applicanda. Decernentes ut dictum castrum Columpne vel ipsa Columpna nullo unquam tempore reedificari valeret vel quomodolibet reparari, et si quid in contrarium factum foret per quascumque personas cujuscunque essent eminentie, dignitatis, condictionis et status, absque apostolice sedis licentia speciali per ipsius patentes litteras apparente, illud decrevimus diruendum, et extunc cuilibet illud diruendi et impediendi ut non reedificaretur concessimus liberam potestatem. Decrevimus quoque ut nec in ipsa ecclesia nec in aliqua

parte territorii, possessionum et pertinentiarum, rerum et bonorum ipsius, turris, roccha, palatium, castrum, villa, munitio, fortilitia, aut edifitium aliquod, quod munitionem quomodolibet sapere posset, fieret, erigeretur aut edificaretur absque speciali licentia dicte sedis; et si secus fieri contingeret, quod factum esset decrevimus destruendum, et ut ne fieret, posset a quolibet impediri. Statuimus etiam quod monasterium seu ecclesia Sancti Terentiani, territorium, possessiones et pertinentie, tenimenta stabilia et immobilia bona predicta in nullum absque dicte sedis auctoritate transferri, quovis modo vel titulo possent, aut alicujus universitatis vel singularium personarum comodis quomodolibet applicari, jurisdictioni, potestati, spiritualiter et temporaliter, aut ditioni subesse. Considerantes itaque prompte devotionis affectum, fideique constantiam quos dilecti filii nobiles viri Johannes et Angelutius fratres de dominis Castri Montis Casuli cives Romani, ad nos et Romanam habent et hactenus habuerunt ecclesiam, ipsorum quoque nobilitatem, qui solebant ampliori rerum, bonorum, terrarum et vassallorum possessione gaudere, necnon oppressionem quam occasione predicte Columpne et Columpnensium, in illis partibus preesse potius quam prodesse volentium, multipliciter pertulerunt, benigna et attenta meditatione pensantes, predictum territorium seu tenimentum cum omni jurisdictione temporali, juribus et pertinentiis suis predictis Johanni et Angelutio ac eorum heredibus in perpetuum in feudum apostolica auctoritate concessimus de gratia speciali et de apostolice plenitudine potestatis, reservata uni sacerdoti et uni clerico, qui ad presentationem ipsorum in eodem instituentur monasterio seu ecclesia Sancti Terentiani per apostolicam sedem vel ejus camerarium, de fructibus, redditibus ipsorum territorii, tenimenti et possessionum sic concessorum congrua portione, de qua ipse sacerdos cum uno clerico comode substentari valeret et incumbentia sibi onera supportare, ita quod de portione ipsa presbiter haberet duas partes, clericus vero unam. Pro predictis autem territorio, possessionibus, juribus et pertinentiis prefatis J[ohanni] et A[ngelutio] eorumque heredibus ut predicitur concessis, tam ipsi quam heredes predicti nobis et successoribus nostris vel camere Romane ecclesie singulis annis unum florenum auri, nomine census, in festo Nativitatis Dominice ducerent persolvendum; nobis insuper et singulis successoribus nostris canonice intrantibus, infra annum postquam assumpti fuerint ad apicem apostolice dignitatis, pro eisdem tenimento seu possessionibus fidelitatis juramentum prestarent et plenum homagium facerent, nihil penitus de predictis eisdem J[ohanni] et A[ngelutio] et eorum heredibus a nobis concessis ipsi vel heredes ipsorum alienarent, nunquam dictam Columpnam seu castrum Columpne reedificarent vel repararent, neque ibi vel in aliqua parte territorii, possessionum et pertinentiarum, rerum et bonorum ipsius, turrem, roccham, palatium, castrum, villam, munitionem, fortilitiam, aut edificium aliquod quod munitionem quomodolibet sapere posset facerent, erigerent vel edificarent, reedificari nec fieri ab alio pro posse sinerent, absque sedis apostolice licentia speciali; quod si secus in premissis vel aliquo premissorum agerent, hoc ipso ab hujusmodi feudo in totum et omni ejus jure caderent, et res ipse ad eandem Romanam ecclesiam libere reverterentur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, prefatos nobiles, vel procuratorem suum eorum nomine, in corporalem possessionem territorii seu tenimenti, jurisdictionis, jurium et pertinentiarum predictorum, eis a nobis ut premittitur concessorum, inducatis auctoritate nostra et defendatis inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, facientes ipsis vel dicto procuratori pro eis de hujusmodi territorii sive tenimenti, jurisdictionis et pertinentiarum fructibus, redditibus, proventibus et juribus universis juxta hujusmodi concessionis nostre tenorem integre responderi. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdicto, suspensioni vel excommunicationi non possint per litteras apostolicas *etc. usque* mentionem. Contradictores etc. — Dat. apud Urbemveterem, XII kal. augusti, anno tertio.

(POTTHAST. 24548.)

2249 (DLXXIIII) Vatican, 3 janvier 1298.

Indultum. (fol. 353 v°.)

Dilecto filio Petro de Sabaudia decano ecclesie Sareshiriensis. Devotionis tue. —

Ut habere possit altare portatile.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. januarii, anno tertio.

2250 (DLXXV) Vatican, 3 janvier 1298.

Indultum. (fol. 354.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni domino castri Sancti Triverii Lugdunensis diocesis. Devotionis tue —.

Et ad ecclesiam quam edificari de novo fecit in loco suo de Belregart infra parochiam ecclesie de Frenz, Lugdunensis diocesis, sacerdotem presentandi qui in eis divina celebret, licentiam habeat.

Dat. ut supra.

2251 (DLXXVI) Vatican, 6 janvier 1298.

Mandatum collationis. (fol. 354.)

Dilecto filio Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Probitatis studia —.

Ei mandatur ut Francisco, nato nobilis viri de Terracena, clerico, de beneficio ecclesiastico sine cura usque ad summam annuam quam decentem esse viderit infra fines Terre Laboris, civitate et diocese Teanensibus duntaxat exceptis, provideat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. januarii, anno tertio.

2252 (DLXXVII) Vatican, 23 décembre 1297.

Nominatio prioris generalis Camaldulensium. (fol. 354.)

Dilecto filio Rogerio priori generali Camaldulensium. Romani pontificis —.

Is, tunc abbas monasterii S. Michaelis de Passingnano (*sic*) ordinis Vallisumbrose Fesulane diocesis, preficitur heremo Camaldulensi Aretine diocesis in priorem generalem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X kal. januarii, anno tertio.

In e. m. *conventui heremi Camaldulensis Aretine diocesis.*

In e. m. *universis vasallis ecclesie Camaldulensis.* — Dat. ut supra.

2253 (DLXXVIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 324 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi. Ex parte tua tempore promotionis —.

Absolvitur a juramento quod prestitit limina Apostolorum singulis bienniis visitandi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2254 (DLXXVIIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 354 v°.)

In e. m. *scribitur pro venerabili fratre Bertrando episcopo Convenarum.*

Absolvitur a juramento quod prestitit limina Apostolorum singulis bienniis visitandi.

Dat. ut supra.

2255 (DLXXX) Vatican, 13 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 354 v°.)

In e. m. *pro venerabili fratri Johanne episcopo Virdunensi.* — Dat. ut supra.

2256 (DLXXXI) Vatican, 8 janvier 1298.

Concessio redditnum ad sedem apostolicam spectantium. (fol. 354 v°.)

Dilectis filiis .. potestati et comuni Mevanie[1] *fidelibus nostris Spoletane diocesis.* Vestre fidei puritatem —.

Eis, consideratis gravibus expensarum oneribus quas pro defensione Castelli Boni subierunt et gravaminibus eis illatis ab inimicis ecclesie, conceduntur redditus quos ecclesia Romana de Mevania et castro predicto percipere consuevit.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. januarii, anno tertio.

2257 (DLXXXII) Vatican, 2 janvier 1298.

Mandatum collationis. (fol. 354 v°)

Dilecto filio Landulfo Sancti Angeli diacono cardinali, apostolice sedis legato. Clara merita probitatis —.

Ut Gregorio Buccaplanula diacono Neapolitano, legum doctori, de aliquo vel aliquibus beneficiis ecclesiasticis nunc vacantibus aut proximo vacaturis in Neapolitana, usque ad summam decem, et in Salernitana provinciis, usque ad summam aliarum decem unciarum auri, provideat, non obstante quod idem Gregorius in ecclesia Neapolitana alia beneficia obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. januarii, anno tertio.

2258 (DLXXXIII) Orvieto, 12 octobre 1297.

Assignatio pensionis. (fol. 355.)

Dilectis filiis .. abbati Sancti Pontiani et Sancti Bartholomei in Silice extra muros, ac .. Sancti Fridiani priori, .. et preposito Sancti Georgii, monasteriorum Lucanorum, sancti Benedicti et sancti Augustini ordinum. Volentes personam —.

1. *Ms. hic et infra*, Menanie.

Ut Hugolino Rusticelli de Massa, Pisano, domicello et familiari pape, quoad vixerit, quilibet eorum solvat pensionem annuam viginti florenorum auri in festo beati Martini de redditibus suorum monasteriorum.

Dat apud Urbemveterem, III id. octobris, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo, et dilectis filiis .. priori secularis Sancti Petri majoris Lucani ac magistro Petro de Eugubio, camere nostre clerico, canonico Asisinatis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2259 (DLXXXIIII) Vatican, 21 janvier 1298.

Facultas absolvendi. (fol. 355.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Virdunensi. Tua nobis fraternitas intimavit quod nonnulli clerici et laici tuarum civitatis et diocesis per violentam manuum injectionem in clericos et personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerunt, quorum quidam clericorum et personarum juris ignari vel facti immemores susceperunt ordines et divina celebrarunt officia sic legati. Quare super hiis eorum providere saluti a nobis humiliter supplicasti. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus ut omnes tales auctoritate nostra hac vice absolvas et injungas eis quod de jure fuerit injungendum. Proviso quod passis injuriam facias satisfieri competenter et si aliquorum fuerit gravis et enormis excessus illos mittas ad sedem apostolicam absolvendos. Cum illis autem et iisdem clericis qui juris ignari et facti immemores absolutionis beneficio non obtento susceperunt ordinis et divina officia celebrarunt, injuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, eaque peracta, liceat tibi de misericordia que superexaltat judicio hac vice prout eorum saluti expedire videris dispensare. Si vero prefati clerici excommunicati scienter, non tamen in contemptum clavium, talia presumpserunt eis per biennium ab ordinum executione suspensis et imposita illis penitentia salutari eos postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno tertio.

2260 (DLXXXV) Vatican, 21 janvier 1298.

Indultum. (fol. 355.)

Eidem. Devotionis tue —.

Ut habere possit altare portatile.

Dat. ut supra.

2261 (DLXXXVI)

Forma juramenti (pro Herrico archiepiscopo Eboracensi). (fol. 355 v°).

2262 (DLXXXVII)

Forma dandi palleum. (Herrico archiepiscopo Eboracensi). (fol. 355 v°).

2263 (DLXXXVIII) Vatican, 5 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 355 v°.)

Dilecto filio Petro de Sabaudia subdiacono decano ecclesie Saresbiriensis. Consideratio carissimi —.

Ei, consideratione Eduardi Anglorum regis, indulgetur ut, licet defectum etatis patitur in vicesimo tertio anno tantum constitutus, possit licite retinere decanatum ecclesie Saresbiriensis quem nuper assecutus est.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno tertio.

2264 (DLXXXVIIII) Vatican, 5 janvier 1298.

Confirmatio locationis quorumdam castrorum Ursinis facte. (fol. 355 v°).

Dilectis filiis nobilibus viris Fortibrachie Jacobi Nepoleonis (sic), *Urso, Theobaldo et Johanni Mathei Ursi, Jacobo et Brachie Nepoleonis, ac Urso et Johanni Francisci ejusdem Jacobi Nepoleonis de filiis Ursi.* Dum devotionis et fidei —.

Castra Sancti Viti et Pisciani et Penestrine diocesis cum rochis seu turribus ipsorum castrorum ac ceteris pertinentiis suis ad ecclesiam S. Eustachii de Urbe pertinentia, que olim per Ubertum S. Eustachii diaconum cardinalem Johanni de Columpna ejusque filiis et nepotibus sub certis conditionibus locata fuerant, nunc, prefato Johanne defuncto, ejusque filiis omni possessione privatis sed detinentibus adhuc dicta castra, per Franciscum diaconum cardinalem S. Lucie in Silice, administratorem ecclesie S. Eustachii, et archipresbyterum ac capitulum ejusdem ecclesie, locantur et conceduntur infranominatis et eorum filiis et nepotibus masculis usque in tertiam generationem, sub conditione solvendi annuum censum et renovandi locationem in singulis decem et octo annis. Confirmatur a papa hujusmodi locatio.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. februarii, anno tertio.

2265 (DLXXXX) Vatican, 20 décembre 1297.

Remissio citationis et suspensionis. (fol. 356.)

Dilecto filio Thome primicerio et archidiacono Virdunensi. Sincera devotio quam —. Habet siquidem exposite nobis tue petitionis assertio quod dudum nobis Nicolao, qui pro ecclesia de Mancourt Virdunensis diocesis rectore se gerere dicitur, suggerente quod te ad supplicationem bone memorie Jacobi episcopi Virdunensis, dum adhuc viveret, occasione quorumdam excessuum quos in episcopatu Virdunensi dicebaris antea commisisse, ad nostram presentiam — mandaveramus — personaliter evocari, te nichilominus ex tunc — ab executione spiritualium et temporalium suspendentes, et quod tu post premissa hujusmodi exequi non desistens, quampluribus amicis et devotis ejusdem episcopi, etiam post ejus obitum, dampnis — irrogatis, prefatum Nicolaum pro eo quod devotus et obediens episcopo fuerat supradicto, non solum ecclesia prefata de Mancourt, sed nonnullis bonis suis, post suspensionem hujusmodi ac etiam post appellationem ipsius a te super hoc ad sedem apostolicam interjecta, nequiter spoliaras, sibi nichilominus graviter comminando quod eum perimi vel mutilari faceres, si ad manus tuas illum contingeret pervenire —.

Ille tamen, citatus ad comparendum, ad sedem apostolicam accessit, sed petiit ut, ob detentionem fratris et nepotis suorum, occasione discordie inter reges Francie et Anglie suscitate, quorum terras hostes invadere moliuntur, de ipso benigne disponatur. Ei ergo citatio et suspensio remittuntur et relaxantur, dummodo procuratorem ydoneum apud sedem eamdem constituat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. januarii, anno tertio.

2266 (DLXXXXI) Vatican, 5 janvier 1248.

Susceptio sub protectione ecclesie. (fol. 356).

Dilecto filio nobili viro Lodovico de Sabaudia domino Vaudi. Devotionis tue quam —.

Is, proponens ingredi ordinem Minorum infra quinque annos postquam domus ejusdem ordinis in villa de Niduno edificata perfecta erit, ab hoc die sub protectione Ecclesie suscipitur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. januarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24612.)

2267 (DLXXXXII) Vatican, 5 janvier 1298.

Executoria precedentis. (fol. 356.)

Venerabili fratri episcopo, et dilectis filiis .. decano Bellicensibus, et magistro Johanni Judicis preposito Maguntino, notario nostro. Devotionis dilecti filii —.

Ut protectionem apostolice sedis, Ludovico de Sabaudia concessam, efficacem reddant.

Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24613.)

2268 (DLXXXXIII) Vatican, 5 janvier 1298.

Susceptio cum filiis sub protectione ecclesie. (fol. 356.)

Venerabili fratri episcopo Bellicensi et dilectis filiis magistro Johanni Judicis, notario nostro, preposito Maguntine et .. decano Bellicensis ecclesiarum. Devotionis sinceritas —.

Ne permittant a quocumque molestari personam Ludovici de Sabaudia et primogeniti vel alterius filii ejus qui sibi heres extiterit, sub protectione beati Petri susceptam, proviso tamen quod potestas eis tradita contra comitem Sabaudie non extendatur.

Dat. ut supra.

2269 (DLXXXXIIII) Vatican, 5 janvier 1296.

Eadem de re. (fol. 356.)

Dilecto filio nobili viro Lodovico de Sabaudia domino Vaudi. Tue devotionis —.

Persona ejus et primogeniti, etc. sub protectione beati Petri suscipitur, ut in precedenti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

2270 (DLXXXXV) Vatican, 5 janvier 1298.

Indultum. (fol. 356 v°.)

Eidem. Devotionis tue exhibita —.

Ut, non obstante voto quod emisit, gravi infirmitate detentus, ordinem Minorum infra certum tempus intrandi, possit ad aliquem aliorum ordinum approbatorum se libere transferre.

Dat. ut supra.

2271 (DLXXXXVI) Vatican, 21 janvier 1298.

Delegatio collationis. (fol. 356 v°.)

Venerabili fratri Johanni episcopo Virdunensi. Attendentes laudabilia —.

Cum bone memorie Jacobus Virdunensis episcopus, Johannis predecessor, apud civitatem Ferentinatem defunctus canonicatum et prebendam vacantes reliquerit, provisioni apostolice reservatos, ei conceditur ut, canonicatu et prebenda quos possidebat in ecclesia Virdunensi ante promotionem suam retentis, illos quondam Jacobo episcopo pertinentes ydonee persone cui voluerit conferre valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno tertio.

2272 (DLXXXXVII) Vatican, 13 janvier 1298.

Facultas. (fol. 357.)

Venerabili fratri Petro episcopo Capuano. Desideriis tuis super —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli clerici, prelati etiam in dignitatibus pontificalibus constituti, ac laici, milites et barones illarum partium, qui gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, nonnulla ipsius ecclesie bona retinere — presumunt in tuum et ipsius ecclesie (Capuane) non modicum detrimentum —.

Ut igitur in bonorum suorum infra regnum Sicilie consistentium molestatores censuram ecclesiasticam exercere valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2273 (DLXXXXVIII) Vatican, 22 décembre 1297.

Licentia fructus percipiendi in exercitu crucesignatorum adversus Columpnenses morando. (fol. 357.)

Dilecto filio Matheo de Columpna preposito ecclesie de Sancto Audomaro Morinensis diocesis, capellano nostro. Laudabilia tue merita —. Volentes personam tuam prosequi gratia speciali, tibi qui signo vivifice crucis a nobis dinosceris insignitus, auctoritate presentium indulgemus ut, quamdiu in exercitu Crucesignatorum deputato contra Jacobum et Petrum de Columpna, olim sancte Romane ecclesie cardinales, et Agapitum, Stephanum et Jacobum dictum Sciarram predicti Petri fratres, scismaticos et blasphemos et ipsius rebelles ecclesie, ac contra civitatem Penestrinam et castrum Columpne et alia castra, terras et loca que per eos — detinentur, moram traxeris, fructus, redditus et proventus prepositure quam in Sancti Audomari Morinensis diocesis et prepositure de Nigreyo ac prebende quas in Carnotensi ecclesiis obtines, cum ea integritate percipere valeas, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in eisdem ecclesiis personaliter resideres. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XI kal. januarii, anno tertio.

In e. m... *priori S. Bertini de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, et .. archipresbytero Turonensis, et Johanni de Columpna canonico Eboracensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2274 (DLXXXXIIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Indulgentia. (fol. 357 v°.)

Universis Christi fidelibus ad quorum [notitiam] littere iste pervenerint. Quoniam ut ait —.

Quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxantur eis qui per elemosynas subvenerint necessitatibus hospitalis S. Antonii Viennensis diocesis, « ad quod magna de diversis mundi partibus pauperum et infirmorum confluit multitudo ».

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2275 (DC) Vatican, 18 décembre 1297.

Indulgentia. (fol. 357 v°.)

Eisdem. Vite perennis —.

Unus annus et quadraginta dies relaxantur eis qui, imploraturi veniam delictorum, ad monasterium S. Antonii Viennensis diocesis ubi requiescit corpus beati Antonii accesserint annuatim in festivitatibus beati Antonii et per octo dies ipsas festivitates immediate sequentes.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. januarii, anno tertio.

2276 (DCI) Vatican, 18 décembre 1297.

Adversus falsos collectores elemosinarum pro hospitali S. Antonii. (fol. 357 v°.)

Littera que dirigitur prelatis pro abbate monasterii Sancti Antonii. Ex parte dilectorum —.

Ut quisque eorum, in locis sue jurisdictionis, illos qui se procuratores et nuncios monasterii S. Antonii Viennensis mendaciter asserentes et falsas litteras signo ipsius monasterii munitas deferentes, elemosynas querere non formidant, ad exhibendum elemosynas sic collectas abbati monasterii predicti per censuram ecclesiasticam compellant.

Dat. ut supra.

2277 (DCII) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro eodem hospitali. (fol. 357 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint. Dilecti filii... abbas —.

Inhibeant abbatibus, rectoribus et aliis personis monasteriorum, ecclesiarum, hospitalium et oratoriorum, que ad monasterium S. Antonii Viennensis nullatenus pertinentia sub nomine S. Antonii sunt constructa, ne porcos, qui per diversas mundi partes nomine S. Antonii nutriuntur, recipiant et enutriant in abbatis et conventus prefati monasterii prejudicium.

Dat. apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2278 (DCIII) Vatican, 18 décembre 1297.

Pro eodem hospitali. (fol. 357 v°.)

Eisdem. Ex parte dilectorum —. Licet de antiqua et approbata consuetudine in vestris partibus hactenus sit obtentum ut ibidem fideles Christi ad opus infirmorum et pauperum hospitalis eorum, ejusdem sancti nomine, porcos et alia animalia enutrirent, ac fratribus hospitalis ipsius porcorum crura et farinam ad opus hujusmodi largirentur, nonnulli tamen clerici et laici earumdem partium bonis pauperum, quin potius Domini, cui hec in suis fiunt minimis, invidentes, porcos et alia predicta propriis et ecclesiarum suarum usibus pro sue voluntatis arbitrio applicant, et prefati clerici ea non solum sibi detinent sed a suis parochianis faciunt detineri, consuetudinem hujusmodi laudabilem et antiquam, ac si foret pernitiosa exemplo, de suis finibus evellere molientes —.

Inhibeant ergo clericis et laicis in suis civitatibus et diocesibus ne quis eorum porcos, animalia, crura vel farinam hujusmodi detinere aut facere detineri presumat, et ea sine diminutione nuntiis predicti monasterii exhibeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xv kal. januarii, anno tertio.

2279 (DCIIII) Vatican, 18 décembre 1297.

Facultas. (fol. 358.)

Dilecto filio Arnaldo electo Tholosano. Tuam volentes honorare —.

Ut archidiaconatus de Ulmesio per mortem quondam Gauserandi, et de Savesio per mortem quondam Arnaldi vacantes, collationi apostolice reservatos propter prefatorum archidiaconorum obitum apud sedem apostolicam, possit una cum prioratu de Arriguato Appamiarum diocesis, cujus conferendi auctoritatem per alias litteras recepit, ydoneis personis conferre, amoto prius ab eodem archidiaconatu de Ulmesio Bertrando de Manstaneo canonico Tholosano, cui bo. me. Hugo episcopus Tholosanus post hujusmodi reservationem hunc contulerat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

2280 (DCV) Vatican, 17 décembre 1297.

Facultas pro eodem. (fol. 258.)

Eidem. Ut eo gratior habearis —.

Ut omnia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura ad suam vel prepositi et capituli ecclesie Tholosane collationem spectantia, si qua in Tholosana civitate vel diocesi vacat ad presens, personis ydoneis, singula videlicet singulis, conferre valeat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVI kal. januarii, anno tertio.

2281 (DCVI) Vatican, 11 janvier 1298.

Indultum. (fol. 358 v°.)

Dilectis filiis... decano et capitulo ecclesie Lexoviensis. Specialis affectus —.

Ut possint jura patronatus cum universitate vel sine universitate, cum fundo vel sine fundo libere emere ac acquirere a quibuscumque laicis, ea vendere et alienare, etc.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. januarii, anno tertio.

2282 (DCVII) Vatican, 11 janvier 1298.

Pro eisdem. (fol. 358 v°.)

Eisdem. Vos et ecclesiam —.

Ut in parochiis in quibus veteres decimas juste percipiunt,

novales quoque, de quibus aliquis hactenus non percepit, pro ea portione qua veteres eos contingant, percipere valeant.

Dat. ut supra.

2283 (DCVIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Licentia. (fol. 358 v°.)

Venerabili fratri Petro episcopo Capuano. Volentes tuam honorare —.

Possit duabus personis ydoneis, non autem Ferentinatibus, conferre thabellionatus officium, cum forma prestandi juramenti.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2284 (DCVIIII) Vatican, 29 décembre 1297.

Ordinatio. (fol. 348 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ingens et assidua —.

Institutio canonicorum secularium in ecclesia cathedrali Sancte Cecilie Albiensis, loco canonicorum regularium sancti Augustini qui in ea ecclesia usque ad hunc diem fuerunt.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kal. januarii, anno tertio.

(Potthast, 24611 *bis*.)

2285 (DCX) Vatican, 18 décembre 1297.

Confirmatio unionis. (fol. 360.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis. Cum a nobis petitur —.

Confirmantur unio et concessio quas fecit archiepiscopus Viennensis de domo Dei de Marnanco Viennensis diocesis, ubi vigere solebat ordo S. Augustini, nunc debitis onerata et quasi dissoluta, hospitali S. Antonii Viennensis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV kal. januarii, anno tertio.

2286 (DCXI) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro monasterio S. Antonii. (fol. 360 v°.)

Littera que dirigitur prelatis pro abbate et conventu monasterii Sancti Antonii. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc. Querelam gravem —.

Universis presbyteris sue potestati subjectis injungant sub pena officii et beneficii ut fratres monasterii S. Antonii sinant in ecclesiis suis ad opus pauperum predicare, ac, dummodo questuarii non existant, elemosinas querere.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id januarii, anno tertio.

(Potthast, 24616.)

2287 (DCXII) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro eodem. (fol. 360 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint. Significantibus dilectis —.

Cum nonnulli clerici et laici, habentes filios et focarios retinentes, de quibusdam suis domibus nomine S. Antonii facere hospitalia et, sub eorum signo habitu simulate religionis assumpto, petere pro pauperibus elemosinas quas in usus proprios convertunt non formident, eos prelati cogant vel ad impendendum obedientiam abbati et fratribus monasterii predicti, vel ad deponendum eorum ordinis signum.

Dat. ut supra.

2288 (DCXIII) Vatican, 8 janvier 1298.

Mandatum consecrationis. (fol. 361.)

Dilecto filio Jacobo de Abbate Calaritano electo. Cum sicut habet —.

Ut ei, apud Neapolim infirmitate detento et paupertate gravato, Capuanus episcopus munus consecrationis impendat et palleum imponat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IV id. januarii, anno tertio.

2289 (DCXIIII) Vatican, 8 janvier 1298.

Eadem de re. (fol. 361.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Capuano. Nuper dilectus —.

Ut electo Calaritano consecrationis munus impendere et palleum assignare studeat.

Dat. ut supra.

2290 (DCXV) Vatican, 21 janvier 1298.

Confirmatio dispensationis. (fol. 361 v°).

Dilecto filio Petro Lupi clerico Legionensi. Exhibita nobis —.

Confirmantur quedam Mathei S. Marie in Porticu diaconi cardinalis littere, date Rome apud Sanctum Petrum xv kal. januarii MCCCXCVII, in quibus cum dicto Petro, prefati episcopi Portuensis familiari, qui, de presbytero genitus et soluta, se fecerat per Albarazensem (*alias* Albarezensem) episcopum extra Legionensem et Albarazensem civitates clericali caractere insigniri, dispensationis gratia et diocesani sui licentia non obtentis, dispensatur ut possit ad sacros ordines promoveri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. februarii, anno tertio.

2291 (DCXVI) Vatican, 11 janvier 1298.

Indultum. (fol. 362.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Lexoviensis. Devotionis vestre —.

Eis conceditur facultas redimendi de manibus laicorum decimas que ab antiquo in feudum perpetuo concesse sunt, et decimas liberalitate oblatas recipiendi, dummodo eidem laici decimas ipsas eis ad quos pertinent restituere, ac ipsi ad quos pertinent, legitime requisiti, eas redimere noluerint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. januarii, anno tertio.

2292 (DCXVII) Vatican, 28 décembre 1297.

Confirmatio cujusdam ordinationis de ecclesia S. Marie Ville de Ardemburg. (fol. 362).

Venerabili fratri .. episcopo Cameracensi, et dilectis filiis .. S. Andree juxta Brugis (sic), ac .. de Dulci Valle juxta Ardembourg, Tornacensis diocesis, monasteriorum abbatibus. Dudum venerabili fratre nostro J. episcopo Tornacensi ac dilecto filio abbate monasterii S. Bavonis Gandavensis, Tornacensis diocesis, dicente se patronum ecclesie Sancte Marie Ville de Ardemburg dicte diocesis, nobis suggerentibus quod eadem ecclesia beate Marie adeo in facultatibus abundabat quod ex ipsius proventibus poterat decens canonicorum collegium congrue substentari, nos eidem episcopo et abbati super instituendis in ecclesia predicta canonicis nostras certi tenoris litteras dicimur direxisse, quarum pretextu dictis episcopo et abbate dicentibus — se velle executioni mandare que predicte nostre littere continebant, pro parte provisorum fabrice et populi predicte ecclesie fuit — ad sedem apostolicam appellatum. Dicti vero episcopus et abbas, hujusmodi appellatione contempta [1], decanum, cantorem et quamplures canonicos in eadem ecclesia instituisse dicuntur, bona fabrice memorate ecclesie in prebendas distribuentes ipsarum, propter quod ex parte provisorum et populi predictorum fuit iterum ad sedem appellatum camdem —.

Per Nicolaum S. Laurentii in Damaso diaconum cardinalem, cause nominatum auditorem, jussum fuit quod, pendentibus appellationibus in curia, revocetur interdictum in villam ab episcopo prefato illatum, et ad eam redeant clerici exire coacti, et tandem nihil circa hoc innovent aut attemptent episcopus et abbas sub pena suspensionis et excommunicationis. Hujusmodi relaxatio, revocatio et inhibitio a papa confirmantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. januarii, anno tertio.

2293 (DCXVIII) Vatican, 7 janvier 1298.

Dispensatio. (fol. 362 v°.)

Dilecto filio Stephano de S. Bonito rectori ecclesie de Salhens Claromontensis diocesis. Ex tenore tue petitionis —.

Ei, in minoribus ordinibus constituto, qui ecclesiam de Salhens Claromontensis diocesis ad collationem episcopi Claromontensis pertinentem canonice assecutus erat, sed, ratione quorumdam excessuum super quibus erat, sedes apostolica consulenda, sacros ordines infra annum non receperat, et fructus tamen ex ea perceperat, nunc apud sedem apostolicam de prefatis excessibus absoluto, eadem ecclesia de novo confertur et super per-

1. *Ms.* contenta

ceptione fructuum cum eo dispensatur. Eam igitur libere teneat, non obstante quod beneficium modicum sine cura, quod « coreria » vocatur, in ecclesia Claromontensi obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, vii id. januarii, anno tertio.

In e. m. .. *decano Mauriacensis, Claromontensis diocesis, et .. cantori Claromontensis et magistro Petro de Querque canonico Cathalaunensis ecclesiarum.* — Dat. ut supra.

2294 (DCXVIIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro hospitali S. Antonii. (fol. 362 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint. Ex parte dilectorum — .

Cum fratres hospitalis monasterii S. Antonii Viennensis diocesis eisdem privilegiis frui debeant ac conventus monasterii S. Antonii Viennensis cui dudum uniti sunt, et inter ea licentia semel in anno in ecclesiis ad quas pervenerint predicandi et elemosinas petendi ad opus pauperum hospitalis, nonnulli tamen episcopi clericis suarum diocesium inhibuerunt ut fratres dicti monasterii in suis ecclesiis sine ipsorum litteris admittant, et requisiti a fratribus ut hujusmodi litteras eis concedant, id efficere contradixerunt. Prefatis ergo fratribus concedant patentes litteras, cum requisiti fuerint, et ab omnibus suarum diocesium clericis benigne admitti faciant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2295 (DCXX) Vatican, 20 janvier 1298.

Collatio. (fol. 363.)

Dilecto filio Ottobono, nato dilecti filii nobilis viri Conradi Aurie civis Januensis, canonico Ambianensi. Specialis devotionis —.

Ei confertur canonicatus in ecclesia Ambianensi cum prebenda integra nunc vacanti aut quamcito vacatura, proviso ut postquam hanc prebendam integram, liberam, non sacerdotalem, assecutus fuerit, prebendam que non sit integra, etc., quam est, ut predicitur, assecutus, dimittat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xiii kal. februarii, anno tertio.

In e. m. .. *archiepiscopo et .. archidiacono ac preposito ecclesie Sancte Marie Magdalene Januensibus.* — Dat. ut supra.

2296 (DCXXI) Vatican, 27 février 1297.

Delegatio. (fol. 363.)

Venerabili fratri .. episcopo Morinensi et dilecto filio .. abbati monasterii Compendiensis Suessionensis diocesis. Inter cetera sollicitudinum — .

Ut discordias suscitatas inter abbates monasterii Sancte Genovefe et monasterii Sancti Victoris Parisiensium ordinis S. Augustini, occasione quorumdam redituum, jurisdictionum et jurium, compescere studeant, tribuentes conventibus predictis licentiam libere permutandi super redditibus et aliis supradictis, non obstantibus juramentis ab abbatibus eorumdem prestitis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iii kal. martii, anno tertio.

2297 (DCXXII) Vatican, 10 janvier 1298.

Irritum nunciatur juramentum. (fol. 363 v°.)

Eidem episcopo [*Morinensi*]. Ad audientiam nostram — pervenit quod, vacante monasterio Beate Marie de Bolonia supra Mare ordinis sancti Augustini tue diocesis, singuli canonici dicti monasterii, antequam procederent ad electionem abbatis, juramento firmarunt quod nullus extunc in posterum assumeretur in canonicum ipsius monasterii nec aliquis presentaretur ad beneficium, seu alicui conferretur beneficium, spectans ad collationem vel presentationem abbatis et conventus ipsius monasterii, nisi omnes et singuli canonici dicti monasterii consentirent — .

Ipsis jurantibus pro temerario juramento penitentiam salutarem injungat, et eis juramenta hujusmodi denuntiet nullius existere firmitatis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, iiii id. januarii, anno tertio.

2298 (DCXXIII) Vatican, 11 janvier 1298.

Indultum. (fol. 364.)

Dilectis filiis .. preposito, .. decano et capitulo ecclesie Atrebatensis. Meritis vestre devotionis — .

Ut decimas in parochiis alienis consistentes de laicorum manibus in pignus recipere valeant, fructibus decimarum ipsarum

minime computatis in sortem, dummodo ad id rectorum ecclesiarum ad quas decime ipse spectant consensus accedat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. januarii, anno tertio.

2299 (DCXXIIII) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro hospitali S. Antonii. (fol. 364.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi. Ad compescendos conatus — .

Ut commendatos habeat et contra molestatores et injuriatores ipsorum defendat abbatem et conventus monasterii S. Antonii Viennensis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. januarii, anno tertio.

2300 (DCXXV) Vatican, 13 janvier 1298.

Pro eodem hospitali. (fol. 364.)

In e. m. scribitur *venerabili fratri archiepiscopo Lugdunensi.* — Dat. ut supra.

2301 (DCXXVI) Vatican, 13 janvier 1297.

Pro eodem hospitali. (fol. 364.)

In e. m. scribitur *venerabili fratri episcopo Valentino et Dyensi.* — Dat. ut supra.

2302 (DCXXVII) Vatican, 11 janvier 1298.

Indultum. (fol. 364.)

Dilectis filiis .. preposito, .. decano et capitulo Atrebatensibus. Per grata devotionis — .

Ut possint de manibus laicorum redimere decimas, ut in cap. DCXVI, pro ecclesia Lexoviensi.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. januarii, anno tertio.

2303 (DCXXVIII) Orvieto, 28 octobre 1297.

Mandatum citationis. (fol. 364 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis Arnoni Siguarii et Petro dicto Marta canonicis Bergensibus. Ad aures nostras — .

Ut Jerundum archiepiscopum Nidrosiensem super criminibus et excessibus qui, ex insinuatione capituli ejusdem ecclesie ad sedem apostolicam pervenerint, inquirant, etc., et citent archiepiscopum ad, infra terminum prefixum, coram apostolica sede comparendum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v kal. novembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24592.)

2304 (DCXXVIIII) Vatican, 9 janvier 1298.

Permutatio. (fol. 364 v°.)

Dilecto filio Hugoni de Lugduno canonico Leodiensi. Meruit sincera devotio — .

Auctoritate apostolica et contemplatione bo. me. Hugonis S. Sabine presbyteri cardinalis, cujus nepos fuit, permutatur prebenda sacerdotalis quam obtinet in ecclesia Leodiensi, in prebendam liberam, non sacerdotalem, ejusdem ecclesie, non obstante quod abbatiam secularis ecclesie Cellensis Leodiensis diocesis, de qua apud sedem apostolicam nunc litigatur, obtinet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. januarii, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri .. episcopo Cathalaunensi et dilectis filiis .. priori Sancti Albani Basiliensis ac .. decano ecclesie Sancti Pauli Leodiensis.* — Dat. ut supra.

2305 (DCXXX) Vatican, 31 janvier 1297.

Pro immunitate fratrum S. Johannis Jerosolimitani. (fol. 365.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. Cum abbates Cisterciensis —.

Memoratur in principio abbates Cisterciensis ordinis tempore generalis concilii congregatos statuisse ut, nisi pro monasteriis de novo fundandis, fratres ipsius ordinis non emant possessiones de quibus decime debentur ecclesiis, et si pro monasteriis de novo fundandis tales possessiones collate aut empte fuerint,

fratres decimas persolvant ecclesiis quibus antea solvebantur. Quod ad alios regulares qui gaudent similibus privilegiis, Innocentius papa extendi voluit, ut ecclesiarum prelati promptiores existant ad exhibendum ipsis de suis malefactoribus justitie complementum. Cum igitur nonnulli ecclesiarum prelati jus fratrum hospitalis Jerosolimitani in his rebus contemnant, prefatis archiepiscopis et episcopis injungitur ut magistrum et fratres dicti ordinis « a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilium memoratum quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis que propriis manibus aut sumptibus excolunt, de quibus novalibus aliquis eas hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus et de suorum animalium nutrimentis », servent immunes.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno tertio.

2306 (DCXXXI) Vatican, 31 janvier 1297.

Pro eisdem. (fol. 365.)

Eisdem. Audivimus et audientes —.

Parochianis suis auctoritate apostolica prohibeant ne fratribus hospitalis Jerosolimitani de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, ullatenus decimas presumant exigere, sub pena excommunicationis pro laicis, et suspensionis pro monachis, canonicis et clericis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno tertio.

2307 (DCXXXI *bis.*) Vatican, 31 janvier 1297.

Pro eisdem. (fol. 365.)

Venerabili fratri episcopo Yserniensi. Reducentis ad sedule —. Exposita siquidem nobis [*scilicet* fratrum S. Johannis Jerosolimitani] petitio continebat quod in procurationibus, legatis et nuntiis atque cursoribus sedis apostolice exhibendis, non solum hospitale prefatum, sed alia etiam hospitalia et loca sibi subjecta, pro eo quod fratres hospitalium et locorum ipsorum ad taxationem procurationum hujusmodi, cum illa contingit fieri, non vocantur, aggravantur ultra proprias facultates —.

Provideant igitur ut fratres, cum eis procurationes ab ecclesiis imponi contigerit, hospitalia et loca eorum ultra facultates non graventur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. februarii, anno tertio.

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM CURIE TERTII ANNI

BONIFATII PAPE OCTAVI

2308 (CUR. I) Vatican, 7 février 1297.

Littera inductiva ut non graventur in Francia prelati per regem vel ejus officiales. (fol. 367.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francorum illustri. De temporum spatiis a divina tibi pietate concessis quesumus, fili carissime, unum diem nobis regia celsitudo concedat in quo, auctore Domino, lustrata profundius tue considerationis inspectio nostre ad te sinceritatis affectum attente consideret, salutaria monita prudenter attendat et increpationes patrias sapienter advertat. Et procul dubio in Eo confidimus qui regibus dat salutem quod, interpretis veri judicio, in illis invenies unde nobis ut spirituali patri et Romane ecclesie tenearis ut matri. Olim quidem dum prelatorum et ecclesiasticarum personarum non levis querela perstreperet, clamor ipsorum validus immo stridor impellens nostros fatigasset auditus quod, per secularis potestatis abusum, diversis talliis, subsidiorum prestationibus gravabantur illicite, libertatis ecclesiastice favore calcato, generalem constitutionem fecimus inhibentem hujusmodi fieri aut superindici gravamina, quod et sancitum canonicis sanctionibus fore dinoscitur, licet ipsa constitutio graviorum penarum remediis fulciatur. Quis igitur tam astutus aut malignus erit interpres qui hujusmodi perpetue inhibitionis edictum, ecclesiastice libertatis presidium fulciens, per cujusvis malignitatis vertutiam, figmento posito, colore quesito, interpretari conetur in tuum prejudicium editum aut injuriam prodiisse? Absit quod juris edictio aut ejus executio debita participium contingant injurie, et restringatur censura justicie ubi effrenis audacia nervum ecclesiastice libertatis infringit! Numquid ipsa constitutio plus te pungit aut artat (*sic*) avarius quam alios principes orbis terrarum? Et si circa illationem dictorum gravaminum notans te culpa non arguit, in nullo asperitas ipsius inhibitionis astringit? Aut quis tam exilis intellectus existat ut innuat aut presumat quod erga te filium predilectum et domum regiam, quos filiorum benedictionis et gratie lactatione quosque a statu nostro minori materna et precipua caritate dileximus, ex quibusvis nostris processibus debilitatus aut minoratus fuerit nostre dilectionis affectus? Certe verisimiliter presumi posse non credimus quia hec simplex veritas impedit et vera simplicitas non admittit. Immo si actus tuos quos in via salutis de bono in melius dirigi propensius affectamus per monitiones paternas et alia competentia media cohibemus a devio, unde indignationem eterni regis effugias, evites scandalum Romane ecclesie matris tue, dignitatis regie famam non polluas, fugiens[1] rancorem et odium subjectorum, sano judicio paterna caritas infriguisse non creditur sed fecisse calentius, quod est suum. Quis enim nisi mentis inops errantem filium videat et ipsum ab errore non revocet ac per oportune discretionis remedium non cohibeat motus ejus? Aut que mater tam diligens nati languidi vulnera non absterget? Decoxerunt quamprope filios manus misericordium mulierum et plagas habet vera in corrigendo dilectio que plus afferunt medele quam vulneris et eo potius effective proficiunt quo impatientius mordentia punctionis affligunt. Exiit a te —. Dat Rome apud Sanctum Petrum, VII id. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24467, *ubi a verbis* « Exiit a te » *edita est.*)

2309 (CUR. II) Vatican, 7 février 1297.

Littera inductiva ad parendum beneplacitis et mandatis ecclesie. (fol. 367 v°.)

Eidem. Cogitamus assidue, more consulti patris, fa

1. *Ms.* fugens.

milias cui cura precipua debet esse de filiis, qualiter tue domui, filiorum benedictionis et dulcedinis lactatrici, multiplicita honoris augmenta proveniant, et tibi, ejus laudanda sequenti vestigia, beneficia placida ex nostra concessione contingant. Sane implente te debite devotionis officium quam a te pro honore sancte matris ecclesie et pro tua salute presertim non pastoraliter exposcimus set paterne, caritativa et sincera devotione disponimus quod comitis Burgundie filia .. nato tuo alio quam primogenito maritali copuletur amplexu cum dispensatione nostre precipue potestatis, quodque rationabiliter impedimento cessante sancta memoria Lodoyci regis Francorum avi tui canonizata sollempniter in sanctorum cathalogo sollempnius annotetur. Propera igitur, fili carissime, et tibi consule, testimonium conscientie tue revolve ut inde placidus divine Majestati advenias, subditis tibi populis gratus assistas et nobis ac Romane ecclesie matri tue te cum sonore laudis preconio exhibeas gloriosum. Dat. ut supra.

2310 (CUR. III) Vatican, 9 février 1297.

Facultas excommunicandi. (fol. 367 v°.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis apostolice sedis nunciis. Processerunt jam sana et matura consilia que supponunt firmato judicio quo ad aptum et oportunum subsidium Terre Sancte deperdite et depopulate crudeliter incolis Christi fidelibus recuperatio insule rebellis Sicilie, in qua fremit hostilitas, non solum sit utilis, set necessaria reputetur, propter quod, ad ipsius Terre Sancte succursum principaliter plenis affectibus aspirantes, circa recuperationem ejusdem insule, terre utique pecculiaris ecclesie, effectivis studiis laboremus; et cum ad prosecutionem hujusmodi efficaciter faciendam deliberaverint jam firmiter nostra consilia, estate futura proximo, armatam maritimam potentem facere, divina clementia concedente ne, quod absit, ipsa prosecutio multiplici favore juvanda propter defectum sumptuum dissolutionis dispendium sentiat, vel prejudicium alicujus diminutionis incurrat, vias querimus modosque scrutamur per quos, Deo propitio, in tam ardui prosecutione negotii defectus pecunie non contingat. Ea propter fraternitati vestre —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24469. — *A verbis* « fraternitati vestre » *edita est apud Raynaldum, Bulæum et alios.*)

2311 (CUR. III) Vatican, 9 février 1297.

Delegatio absolvendi ab excommunicatione. (fol. 367 v°.)

Venerabili fratri episcopo Autisiodorensi et dilecto filio .. confessori carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Francorum illustri. Tenet vulgaris opinio et supponit credulitas nonnullorum quod per constitutionem, quam carissimus in Christo filius noster Philippus rex Francorum illustris edidit, prohibentem ne de regno suo extraherentur pecunie et alia in ipsa constitutione contenta, si fuit condentis intentio quo ad ecclesias ecclesiasticasve personas et venientes ad Romanam curiam porrigeretur effectus constitutionis ejusdem, in sententiam excommunicationis inciderit a canone promulgatam, quamvis aliquorum assertio nobis circa hujusmodi intentionem dicti regis excuset, qui in constitutione prefata ecclesias et personas ecclesiasticas non inclusit. Quia igitur, si oportunum sit pudori et fame sue, more paterno in hac parte intendimus providere, vobis per apostolica scripta committimus quatenus in forma ecclesie, ab eodem rege cautione recepta, alter vestrum, injuncta sibi prout videritis penitentia salutari, regem ipsum ab eadem sententia excommunicationis absolvat. Quod autem alter vestrum fecerit in premissis, secrete nobis harum seriem continens vestra referat pagina responsiva. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. februarii, anno tertio.

2312 (CUR. V) Vatican, 7 février 1297.

Interpretatio constitutionis edite pro ecclesiastica libertate. (fol. 368.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francorum illustri. Ad perpetuam rei memoriam. Romana mater ecclesia —.

Per constitutionem nuper in ecclesiarum favorem editam non prohibetur quin ecclesiastice persone regi donum aut mutuum prestent aut tallias in necessitatis articulo solvant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24468.)

2313 (CUR. VI) Vatican, 12 février 1297.

Mandatum solutionis. (fol. 368.)

Dilectis filiis Lanfranco et Symoni Anselmi de societate

Clarentum de Pistorio et ceteris de ipsa societate universis et singulis mercatoribus camere. Discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos ambo, Lanfrancus et Symon, vel alter vestrum aut alii vel alius de societate Clarentum de Pistorio venerabilibus fratribus nostris B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis, statutam eis pecuniam pro expensis ipsorum sine difficultatis obstaculo, quousque nos mandemus aliud, ministretis. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II id. februarii, anno tertio.

2314 (cur. vii) Vatican, 12 février 1297.

Mandatum solutionis. (fol. 368.)

Eisdem. Discretioni vestre — quatenus vos — carissimo in Christo filio nostro Carolo regi Sicilie illustri vel certo pro eo procuratori vel nuntio, cum idem rex erit Parisius vel in aliis locis ubi in regno Francie cum carissimo in Christo filio nostro Phylippo Francorum rege conveniet, pro expensis dicti regis Sicilie de quacumque pecunia nostra seu Romane ecclesie, que est vel erit per manus vestras, mille marcas argenti solvere et exhibere curetis, et si forte dictum regem Sicilie contingeret moram trahere in partibus illis cum dicto rege Francorum, de pecunia ecclesie Tholosane debita bo. me. Bertrando et Hugoni episcopis Tholosanis, quamque per dilectos filios magistros Rogerium de Salerno, capellanum nostrum, archidiaconum de Bautesio Constanciensis et Guillelmum Agarini prepositum Aptensis ecclesiarum recolligi et nobis exhiberi mandamus, duo milia librarum turonensium eidem regi Sicilie vel certo pro eo procuratori vel nuntio pro expensis eidem solvere et exhibere curetis, recepturi ab eodem rege Sicilie vel prefato ejus procuratore vel nuntio de hiis que solveritis ydoneam apodixam. Dat. ut supra.

2315 (cur. viii) Vatican, 12 février 1297.

Mandatum. (fol. 368.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Cum carissimus in Christo filius noster Carolus Sicilie rex illustris pro expressis et arduis negotiis ad partes ultramontanas accedat, fraternitati vestre — mandamus quatenus, antequam dictus rex ad partes ipsas veniat et vobiscum conferat super certis ac exequamini quod per plures nostras litteras vobis expresse committimus et mandamus, de partibus non discedatis eisdem, sed expectetis donec predicta, auctore Domino, compleantur. Dat. ut supra.

2316 (cur. viiii) Vatican, 12 février 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 368 v°.)

Eisdem. Licet per alias nostras patentes litteras vobis indistincte ac generaliter committamus quod cum quibuscunque personis de regno Francie vel in ipso regno manentibus, ecclesiasticis vel secularibus, cujusvis status, dignitatis et conditionis existant, volentibus per pecuniariam commutationem vota redimere et votum specialiter Terre Sancte, vos ambo vel alter vestrum — dispensetis, quia tamen per indistinctam commissionem hujusmodi generale passagium pro subsidio Terre Sancte in eodem regno Francie non intendimus absorbere, fraternitati vestre — mandamus quatenus non passim cum predictis personis omnibus volentibus dictum votum Terre Sancte redimere dispensetis, sed cum senibus, valitudinariis (*sic*) aut aliter debilibus et cum mulieribus et omnibus aliis qui ad ipsum generale passagium ydonei de personis eorum sano judicio non censentur, cum subscriptis tamen personis videlicet venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Remensi, dilectis filiis nobilibus viris .. duce Burgundie .. Flandrie et .. Britannie comitibus, in predicto voto habitis considerationibus que continentur in prefatis nostris patentibus litteris, poteritis auctoritate apostolica dispensare. Dat. ut supra.

2317 (cur. x) Vatican, 9 février 1297.

Mandatum solutionis. (fol. 368 v°.)

Dilectis filiis Lanfranco et Symoni Anselmi de societate Clarentum de Pistorio et ceteris de societate predicta universis et singulis mercatoribus camere nostre. Ignorare vos nolumus —.

Quod recipiant a B. Albanensi et S. Penestrino episcopis pecunias pro redemptione votorum Terre Sancte solutas.

— Et quia per alias litteras nostras vobis expresse mandamus quod quadraginta tria milia unciarum vel equivalens in proba pecunia, sicut per easdem alias nostras litteras declaratur, carissimo in Christo filio nostro C. regi Sicilie illustri vel ejus procuratori seu nuntio exsolvatis[1] ut in solutione ipsa regi facienda predicto nullus possit intervenire, volumus et — mandamus quatenus de pecunia dicte redemptionis et quacumque alia que nomine nos-

1. *Ms.* exolvatis.

tro et Romane ecclesie ad manus vestras pervenerit, defectum, si quis esset in quantitate pecunie dicto regi integraliter exolvenda, per omnes vias et modos quos poteritis suppleatis; et si forte contigerit quod alique summe pecunie de illis quas per prefatos episcopos requiri et procurari mandamus sic in promptum haberi non possent, prout requirit armate negotium faciende extate (*sic*) proxima jam assumptum, adiciendo precipimus quod per viam mutui cum interesse solvendo per nos et Romanam ecclesiam et per quascumque alias vias et modos quos investigare et tractare poteritis, sic procuretis et faciatis omnino quod dicta solutio regi facienda prefato convenienti et competenti tempore compleatur, de quo fidei et discretioni vestre de quibus sincere confidimus specialiter et singulariter inheremus. Esset enim nobis et eidem ecclesie non solum dampnum et gravis injuria, immo oprobriosa confusio, si propter defectum solutionis predicte tanti boni principium et in unum conflate vires per labores multos et magne circumspectionis industriam dissolutionis infelicem exitum sortirentur. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. februarii, anno tertio.

2318 (CUR. XI) Vatican, 9 février 1297.

Delegatio et mandatum. (fol. 368 v°.)

Eisdem. Scire volumus quod venerabilibus fratribus nostris B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis, per plures nostras — mandamus expresse ut triginta septem milia librarum turonensium residua de ducentis milibus que carissimus in Christo filius noster Philippus rex Francorum illustris Romane debebat ecclesie, a .. abbate Cistercii novem milia librarum turonensium et quingentas, a .. preceptore domus Militie Templi Jerosolimitani in Francia sex milia unciarum auri, quinque florenis auri pro unctia (*sic*) computatis, vel equivalens in proba pecunia, a societate de Francisis de Florentia librarum turonensium viginti milia, a societate Mozorum de Florentia quinque milia librarum turonensium parvorum, recepta per eandem societatem nomine nostro a bo. me. Hugone episcopo Tholosano, et alia tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim et denarios quatuor, recepta per ipsam a predicto abbate Cistercii, et a vobis alia quinque milia librarum recepta per vos nomine nostro a predicto quondam episcopo Tholosano, et alia tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim et denarios quatuor, per vos recepta similiter a prefato .. abbate Cistercii, et quicquid etiam de procurationibus regni Anglie per vos receptum fuerit, ambo predicti episcopi vel ipsorum alter requirant et exigant, et pecuniam quam de jam dictis quantitatibus et procurationibus ipsi ambo vel alter eorum perceperint, sicut successive ad manus eorum pervenerint, vobis Lamfranco et Symoni, vel vestrum alteri aut aliis de societate vestra predicta nomine nostro et Romane ecclesie assignare procurent, sicut in memoratis litteris nostris directis prefatis episcopis clarius et distinctius continetur. Scribimus etiam dilectis filiis magistris Rogerio de Salerno capellano nostro archidiacono de Bautesio Constanciensis et Guillelmo Agarni (*sic*) preposito Aptensis ecclesiarum ut ambo vel alter ipsorum diligenter inquirant de pecuniarum summis ex quibuscunque causis, questionibus vel contractibus debitis bo. me. Bertrando et Hugoni episcopis Tholosanis et ecclesie Tholosane, usque ad tempus mortis Hugonis predicti apud sedem apostolicam decedentis, et ipsas a quibuscumque debitoribus, cujuscunque status, dignitatis et conditionis existant, ambo vel alter eorum auctoritate nostra requirant et nominaliter summam viginti et quinque milium librarum turonensium parvorum per prefatum Hugonem episcopum mercatoribus nostre camere debitorum, debitores ipsos ad solutionem ipsam debitam et festinam per censuram ecclesiasticam, si opus existeret, appellatione postposita compulsuri, pecuniam quam ex predictis causis ambo vel eorum alter recipient, penes vos vel vestrum aliquem aut alios de vestra societate deponantur. Quare vobis — mandamus quatenus de predictis pecuniarum summis sicut successive ad manus vestras vel alicujus vestrum pervenerint quadraginta milia unciarum, quinque florenis auri pro qualibet uncia computatis, vel earum valorem in turonensibus parvis currentis monete, quinquaginta tribus solidis numeratis pro uncia unaquaque, vos duo, Lanfrancus et Symon, vel alter vestrum, aut alii vel alius de societate vestra predicta carissimo in Christo filio nostro Carolo Sicilie regi illustri vel certo suo procuratori vel nuntio, nomine mutui pro parte nostra et Romane ecclesie, sine difficultatis et dilationis obstaculo solvere et exibere curetis. Dat. ut supra.

2319 (CUR. XII) Vatican, 9 février 1297.

Mandatum solutionis. (fol. 369.)

Eisdem. Discretioni vestre —.

Quod quinque milia librarum parvorum turonensium ab Hugone episcopo Tholosano recepta, et tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim et denarios quatuor ab abbate Cis-

tercii, et quicquid receperint de procurationibus regni Anglie B. Albanensi et S. Penestrino episcopis solvere curent.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis Thomasio de Spiliatis de societate Mozorum de Florentia et ceteris* —.

In e. m. *dilectis filiis Rogerio Spina de societate Spinorum de Florentia et ceteris* —. Dat. ut supra.

2320 (CUR. XIII) Vatican, 9 février 1297.

Mandatum assignandi pecuniam. (fol. 369.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Volumus et fraternitati —.

Quod Lanfranco et Symoni Anselmi de societate Clarentum de Florentia aut aliis de societate predicta mercatoribus camere totam pecuniam pro redemptione votorum et Terre Sancte precipue ab eis receptam, assignare curent.

Dat. ut supra.

2321 (CUR. XIIII) Vatican, 9 février 1297.

Facultas dispensandi. (fol. 369.)

Eisdem. Precesserunt jam sana et matura consilia que supponunt firmato judicio quo ad aptum subsidium Terre Sancte deperdite et depopulate crudeliter incolis Christi fidelibus recuperatio insule rebellis Sicilie, in qua fremit hostilitas, non solum sit utilis set necessaria reputetur: propter quod ad ipsius Terre Sancte succursum principaliter plenis affectibus aspirantes, circa recuperationem ejusdem insule, terre utique peculiaris ecclesie, effectivis studiis laboramus, et cum ad prosecutionem hujusmodi efficaciter faciendam deliberaverint jam firmiter nostra consilia extate (*sic*) futura proximo armatam potentem facere —.

Cum personis de regno Francie ecclesiasticis et secularibus, volentibus vota et precipue Terre Sancte redimere, pro convenienti quantitate pecunie, dicto Sicilie negotio applicanda, dispensare possint.

Dat. ut supra.

2322 (CUR. XV) Vatican, 7 février 1297.

Mandatum exigendi pecunias. (fol. 369.)

Eisdem. Scire vos volumus —.

Quod diversas pecunie summas per mercatores camere receptas exigant scilicet: a Lanfranco et Symone Anselmi de societate Clarentum de Pistorio, quinque milia librarum turonensium parvorum ab Hugone episcopo Tholosano recepta, et alia tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim, denarios quatuor ab abbate Cistercii, et quicquid receperint de procurationibus regni Anglie; atque a Thomasio Spiliato de societate Mozorum de Florentia, quinque milia librarum turonensium parvorum a prefato episcopo Tholosano recepta, et alia tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim et denarios quatuor ab abbate Cistercii; necnon tandem a Rogerio Spina de societate Spinorum de Florentia, alia quinque milia librarum parvorum turonensium currentis monete a predicto episcopo Tholosano recepta, et alia tria milia centum sexaginta sex, solidos tredecim et denarios quatuor ab abbate Cistercii.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII id. februarii, anno tertio.

2323 (CUR. XVI) Vatican, 8 février 1297.

Mandatum solutionis. (fol. 369 v°.)

Dilecto filio fratri Hugoni de Paralto preceptori Domus Militie Templi Jerosolimitani. Cum super tertiaria debita per Domum Militie Templi Jerosolimitani in partibus cismarinis pro Terre Sancte subsidio jam duobus annis elapsis nullum per nos fuerit onus impositum, discretioni tue — mandamus quatenus — ad requisitionem venerabilium fratrum nostrorum B. Albanensis et S. Penestrini episcoporum apostolice sedis nuntiorum vel alterius eorumdem, sex milia florenorum auri, quinque florenis auri pro uncia qualibet computatis, pro preparatorio, apto et congruo subsidio Terre Sancte prefate predictis episcopis vel ipsorum alteri, sine alicujus objectu difficultatis vel dilationis, nomine dicte Domus exolvas. Dilectus enim filius frater Jacobus de Molay generalis magister Domus ejusdem, ad mandatum nostrum propter dictam procurationem precipue oretenus sibi factum, nobis expressit quod te loco sui in eisdem cismarinis partibus mittebat —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. februarii, anno tertio.

2324 (cur. xvii) Vatican, 8 février 1297.

Mandatum assignandi pecuniam. (fol. 369.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Cum super tertiaria —. (etc., *ut in capit.* xvi).

Recipiant a fratre Hugone de Paralto preceptore Domus Militie Templi Jerosolomitani sex milia uncias auri, quinque florenis pro uncia computatis, pro subsidio Terre Sancte.

—Pecuniam autem quam ab ipso receperitis, Lanfranco et Symoni Anselmi de societate Clarentum de Pistorio mercatoribus camere nostre quos, ad sollicitandum et informandum nos super predicto et aliis negotiis nos tangentibus, ad partes ipsas destinamus ad presens, aut eorumdem alteri — solvere et exhibere curetis. Dat. ut supra.

2325 (cur. xviii) Vatican, 7 février 1297.

Mandatum de recognitione mutuorum. (fol. 370.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Cum nos dilectos —.

Lanfranco et Symoni Anselmi de societate Clarentum de Pistorio mercatoribus camere conceditur potestas ut de mutuis vel subsidiis ab eo petitis recognitionem et cognitionem per scripta competentia facere valeant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, vii id. februarii, anno tertio.

2326 (cur. xviiii) Vatican, 5 février 1297.

Mandatum recipiendi pecuniam, (fol. 370.)

Venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis. Cum carissimus in Christo filius noster Phylippus rex Francorum illustris triginta septem milia librarum turonensium, residuas de ducentis milibus librarum quas ipse Romane debebat ecclesie, abbas Cistercii novem milia librarum turonensium et quingentas, societas de Francisis viginti milia librarum turonensium, que recepisse dicitur ipsa societas a predicto rege Francorum pro societate Ricchardorum de Luca, dare et solvere nobis et eidem ecclesia teneantur, fraternitati vestre — mandamus quatenus advertentes necessitates instantes eidem ecclesie, precipue pro reparatione status carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Sicilie illustris, vos vel alter vestrum per vos aut alium vel alios, prefatas libras turonensium a rege, abbate et societate predictis, nomine nostro et prefate ecclesie auctoritate presentium requiratis, prefatos [1] abbatem et societatem ad solvendum vobis vel alteri vestrum — prefatas libras turonensium, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo —.

Dictam pecunie summam Lanfranco et Symoni Anselmi mercatoribus camere assignent.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. februarii, anno tertio.

2327 (cur. xx) Vatican, 5 février 1297.

Requisitio solutionis. (fol. 370.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francorum illustri. Cum de residuo ducentorum milium librarum turonensium que Romane debebas ecclesie triginta septem milia nobis et eidem ecclesie solvere tenearis, celsitudinem regiam requirimus et hortamur attente quod advertentes imminentes necessitates ecclesie, precipue pro reparatione status carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Sicilie illustris, predicta triginta septem milia librarum turonensium venerabilibus fratribus nostris B. Albanensi et S. Penestrino episcopis — solvi faciat regia celsitudo —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, ut supra.

2328 (cur. xxi) Vatican, 5 février 1297.

Mandatum persolvendi, (fol. 370.)

Dilecto filio .. abbati Cistercii. Cum de decem —.

B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis, novem milia et quingentas librarum turonensium, residuum de decem et novem milibus librarum turonensium quas Romane ecclesie debebat, solvere procuret.

Dat. ut supra.

1. *Nihil de rege profertur.*

2329 (CUR. XXII) Vatican, 5 février 1297.

Mandatum persolvendi. (fol. 370.)

Dilectis filiis universis mercatoribus de societate de Francisis. Cum viginti milia librarum turonensium recepta, ut dicitur, per vos [a] carissimo in Christo filio nostro Phylippo rege Francorum illustre (*sic*) pro societate Ricchardorum de Luca, nobis et Romane ecclesie teneamini solvere, discretioni vestre mandamus quatinus — predicta viginti milia librarum turonensium venerabilibus fratribus nostris B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nuntiis, — persolvatis. — Dat. ut supra.

2330 (CUR. XXIII) Vatican, 1er mars 1297.

Confirmatio treugarum. (fol. 370.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum ad nostram —.

Confirmantur treuge a fratre Matheo de Theate ordinis Minorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia beati Francisci, civibus Interamnensibus in intestino bello versatis indicte, earumque terminus declaratur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. martii, anno tertio.

(POTTHAST, 24478.)

2331 (CUR. XXIIII) Vatican, 4 mars 1297.

Notificatio. (fol. 370 vo.)

Dilectis filiis hominibus Aquependentis ecclesie Romane fidelibus. Ea sinceritate devotionis —.

Eis intimatur electio facta de fratre Jacobo de Pocapalea, cubiculario pape, in potestatem castri Aquependentis, Romane ecclesie nullo medio pertinentis, usque ad annum a data presentium computandum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII non. martii, anno tertio.

2332 (CUR. XXV) Vatican, 4 mars 1297.

Commissio potestarie Acquependentis. (fol. 370 v°.)

Dilecto filio fratri Jacobo de Pocapalea cubiculario nostro. Ex sinceritate devotionis —.

Committitur ei ad unum annum potestaria castri Aquependentis.

Dat. ut supra.

(POTHAST, 24479.)

2333 (CUR. XXVI) Vatican, 28 février 1297.

Littera que dirigitur [1] *prelatis regni Francie pro subsidio impetrando dicto regno.* (fol. 370 v°.)

Bonifacius etc. venerabilibus fratribus .. Remensi, .. Senonensi, .. Narbonensi, et .. Rothomagensi archiepiscopis, ac .. Belvacensi, .. Laudunensi, .. Cathalaunensi, .. Lingonensi, .. Anitiensi, .. Ambianensi, .. Tornacensi, .. Morinensi, .. Silvanectensi, .. Parisiensi, .. Autissiodorensi, .. Trecensi, .. Carnotensi, .. Nivernensi, .. Abrincensi, .. Ebroicensi, .. Sagiensi, .. Lexoviensi, .. Constanciensi, .. Dolensi et .. Cenomanensi episcopis. Coram Illo fatemur qui scrutator est cordium et cognitor secretorum quod, licet totius christiane religionis cura et universalis tutela ecclesie mentis nostre archana sollicitent nostrosque occupent cogitatus, inclitum tamen regnum Francie ac ejus christianissimi principes, ecclesie ac ecclesiastice persone incoleque catholici, quibus ab ipso nostre primordio juventutis si veri nobis testimonii non negetur auxilium quadam speciali, pura et patenti nos affectione constrinximus, eorumque continentia, status tam prosperi quam adversi, tanto ferventius et efficacius nostra complectuntur intrinseca, excitant studia, et corporeos et mentales sensus distrahunt, turbant et placant, prout rerum et temporum qualitate suggeritur, quanto ex hiis et quia in eis Romana mater ecclesia plusquam in ceteris devotionis et reverentie adinvenire plenitudinem consuevit, nostris carius et frequentius sine ulla intermissione quasi ipsis obtutibus presentantur. Quapropter si eadem regnum, ecclesias, personas et incolas, prout modernis temporibus experientia docuit et nuperime nobis vestrarum reseravit in unum conveniens scribendi comercium series litterarum, adversi contingat condicio temporis, exteriores inquietaverint et perturbent impulsus, ac etiam intestini discriminis, quod est dolendum gravius, subversionem eorum comminetur emersio ; illo jam immittente illic, ut scripsistis, incitamenta dissidii .. comite Flandrensi videlicet, qui exterioribus perturbationibus sperabatur

1. *Ms.* diritur.

adesse repagulum et ipsis regno, ecclesiis, personis et incolis, velud de principalioribus membris unus, magnum auxilii fulcimentum, nostra ex hoc amaricantur intrinseca, gravis doloris concussione torquemur et in amara suspiria commovemur, regi, regno, ecclesiis, clero compatientes et populo affectione paterna. O divina clementia que celestia pariter et terrena irrefragabiliter sub tua potestate concludis constringe tantarum fremitus tempestatum, coerce abenas humani generis inimico, arere sata ejus semina jube que totum fere populum tuum spinis et tribulis jam undique concusserunt! O pietatis actor et salutis amator, compatere fragilitati humane misericors, et christicolarum tuorum illumina sensus, dirige actus et opera, ut in viam salutis et pacis reducantur a devio, ne irreparabili subversione confracti in hujus mundi navicula naufragent fluctuanti! Super eo autem quod vos, gravia vobis et universis ecclesiis et personis ecclesiasticis dicti regni non solum rerum sed etiam personarum ex iis instare pericula formidando, vias exquirentes et modos quibus et vobis et eisdem ecclesiis et personis adversus frementes insultus, regali providentia, sine qua impossibile tenetis negotia dirigi, defensionis oportuna remedia preparentur, nobis per easdem litteras supplicastis, ut carissimo in Christo filio nostro Philippo regi Francorum illustri pro hujusmodi comunis defensionis suffragio, in qua proprium versatur interesse cujuslibet, impendendi subventionem congruam absque transgressione constitutionis nostre super hoc edite, vobis et universis ecclesiis dicti regni concedere licentiam dignaremur, vestram providentiam commendamus. Licet enim constitutionem illam ediderimus pro ecclesiastica libertate, non tamen fuit nostre mentis intentio ipsi regi aliisve principibus secularibus in tam arte (*sic*) necessitatis articulo, precipue ubi ab extrinsecis injuxta (*sic*) timetur invasyo (*sic*), ab intrinsecis ejusdem regni subversio formidatur, ac etiam prelatorum, ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum evidens periculum immineret, viam subventionis excludi [1] quominus ipsi prelati ecclesie ac ecclesiastice persone libero arbitrio atque sponte, de nostra licentia, pro comunis defensionis auxilio, in qua proprium cujuslibet interesse conspicitur, principibus ac sibi ipsis provideant juxta suarum modulum facultatum et sicut alias dicto regi ac nonnullis aliis regni sui tam litteratorie quam per nuntios exprexisse (*sic*) meminimus si, quod Deus avertat [2], ipsum in necessitate tam gravi et tam importabili conspiceremus exposytum (*sic*), quod exterioribus egere subsidiis nosceretur, non solum de bonis ecclesiasticis dicti sui regni sibi ea prestari vellemus, quinimmo ecclesie Romane res, posse, ac bona, et personam nostram etiam exponeremus pro suorum conservatione jurium ejusque necessitatibus sublevandis, in quantum secundum Deum noster et ipsius honor ecclesie pateretur. Vestris itaque in hac parte supplicationibus annuentes, presentium auctoritate concedimus ut, si casus comunis et evidentis necessitatis immineat, ut scripsistis, ac idem rex vestram et aliorum prelatorum, ecclesiarum et personarum atque bonorum ecclesiasticorum sicut et ceterorum personarum, locorum et bonorum dicti sui regni voluerit deffensionem assumere ac assumat et efficaciter prosequatur et id expedire videritis, liceat vobis et eisdem prelatis, ecclesiis et personis ecclesiasticis, absque metu constitutionis nostre predicte, ipsi regi pro hujusmodi vestre ac ipsorum regis et regni intrinsece deffensionis subsidio, subventionem congruam, prout vobis et ceteris prelatis regni prefati seu majori parti vestrum et ipsorum videbitur, voluntariam, liberalem et liberam, non coactam, absque omni concussione, exactione ac executione temporali vel laycali exigendam, hac vice presenti nostra fretis licentia impertiri eamque similiter regi liceat recipere memorato. Volumus autem quod, si subventionem hujusmodi prestari contingat, formam et modum et quantitates etiam ac quicquid super hoc factum extiterit, nobis per vestras litteras seriosius intimare curetis, ut quantum discrete vel indiscrete, moderate vel immoderate premissa processerint et acceptationem vel moderationem exegerint clarius videamus. Scire quoque vos volumus nostre intentionis existere quod sine iterata licentia hujusmodi subventio annalem terminum non excedat. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kalendas martii, anno tertio.

(Potthast, 24475.)

1. Excludi *legitur in margina.*
2. *Ms.* advertat.

2334 (cur. xxvii) Vatican, 27 février 1297.

Nominatio senatoris Urbis. (fol. 371.)

Dilecto filio nobili viro Pandulfo de Sabello civi Romano, senatori Urbis. Ad apostolice dignitatis fastigium, disponente Domino qui celestia simul et terrena disponit, licet insufficientibus meritis evocati, amicorum fidelium ubilibet in orbe degentium set specialiter Romani populi curam suscepimus exercendam. Nam etsi summus pontifex, Christi vicarius, totius sit christianitatis antistes, tamen specialis episcopus fore dinoscitur Romanorum. Ideoque circa ipsorum et Urbis statum, ut absque inter-

missionis instantia successibus prosperis gaudeant, votivis fulciantur eventibus — vigilamus attentius —. Sane prefatus populus gerens erga personam nostram devotionis et reverentie filialem affectum et intendens nos specialiter honorare, dispositionem regiminis dicte Urbis ad vitam nostram nobis hactenus unanimi voluntate commisit, per nos vel alium juxta nostrum beneplacitum exercendam, prout in instrumento publico super hoc confecto et communis Urbis sigillo munito plenius et seriosius continetur. Nos autem ad statum populi et Urbis ipsorum pacificum et quietum anellantes (*sic*), dispositionem predictam, quantumcumque diversis et variis que mundi qualitas ingerit negotiis occupati, benigne duximus admittendam, dictorum populi et Urbis curam et regimen tali persone committere intendentes que ipsorum commoda diligat, etc. — Ad te igitur mentis oculos dirigentes et considerantes quod tu, unus de majoribus dicte Urbis, honoris et exaltationis augmentum Urbis et populi eorumdem vehementer nosceris affectare, ac propterea firma non immerito ducti fiducia quod sub tui providi regiminis tempore in prefata Urbe abundantia pacis habebitur et reddetur justicia universis, repressis, ut convenit, auxibus (*sic*) malignorum, tibi senatoriam dicte Urbis usque ad annum unum a data presentium inchoandum fiducialiter presentium auctoritate committimus exercendam —. Nos enim tibi pro prefato tempore salarium ipsum de ipsius Urbis solvendum redditibus, proventibus et obventibus, per alias nostras litteras deputamus —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. martii, anno tertio.

In e. m. *dilectis filiis populo Urbis.* — Dat. ut supra.

(POTTHAST, 24486.)

2335 (CUR. XXVIII) Vatican, 21 mars 1297.

False nuntiantur quedam littere continentes dispensationem matrimonii pro Santio de Castella et Maria de Molinis. (fol. 371 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum tempore vacationis Romane ecclesie per obitum fe. re. N. pape IIII[i] predecessoris nostri rumore valido — ad collegii ejusdem ecclesie cardinalium, de quorum numero tunc eramus, perducto notitiam quod quondam Santius natus cla. me. Alfonsi [1] regis Castelle ac Legionis, tum vivens, firmiter asserebat fuisse cum ipso et nobili muliere Maria domina de Molinis per ipsius predecessoris litteras dispensatum ut, non obstante quod tertio consanguinitatis gradu sibi ad invicem attinebant, possent iidem Santius et Maria in contracto inter eos matrimonio vel potius contubernio licite remanere, ipsorumque proles suscepta et suscipienda fuerat (*sic*) legitima nuntiata, collegium ipsum ac nos, qui de collegio tunc eramus, grandi per hoc admiratione quinimmo turbatione nimirum assumpta, [quia] pro parte ipsorum Santii et Marie per procuratores seu nuntios [1] fuerat super hoc dispensatio a predicto predecessore petita instanter ac sepius, ac non concessa set expresse negata : et quum idem predecessor expresserat pluries, tam in consistorio quam extra firmiter inter fratres, se dispensationem hujusmodi sine ipsorum fratrum consilio aliquatenus non daturum : insuper quia prefatum collegium nosque tum cum ipsis inter nos ipsos diligentissime conferentes si de alicujus nostrum conscientia vel notitia talis dispensatio processisset, ac inquisito solerter a camerario, vicecancellario, notariis, auditore contradictarum, correctore, scriptore tenente regestum aliisque officialibus dicte sedis, qui tempore dicti predecessoris fuerant et tunc erant, per quos apostolice littere transire solent, si predicte dispensationis littere de ipsorum vel alicujus eorum conscientia vel notitia transivissent, nec potuit per quem transiverint ipse littere inveniri, habuimus merito dispensationem et litteras que dicebantur a dicto predecessore obtente de falsitate suspectas; postmodum vero, adhuc eadem vacatione durante, capto quodam clerico, qui falsitatis hujusmodi fuerat conscius et patrator, et assignato dilecto filio N. Johanni tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, tunc vicecancellario dicte sedis, fuit idem clericus, cum ab eo per debite inquisitionis officium, veritas peteretur, sponte sine ulla coactione confessus quod quidam frater Petrus, tunc frater ordinis Predicatorum, nunc apostata profugus dicti ordinis, quasdam litteras post obitum prefati predecessoris apud Lateranum falsas conscribi fecit super dispensatione predicta, ipso captivo eidem fratri Petro et falsatori litterarum ipsarum scienter in hujusmodi commissione sceleris assistente, quodque ipse captivus quamdam pecunie quantitatem, quam ab eodem fratre Petro receperat, ipsi falsatori persolvit, et datam apponendam per eum in dictis falsis litteris in quadam cedula assignavit, et quod postea cum sepedicto fratre Petro usque ad civitatem Saone existentem in Riparia Januensi processit, iturus ad prefatum Santium et premium ratione dispensationis hujusmodi recepturus, quod magnum pollicitum fuerat idem frater, sed tandem dictus frater clam discessit ab ipso ; unde auctoritate dicti collegii sollicita fuit diligentia adhibita ut ipse frater, qui huc et illuc discurrebat tanquam sibi male conscius,

1. *Ms.* Alfolsi.

Ms. nunttios.

caperetur. Demum, postquam ad apostolice dignitatis officium misericordia nos divina provexit [1], non invenimus quod aliquis fratrum vel officialium nostrorum habuerit dispensationis predicte notitiam ac quod de alicujus eorum conscientia emanasset, nec considerationem nostram preteriit quod, predicto predecessore vivente proponebatur quod dicti. S. et M. non potuerant invicem matrimonium legitime contraxisse, non solum propter impedimentum consanguinitatis in tertia linea, verum etiam propter spiritualem cognationem quia ipsa, M. filium ipsius Santii ex alia muliere genitum de sacro fonte levaverat et quia idem S. cum nobili muliere Guillelma nata Guasconis de Bierna sponsalia vel matrimonium ante contraxerat, unde et ipsa Guillelma repetebat eumdem et separationem ejus a dicta Maria postulabat instanter: licet igitur premissa provida consideratione pensantes rationabiliter presumere possint quamvis dispensationem et litteras super ea, que dicerentur a sepedicto predecessore obtente, ut liceret ipsis S. et M. in predicto matrimonio seu contubernio remanere, vel quod suscepta tunc proles et suscipienda esset legitima, habendas fore de falsitate suspectas; quia tamen ad audientiam nostram pervenit quod littere que dicuntur super dispensatione predicta a memorato predecessore obtente infrascripti tenoris existunt, scilicet: « Nicolaus episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio Sacio (*sic*) illustri regi Castelle et Legionis et dilecte in Christo filie Marie uxori ejus salutem et apostolicam benedictionem. Proposita nobis humiliter vestra petitio continebat quod inter vos invicem per verba de presenti matrimonium contraxistis, non ignorantes quod in tertia linea parentele eratis, ut asseritis, attinentes, et hujusmodi matrimonium fecistis, ut moris est, in ecclesie facie celebrari. Postea vos, carnali copula subsecuta ac prole suscepta, plurima hujusmodi sic contracti matrimonii precordiali contritione in vestris percepta [2] cordibus inter vos celebrari divortium voluistis. Cumque enim ex hoc divortio, si fieret, fratres [3] consanguineos et carnales amicos vestros alios, personarum et animarum vestrarum et ipsorum regnorum vestrorum pericula multa possent et scandala, sicut per fidedignos recepimus, provenire, ea nobis devotione qua decuit supplicastis ut de benignitate sedis apostolice dispensare misericorditer dignaremur super hoc quod deberetis remanere in dicto matrimonio sic contracto, impedimento taliter nobis exposito non obstante, et prolem exinde susceptam a vobis, videlicet Fernandum vestrum primogenitum et heredem et Helizabellam, Petrum, Herricum, de ipsius sedis legitimare speciali gratia curaremus. Nos itaque cunctis fidelibus, precipue dignitate regia fulgentibus, divinam et nostram misericordiam implorantibus, devotione congrua salutis ipsorum animarum desiderio prefulgente pacem libero animo procurantes et quantum cum Deo possumus pericula minuere cupientes ac scandala pro viribus evitare, intellecto inter cetera et percepto per vestras et aliorum literas quod ex jam percepta precordialissima devotione expugnare cepistis Sarracenos vobis confines, crucis inimicos, et continue laboratis humiliare ac intenditis dare operam juxta posse pro recuperatione et subsidio Terre Sancte nunc ab adversariis fidei catholice occupate, quam Dominus noster J. C. filius gloriose Marie semper Virginis pro salute humani generis suo proprio sanguine dedicavit, vestris tam devotis supplicationibus annuentes, pura, pia et certa causa, auctoritate presentium dispensamus ut jam in sic contracto matrimonio, non obstante impedimento prefato, possitis licite remanere, prolem a vobis susceptam, scilicet Fernandum vestrum primogenitum et heredem, Elizabellam, Petrum, Herricum et si quam aliam ex dicto matrimonio suscepistis, ex speciali gratia ad uberiorem cautelam legitimantes, legitimam reputantes auctoritate sedis apostolice, insuper et censentes super salutari nostro vobis penitentiam injungendam, animabus vestris super hoc decrevimus salubriter providendum, concedentes vobis auctoritate premissa potestatem et auctoritatem specialem eligendi quem malueritis confessorem qui super hiis et aliis peccatis vestris que sibi confitebimini, data duntaxat a vobis sufficienti et legitima opera pro recuperatione et subsidio Terre Sancte juxta devotionem a Deo vobis datam, super quo vestram conscientiam duximus onerandam, prefata auctoritate ad ampliorem gratiam et certiorem cautelam vos super premissis et prolem vestram absolvat et vobis injungat penitentiam salutarem. Nulli omnino hominum liceat hanc nostram gratiam et dispensationem infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hanc dispensationem et gratiam nostram attenptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus et nostram se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto. » Qui tenor perspicuis inditiis et violentis presumtionibus indicat falsitatem et indubitanter ostendit. Nos, predictis omnibus in considerationem deductis et aliis que nobis et ipsis fratribus rationabiliter occurrerunt, de eorumdem fratrum concilio dispensationem et litteras super ea dicti tenoris aut similis, que sub nomine predecessoris prefati dicerentur obtente et falsitatem ex stilo, dictamine, conti-

1. *Ms.* provessit.
2. *Ms.* precepta.
3. *Vox omittitur quedam forsan* inter ?

nentia et aliis que in talibus solent attendi similiter indicarent, quantum ad omnem usum, comodum et effectum duximus suspendendas, omnibus cujuscumque conditionis, ordinis, eminentie fuerint, atque status ecclesiastici vel mundani, precipientes districtius ut predicti tenoris vel similis dispensatione vel litteris ad quemvis effectum vel comodum non utantur nisi primitus dispensatio ipsa et littere per sedem predictam publice fuerint approbate. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kalendas aprilis, anno tertio.

Vatican, 3 avril 1297.

In e. m. venerabilibus fratribus .. Terraconensi et .. Bracharensi archiepiscopis et dilecto filio .. archidiacono de Walderes in ecclesia Legionensi etc. Ut veritas producatur in lucem, obvietur animarum periculis multorum dispendiis et scandalis plurimorum, ad perpetuam rei memoriam de fratrum nostrorum consilio quasdam litteras confici et bulla nostra bullari fecimus quarum tenor talis est. « Bonifatius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kal. aprilis, anno tertio ». Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos et vestrum quilibet litteras ipsas per vos vel alios in solemnibus ecclesiis civitatum et locis insignibus diocesium vestrorum et alibi ubi expedire videritis clero et populo publicetis, et eas exponatis et faciatis exponi, ut pretendende ignorantie fraudulenter tollatur occasio, hiis ad quos notitia litterarum ipsarum pervenerit per publicationem et expositionem premissas. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III non. aprilis, anno tertio.

2336 (CUR. XXVIIII) Vatican, 4 avril 1297.

Reservatio super concessione regni Sardinie. (fol. 372 v°.)

Carissimo in Christo filio Jacobo regi Sardinie et Corsice illustri. Cum regnum Sardinie atque Corsice tibi posterisque tuis sub certis modis et formis duxerimus concedendum, volumus et presentium auctoritate decernimus quod, quantumcumque hujusmodi facta fuerit pura concessio, hoc expressum intelligatur et actum quod, si pro pace regni Sicilie in facto vel ante factum fuerit nobis et ecclesie Romane ipsum regnum Sardinie ac Corsice necessarium, disponendi de ipso Sardinie et Corsice regno ac illud alii concedendi usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum sit nobis et eidem ecclesie libera et plena reservata facultas, quodque tu super hoc regium prestes assensum per tuas patentes litteras harum seriem continentes nobis ad beneplacitum assignandas. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. aprilis, anno tertio.

(POTTHAST, 24502, *ubi inscribitur sub data III non. aprilis.*)

2337 (CUR. XXX) Vatican, 20 janvier 1297.

Nominatio. (fol. 372 v°.)

Ad futuram rei memoriam. Redemptor mundi —.

Preficitur Jacobus rex Aragonum in vexillarium capitaneum et amiratum generalem Romane ecclesie et ei committitur cura sexaginta galeas armandi in suis terris, sumptibus ecclesie, ad rationem viginti quinque milium solidorum monete currentis Barchinonensis singulis quatuor mensibus solvendis pro qualibet galea sufficienter armata.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIII kal. februarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24460.)

2338 (CUR. XXXI) Vatican, 5 avril 1297.

Commissio. (fol. 373.)

Venerabilibus fratribus H. Barchinonensi et .. Dertusensi episcopis. De circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut saluti valeat consuli animarum, absolvendi hac vice tam mares quam mulieres viventes necnon et heredes etiam defunctorum de regnis et terris carissimi in Christo filii nostri Jacobi Aragonum, Sardinie ac Corsice regis illustris, qui in Alexandriam accedentes, ferrum, lignamina et alia prohibita Sarracenis illarum partium detulerunt et alias habuerunt cum ipsis Sarracenis commercia, seu consilium et auxilium impenderunt et quovis alio modo participarunt eisdem, ab excommunicationum et quibuslibet aliis sententiis atque penis latis seu statutis contra tales per sedem apostolicam et alias ab homine vel a jure, quas propter hoc eos incurrisse constiterit, vice nostra injuncta eis penitentia salutari, dummodo mares ipsi quintam, mulieres vero predicte quartam partem lucri quod ex hujusmodi rebus et commerciis ad ipsos pervenit vobis, partem ipsam recipientibus nomine nostro et ecclesie Romane, persolvant in aliquos pios usus — postmodum convertendam, et nichilominus omnes tales, mulieribus duntaxat exceptis quibus ob hoc propter fragilitatem sexus penitentiam seu necessitatem imponi nolumus, alicujus itineris in exercitu faciendi sufficientem exhibeant cautionem, etiam si nichil fuerint in partibus illis lucratis. Qui cum generali exercitu extate proximo ventura dante Domino congregando, cui de mandato nostro predictus rex preesse debebit, per quadrumestris (*sic*) temporis spatium studebunt in Dei et ecclesie obsequio expensis pro-

priis personaliter proficisci, plenam et liberam vobis et unicuique vestrum concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem quod illi qui ad dictum exercitum personaliter ire non poterunt, legitimo impedimento detenti, per alios substitutos ydoneos in expensis similiter propriis juxta predicti regis arbitrium per quadrimestris temporis spatium valeant deservire. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. aprilis, anno tertio.

2339 (CUR. XXXII) Vatican, 8 avril 1297.

Mandatum persolvendi. (fol. 373.)

Eisdem. Per alias nostras —.

Pecunie summas ab omnibus personnis maribus et mulieribus qui cum Sarracenis commercium fecerunt per eos collectas, regi Aragonum, Sardinie et Corsice, armatam pro servitio pape prosequenti personaliter, aut ejus procuratori omnino remittant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. aprilis, anno tertio.

2340 (CUR. XXXIII) Vatican, 16 mars 1297.

Susceptio regis Aragonum sub protectione Beati Petri. (fol. 373 v°.)

Venerabilibus fratribus.. Ilerdensi et Cesaragustano episcopis. Sincere puritatis —.

Quod omnes invasores et offensores regis Aragonum quandocumque et quotiescumque idem rex in persona sua, vel suum stolium decem galearum et ultra, erit in Romane ecclesie seu Terre Sancte servitiis ipso facto excommunicationis sententiom incurrant.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kal. aprilis, anno tertio.

Vatican, 6 avril 1297.

In e. m. *dilectis filiis magistris, prioribus, preceptoribus ceterisque rectoribus ac universis fratribus domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Militie Templi, beate Marie Theotonicorum, Calatravensis et Octhensis ordinum per Aragonie, Sardinie et Corsice regna et terras carissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Aragonum, Sardinie et Corsice illustris, constitutis.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VIII id. aprilis, anno tertio.

Vatican, 5 avril 1297.

In e. m. *universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum, non. aprilis, anno tertio.

2341 (CUR. XXXIIII) Vatican, 1er avril 1397.

Indultum. (fol. 374.)

Carissimo in Christo filio Jacobo regi et carissime in Christo filie Blance uxori ejus regine Aragonie illustribus. Magni devotionis affectus —.

Eis conceditur ut, non obstante constitutione apostolica quondam edita qua persone ecclesiastice, tallias vel collectas, decimam, vicesimam seu centesimam suarum ecclesiarum proventuum solvendo laycis, layci vero, imperatores, reges, seu principes, duces, comites, vel barones, ab eis dictas collectas exigendo vel recipiendo, sententiam excommunicationis incurrerent, possint recipere a personis religiosis aliqua de bonis ipsorum mobilibus, donationis nomine.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kal. aprilis, anno tertio.

2342 (CUR. XXXV) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 374.)

Dilecto filio nobili viro Villelmo de Castro Veteri et dilecte in Christo filie nobili mulieri Sibile nate nobilis viri Aycelini de Multo Urgellensis diocesis. Etsi conjunctio copule —.

Eis quarto gradu consanguinitatis junctis, ad preces Ayrardi patris Sibile qui nuper signo crucis assumpto disposuit in Terre Sancte subsidium proficisci, et obtentu Jacobi Aragonie regis, conceditur ut in contracto matrimonio licite remanere possint.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

2343 (CUR. XXXVI) Vatican, 15 mars 1297.

Dispensatio matrimonii. (fol. 374.)

Dilecto filio Ferrario de Minorissa et dilecte in Christo filie Saurine Durfortis civibus Barchinonensibus. Etsi conjunctio copule —.

Conceditur eis ut, etsi quarto vinculo consanguinitatis juncti, licite possint contrahere matrimonium.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, id. martii, anno tertio.

2344 (CUR. XXXVII) Vatican, 4 avril 1297.

Concessio regni Sardinie et Corsice. (fol. 374 v°.)

Carissimo in Christo filio Jacobo Sardinie et Corsice regi illustri. Ad perpetuam rei memoriam. Super reges —.

Conceditur ei ejusque heredibus regnum Sardinie et Corsice, quod Romane ecclesie juris et proprietatis existit, in perpetuum feudum et de eo investitura per cuppam auream presentialiter ei confertur. Conditiones infeudationis tales sunt : Tenebitur rex vel quilibet heres ejus in dicto regno Romane ecclesie prestare ligium homagium. Adstrictus erit eidem ecclesie servire infra Italiam de centum equitibus decenter armatis, cum uno equo ad arma et duabus equitaturis ad minus per quemlibet, et quingentis peditibus, inter quos sint saltem centum ballistarii, et tam equites quam pedites sint incole Aragonie vel Catalonie, cum expensis regis, per trimestris temporis spatium a die quo intrabunt terram Ecclesie, et ultra hunc terminum ad sumptus Romani pontificis, qui eos poterit retinere ad similia gagia. Si Romanus pontifex maluerit dictum servitium commutare totaliter cum stolio vel certo numero galearum infra Maritimam Italie, poterit hoc facere, et rex commutationem eamdem facere tenebitur dando infra ipsam Maritimam quinque galeas suis expensis per tres menses vel amplius expensis ecclesie Romane. Predicta servitia armatorum vel galearum prestabuntur semel in anno quandocumque indigebit Romanus pontifex seu Romana ecclesia, « de quo ipsius Romani pontificis vel ipsius ecclesie simplici verbo credetur. » Insuper census duorum millium marcharum argenti bonorum et legalium sterlingorum in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli annis singulis persolvetur. Si mora fiet in solutione, post quatuor menses rex excommunicationis vinculo erit innodatus, post subsequentes alios quatuor menses regnum Sardinie et Corsice ecclesiastico erit suppositum interdicto, post tertium terminum et quatuor menses proximos ab eodem regno Sardinie et Corsice ipso jure rex cadet ex toto et regnum ipsum ad Romanam ecclesiam ejusque dispositionem integre et libere revertetur. Nihilominus pro singulis duobus millibus marcharum singulorum sterlingorum penas similes incurret, salvis aliis penis processibus et sententiis que vel qui de jure inferri potuerunt per Romanum pontificem specialiter in hoc casu. Sed ad censum ipsum et servitium exhibendum tunc tenebitur cum effectu cum ipsum regnum vel majorem partem ejus fuerit adeptus. Predicte sententie in regem et heredes ejus ex nunc promulgantur, si sua vel ipsarum culpa hujusmodi casus emerserit. Circa successionem in dicto Corsice et Sardinie regno, hec forma servabitur videlicet : quod ille vel illa dumtaxat qui vel que in Aragonie regno debebit succedere in hoc regno succedat, et item quod unus et idem sit rex regni Aragonum et regni Sardinie et Corsice, et in casibus ubi ad successionem femina admitteretur, utriusque regni eadem sit regina. Si heredes non contingat existere legitime procreatos, regnum ad Romanam ecclesiam revertatur. Descendentes ex rege et heredibus ejus mares et femine succedent in eodem regno, de plurimis maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus primogenitus, et de pluribus feminis similiter primogenita, et de mare et femina in eodem gradu similiter concurrentibus masculinus preferetur ; quod autem de feminis recte linee dicitur intelligendum est tam de nuptis quam etiam de innuptis, dum tamen nupte sint fidelibus et ecclesie Romane devotis. Si, deficientibus masculis, contegerit feminam innuptam regno ipsi succedere, illa maritabitur persone que ad ipsius regni regimen et defensionem existat idonea, Romani tamen pontificis prius super hoc consilio requisito, nec nubet nisi viro catholico et ecclesie Romane devoto; et, si contra hoc fieret, licebit eidem Romano pontifici contra ipsam ad privationem regni Sardinie et Corsice de plano, sine strepitu et figura judicii et absque omni juris solemnitate, in quacumque etate filia ipsa consisteret, procedere, si hoc ei videbitur expedire. Si rex vel quivis ejus heres in vita sua cum consensu expresso pontificis voluerit de persona successura in eodem regno aliter ordinare, illud servabitur quod ordinari continget per eum cum consensu Romani pontificis. Regnum ipsum nullatenus dividetur.

— Forma vero juramenti fidelitatis, vassallagii, ligii et homagii, que tu in nostra presentia facies et prestabis pro regno Sardinie et Corsice sepedicto, et quam prestari et fieri volumus, ac servari a tuis heredibus in eodem, verbis convenienter mutandis, talis est : — « Ego Jacobus, Dei et apostolice sedis gratia rex Sardinie et Corsice plenum vassallagium, fidelitatem et ligium homagium faciens, et juramentum prestans pro dicto regno Sardinie et Corsice, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro, domino meo domino Bonifacio divina providentia pape VIII suisque successoribus canonice intrantibus, sancteque apostolice Romane ecclesie. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi credituri sunt per se aut per nuntios suos sive per litteras, ad eorum dampnum, me sciente, nemini pandam ; et si scivero fieri vel procurari sive tractari aliquid, quod sit in ipsorum dampnum, illud pro posse impediam ; et si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum et regalia S. Petri, tam in regno predicto quam alibi existentia, adjutor eis ero ad retinendum et defendendum ac recuperandum et recuperata manutenendum contra omnem hominem. Universas et singulas conditiones, modos, seu formas, et tenores contentos in litteris concessionis dicti regni Sardinie et Corsice, ac omnia et singula, que continentur in eisdem litteris, plenarie adimplebo et inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei Evangelia. » Similia autem fidelitatem,

vassallagium plenum et homagium ligium et juramentum renovabis, facies et prestabis unicuique Romano pontifici et dicte ecclesie, infra annum a die quo in Romanum pontificem electus fuerit computandum, et similia prestabit et faciet, et similiter renovabit, et facere, prestare et renovare tenebitur unusquisque heredum tuorum in dicto regno unicuique Romano pontifici qui erit pro tempore, et ipsi Romane eclesie secundum formam prescriptam nomine Romani pontificis, qui tunc erit, et suum [nomen] proprium exprimendo. Sed postquam tu et heredes tui in regno Sardinie et Corsice sepedicto prestiteritis et feceritis personaliter juramentum, fidelitatem, homagium seu vassallagium secundum predictam formam uni Romano pontifici per vos ipsos, alii Romano pontifici non astringamini personaliter prestare et facere; dummodo illa prestetis et faciatis infra annum per ydoneum vel ydoneos substitutos, ad hoc plenum mandatum habentes. Et si plus placuerit Romano pontifici vel Romane ecclesie, juramentum, fidelitatem, vassallagium et homagium predicta prestabitis, et facietis, tu et heredes tui, nomine summi pontificis et Romane ecclesie illi, vel illis quem vel quos ad hec specialiter ipse Romanus pontifex vel sedes eadem deputabit. Quandocumque vero tu vel heredes tui in regno predicto predicta juramentum, fidelitatem, vassallagium et homagium prestabitis et facietis, per vos vel per alium seu alios, ut superius continetur, dabitis infra mensem post Romano pontifici et eidem ecclesie patentes litteras aurea bulla bullatas predictos et infrascriptos modos, conventiones, conditiones, tenorem et formam acceptantes expresse et formam dictorum homagii et juramenti, fidelitatis et vassallagii similiter et specialiter exprimentes.

Sane omnibus ecclesiis tam cathedralibus quam aliis, regularibus et secularibus, necnon et omnibus prelatis et clericis, ac universis personis ecclesiasticis, secularibus et religiosis, et quibuslibet religiosis locis dicti regni Sardinie et Corsice libere dimittantur, et conserventur integre omnia bona et jura eorùm. Omnes insuper ecclesie tam cathedrales quam alie, regulares et seculares, necnon et omnes prelati et clerici, ac universe persone ecclesiatice, religiose et seculares, et quecumque religiosa loca, cum omnibus bonis suis, in electionibus, postulationibus nominationibus, promissionibus et omnibus aliis, plena libertate gaudebunt; nec ante electionem, sive in electione, vel post, regius assensus vel consilium aliquatenus requiratur. Quam utique libertatem tu et tui in eodem regno heredes semper manutenebitis, et manuteneri et conservari facietis ab omnibus subditis vestris, dicteque ecclesie ac persone utentur libere omnibus bonis et juribus suis : salvo tibi et tuis in regno ipso heredibus jure patronatus in ecclesiis, in tantum quantum in hac parte patronis ecclesiarum canonica instituta concedunt, in illis dumtaxat ecclesiis, in quibus tibi tuisque heredibus jus patronatus competere dignoscatur.

Omnes etiam cause ad forum ecclesiasticum pertinentes, libere et absque ullo impedimento, agitabuntur, tractabuntur et ventilabuntur coram suis ordinariis et aliis ecclesiasticis judicibus, et terminabuntur per eos; et, si ad sedem apostolicam super hujusmodi causis appellari contingerit, tam appellantes quam appellati ad eamdem venire sedem, pro appellationum prosecutionibus, libere et absque inhibitione aliqua permittantur. Omnibus insuper capitulis, collegiis, conventibus, et personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, ac communitatibus vel universitatibus. et personis secularibus, quorumcumque locorum dicti regni, cujuscumque conditionis et status extiterint, quotiens per te vel aliquem heredum tuorum tuos officiales vel ministros aut alicujus eorum senserint se gravatos, ad apostolicam sedem liberum super hoc liceat habere recursum; nec prestabitur eis obstaculum, quominus libere et secure recurrant.

Sacramenta vero fidelitatis seu assecurationis prestabuntur, secundum antiquam et rationabilem consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis ecclesiarum prelatis, quorum predecessores illa antiquitus soliti sunt prestare. Ab illis autem prelatis et ecclesiis, qui temporalia bona tenent, si qui tamen sunt qui hujusmodi bona teneant a domino dicti regni et aliis dominis temporalibus; et qui, ratione hujusmodi bonorum, ab antiquo consueverunt regibus vel aliis dominis temporalibus, in dicto regno Sardinie et Corsice constitutis, servitia exhibere, hujusmodi honesta et antiqua servitia eis, secundum rationabilem et antiquam consuetudinem, et sicut instituta patiuntur canonica, impendantur, salva semper circa ecclesias cathedrales, et alias regulares et seculares, ac personas et loca ecclesiastica, tam in faciendis provisionibus et electionibus confirmandis, quam in omnibus quibuscumque aliis, Romani pontificis et ecclesie Romane jurisdictione et auctoritate plenaria, et libera potestate.

Revocabis quoque omnes constitutiones seu leges vel statuta per reges seu principes seculares Sardinie et Corsice editas contra ecclesiasticam libertatem, nec statuta vel constitutiones aliquas tu vel aliquis heredum tuorum in dicto regno edetis aut promulgabitis, per que seu quas juri et libertati ecclesiastice derogetur. Promittis etiam quod, tuo vel heredum tuorum tempore, nullus clericus vel persona ecclesiastica ejusdem regni in civili vel criminali causa convenietur coram judice seculari, nisi super feudis judicio petitorio conveniatur civiliter, quatenus canonica jura permittunt; sed omni-

bus ecclesiis et personis ecclesiasticis conservetur libertas, nisi sit de illis personis de quibus jura permittunt.

Nullas insuper tu, aut quisquam alius tuus in regno Sardinie et Corsice heres tallias imponetis ecclesiis, monasteriis, clericis, et viris ecclesiasticis, vel rebus, seu vassallis eorum ; et in ecclesiis vacantibus tu vel tui in predicto regno heredes nulla habebitis regalia, nullosque fructus, reditus et proventus. Nullas etiam obventiones ac nulla prorsus alia percipietis ex eis nihilominus, custodia earumdem ecclesiarum, jurium et bonorum ipsarum interim libera remanente penes personas ecclesiasticas, juxta canonicas sanctiones ; salvis tibi dictisque heredibus hiis que tibi vel eis, tanquam regi vel domino temporali, competerent ex prescriptione legitima, consuetudine antiqua et rationabili, privilegiis legitimis, aut alias de jure, quibus jura divina vel canonica non obsistant.

Judices vero, comites et barones, milites et persone cetere seculares regni ejusdem, tam magne quam parve, in suis bonis, juribus rationabilibus, et laudabilibus consuetudinibus servabuntur. Et tam tu quam tui in predicto regno heredes, per vos, alium seu alios, exercebitis regimen dicti regni secundum jura civilia, quibus canonica instituta non obviant, et laudabiles consuetudines, salvis regiminibus ecclesiarum vel secularium, competentibus eis de approbata et laudabili consuetudine, privilegiis legitimis, aut alias de jure.

Omnes captivos et obsides, presertim Romanos et alios de terra ecclesie oriundos, si quos tu vel tui in dicto regno heredes, tempore quo acquiretis dictum regnum Sardinie et Corsice, invenietis in eo, ad mandatum Romani pontificis seu Romane ecclesie restituetis pristine libertati, vel de eis facietis quod dictus Romanus pontifex vel Romana ecclesia ordinabunt.

Nullam etiam confederationem seu pactionem vel societatem, cum aliquo imperatore vel rege seu principe vel barone christiano, vel greco aut sarraceno, vel cum aliqua provincia seu civitate vel communitate vel loco aliquo seu personis scienter contra Romanam ecclesiam tu vel tui in eodem regno heredes in damnum Ecclesie facietis, et, si etiam feceritis ignoranter, teneamini ad mandatum Romani pontificis seu Romane ecclesie revocare. Et tam tu quam tui in eodem regno heredes amicos et devotos ecclesie habebitis pro amicis et pro devotis, et inimicos et indevotos ecclesie pro indevotis habebitis, nec emulis seu inimicis ecclesie auxilium dabitis, consilium vel favorem.

In Urbe Urbisque districtu, seu in circumposita regione, aut in provinciis, civitatibus, terris seu locis ecclesie Romane subjectis non recipietis vel assumetis aut acquiretis dominium, regimen, seu rectoris officium quocumque nomine censeatur ; nec de occupandis vel recipiendis aut capiandis vel subjugandis eisdem, seu aliis bonis et juribus ejusdem ecclesie, tu et quivis tuorum heredum intromittetis vos publice vel occulte scienter. Quod si contra feceritis ignoranter, et moniti ab ipsa Ecclesia non destiteritis, cadetis a jure dicti regni Sardinie et Corsice ipso facto, et eritis illo privati, et regnum ipsum ad Romanam ecclesiam libere devolvatur.

Quod si forte contingeret te vel heredes tuos in predicto regno Sardinie et Corsice successores in regem vel imperatorem Romanorum seu regem Theotonie eligi vel assumi, electus vel assumptus nullo modo dictum regnum Sardinie et Corsice cum dictis imperio et regno valeas vel valeant retinere, et, si moniti ab ipsa Ecclesia dicta imperium et regna Romanorum seu Theutonie non dimiseritis, a jure dicti regni Sardinie et Corsice ipso facto cadatis ex toto, ac regnum ipsum ad Romanam ecclesiam libere devolvatur, nisi forte tu vel idem electus vel assumptus filium habeat successurum sibi in regno Aragonie quem voluerit emancipare, legitime poterit sine fraude renuntiando dicto regno Sardinie et Corsice, nihil unquam juris habiturus in eo publice vel occulte, et dicta regna Romanorum seu Theutonie ac imperium retinere. Quod si contra tu vel tui in predicto regno Sardinie et Corsice heredes feceritis, et moniti ab ipsa Ecclesia non destiteritis, a jure dicti regni Sardinie et Corsice ipso facto cadatis et regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam libere devolvatur.

Ad hec, ut tibi plus presidii et favoris accrescat, te regna et bona tua stabilia, ubilibet constituta, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, disponentes te et ipsa gladio spirituali defendere ac tueri, prout expediens fore videbimus et tibi fuerit oportunum.

Demum in nostra presentia confiteberis et recognosces expresse ex gratia et liberalitate nostra et dicte ecclesie dictum regnum Sardinie et Corsice tibi tuisque heredibus fore concessum in feudum ; et sic te illud recipere vel recepisse sub conditionibus, conventionibus sive pactis, modo tenore et forma, que in presentibus nostris litteris continentur, quos per stipulationem solemnem promittes et jurabis te inviolabiliter servaturum : pro quibus etiam servandis, dictum regnum Sardinie et Corsice, jura tibi in eo competentia et competitura, et bona tua que ibidem consistent, nobis et ipsi ecclesie obligabis. Et promittes nichilominus quod successores tui, heredes in dicto regno Sardinie et Corsice eo tempore quo facient et prestabunt vassallagium, homagium et fidelitatis juramentum sub forma predicta, similia concessiones, recognitiones, promissiones, jura-

mentum et obligationes facient et prestabunt Romano pontifici, qui erit pro tempore et ecclesie supradicte.

Insuper tam tu quam quilibet heredum tuorum in dicto regno Sardinie et Corsice, illis temporibus quibus feceritis et prestiteritis vassallagium homagium et fidelitatis juramentum pro eodem regno Sardinie et Corsice, dabitis, infra mensem post, privilegium seu litteras aurea bulla bullata, in quo vel quibus fatebimini et recognoscetis expresse dictum Sardinie et Corsice regnum a nobis et Romana ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, conventionibus, modo et forma atque tenore, que in presentibus litteris continentur, quos tenorem, modum, conditiones, conventiones et formam promittetis vos inviolabiliter servaturos : pro quorum observantia obligabitis vos et dictum regnum Sardinie et Corsice, jura et bona vobis competentia et competitura in eo.

Omnium autem predictorum, que in presentibus nostris litteris continentur, declaratio et interpretatio, quotiens opus fuerit faciende, ad Romanum pontificem seu Romanam ecclesiam pertinebunt, quotienscumque super ipsis vel eorum aliquo vel aliquibus ambiguitatis aliquid vel dubii oriri continget, cujus Romani pontificis vel Romane ecclesie interpretationi et declarationi stabitur, verbo seu litteris prout ipsis Romano pontifici vel ecclesie placuerit faciendis. Nulli ergo —. Si quis —. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II non. aprilis, anno tertio.

2345 (CUR. XXXVIII) Vatican, 11 mai 1297.

Institutio rectoris in spiritualibus Campanie et Maritime. (fol. 376 v°.)

Dilecto filio magistro Jacobo de Bargiaco sacriste ecclesie Ebredunensis, in spiritualibus Campanie Maritimeque rectori. Cum in Campania et Maritima in temporalibus de rectori (*sic*) duxerimus providendum, volentes etiam inibi de rectore in spiritualibus providere ad hoc ut temporalis jurisdictio, cum expedierit, auxilio spiritualis jurisdictionis fulcita liberius et efficacius valeat exerceri, tibi, quem nobis industrium et fidelem tua fama laudabilis tuaque merita representant, jurisdictionem in spiritualibus in Campania et Maritima supradictis, in fulcimentum et auxilium temporalis jurisdictionis exercendam duntaxat et non in aliis, presentium auctoritate committimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis — etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v id. maii, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum, ac decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, capitulis et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus, ceterisque personis ecclesiasticis exemtis* [sic] *et non exemtis ac Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et Militie Templi magistris et preceptoribus, universis quoque nobilibus, potestatibus, rectoribus, comunitatibus, universitatibus civitatum, castrorum, aliorumque locorum per Campaniam et Maritimam constitutis.* — Dat. ut supra.

2346 (CUR. XXXVIIII) Anagni, 9 juin 1296.

Reservatio ecclesie Lucane. (fol. 376 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Imminente nobis ecclesiarum —.

Reservatur sibi provisio ecclesie Lucane, nunc vacantis aut proximo vacature.

Dat. Anagnie, v kal. junii, anno secundo.

2347 (CUR. XL) Vatican, 10 mai 1297.

Eadem de re. (fol. 377.)

Ad perpetuam rei memoriam. Imminente nobis —.

Provisione ecclesie Lucane sedi apostolice reservata per litteras datas Anagnie v id. junii anno secundo, et nunc dicta ecclesia per mortem episcopi Paganelli pastore destituta, inhibetur ne ecclesie capitulum ad electionem aliquam procedat.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VI id. maii, anno tertio.

2348 (CUR. XLI) Vatican, 13 mai 1297.

Reservatio beneficiorum. (fol. 377.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum nuper dilectus —.

Ut beneficia que tenebat in ecclesia Cameracensi et quibus-

cumque aliis ecclesiis Gerardus, tunc archiadiaconus Brabantie in ecclesia Cameracensi, nunc in episcopum Metensem prefectus, quamprimum per consecrationem ipsius electi vel per lapsum temporis de consecrandis episcopis aut alio modo vacantia, donationi apostolice reserventur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III id. maii, anno tertio.

2349 (CUR. XLII) Orvieto, 26 juin 1297.

Citatur abbas Vallisumbrose. (fol. 377.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino. Volentes dilecti filii .. abbatis monasterii Vallisumbrose Fesulane diocesis habere presentiam, ut super statu sui ordinis et quibusdam aliis possimus plenius informari, fraternitati tue — mandamus quatenus ipsum, per te vel per alium seu alios, personaliter, si ejusdem abbatis comode poterit haberi presentia, alioquin in monasterio suo aut alias publice, ex parte nostra, perentorie citare procures, injungens ei sub excommunicationis pena, quam ipsum si non paruerit incurrere volumus ipso facto, ut infra octo dierum spatium post citationem hujusmodi se nostro conspectui representet. Dat. apud Urbemveterem, VI kal. julii, anno tertio.

2350 (CUR. XLIII) Orvieto, 26 juin 1297.

Citatur abbas de Pasignano. (fol. 377.)

Eidem. Volentes dilecti filii .. abbatis monasterii de Pasignano ordinis Vallisumbrose Fesulane diocesis habere presentiam etc., ut in precedenti de verbo ad verbum usque in finem.

2351 (CUR. XLIIII) Orvieto, 9 juillet 1297.

Mandatum procedendi adversus Columpnenses juxta formam inquisitionis heretice pravitatis. (fol. 377.)

Dilectis filiis universis inquisitoribus heretice pravitatis Predicatorum et Minorum fratrum ordinum auctoritvte apostolica ubilibet institutis et instituendis in antea. Nuper Jacobum et Petrum de Columpna olim sancte Romane ecclesie cardinales, exigentibus eorum culpis et demeritis ac suorum, de fratrum nostrorum consilio, a cardinalatibus disposuimus (*sic*) ipsosque privavimus omni cardinalatuum comodo et honore. Et quia ipsi, acuentes ut gladium linguas suas, proruperunt in verba blasphemie et in schisma, intendentes sancte Romane apostolice et catholice ecclesie scindere unitatem, et columpnam Dei viventis pene ad nutationem deducere, et sagenam summi piscatoris procellis intumescentibus ad naufragii profunda submergere, si, quod absit, eis facultas adesset, sicut eorum littere non tam schismatice quam insane, ad diversas provincias partesque transmisse, manifeste declarant: de eorumdem fratrum nostrorum consilio eosdem Jacobum et Petrum schismaticos judicavimus et blasphemos, decernentes ipsos tanquam hereticos puniendos et, personas ipsorum J. et P. fidelibus exposuimus capiendas. Insuper omnia bona mobilia et im[m]obilia et jura ecclesiastica et mundana ipsorum J. et P., Agapiti, Stephani et Jacobi dicti Sciarre et aliorum filiorum quondam Johannis de Columpna, fratris dicti Jacobi, confiscanda duximus et etiam publicanda ; et tam ipsos quam omnes qui ipsis aut eorum alicui vel aliquibus dederint consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, duximus excommunicationis sententia innodatos. Et, quoniam dictorum J. et P. et filiorum dicti Johannis crescit malitia et augetur, volentes gravius procedere contra eos, universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus in provinciis, civitatibus, castris, terris et locis, in quibus contra hereticos habetis vel habebitis inquisitionis officium exercere, contra ipsos J. et P. et natos dicti Johannis, et contra adjutores, fautores et receptatores eorum vel alicujus ipsorum studeatis inquirere et procedere diligenter, ipsosque punire secundum constitutiones canonicas et civiles, et specialiter secundum constitutiones a quondam Frederico olim Romanorum imperatore editas contra hereticos, fautores et receptatores eorum, dum adhuc in dicte ecclesie gratia persistebat, necnon juxta traditam vobis formam ab apostolica sede exequendi inquisitionis officium contra hereticos, fautores, adjutores et receptatores eorum; et in predicationibus, que per vos et fratres vestrorum ordinum fient, hujusmodi nostrum mandatum sepius ad notitiam publicam deducatur, ut a peccatis boni, virtutis amore, et mali, saltem pene formidine, retrahantur, contradictores et rebelles etc. Dat. apud Urbemveterem, VII id. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24541.)

2352 (CUR. XLV) Orvieto, 14 septembre 1297.

Indemnitatis cautio pro omnibus Columpnensium debellatoribus. (fol. 377 v°).

Ad perpetuam rei memoriam. Trahit ad se penam inobedientia subditorum et digne premium obedientia promeretur —. Sane nuper ex justis et rationabilibus causis Jacobum et Petrum de Columpna quondam Romane ecclesie cardinales, exigentibus demeritis et culpis ipsorum ac hominum domus sue, a dignitate cardinalatus deposuimus ipsosque privavimus omni cardinalatuum comodo et honore, judicantes eos scismaticos et blasphemos, et in hujusmodi scismate persistentes tanquam hereticos puniendos, ac etiam contra Johannem dictum de Sancto Vito et Odonem clericos, Agapitum, Stephanum et Jacobum dictum Sciarram laycos, fratres dicti Petri, filios quondam Johannis de Columpna, processus fecimus varios diversasque privationis et confiscationis bonorum et alias sententias et penas promulgavimus. Et insuper, ad ipsorum depositorum et dictorum filiorum Johannis de Columpna inobedientium, rebellium et hostium nostrorum et ecclesie prelibate induratam nequitiam et rebellionem etiam deprimendam, contra ipsos depositos et filios dicti Johannis, necnon contra civitates Penestrinam et Nepesinam, castra Columpne, Zagaroli, Sancti Viti, Rubianelli, Rubiani, Sancti Helye, Rivifrigidi, Vivari Laci, Pozalie, Communantie, Riviputei, Normandorum, Columpne seu Sancti Terentiani, et Pontis Nepesini, tenimenta, possessiones, territoria, et districtus eorum, Tusculane, Penestrine, Tiburtine, Sabinensis, Balneoregensis et Nepesine diocesium, et contra quevis alia bona, que pro dictis depositis et Johannis filiis ubilibet tenebantur, ad impugnationem et expugnationem, depopulationem et destructionem seu dampnificationem et offensionem ipsorum vel alicujus ex eis, necnon fautorum, adjutorum et receptatorum hostium predictorum aut alicujus, et predictorum bona ubilibet constituta, cavalcatas fieri fecimus ac exercitus congregari, et aliis modis procedi, et aliquorum ex dictis castris postmodum captione seu redditione secutis, et quibusdam ex eis dirutis et combustis seu destructis, contra civitates et reliqua castra predicta et homines ac habitatores per incisiones vinearum et arborum, devastationem segetium, depredationes animalium, captiones et interfectiones personarum et alias multipliciter per hujusmodi cavalcatas et exercitus est processum. Nonnulla etiam edificia, turres, palatia, domus et muros, que dicti Jacobus et Petrus et prelibati filii Johannis de Columpna etiam cum consortibus suis habuerunt et tenuerunt hactenus infra Urbem Romanam et alibi, et specialiter in monte Acceptorio, necnon et turres, edificia sive domos que vulgariter dicebantur Acri vel Accon dirui fecimus et vastari, et in eis etiam consortium portiones, quibus de aliis bonis hactenus ad ipsos spectantibus disponimus compensationem facere congruentem. Volentes igitur universis et singulis — quorum auxilio, consilio et favore, dicto vel facto supradicta vel aliquod vel aliqua eorumdem facta fuerint vel executioni mandata, et illis etiam qui talia vel similia facient et fieri procurabunt et executioni mandabunt imposterum, — statuimus ut, occasione seu pretextu, ratione vel causa premissorum, nullus ex eisdem fautoribus, consiliariis vel inferentibus, seu alius vel alii pro eisdem, possint in judicio vel extra judicium in quacumque curia vel coram quibuscumque judicibus ecclesiasticis vel secularibus aliquo tempore impeti, vexari, vel aliqualiter molestari : districtius inhibentes ut nullus judex ecclesiasticus vel mundanus ipsos vel eorum aliquem contra hujusmodi statuti nostri tenorem super predictis vel eorum aliquo, seu premissorum pretextu vel causa, in causam trahere — presumat —, absolventes eos plenarie —. Nos enim omnes et singulos, qui contra prefatum Jacobum et Petrum olim cardinales, Johannem dictum de Sancto Vito, Odonem, Agapitum, Stephanum et Jacobum Sciarram, ac civitates, castra, terras et loca, vassallos et bona que fuerint eorum, alicujus vel aliquorum ex ipsis, seu que pro eis tenebantur et tenebuntur, steterunt, stant, vel stabunt, et contra fautores, valitores, adjutores et receptatores ipsorum vel alicujus eorum, ad quecumque dampna vel injurias realia vel personalia a die depositionis predictorum Jacobi et Petri processerunt, vel procedunt seu procedent in posterum, nedum ut premittitur ab omni pena et banno seu pena spirituali et temporali inflicta ipso jure vel per sententiam infligenda, quin predicta vel similia facta fuissent vel fierent illicite et absque superioris licentia, beneplacito et mandato, de apostolice plenitudine potestatis prorsus absolvimus, quinimmo declarantes potius absolutos —. Dat. apud Urbemveterem, XVIII kal. octobris, anno tertio.

2353 (CUR. XLVI) Vatican, 19 novembre 1297.

Vocatur ad curiam patriarcha Aquilegensis. (fol. 378).

Venerabili fratri J. episcopo Feltrensi et Belunensi. Venerabilis frater noster Raymundus patriarcha Aquilegensis nuper nobis suis litteris supplicavit ut ad decisionem negotii, super quo pro ipso ex parte una et pro communi Venetiarum ex altera in nos extitit compromissum, intendere dignaremur, vel saltem partes a compromisso dissolveremus eodem. Nos autem mirantes admodum quod

adhuc idem patriarcha, nec pro reverentia et honore, ad quos ipse et Aquilegensis ecclesia nobis et apostolice sedi tenentur, nec pro tanti complemento negotii, nos et sedem ipsam personaliter visitare curavit, ipsius volumus habere presentiam —.

Ut infra unum mensem coram papa se representet.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, xiii kal. decembris, anno tertio.

2354 (cur. xlvii) Orvieto, 31 juillet 1297.

Declaratio constitutionis « Clericis laicos ». (fol. 378 v°.)

Declaratio constitutionis edite in favorem ecclesiarum et clericorum. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, capitulis et aliis personis ecclesiasticis, nec non et nobilibus viris ducibus, comitibus, baronibus, militibus et ceteris per regnum Francie constitutis [1]. *Ad perpetuam rei memoriam.* Etsi de statu regni cujuslibet in quo catholice fidei cultus viget, paterne sollicitudinis studio cogitemus, ad statum tamen christianissimi regni Francie, in quo semper anteactis temporibus erga Romanam matrem ecclesiam viguit devotionis integritas, reverentie plenitudo resplenduit, fervuit obedientie promptitudo, tanto solertius aciem considerationis extendimus et circa illud cogitationis nostre versatur instantia, quanto ipsum uberiori favore prosequimur et sincerius gerimus in visceribus caritatis. Dudum siquidem, pastoralis officii debitum exequentes, in favorem ecclesiarum et ecclesiastice libertatis auctoritate apostolica duximus statuendum ne prelati et persone ecclesiastice, cujuscumque dignitatis status aut conditionis existant, sub adjutorii, mutui vel doni nomine, imperatoribus, regibus, principibus aut presidentibus ceteris, prestent absque apostolice sedis auctoritate subsidia, quocumque nomine censeantur; neve imperatores, reges, principes, aut aliter presidentes ea imponere, exigere vel recipere ab eisdem prelatis et personis ecclesiasticis audeant, certis penis adjectis nichilominus in hac parte. Verum nonnulli, nostre intentionis ignari sueque prudentie innitentes, hujusmodi constitutionem nostram non rationabili aut equitati consone sed voluntarie interpretationi subjicere moliuntur, non attendentes quod ad eum qui condidit interpretatio noscitur pertinere. Nos igitur, huic morbo congruam intendentes adhibere medelam, et ut cujuslibet ambiguitatis scrupulus in hac parte tollatur et veritatis puritas elucescat, auctoritate presentium declaramus; quod constitutio ipsa vel ejus prohibitio ad donaria vel mutua seu quevis alia voluntaria prelatorum et personarum ecclesiasticarum ejusdem regni, cujuscumque status, ordinis vel conditionis existant, omni prorsus occasione aut exactione cessante, se aliquatenus non extendat, licet ad id forsitan carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris, vel successorum suorum qui pro tempore fuerint, aut officialium eorumdem, seu ducum, comitum baronum, nobilium vel aliorum dominorum temporalium de regno predicto, requisitio curialis et amica precedat; quodque feudalia, censualia sive jura quelibet in rerum ecclesiasticarum datione retenta, vel alia servitia consueta regi ejusque successoribus, ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus et aliis temporalibus dominis supradictis, tam de jure quam de consuetudine a personis ecclesiasticis debita, prefata constitutio non includat vel aliquatenus comprehendat; et quod persone ecclesiastice, pro ecclesiarum suarum utilitatibus, compositionis aut transactionis titulo vel alio quovis modo, seu pro libertatibus acquirendis, cum rege suisque successoribus, ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus et aliis dominis temporalibus prelibatis, prout conscientiis eorum videbitur et ante constitutionem eandem poterant, libere valeant convenire, nec illas per ipsius constitutionis vigorem in iis contingat aliquatenus impediri; quodque constitutio eadem clericos clericaliter non viventes, sese mercationibus et et mercimoniis presertim inhonestis et vilibus, vel sevis immiscentes actibus, non defendat. Adjicimus insuper hujusmodi declarationi nostre quod, si prefatis regi et successoribus suis pro universali vel particulari ejusdem regni defensione periculosa necessitas immineret, ad hujusmodi necessitatis casum se nequaquam extendat constitutio memorata. Quin potius idem rex ac successores ipsius possint a prelatis et personis ecclesiasticis dicti regni petere ac recipere pro hujusmodi defensione subsidium vel contributionem, illudque aut illam prelati et persone predicti sepefato regi suisque successoribus, inconsulto etiam Romano pontifice, teneantur et valeant, sub quote nomine aut alias etiam, impertiri, non obstantibus constitutione predicta, seu quovis exemptionis, vel alio quolibet privilegio, sub quacumque verborum forma confecto, a sede apostolica impetrato; quodque necessitatis declaratio supradicte ipsius regis et successorum suorum conscientiis, dummodo successores ipsi vicesimum etatis annum exegerint, relinquatur; super quo dictorum regis et successorum conscientias onerari eisque innotescere volumus, quod quicquid recipi ultra ipsius defensionis casum contigerit, in suarum

1. *Ista declaratio est revocata per decretalem que incipit: Quoniam ex constitutione, sicut et ipsa constitutio et etiam declarationes alie subsequte.* Legitur ad marginem in charactere seculi XIV ineuntis.

recipient periculum animarum, sub quo, nisi salubriter provideant, attendere poterunt in quo periculo remanerent. Si vero, defensionis predicte tempore, hujusmodi etatis annum prefati non excesserint successores, declaratio necessitatis ejusdem prelatorum, clericorum et laicorum, qui de ipsorum successorum stricto consilio, seu majoris partis ipsorum, fuerint conscientiis relinquatur, quorum similiter conscientias onerari volumus eisque plenius aperiri, quod si quid ultra casum defensionis reciperetur ejusdem, in dispendium salutis consiliariorum reciperetur ipsorum, illudque restituere teneantur ; quodque preterea intentionis nostre, non extitit, nec existet per constitutionem predictam seu declarationem presentem jura, libertates, franchysias, seu consuetudines, que prefatis regi et regno, ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus et quibusvis aliis temporalibus dominis, editionis prefate constitutionis tempore ac etiam ante illud, competere noscebantur, tollere, diminuere vel quovis modo mutare, aut eis in aliquo derogare, seu novas servitutes vel submissiones imponere, sed jura, libertates, franchysyas et consuetudines supradicta pretactis regi et aliis illesa et integra conservare. Nulli ergo etc. Nostre declarationis etc. Dat. apud Urbemveterem, II kal. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24549.)

In e. m. *carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri.* — Dat. ut supra.

2355 (CUR. XLVIII) Orvieto, 27 juillet 1297.

De constitutione « Clericis Laicos ». (fol. 379.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis etc... ut supra usque : personis ecclesiasticis regni Francie. Ab olim ante promotionis nostre primordia generosam et inclitam domum Francie filios devotionis et fidei Christique athletas et christianitatis pugiles producentem, sincera et intima caritate dileximus ac diligere non cessamus, ad sui honoris et exaltationis incrementa felicia ferventibus studiis intendentes. Sane volentes hactenus, prout debitum nostri requirit officii, ecclesiarum et ecclesiastice libertatis statui providere, ut ad Divini Numinis gloriam quietis stabilis comodis perfruantur, constitutionem quandam edidimus, per quam prelatis et personis ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis status aut conditionis existant, sub adjutorii, mutui vel doni nomine, imperatoribus, regibus, principibus aut presidentibus ceteris prestent absque apostolice sedis auctoritate subsidia, quocumque nomine censeantur ; neve imperatores reges seu principes aut aliter presidentes ea imponere, exigere ac recipere audeant, certis penis appositis inhibetur. Verum quia nonnulli, sequentes animi sui motus et volentes plus sapere quam sit opus, constitutionem predictam multipharie multisque modis exponere ac interpretari conantur, nos qui processus nostros per callem justitie, tramitem equitatis et certitudinis semitam dirigi, captiosis verborum oraculis omnino postpositis, affectamus, ut omne in hoc tollatur ambiguum omneque dubium subducatur ac nostre intentionis propositum, clarius elucescat, auctoritate presentium declaramus quod, si carissimus in Christo filius noster Philippus Francie rex illustris vel ejus filius aut filii, rege ipso vivente, seu dicti regis successores sive ipsorum filius aut filii, successoribus ipsis viventibus, ab eorum, quod absit, hostibus caperentur, prelati et persone ecclesiastice supradicti pro dictorum regis et filiorum ipsius ac successorum suorumque natorum redemptione seu recuperatione non obstante constitutione predicta prestare subsidia teneantur. Nulli ergo etc. Nostre declarationis etc. Dat. apud Urbemveterem, VI kal. augusti, anno tertio.

In e. m. *venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi et.. episcopo Autisiodorensi ac dilecto filio .. abbati monasterii Sancti Dyonisii Parisiensis diocesis.* Ab olim —.

Ut prelatos et personas ecclesiasticas ad hujusmodi subsidium eisdem regi et successoribus exhibendum spiritualiter et temporaliter compellant, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio bracchii secularis.

Dat. ut supra.

(POTTHAST [1], 24559.)

2356 (CUR. XLVIIII) Orvieto, 27 juillet 1297.

Gratia pro rege Francie. (fol. 379 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi et .. Dolensi ac .. Autisiodorensi episcopis. Considerantes attentius eis aut —.

« Consideratione eximie devotionis et reverentie filialis quibus — Phylippus rex Francorum erga Romanam ecclesiam a juventutis etate sue primordiis noscitur claruisse », eis aut uni eorum mandatur quatenus in singulis cathedralibus et collegiatis ecclesiis regni Francie, Lugdunensi et Vivariensi ecclesiis que se de regno ipso non esse contendunt duntaxat exceptis, singulis personis ydoneis quas rex ipse duxerit ipsis nominandas, de singulis canonicatibus et prebendis nulli aliis de jure debitis, nunc vacantibus aut quamcito vacaturis, providere curent.

Dat. apud Urbemveterem, ut supra.

1. Falso apud eum indicantur Bulæus et Martene, cum hec bulla apud Dupuy *(Preuves des libertés, etc.)* tantum inveniatur.

2357 (CUR. L) Orvieto, 27 juillet 1297.

Facultas capiendi clericos suspectos regni Francie durante presente guerra. (fol. 379 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi et .. episcopo Autisiodorensi ac dilecto filio .. àbbati monasterii Sancti Dyonisii Parisiensis diocesis. Nuper ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli regni Francie clerici, tanquam in reprobum sensum dati et per infidelitatis invium oberrantes, ipsius regni secreta ejus pandere hostibus, et carissimi in Christofilii nostri Phylippi regis Francie illustris dictique regni dampna procurare non modica, et ejusdem regni statum nequiter explorare, ac in eo divisyones (*sic*), seditiones et turbationes procurare multiplices aliaque committere gravia non verentur in predictorum regis et regni prejudicium et gravamen; quod tanto molestius ferimus et exinde amplius perturbamur quanto ipsius regis personam uberiori caritate perstringimus et suum dictique regni tranquillum statum et prosperum votis ardentioribus affectamus. Cum itaque —, vobis — mandamus quatenus omnes hujusmodi clericos dicti regni qui dicerentur verisimiliter in hac parte suspecti, super quo vestras consciencias volumus onerari, ac illos etiam quos per ipsius regis officiales quibus hujusmodi clericos de quorum fuga vel absentia timeretur personaliter capiendi eosque vobis — concedimus facultatem — capere, ac vinculis carceralibus mancipare curetis, facientes ipsos, quamdiu presens guerra in illis partibus mota duraverit et ultra etiam si culpe vel delicta ipsorum exegerint, diligenter et sollicite custodiri. Contra, etc. Invocato, etc. Dat. ut supra.

2358 (CUR. LI) Orvieto, 8 août 1297.

Facultas relaxandi penas in comune Laudunense occasione cujusdam excessus adversus canonicos patrati latas. (fol. 379 v°.)

Eisdem. Pridem ad nostram perducto notitiam clamore valido refferente quod, cum Petrus clericus et Johannes de Fonconcourt ac quondam Johannes de Lanzon[io?] armigeri Laudunensis diocesis ad cathedralem ecclesiam Laudunensem seu claustrum ipsius, urgente necessitatis capitulo, confugissent, cives Laudunenses igne furoris accensi, sumptis armis ad predictam ecclesiam temere accedentes, predictos Petrum et armigeros de prefata ecclesia et ejus claustro atrocibus illis irrogatis injuriis per violentiam extraxerunt: et tandem in eundem Johannem de Lanzonio nequiter irruentes ipsum immaniter peremerunt in Divine Majestatis offensam, animarum suarum periculum, et in grave scandalum plurimorum. Unde nos — in universitatem seu comunitatem civium predictorum sententiam proferri mandavimus interdicti, ac nonnullos eorum nominatim sub certis penis citari fecimus ut coram nobis certo termino personaliter comparerent —, quorum aliqui in predicto termino comparere curarunt, ceteris nec in eodem termino neque post ipsum comparentibus coram nobis. Cum autem carissimus in Christo filius noster Phylippus rex Francorum illustris nobis pro jam dictis civibus cum instantia supplicavit — discretioni vestre mandamus quatenus — predictam interdicti sententiam omnesque penas in prefatos cives aut eorum filios vel heredes ac universitatem civitatis Laudunensis, premissorum occasione inflictas, relaxare auctoritate nostra curetis, satisfacto prius tam eidem clerico de injuria sibi ab eisdem civibus irrogata quam etiam ecclesie Laudunensi predicte ac dilecto filio .. thesaurario ipsius ecclesie, juxta morem et consuetudinem ecclesie ac diocesis Laudunensium eorumdem et circumposite regionis, de offensa hujusmodi sacrilegii perpetrati. Dat. apud Urbemveterem, VI id. augusti, anno tertio.

2359 (CUR. LII) Orvieto, 8 août 1297.

Facultas absolvendi quosdam burgenses ville Cadomensis. (fol. 380.)

Eisdem. Dudum certis causis inducti nonnullos homines seu burgenses ville Cadomensis, Baiocensis diocesis, nominatim expressos citari mandavimus ut coram nobis certo termino personaliter comparerent, super nonnullis articulis certis personis in judicio responsuri. Cum autem, sicut [accepimus] a fidedignis, inter homines seu burgenses et personas eosdem sit pax et concordia reformata, et carissimus in Christo filius noster Philippus rex Francie illustris nobis pro eisdem hominibus seu burgensibus supplicaverit —.

A vinculo excommunicationis solvantur, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum.

Dat. ut supra.

2360 (CUR. LIII) Orvieto, 8 août 1297.

Suspensio cujusdam mandati. (fol. 380.)

Dilectis filiis .. archidiacono Narbonensis et .. thesaurario Bajocensis ecclesiarum. Olim vobis per nostras sub certa forma dicimur dedisse litteras in mandatis ut bona mo-

bilia clericorum regni Francie, qui noscuntur decedere intestati, Romane ecclesie nomine capere ac recipere et in aliquibus tutis locis deponere procuretis. Cum autem ex certis et rationabilibus causis de hujusmodi negotio duxerimus aliter ordinandum, volumus — quod in predicto negotio nullatenus procedatis. Dat. ut supra.

2361 (CUR. LIIII) Orvieto, 8 août 1297.

Gratia pro rege Francie. (fol. 380.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri. Ingens et sincera devotio —. Ex parte siquidem tua fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum occasione presentis guerre que contra te tuumque regnum mota dinoscitur te subire oporteat onera maxima expensarum, partem dimidiam tam de hiis que in regno ipso legata sunt hactenus et indistincte legantur quam que in Terre Sancte subsidium relinquuntur ibidem, tibi in subventionem expensarum ipsarum de gratia speciali concedere dignaremur —.

Illa dimidia pars legatorum et relictorum a decem annis ante guerram ipsam motam et quamdiu predicta guerra duraverit in ipsarum expensarum subsidium conceditur.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis Grimerio de Placentia, Parisiensis, et magistris Petro de Bellapertica, Autisyodorensis, et Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2362 (CUR. LV) Orvieto, 8 août 1297.

Pro eodem. (fol. 380.)

Eidem Habet in nobis —.

Ei suis precibus conceditur dimidia pars pecunie que bo. me. Bertrando et Hugoni episcopis Tholosanis debebatur, dum viverent, a personis ecclesiasticis et secularibus illarum partium, necnon etiam residui pecunie ipsis post eorum obitum debite, in subventionem presentis guerre convertenda.

Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis magistris Stephano de Lemovicis, [Parisiensis], Petro de Bellapertica, Autisiodorensis, et Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis.* — Dat. ut supra.

2363 (CUR. LVI) Orvieto, 8 août 1297.

De pecunia assignanda regi Francie. (fol. 380 v°.)

Dilectis filiis Musciatto militi, Bichio et Nicolutio fratribus mercatoribus de societate Francisiorum de Florentia. Nuper nobis ex parte —.

Quod assignari curent regi Francie medietatem omnium que ipsis ab executoribus sedis apostolice, scilicet Stephano de Lemovicis, Petro de Bellapertica ac Johanne Clarisensus, assignabuntur, retenta reliqua medietate ecclesie Romane nomine, et quantum regi assignatum fuerit, quantum ecclesie retinere contigerit, mandent.

Dat. ut supra.

2364 (CUR. LVII) Orvieto, 8 août 1297.

Eadem de re. (fol. 380 v°.)

Dilectis filiis magistris Stephano de Lemovicis, Parisiensis, et Petro de Bellapertica, Autisiodorensis, ac Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis. Nuper nobis sicut —.

Musciatto militi, Bichio et Nicolutio fratribus mercatoribus de societate Francisiorum de Florentia remittere faciant pecunie summam que, Bertrando et Hugoni episcopis Tholosanis debita, ab ipsis collecta fuerit, una medietate Francorum regi assignanda, altera sedi apostolice retinenda.

Dat. ut supra.

2365 (CUR. LVIII) Orvieto, 8 août 1297.

Eadem de re. (fol. 380 v°.)

Eisdem mercatoribus ut supra. Ad ea que carissimi —.

Ut omnium, que ab executoribus super facto legatorum et relictorum subsidio Terre Sancte Philippo regi Francie concessorum, scilicet Grimerio de Placentia, Petro de Bellapertica et Johanne Clarisensus receperint, medietatem prefato regi assignari faciant, medietate altera sedi apostolice retenta.

Dat. ut supra.

2366 (CUR. LVIIII) Orvieto, 8 août 1397.

Eadem de re. (fol. 380 v°.)

Dilectis filiis Grimerio de Placentia, Parisiensis, et magis-

tris Petro de Bellapertica, Autisiodorensis, ac Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis. Considerantes attentius —.

Ut ea que de legatis et relictis colligent apud mercatores prefatos (vid. cap. LVI et seq.) integre deponant.

Dat. ut supra.

2367 (CUR. LX) Orvieto, 8 août 1297.

Conceduntur regi Francie guerra durante redditus primi anni dignitatum ecclesiasticarum. (fol. 380 v°.)

Eidem regi. Meruit sincera devotio —. Nos celsitudini regie omnes fructus, redditus et proventus ac obventiones quaslibet primi anni omnium prepositurarum, decanatuum, archidiaconatuum et aliarum quarumlibet dignitatum ecclesiarum, archiepiscopalibus, episcopalibus et monasteriis seu abbatiis duntaxat exceptis, — que in regno ipso, predicta guerra durante, vacare contigerit — concedimus. Dat. ut supra.

In e. m. *dilectis filiis magistris Johanni de Capriaco archidiacono Rothomagensis, Petro de Bellapertica, Autisyodorensis, et Guillelmo de Crispeio, Sancti Quintini in Viromandia Noviomensis diocesis, ecclesiarum canonicis.*

Faciant dictos redditus assignari dicto regi.

Dat. ut supra.

2368 (CUR. LXI) Orvieto, 8 août 1297.

De pecunia a cardinali Johanne Cholet legata. (fol. 381.)

Dilectis filiis Grimerio de Placentia, Parisiensis, et magistris Petro de Bellapertica, Autisiodorensis, ac Johanni Clarisensus, Atrebatensis, ecclesiarum canonicis. Habet nostre fiducie —. Pervenit siquidem ad audientiam nostram quod bo. me. Johannes Chauleti tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, qui per non modici temporis spatium in Francie partibus legationis officio functus fuit, non modicam summam pecunie in suo testamento indistinte legavit, de qua per executores ipsius nondum est aliquid ordinatum —.

Compellant ad exhibendum detentores pecunie supradicte eamque in tutis locis, nomine Romane ecclesie, deponi faciant.

Dat. ut supra.

2369 (CUR. LXII) Orvieto, 8 août 1297.

De negotio regum Aragonie et Majoricarum. (fol. 381.)

Eidem regi. Pridem celsitudini regie —.

Quibusdam litteris Philippi regis Francie, cui intimaverat papa se Jacobo regi Aragonum, ad restituendum regi Majoricarum terram ipsius, dilationem usque ad festum Natalis Domini proximo venturum concessisse, respondetur annuendo quod, si forte prefatus Jacobus infra dicti temporis spatium hujusmodi restitutionem non duxerit faciendam, ipse rex et terre omnes quas idem in Aragonie et Cathalonie partibus obtinebat in pristinas spirituales et temporales penas reducentur.

Dat apud Urbemveterem, VI id. augusti, anno tertio.

(POTTHAST, 24558.)

2370 (CUR. LXIII) Orvieto, 8 août 1297.

De hostibus regis Francie non admittendis tempore guerre in civitate Lugdunensi. (fol. 381.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Lugdunensibus. Inter ceteros reges —. Cum itaque, sicut vestram non credimus latere notitiam, contra regem et regnum predictos guerra gravis mota hoc tempore dinoscatur, nosque magno desiderio cupiamus ut hostium regis et regni predictorum insidiis obvietur, volumus — quod hujusmodi negotium potissime insidet cordi vestro statim post ejusdem sedis et nostram reverentiam, taliter providere curetis sicque studeatis sollicite regere terram sub vestro dominio constitutam, ut per eam et ipsius incolas prefatis regi et regno nullum dampnum nullaque injuria possent favente Domino irrogari, neque in ea inimici vel emuli dicti regis receptationem vel refugium aliquod invenire —. Dat. ut supra.

2371 (CUR. LXIIII) Orvieto, 8 août 1297.

Dantur executores pro solutione decime regi Francie concesse. (fol. 381 v°.)

Venerabilibus fratribus.. Parisiensi et.. Meldensi episcopis. Novit vestre circumspectionis industria qualiter hactenus nonnulli archiepiscopi et episcopi regni Francie, nostra super hoc freti licentia, Phylippo regi Francorum illustri, pro ipsius defensione regni moderno tempore facienda, decimas suorum ecclesiasticorum proventuum et redditTuum, per certi temporis spatium artis (*sic*) terminis

in eorum communibus litteris nobis super hoc directis expressis, integre persolvendas —, nos autem fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel per alium seu alios, universas personas ecclesiasticas exemptas et non exemptas regni Francie memorati, cujuscumque preminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status existant, ad exhibendum eisdem regi vel ejus certo nuntio decimas supradictas, spiritualiter et temporaliter prout utilius et efficacius fore putabitis, auctoritate nostra compellere studeatis — Dat. ut supra.

2372 (CUR. LXV) Orvieto, 8 août 1297.

De quadam pecunie summa apud Templum deposita. (fol. 381 v°.)

Dilectis filiis.. archidiacono Narbonensis et .. thesaurario Bajocensis ecclesiarum. Gerentes hactenus de vestra circumspectione fiduciam specialem, vobis per nostras sub certa forma litteras duximus concedendum ut bona clericorum regni Francie, qui noscuntur decedere intestati, recipere ac exigere nomine Romane ecclesie et ea in aliquibus tutis locis deponere curetis. Cum autem sicut accepimus, vos, ratione commissionis hujusmodi vobis facte, a dilecto filio fratre Johanne de Turrio thesaurario domus militie Templi Parisiensis quamdam non modicam summe pecunie, apud ipsum nomine ecclesie supradicte depositam per dilectum filium Johannem de Bullis archidiaconum Majoris Caleti in ecclesia Rothomagensi, qui eam de arreragiis et aliis hujusmodi in ecclesia Remensi collegisse dinoscatur, exigatis cum ratione hujusmodi multipliciter molestando, et super hoc ad nos habitus sit recursus, volumus quod — exactioni et molestationi hujusmodi supersedere curetis, quousque super hoc a nobis aliud receperitis in mandatis. Dat. ut supra.

2373 (CUR. LXVI) Orvito, 25 août 1297.

De decima regi Francie concessa colligenda.

Dilectis filiis.. majoris Turonensis et Sancti Dionisii Parisiensis diocesis monasteriorum abbatibus. Nostis qualiter hactenus —.

Eis, quibus per anteriores litteras colligendi decimas per totum regnum Francie super omnibus personis ecclesiasticis impositas et eas regi Francie exhibendi facultas fuerat concessa, mandatur ut que commissa sunt exequi diligenter studeant, et ab universis personis ecclesiasticis dictas decimas sine mora colligant.

Dat. apud Urbemveterem, VIII kal. septembris, anno tertio.

2374 (CUR. LXVII) Orvieto, 28 août 1297.

De negotio archiepiscopi, capituli et civium Lugdunensium. (fol. 381 v°.)

Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Narbonensi et.. Eduensi episcopo ac dilecto filio Johanni de Capriaco archidiacono Rothomagensi. Inter cetera desideria —. Sane considerantes attentius gravem dissensionis materiam ab olim exortam inter carissimum in Christo filium nostrum Phylippum regem Francorum illustrem et dilectos filios cives Lugdunenses ex parte una, et venerabilem fratrem N. archiepiscopum ac dilectos filios capitulum Lugdunensem ex altera, occasione potissime appellationum seu resorti, ut patrie verbis utamur, propter quod Lugdunensis civitas ecclesiastico interdicto supposita et quamplures etiam dictorum civium sunt excommunicationis vinculo inodati; et cupientes ut ad laudem Dei et prosperum ipsorum archiepiscopi et capituli ac etiam Lugdunensis ecclesie dictorumque regis et civitatis statum hujusmodi negotium feliciter terminetur, volumus et per apostolica vobis scripta mandamus quatenus vos —, predictis archiepiscopo et capitulo ac etiam personis Lugdunensis ecclesie supradicte ad spiritualia et temporalia que estare noscuntur per vos plenarie restitutis, et amota etiam manu regis, prefatum interdictum auctoritate nostra suspendere studeatis; ita quod hujusmodi suspensio usque ad annum a festo Natalis Domini venturo proxime incoandum (*sic*) robur obtineat firmitatis, ac illos ex predictis civibus qui premissorum occasione sunt excommunicationis vinculo inodati juxta formam Ecclesie absolvatis, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum. Et nichilominus archiepiscopum, capitulum et cives predictos ex parte nostra perentorie citare curetis ut idem archiepiscopus personaliter, prefati vero capitulum per duos ex ipso capitulo, dictique cives per procuratores ydoneos ad hoc specialiter constitutos — infra quadragesimam proximo venturam compareant coram nobis ut hujusmodi negotio, actore Domino, finis imponi valeat, prout nobis videbitur rationabiliter faciendum. Dies vero citationum et formas et quicquid in hac parte feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. apud Urbemveterem, V kal. septembris, anno tertio.

In e. m. *venerabili fratri nostro .. episcopo Autisyodorensi et dilecto filio nobili viro .. duci Burgundie.* Inter cetera desideria, etc., *ut in precedenti usque* terminetur. Venerabilibus fratribus nostris.. archiepiscopo Narbonensi et.. Eduensi episcopo ac dilecto filio Johanni de

Capriaco archidiacono Rothomagensi per alias sub certa forma litteras nostras injungimus, etc. Cum itaque negotium ipsum specialiter insideat cordi nostro et speremus firmiter quod ea, super quibus studia vestra requirimus, prudenter et solerter exequi studeatis, volumus — vobisque committimus confidenter quatenus vos, per vos vel per alium ydoneum et fidedignum ac per vos concorditer eligendum, appellationes seu resortum predicta necnon et custodiam civitatis ejusdem ad manus vestras sublato difficultatis obstaculo assumentes, ea per totum tempus predictum diligenter et solerter exequi studeatis, ac omnes redditus et proventus quos ad manus vestras provenire contigerit, eisdem archiepiscopo et capitulo vel eorum procuratoribus ipsorum nomine assignetis. Nostre autem voluntatis existit ut appellationes, seu resortum et custodia supradicta ad illos redeant ad quos finis ejusdem pertinere negotii demonstrabit, quodque, si per tractatum hujusmodi vel alias prefatum negotium non contigerit terminari, illud ad statum pristinum revertatur, cum nostre intentionis non fuerit nec existat ut per tractatum ipsum alterutri partium, quoad possessionem vel proprietatem, aliquod prejudicium generetur.— Dat. ut in alia.

In e. m. *carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri.* Considerantes attentius —.

Mandet ad sedem apostolicam procuratores ydoneos ita ut in quadragesima proximo ventura compareant et legitime tractare possint super facto negotii supradicti.

Dat. ut supra.

2375 (CUR. LXVIII) Vatican, 14 décembre 1297.

Injungitur crucis assumptio adversus Columpnenses. (fol. 382.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurarum. Provocatur apostolice sedis —.

Cum adversus Jacobum et Petrum cardinales de Columpna et natos quondam Johannis de Columpna varii processus sint pridem habiti, et cum, quamvis dictorum cardinalium ad pape et Romane ecclesie mandata purus et absolutus reditus, sicut fidedigno relatu dabatur intelligi, diutius exspectatus fuerit ipsi hunc facere contumaciter contempserint et in rebellione persistentes pacem Urbis, regionis circumposite et orbis perturbare molianlur: providit de cardinalium consilio « per victricis crucis suffragium contra hujusmodi scismaticos » potenter exurgere, et ea propter universos Christi fideles hortatur ut ad refrenandos ipsorum impetus nec non contra civitatem Penestrinam, castra, terras et loca que per eos seu pro eis in rebellione tenentur, crucem assumant eamdem, indulgentia Terre Sancte eisdem concessa.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVIIII kal. januarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24607.)

2376 (CUR. LXVIIII) Vatican, 14 décembre 1297.

Littere legationis in Lombardia, Tuscia et ceteris Italie provinciis, Januensi excepta. (fol. 382 v°.)

Venerabili fratri Mattheo Portuensi et Sancte Ruffine legato, apostolice sedis nuntio. Considerantes attentius quod fraudulenta hostis antiqui nequitia — in plerisque Lombardie, Tuscie, Marchie Tervisine et Romaniole, Aquilegensis et Gradensis patriarchatuum, et archiepiscopatus Ravennatensis provinciis, locis et partibus eorumque confinibus zizaniam sevit, odia suscitavit, etc. Cumque Jacobi de Columpna et Petri nepotis ejus olim sancte Romane ecclesie cardinalium et aliorum filiorum quondam Johannis de Columpna fratris Jacobi et patris Petri predictorum — maligna superbia, detestanda rebellio, contumatia et contemptus contra sedem apostolicam et Romanam ecclesiam non absque derogatione fidei adeo excrevisse noscantur quod, preter depositionis sententiam aliosque processus, sententias et multas — etiam ad ministerium predicande Crucis adversus ipsos de fratrum nostrorum consilio decrevimus exurgendum, ne pestiferum virus eorum latius diffundatur —. Nos ad obviandum malis, removendum odia, tollendum scandala et discordias amputandum in provinciis, locis et partibus memoratis, et ad providendum inibi de statu prospero [et quieto, et maxime ad exercendum contra Columpnenses predictos ministerium predicande Crucis predicte, talem in partem apostolice sollicitudinis personam de latere nostro providimus assumendam cui percipiamus fore celesti dono provisum —. Ad personam itaque tuam mentis nostre oculos dirigentes, — tibi in iisdem Lombardie, Tuscie, Marchie Tervisine et Romagniole, Aquilegensis et Gradensis patriarchatuum, et archiepiscopatus Ravennatensis provinciis, locis et partibus, eorumque confinibus, exceptis civitate et diocesi, provincia et ripparia (*sic*) Janucnsibus et dicte civitatis Januensis territorio et districtu, plene legationis officium committentes, ut evellas et destruas, dissipes et disperdas, edifices et plantes ac facias auctoritate nostra quecumque ad honorem Dei, prosperum statum partium earumdem ac reformationem pacis fidelium videris ex-

pediro, utque crucem ipsam per te predices et per alium seu alios facias predicari contra scismaticos et perfidos Columpnenses predictos eorumque fautores, civitatem Penestrinam, castra, terras et loca que per eos vel eorum aliquem, pro eis vel eorum aliquo in rebellione tenentur, et recipientibus hujusmodi vivifice crucis signum illam suorum peccaminum veniam nunties et facies nuntiari, quam in aliis nostris litteris super crucis predictione confectis plenius duximus exprimendam. Contradictores et rebelles, etc. Dat. ut supra.

2377 (CUR. LXX) Vatican, 14 décembre 1297.

Pro eodem legato (fol. 383.)

Eidem. In altis et arduis —.

Ut functus legationis officio in Tuscie et aliarum provinciarum partibus, possit pro necessariis suis, familie et nuntiorum suorum procurationes recipere ab omnibus personis ecclesiasticis dictarum partium, scilicet patriarchis, archiepiscopis, episcopis, etc., et capitulis et conventibus exemptis et non exemptis.

Dat. ut supra.

2378 (CUR. LXXI) Vatican, 14 décembre 1297.

Pro eodem. (fol. 383 v°.)

Eidem. In altis et arduis —.

Ut possit dignitates et personatus cum cura vel sine cura clericorum suorum comensalium, qui in ipsius sunt familia vel fuerint, postquam ratione legationis sue negotiorum iter arripuerit, cedentium vel decedentium, antequam revertatur ab ipsa, ydoneis personis conferre.

Dat. ut supra.

2379 (CUR. LXXII) Vatican, 14 décembre 1297.

Pro eodem. (fol. 383 v°.)

Eidem. In altis et arduis —.

Ei conceditur ut, quotiescumque solempniter verbum proposuerit in prosecutione suorum negotiorum, unum annum et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxare possit.

Dat. ut supra.

2380 (CUR. LXXIII) Vatican, 14 décembre 1297.

Pro eodem. (fol. 383 v°.)

Eidem. Cum te ad partes —.

Ut possit, ad prosecutionem sue legationis negotii, non solum ab archiepiscopis, episcopis et personis ecclesiasticis partium specialiter expressarum (vid. in cap. LXX) procurationes recipere, sed etiam aliarum ad quas eundo, morando et redeundo ipsum pervenire contigerit.

Dat. ut supra.

2381 (CUR. LXXIIII) Vatican, 14 décembre 1297.

Pro eodem. (fol. 384.)

Littera prelatorum quod obediant legato predicto. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis et conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum exemptis et non exemptis, necnon hospitalis Sancti Johannis Jeresolimitani et militie Templi magistris, preceptoribus et fratribus per Tusciam constitutis. Cum nos venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem et Sancte Rufine episcopum apostolice sedis legatum ad vestras et alias partes pro urgentibus ecclesie Romane negotiis destinemus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, eundem episcopum immo potius nos in ipso benigne recipientes et honorifice pertractantes, eidem tanquam apostolice sedis legato intendatis humiliter, ipsius monita et mandata devote ac efficaciter adimplendo. Alioquin sententias quas rite tulerit et penas quas inflixerit in rebelles ratas habebimus observari —. Dat. ut supra.

2382 (CUR. LXXV) Vatican, 24 décembre 1297.

Pro eodem. (fol. 384.)

Eidem. Cum te ad partes —.

Quod quatuor personis ydoneis in minoribus ordinibus constitutis, si expedierit, tabellionatus officium, juxta formam secundum quam illud sedes apostolica concedere consuevit, possit concedere.

Dat. ut supra.

2383 (CUR. LXXVI) Vatican, 30 décembre 1297.

Designantur crucis predicatores adversus Columpnenses. (fol. 384.)

Venerabili fratri.. episcopo Callensi. Olim Jacobum de Columpna —.

Ut contra Jacobum de Columpna, Petrum nepotem ejus, quondam sancte Romane ecclesie cardinalium, natos Johannis de Columpna, et eorum fautores et sequaces, necnon contra civitatem Penestrinam et castra atque loca que per eos in rebellione tenentur, verbum crucis, cujus signaculum dominica proximo preterita cardinales in basilica principis Apostolorum a domino papa receperunt, fidelibus per se vel per Predicatores, Minores et Heremitas Sancti Augustini quos deputaverit, proponat in civitatibus Perusina, Tudertina, Interamnensi et diocesibus earum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III kal. januarii, anno tertio.

(POTTHAST, 24611.)

In e. m. *eidem.* Olim etc., *usque* terras et loca predicta : in ducatu Spoletano verbum crucis etc., *usque in finem.* Dat. ut supra.

In e. m. *dilecto filio Nicolao de Campis ordinis Minorum, penitentiario nostro.* Olim etc., *usque* terras et loca predicta : in provincia Marchie Anconitane verbum crucis fidelibus per te vel alium seu alios quos ad hoc duxeris de fratribus Predicatorum, Heremitarum Sancti Augustini et tui ordinis proponere studeas, etc. *usque in finem.* Dat. ut supra.

In e. m. *dilecto filio Jacobo de Gardiano ordinis Minorum, penitentiario nostro.*

Idem ei committitur officium in patrimonio beati Petri.

Dat. ut supra.

In e. m. *Fratri Jacobo de Reate ordinis Minorum.*

Idem ei committitur officium in provinciis Campanie, Maritime, Sabinie, civitatibus Ostiensi, Velletrensi, Albanensi, Tiburtina, Narniensi et Reatina, earumque diocesibus necnon et diocesibus Tusculana, Penestrina et Sabinensi ac locis seu terris abbatiarum Sublacensis et Farfensis.

Dat. ut supra.

2384 (CUR. LXXVII) Vatican, 30 décembre 1297.

Respondetur litteris Jacobi Aragonie regis. (fol. 384 v°).

Carissimo in Christo filio Jacobo Aragonie, Sardinie et Corsice regi illustri. Dilectum filium nobilem virum Bernardum a Fovollyario militem et nuntium tuum, latorem presentium, et litteras regias quas ipse nobis ex tua parte portavit benigne nobis, et tam ea que dictus nuntius voluit viva voce referre quam ea que ipse continebant littere audivimus et inspeximus diligenter et petitiones recepimus quas pro parte tua nobis idem nuntius assignavit. Inter alia siquidem que in petitionibus continebantur eisdem, postulabas a nobis ut decimam ecclesiasticorum reddituum et proventuum terrarum tue ditioni subjectarum per nos tibi concessam, ad quam venerabilem fratrem.. episcopum Valentinum et.. prepositum Celsonensem deputavimus collectores, tibi vel quibus mandabis mandaremus exolvi; quodque in insula Majoricarum sicut in predictis aliis terris tuis decimam colligi et exhiberi tibi similiter faceremus; et a Templariis etiam et Hospitalariis et Calatravensibus ac de Ucles predictarum terrarum tuarum faciamus exigi et colligi decimam ac tibi de illa modo simili responderi ; ac insuper ut de XX marcharum argenti residuis de premissa tibi pecunia pro dote uxoris tue tibi satisfieri faciamus, adjectis nichilominus nonnullis aliis petitionibus ultra eas. Verum, licet non solum ad ea que inter nos et te condicta sunt et conventa complenda promptum animum habeamus sed ad alia etiam que tuum respiciant comodum —, a memoria tamen nostra excidisse non debet necnon prudenter attendere in quot gratiis, munificentiis beneficiis et honoribus sedes apostolica te prevenit, quam clementer, quam misericorditer te respexit, ac tuos, quodve adhuc grandis utilitatis et comodi a te receperit cum effectu. Unde promptior esse debes aliquid notabile et grande obsequendo premittere, per quod fortius animemur ad respiciendum te liberalius et munificentius prosequendum, quod Deo faciente in brevi confidimus te facturum. Verum, quia in instanti futuro vere cum felici contra Siculos generalis armate progressu tuam presentiam prestolamur, multisque sumus ad presens magnis et arduis negotiis occupati, nosque instantia cotidiana sollicitat efficax executio nostrorum processuum contra clericos et laycos Columpnenses perfidos habitorum, decrevimus persone tue prestolari presentiam que auctore Domino cito erit, et tunc facere tibi concessam et collectam de terris tuis decimam assignari sicut dictis collectoribus scribimus per alias nostras litteras quas predictus lator portat, ac tecum familiari fatu et collatione domestica super premissis expressis petitionibus tuis et aliis efficacius tractare, ordinare ac providere poterimus que ad laudem Dei, honorem et prosperum statum ecclesie, et perfectionem negotiorum tibi per sedem apostolicam commissorum et satisfactionem votorum tuorum tuaque commoda pertinebunt. In

terim autem ad partes Ispaniarum discretum disponimus nuntium destinare, ut inter te ac dilectos filios natos quondam Sancii regis Castelle ac Legionis ac nobiles viros natos quondam Ferrandi patris predicti regis super pace vel salutari treugua de mandato nostro interponat efficaciter partes suas. Ceterum a memoria tua non debuit excidisse qualiter tibi executores certos duximus deputandos, qui auctoritate nostra procederent contra personas et terras illorum qui te in servitio ecclesie persistentem vel terras tuas presumerent impugnare : quare serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatenus ad honorabilem et votivam expeditionem armate predicte ferventer intendens, tuum cum ea studeas manificum (*sic*) accelerare progressum, in quantum ipsius armate comoditas suadebit, nec moleste feras nec miretur regis celsitudo, si ad presens non obtinuit que petivit, nec ea negata reputet sed dilata, cum te prefate devotum ecclesie ac ejus beneplacita prosequentem paternis et sinceris affectibus prosequi disponamus. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, tertio kal. januarii, anno tertio.

2385 (CUR. LXXVIII) Vatican, 31 décembre 1297.

De assignatione decime regi Aragonie concesse. (fol. 385.)

Littera decime concesse J. regi Aragonie. Venerabili fratri .. episcopo Valentino et dilecto filio Pontio preposito Celsonensi, decime ecclesiasticorum reddituum et proventuum concesse carissimo in Christo filio nostro Jacobo Aragonie, Sardinie et Corsice regi illustri in terris sue ditionis per nos collectoribus deputatis. Sperantes quod carissimus in Christo filius noster Jacobus Aragonum, Sardinie et Corsice rex illustris in instanti futuro vere generalis armate negotium contra Siculos ecclesie Romane rebelles et hostes efficaciter auctore Domino prosequatur, secundum quod inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum C[arolum] Sicilie regem illustrem conventum seu reformatum nuper extitit et promissum, et propterea volentes super hoc ipsum regem Aragonum opportunis studiis confovere, quamvis ipse hujusmodi armate negotium in estate proximo preterita juxta conventiones dudum inter nos et ipsum super hoc habitas, certis ut asserit impedimentis detentus, non fuerit prosecutus, discretioni vestre mandamus quatenus — totam decimam ecclesiasticorum reddituum et proventuum in terris ejusdem regis ditioni subjectis ipsi per nos hactenus pro negotio predicto concessam, cujus vos deputavimus collectores, que collecta fuerit eo tempore quo idem rex iter arripiet vel in procinctu fuerit efficaciter cum armata predicta versus Sicilie insulam accedendi, nomine nostro et ecclesie Romane, pro ipso negotio duntaxat, assignare curetis : recepturi ab eo, nomine nostro et ejusdem ecclesie, sufficientem et ydoneam recognitionem et cautionem suo sigillo munitam, per quam idem rex pro armata predicta decimam ipsam se recipere fateatur, ac promittat quod armatam hujusmodi bona fide effectualiter prosequitur secundum conventiones inter ipsum et dictum regem Sicilie super hoc nuper habitas et per nos auctoritate apostolica confirmatas. Proviso quod de ipsa decima nichil assignatis eidem vel alii pro ipso, nisi cum eum videritis tempore dicti veris in procinctu vasa intrandi marina et effectualiter, absque dubitationis obstaculo, cum armata hujusmodi progrediendi contra rebelles et insulas memoratos. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, II kal. januarii, anno tertio.

2386 (CUR. LXXVIIII) Vatican, 27 novembre 1297.

Adversus Columpnenses. (fol. 385.

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Locum Dei licet immeriti —. Laborantes namque intellectum dare ipsis (*scilicet* Jacobo de Columpna et Petro nepoti ejus) errantibus et mansuete instruere ne perirent, ipsos diutius duximus exspectandos ut, sicut fidedigno relatu nobis dabatur intelligi, pure et absolute ad nostra et ecclesie prefatem andata redirent, venerabilibus fratribus nostris J. Tusculano episcopo et G. Bituricensi archiepiscopo ac dilecto filio nobili viro Pandulfo de Sabello civi (*sic*) Romano ad hoc ad ipsos specialiter destinatis, que tandem facere contempserunt. Quamvis igitur retroactis temporibus varios et diversos processus fecerimus contra eos depositionis et alias sententias continentes et mulctas, quos in sua volumus firmitate manere, per adauctam tamen eorum nequitiam in processibus eisdem contemptis adicimus aliqua, et statuimus ut quevis persona presens et futura, cujuscumque fuerit eminentie, conditionis, dignitatis, aut status ecclesiastici vel mundani, etiamsi fuerit predicte ecclesie cardinalis, que ipsos J. et P. vel eorum alterum pro cardinalibus scienter et deliberate habuerit et tenuerit, vel ad cardinalatum admiserit seu vocum ipsorum aut alicujus eorum suffragium in electione Romani pontificis admiserit aut in pontificem romanum elegerit, nominaverit, assumpserit, vel receperit, — excommunicationis sit sententia innodata, a qua absque expressa licentia Romani pontificis non possit absolvi, — ipsamque omni prelatione, statu, dignitate et honore ecclesiasticis ommino priva-

mus, secularibus personis que deliquerint in premissis bonorum suorum omnium nichilominus privatione mulctantes. Dat. Rome apud Sanctum Petrum in majori aula palatii nostri, v kal. decembris, anno tertio.

(POTTHAST, 24599.)

2387 (CUR. LXXX) Orviéto, 9 juillet 1297.

Mandatum procedendi adversus Columpnenses juxta formam inquisitionis heretice pravitatis. (fol. 385 v°.) [1]

Dilectis filiis universis inquisitoribus heretice pravitatis Predicatorum et Minorum Fratrum ordinum auctoritate apostolica ubilibet institutis et instituendis in antea. Nuper Jacobum et Petrum. — Dat. apud Urbemveterem, VII id. julii, anno tertio.

(POTTHAST, 24541.)

2388 (CUR. LXXXI) Vatican, en consistoire, 10 mai 1297.

Processus adversus cardinales Columpnenses et adversus descendentes Johannis de Columpna. (fol. 385 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. In excelso trono vidi sedere virum quem adorabat multitudo angelorum psallentium in unum, cujus imperii nomen est in eternum, et factus est principatus super humerum ejus, et vocatur nomen ejus admirabilis, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Cujus, licet immeriti, vices tenentes in terris, debemus exurgere ut dissipentur inimici ejus et fugiant a facie ejus qui oderunt eum, sicut deficit fumus deficiant, et sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores pertinaces in malo, exultent justi in conspectu Dei et in letitia delectentur, habentibus virtute premium et culpa supplicium transiens posteris in exemplum, ex ore Sedentis in trono procedente gladio bis acuto.

Sane preteritorum temporum nephandis Columpnensium actibus, et presentium pravis operibus recidivis, ac futuris de quibus verisimiliter formidatur, in considerationem prudenter aductis, venit patenter in lucem quod Columpnensium domus exasperans, amara domesticis, molesta vicinis, Romanorum reipublice impugnatrix, sancte Ecclesie Romane rebellis, Urbis et patrie perturbatrix, consortis (*sic*) impatiens, ingrata beneficiis, subesse nolens, preesse nesciens, humilitatis ignara, plena furoribus, Deum non metuens nec volens homines revereri, habens de Urbis et orbis turbatione pruritum, studuit carissimum in Christo filium nostrum Jacobum Aragonie regem illustrem, tunc hostem Ecclesie ac rebellem Siculisque perfidis presidentem de facto, in nostrum et carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris grave prejudicium et gravamen, Christianitatis et Terre Sancte succursus grande dispendium, in rebellione tenere, tam sibi quam nobili juveni Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonie in crimine criminoso favendo. Ut illud notissimum omittamus qualiter quondam Joannes de Columpna tituli Sancte Praxedis presbyter cardinalis et Oddo de Columpna nepos ipsius, pater Jacobi Sancte Marie in Via Lata et avus Petri de Columpna Sancti Eustachii diaconorum cardinalium, tempore felicis recordationis Gregorii pape VIIII predecessoris nostri, fuerunt dure et graviter ipsam Ecclesiam persecuti [1] cum damnate memorie Frederico olim Romanorum imperatore, supradicte Ecclesie publico persecutore et hoste, tempore quo quondam Matheus Rubeus de domo filiorum Ursi, sororius dicti Oddonis, senatus in Urbe regimen exercebat ad obsequium et honorem Ecclesie memorate; a cujus Mathei domo dictus cardinalis et Oddo et eorum posteri multa beneficia receperunt, presertim a sancte memorie Nicolao papa III predecessore nostro, qui dictum Jacobum, juvenem satis et inscium, perniciosum tamen postmodum, ypocrisim tunc temporis periculose gerentem, ad cardinalatus provexit honorem : quod utinam non fecisset, quia nec Sedi Apostolice, nec Christianitati, nec dicti predecessoris Nicolai domui talis promotio expedivit, quam dicti Jacobus et Petrus ac sui, velud ingratitudinis filii et beneficiorum immemores, multipliciter impugnarunt. Terras etiam subjectas Ecclesie sibique rebelles in rebellione fovebant, in hoc dantes eisdem auxilium et favorem.

Novissimis vero temporibus, dicti juvenis Frederici latenter discurrentibus nuntiis per Urbem et loca vicina, ut immissis scandalis ea possent ipsius subicere ditioni, licet id procurarent homines dicte domus Columpnensis et ad hoc eis ministrarent auxilia et favores, mansuetudinis tamen Apostolice Sedis benigna sinceritas, que libentius emendat in subditis peccata quam puniat nec exerit ferrum precisionis in morbos quos [2] sanare potest mulcebris lenitas medicine, eos studuit nunc paterne lenitatis dulcedine alloqui nunc verbis caritative correctionis inducere ut a talibus abstinerent, ipsorumque elatam pertinaciam, immo effrenem superbiam, non semel sed pluries in fulgore terrifice comminationis incre-

1. Hoc capitulum ne ullo quidem verbo differt a capitulo XLIIII quod superius legitur sub n° 2351.

1. *Ms.* prosecuti.
2. *Ms.* quod.

pavit, tendens ante ipsos arcum justitie in rigore, quo sagitta perpetue dejectionis, solita non converti retrorsum, emittitur, ut formidabilis vindicte significatio, eis clementer exhibita, stupori eorum sensum timoris incuteret et fugam ad misericordiam per compendium penitentie suaderet. Sed nec sic profecimus [1] apud eos; traxit enim illos in desperationis laqueum moles preponderans peccatorum, ut nec rationibus, nec correctionibus, monitionibus sive minis reduci potuerint ad salutem; quin potius, velud aspis surda, suarum aurium obstruxerunt auditum, eligentes quasi pro gloria confusionis opprobrium et inreparabilis ruine periculum pro tutela.

Periculis igitur obviare volentes, dictis J[acobo] et P[etro] cardinalibus districte mandavimus ut terras, quas Stephanus, ipsius Jacobi nepos et frater Petri prefati, tenere vulgariter dicebatur, videlicet civitatem Penestrinam, castra Columpne et Zagaroli, procurarent custodienda ad nostrum beneplacitum assignari, ne per ea Urbis et patrie possent quies et tranquilitas impediri, et ut ex eis non posset prestari auxilium dicto Frederico hosti Ecclesie memorate, utque ipse hostis et valitores seu adjutores ipsius non receptarentur in eis: assignationem quorum non revocabatur in dubium ab ipsorum J[acobi] et P[etri] voluntate pendere, que conficto seu quesito colore teneri per dictum Stephanum dicebantur, ne dilecto filio Matheo preposito ecclesie de Sancto Audomaro Morinensis diocesis et nobilibus viris Oddoni et Landulpho, fratribus dicti J[acobi], filiis sepedicti Oddonis, assignaretur paterna et hereditaria portio, que in dictis civitate et castris competebat eisdem; quam, propter duritiam et crudelitatem dictorum Jacobi et Joannis defuncti, Petri et fratrum suorum, nequiverunt habere, licet quadraginta anni et amplius sint elapsi quod obiit dictus Oddo; quamvis etiam nos pietate moti pro bono pacis inter eos interposuerimus sollicite partes nostras, ut unusquisque de dictis civitate et castris suam portionem hereditariam obtineret, oblationibus magnis factis nepotibus dicti Jacobi in avantagium ut hujusmodi concordia proveniret, considerantes fore indignum ut, quibus de una substantia competit equa successio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incomodis ingemiscant; quos tamen rationibus, precibus, sive minis ad hoc nequivimus emollire. Ipsi vero Jacobus et Petrus cardinales a nostra presentia recedentes, non facta hujusmodi assignatione que ab eorum beneplacito dependebat, nunquam ad nos postea redierunt.

Nos igitur attendentes ipsorum Columpnensium adeo incaluisse duritiem, adeo fore nequitiam induratam quod non rationibus dirigi, non blandimentis alici, non fomentis reduci, nec minis etiam inclinari potuerunt ad bonum, ex quo blandimenta non proderant, nec fomenta valebant, deliberavimus apponere manus ad fortia, et ferro abscindere vulnera que medicamenta non senserant lenitiva; ac, premissis et aliis, que nobis et fratribus nostris rationabiliter occurrerunt, provida deliberatione discussis, providimus non solum contra filios dicti Joannis, qui peccabant apertius, verum etiam contra Jacobum et Petrum prefatos, ex quorum adipe predicte iniquitas et superbia procedebant, juste procedere, qui consentiebant ipsis peccantibus, prestando fomentum, favorem, presidium et tutamen: quia culpa non caret, et delicti efficitur particeps, qui non prohibet delinquentem, dum potest; et negligere, cum quis potest, perturbare perversos nichil est aliud quam fovere; nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare.

Cumque dictorum Jacobi et Petri cardinalatus et status dicte Ecclesie ejusque fidelibus esset in scandalum, eorumque potestas non in edificationem sed in destructionem, ipsique obessent quibus prodesse debebant, nec nos relevarent per suam particularem sollicitudinem, qui vocati sumus a Deo in plenitudinem potestatis, immo potius impugnarent, quantumlibet venerabilibus fratribus nostris episcopis et dilectis filiis presbyteris et diaconibus S. R. E. cardinalibus, quantum cum Deo possumus, deferamus ipsorumque collegium honoremus, eorumdem Jacobi et Petri elegimus domare superbiam in robore virtutis Altissimi, arrogantiam et presumptionem elatam conterrere, eos tanquam oves morbidas a dominico ovili abicere ipsosque, ut culpa supplicium timeat et virtus premium retributionis expectet, a loco suo quantumcumque sublimi perpetuo amovere, tam ex eorum culpis et demeritis ac suorum, quam ex causis rationabilibus que nos movent: presertim cum explorati divini et humani juris existat unum pro altero interdum ex causa puniri.

Eorum ergo absentiam Dei replente presentia, ad honorem Dei omnipotentis, beate Marie semper virginis, beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Romane Ecclesie sepedicte, prefatos Jacobum Sancte Marie in Via Lata et Petrum Sancti Eustachii diaconos cardinales, de ipsorum fratrum nostrorum consilio, a cardinalatibus ipsis sancte Romane Ecclesie et predictarum ecclesiarum deponimus; omnibus cardinalatus seu cardinalatuum juribus, comodis, utilitatibus, honoribus, proventibus, fructibus, redditibus, obventionibus et quibuscumque ad cardinalatum vel cardinalatus ipsos spectantibus privamus perpetuo, necnon cunctis monasteriis et ecclesiis, hospitalibus, religiosis et secularibus, ipsis et eorum cuilibet

1. *Ms.* preficimus.

sub quacumque forma, modo titulove concessis, ac commissionibus seu commendis de eis factis, et omni jure et jurisdictione ipsis et eorum cuilibet competentibus in eisdem vel ipsorum aliquo vel aliquibus infra Urbem et circa Urbem; reddentes ipsos et unumquemque ipsorum perpetuo inhabiles ad apicem apostolice dignitatis et cardinalatus honorem seu statum, dignitatem et officium, beneficium, ministerium et jurisdictionem quelibet in Romana Ecclesia et ejus curia, seu in Urbe et circa Urbem, aut in monasteriis, ecclesiis regularibus vel secularibus constitutis infra centesimum miliare ab Urbe, cujuscumque ordinis, conditionis aut status existant, et statuentes ut nec ad ipsa vel ipsorum aliquod vocari aut elegi valeant vel assumi, et, si secus scienter vel ignoranter actum fuerit, illud decernimus irritum et inane. Excommunicamus insuper predictos Jacobum et Petrum, et etiam omnes illos qui de cetero scienter et deliberate pro cardinalibus ipsos vel aliquem eorum habuerint et assensum prestiterint quod pro cardinalibus habeantur[1] et qui eos vel ipsorum aliquem in electione romani pontificis ad aliquem actum ut cardinales admiserint vel vocis eorum suffragium aut alicujus ex eis. Omnes etiam et singulos, cujuscumque eminentie fuerint, dignitatis, ordinis, conditionis aut status, etiamsi fuerint sancte Romane Ecclesie cardinales, qui ipsis Jacobo et Petro vel eorum alteri, postquam, quod absit, in heresim vel in scisma et rebellionnem ceciderint, in heresi vel scismate et rebellione stantibus scienter et deliberate prestiterint auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, omni statu ecclesiastico, prelatura et honore privamus; et omnia civitates, castra, terras et loca que ipsos vel aliquem eorum in heresim, scisma vel rebellionem lapsos scienter susceperint, tenuerint, ecclesiastico supponimus interdicto. Privamus quoque perpetuo Johannem et Oddonem, natos quondam Johannis de Columpna, fratris dicti Jacobi, et omnes qui descenderunt et descendent ab ipso Johanne de Columpna per masculineam et femininam lineam, omnibus dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, prebendis et beneficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, et pensionibus que in quibuscumque religiosis vel secularibus ecclesiis obtinent vel ab eis, omnique jure ad ipsa vel ipsorum aliquod vel aliqua obtinenda ipsis vel eorum alicui competenti. Reddimus etiam inhabiles perpetuo tam ipsos Johannem et Oddonem et alios fratres eorum quam omnes qui per lineam masculinam vel femininam a dicto Johanne de Columpna descenderunt vel descendent, ad apostolice dignitatis apicem, et cardinalatus seu status honorem, et ad dignitatem, jurisdictionem, beneficium, officium, ministerium et regimen quelibet, ecclesiastica vel mundana, quocumque nomine censeantur, in dictis Romana ecclesia et curia et in Urbe vel circa, quomolibet obtinenda. Et nichilominus omnes filios dicti Johannis et omnes qui ab ipso Johanne per dictas lineas descenderunt vel descendent inhabiles reddimus, usque ad quartam generationem, ad omnes ecclesiasticos ordines, prelaturas, cujusvis altitudinis, eminentie, ordinis, conditionis aut status, honores, dignitates, personatus, canonicatus, prebendas, pensiones, officia et beneficia, ecclesiastica vel mundana, et regimen quelibet et ubilibet extra Urbem, presertim in provinciis, civitatibus, castris, terris, et locis Romane Ecclesie sepedicte subjectis: decernentes irritum et inane si secus a quoquam scienter vel ignoranter fuerit attentatum.

Omnia insuper canonicatus, prebendas, dignitates, personatus, officia et beneficia, cum cura vel sine cura, pensiones, ecclesiasticos redditus seu proventus, que dicti Jacobus et Petrus vel unuscuisque eorum habet, tenet seu possidet in quibuscumque seu a quibuscumque ecclesiis, donationi apostolice reservamus, intendentes de ipsis disponere prout eorum obedientia vel inobedientia, humilitas vel obstinata superbia exiget seu videbimus expedire.

Ad hec Jacobum et Petrum predictos aperte monemus eisque districte precipimus, astantibus nobis dicto collegio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium et aliorum prelatorum, clericorum et laicorum multitudine copiosa, ut infra decem dierum spatium, quod eis pro peremptorio termino assignamus, personaliter compareant coram nobis, recepturi pro meritis et nostris beneplacitis pariturі: alioquin dictos Jacobum et Petrum et eorum quemlibet, si, ut premittitur, coram nobis non comparuerint, omnibus bonis mobilibus, stabilibus seu immobilibus, que ipsis aliquibus vel alicui eorum in quibuscumque civitatibus, communitatibus, comitatibus, baroniis, castris, terris, roccis, villis, casalibus, territoriis, districtibus, possessionibus seu juribus, infra provincias seu terras Ecclesie Romane subjectas, sive infra regnum Sicilie citra Farum vel ultra fuerint constituta vel alibi ubicumque, apostolica auctoritate privamus, publicamus et etiam confiscamus: nichilominus contra eos alios spiritualiter et temporaliter prout expedire viderimus processuri.

Premissa omnia et singula facimus exigente justitia et ex officio ac de apostolice plenitudine potestatis, nonobstantibus quibuscumque rimulis juris, canonici vel civilis, constitutionibus canonicis vel civilibus, privilegiis seu concessionibus dicte sedis, sub quacumque verborum conceptione concessis, etiamsi de ipsis vel eorum toto

1. *Ms.* habebantur.

tenore de verbo ad verbum oporteret fieri mentionem, que contra hoc vel eorum aliqua vel aliquod posset obici vel opponi. Actum Rome apud Sanctum Petrum in publico consistorio nostro, VI id. maii, anno tertio.

(POTTHAST, 24513.)

2389 (CUR. LXXXII) Basilique de Saint Pierre. Fête de l'Ascension, 23 mai 1297.

Confirmatur precedens processus et adjiciuntur sententie confiscationis et exilii adversus omnes Columpnenses velut scismaticos denuntiatos. (fol. 386 v°)

Ad perpetuam rei memoriam. Lapis abscisus de monte sine manibus, ab edificantibus reprobatus et factus in caput anguli, duos et diversos parietes copulans, pastores a Judea et magos ab Oriente producens, in se reconcilians ima summis et ordinans in sancta, Romana, apostolica et catholica Ecclesia caritatem, ipsam sponsam statuit esse unam sicut scriptum est : « una est columba mea, electa mea, perfecta mea, una est matris sue, electa genetricis sue, » per inconsutilem tunicam Domini designata[1] desuper contextam per totum. Hanc non diviserunt milites ; sed sortiti sunt eam. Hanc impugnaverunt heretici et scismatici ac blasphemi a juventute sua ; sed non prevaluerunt adversus eam, divina virtute protectam et ut castrorum acies ordinatam. Sed nondum hereticis, scismaticis, ac blasphemis est [adeo] finis impositus quin, velut viperei filii natique degeneres, in senectute positum ejus sabatum perturbare et unitatem scindere moliantur. De quorum numero fore noscuntur Jacobus de Columpna et Petrus nepos ejus, quondam dicte Ecclesie cardinales, quos, eorum culpis et demeritis exigentibus ac suorum, pridem VI id. maii pontificatus nostri anno III, ex rationabilibus causis moti, de fratrum nostrorum consilio, cardinalatibus privavimus perpetuo et deposuimus ab eisdem, variis processibus et sententiis comminationes et penas continentibus contra ipsos habitis; necnon et contra natos quondam Joannis de Columpna, fratris dicti Jacobi et patris Petri prefati, ac contra omnes qui per masculinam et femininam lineam descenderunt hactenus et descendunt ab ipso Joanne.

Ipsi namque Jacobus et Petrus intraverunt Ecclesiam sub pelle ovina, operibus tamen et fructibus exhibuerunt se quasi lupos rapaces et graves ; non parcentes gregi Dominico et in reprobum sensum dati, et oculis excecati malitia ita ut lumen cœli non viderent nec videant, descendentes in malorum profundum et contemnentes exurrexerunt loqui perversa et, acuentes ut gladium linguas suas, in blasphema verba et scismatica proruperunt, aperte monstrantes quod, licet ex nobis prodierint, tamen non erant ex nobis, nam si ex nobis fuissent utique permansissent nobiscum. Quibus verbis redactis in scriptis, ipsa scripta in diversarum ecclesiarum Urbis hostiis affigi et super basilice Principis Apostolorum de Urbe altari poni fecerunt : que quidem scripta eorum abolim precogitatam et preconceptam nequitiam patenter indicant, ipsosque Jacobum atque Petrum blasphemos atque scismaticos fore manifeste declarant, sancte Dei Ecclesie, Romane, catholice et apostolice molientes scindere unitatem, et columpnam Dei viventis pene ad nutationem deducere, ac sagenam summi Piscatoris procellis intumescentibus ad naufragii profunda submergere, si, quod absit, eis facultas adesset.

In hujusmodi namque scriptis, que universis eadem inspecturis, cujuscumque preeminentie, dignitatis, status, vel conditionis existant, ecclesiastice vel mundane, a Jacobo et Petro predictis mittuntur sub modo scribendi quo ante depositionem suam uti solebant et sub sigillis quibus antea utebantur, inter cetera continetur : nos divina providentia ad summi apostolatus apicem secundum scita canonum, licet immeritos, evocatos et non solum ab omnibus fratribus nostris et ab ipsis, previa electione canonica, immo ab ecclesia universali receptos, in papam consecratos eis assistentibus secundum approbatum morem Romane Ecclesie, et etiam coronatos, papam non esse; hec et alia confingentes, que non solum sunt blasphema et scismatica, sed insana, prout eorum scripta indicant manifeste. Post depositionem etiam et privationem, processus et sententias supradictos, cardinales se nominant, et cardinalitica portant insignia, annulis et rubeis capellis utentes, et cardinaliticos actus exercent sicut, antequam per nos de fratrum nostrorum consilio essent depositi, faciebant et hactenus utebantur : ut illud taceamus ad presens quod fere per triennium obedientiam nobis et reverentiam exhibuerunt ut pape, participantes una nobiscum reverendum Dominici corporis et sanguinis sacramentum ac ministrantes nobis in missarum solemniis et divinis officiis, prout ab antiquo solent cardinales sepedicte Romane Ecclesie Romanis Pontificibus ministrare ; in ecclesiarum provisionibus et diffinitionibus per nos factis consilia sua dantes et se in concessis a nobis privilegiis subscribentes, alia faciebant nobiscum et recipiebant a nobis que cum homine et ab homine, qui non habuisset ingressum canonicum, nec fieri nec recipi debuissent. Nec possunt supradicta metu proponere se fecisse, qui nos in scrutinio, more memorate ecclesie cardinalium, elegerunt et nominaverunt eligendum in papam,

[1] Ms. designatam.

quando de nobis timendum non erat et, post electionem, receptionem, consecrationem, et coronationem premissas factas de nobis, in castro tunc ipsorum, quod Zagarolum dicitur et quod per dictum Jacobum tunc temporis tenebatur, cum pluribus ex fratribus nostris hospitati fuimus confidenter, et ipsi ac sui tunc ibidem exhibuerunt nobis papalem reverentiam et honorem, ubi nulla aderat eis causa timoris.

Nos igitur, super hiis et aliis que hujusmodi negotium contingunt vel contingere possunt, habita cum dictis fratribus nostris deliberatione matura, omnes processus omnesque sententias, comminationes et penas et specialiter dictam sententiam depositionis et privationis cardinalatuum et cuncta alia que in nostris super hoc confectis litteris continentur, de eorumdem fratrum nostrorum consilio rata habentes et grata, confirmamus, ratificamus et approbamus et etiam innovamus et, propter adauctam eorum contumaciam, scisma atque blasphemiam, de dictorum fratrum consilio, ipsos Jacobum et Petrum sententiando pronuntiamus esse scismaticos et blasphemos et excommunicationis sententia innodamus; ipsosque in hujusmodi blasphemia et scismate perdurantes, tanquam hereticos puniendos; et tam dictam depositionis et privationis cardinalatuum sententiam quam omnia que contra ipsos et alios fecimus et pronuntiavimus de novo facimus, sententiamus atque proferimus, et robur habere decernimus perpetue firmitatis. Omnibus insuper canonicatibus, prebendis, dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis, cum cura vel sine cura, pensionibus ecclesiasticis, redditibus seu proventibus, que predicti Jacobus et Petrus et unusquisque eorum habebant, tenebant et possidebant in quibuscumque seu a quibuscumque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, religiosis et secularibus, vel specialibus personis, cujuscumque eminentie, condictionis, ordinis, dignitatis et status, ecclesiastici vel mundani, ipsos omnino privamus, ipsaque collationi Sedis Apostolice reservamus: decernentes irritum et inane, si secus a quoquam super iis scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Eosdem quoque Jacobum et Petrum, quondam cardinales, Joannem dictum de Sancto Vito et Oddonem, filios quondam Joannis de Columpna fratris dicti Jacobi et patris Petri prefati, omnibus juribus et bonis mobilibus et immobilibus ecclesiasticis; et tam ipsos quam Agapitum, Stephanum et Jacobum dictum Sciarram, filios Joannis de Columpna predicti, et alios filios ejusdem Joannis, si qui alii sunt filii eorumdem vel alicujus eorum, omnibus juribus et bonis et rebus mobilibus et immobilibus, hereditariis seu quomodolibet acquisitis, quibuscumque ratione, causa, vel titulo ad eos vel ipsorum aliquem seu aliquos pervenerint seu obvenerint, obvenire vel pertinere possent, necnon comitatibus, baroniis, communitatibus, civitatibus sive castris, ubicumque illa habeant, teneant vel obtineant, vel quomodolibet ad ipsos pertineant, privamus omnino; illaque omnia et singula publicamus et etiam confiscamus, ita quod ad ipsos vel eorum aliquem heredes ipsorum vel alicujus eorum nullo unquam tempore revertantur: eosque ac unumquemque ipsorum active et passive intestabiles reddimus, ita quod eis et eorum unicuique ex testamento vel quavis ultima voluntate seu ab intestato nullus succedere possit, nec ipsi aut eorum aliquis ex testamento seu ultima voluntate vel ab intestato succedere aut aliquod capere possint, nichilque eis vel eorum alicui ratione legati, institutionis, aut substitutionis, seu quovis titulo valeat quomodolibet obvenire; eosque pronuntiamus infames et legitimis actibus prorsus indignos: statuentes quod nulli eorum porte alicujus pateant dignitatis, ecclesiastice vel mundane, et, si secus fieret, nullum robur habere; ipsisque civilitatem et incolatum et habitationem Urbis, circumposite regionis, et quorumvis civitatum, castrorum, terrarum atque locorum dicte Ecclesie subjectorum prorsus interdicimus; eosque omnes et singulos ab Urbe ejusque territorio et districtu et ab omnibus civitatibus, castris, terris seu locis subjectis eidem Romane Ecclesie forbannimus; ipsosque Agapitum, Stephanum, Jacobum dictum Sciarram, Joannem de Sancto-Vito, et Oddonem excommunicationis sententia innodamus: statuentes firmiter et mandantes ut nullus dictos Jacobum et Petrum, et prefatos Agapitum, Stephanum, Jacobum dictum Sciarram, Joannem et Oddonem fratres, eos vel eorum aliquem aut aliquos recipiat vel receptet, nullusque eis aut ipsorum alicui vel aliquibus prestet auxilium, consilium vel favorem, eos qui secus fecerint excommunicationis sententia innodantes. Precipimus etiam sub excommunicationis pena, quam contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, ut nullus ab ipsis Jacobo et Petro et predictis fratribus vel eorum altero, in scismate vel rebellione hujusmodi existentibus, nuntium vel litteras recipiat, aut mittat ad eos vel ad alterum eorumdem.

Reddimus quoque predictos Jacobum et Petrum, Agapitum, Stephanum, et Jacobum dictum Sciarram, Joannem de Sancto Vito, Oddonem et alios, si qui sint filii dicti Joannis de Columpna, et filios eorumdem inhabiles ad honorem seu regimen, vel officium publicum, ecclesiasticum vel mundanum, quelibet et quocumque nomine censeantur, per se vel alium aut alios quomodolibet exercenda, ita quod nec ad illa vocari, eligi vel assumi valeant, vel ad aliquod eorumdem, nec ipsi, vel aliquis

eorum seu aliqui ea valeant exercere et, si secus factum fuerit, illud decernimus irritum et inane. Si qui vero ex eis, vel ipsorum aliquis, vel quivis per eos vel pro eis, vel ipsorum aliquem, vel aliquos in potestarie, capitanie, consulatus regimine, vel quovis officio publico hactenus, ubicumque positi, electi, assumpti fuerint vel recepti, presertim quorumcumque provincie, civitatum, castrorum, terrarum atque locorum memorate Ecclesie subjectorum, illos ab eis penitus amovemus, executionibus ipsi penitus interdictis, eosque precipimus nullatenus reassumi et, si secus factum fuerit, illud decernimus nullius existere firmitatis. Civitates vero castra seu loca, que scienter dictos Jacobum et Petrum et predictos fratres receperint, receptaverint sive tenuerint, aut in quibus publice moram contraxerint, quamdiu ipsi vel alter eorum inibi morabuntur, ecclesiastico supponimus interdicto; et personas ipsorum Jacobi et Petri et fratrum capiendas exponimus quibuscumque fidelibus, detinendas et custodiendas diligenter quousque per dictam sedem aliud fuerit ordinatum.

Ceterum Riccardum de Montenigro prepositum Remensis et Thomasium de Montenigro archidiaconum Rothomagensis, Jacobum de Labro, canonicum Carnothensis, Herricum de Arrone, priorem Sancti Benedicti de Calcaria, Spoletane diocesis, Albertum de Castiniate, canonicum Ebredunensis, Johannem de Gallicano, canonicum Sancti Reguli Silvanectensis ecclesiarum, et Dominicum Leonardi de Penestre, predictorum Jacobi et Petri aut alicujus eorum capellanos, clericos seu familiares, insuper et omnes alios capellanos, clericos, et familiares eorum aut alicujus ipsorum, qui ipsis Jacobo et Petro, Agapito, Stephano, Johanni et alicui seu aliquibus eorum, post privationem et depositionem ipsorum, dederunt consilium, auxilium vel favorem, seu qui post depositionis et privationis sententias cum ipsis Jacobo et Petro vel eorum altero morati sunt vel steterunt, illos maxime qui remanserunt cum eis vel eorum altero, postquam in scisma et blasphemiam sunt prolapsi, omnibus dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, prebendis seu portionibus cunctisque ecclesiasticis beneficiis, cum cura vel sine cura, necnon pensionibus que in predictis vel a predictis ecclesiis obtinent aut in aliis vel ab aliis quibuscumque, scriptorie etiam nostre ac tabellionatus officiis omnino privamus et inhabiles reddimus ad ipsa vel alia seu similia in predictis vel quibuscumque ecclesiis seu romana curia obtinenda. Ad hec quibuscumque religiosis, clericis seu laicis, cujuscumque ordinis vel observantie regularis, et quovis nomine ipsorum ordines appellentur, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, quam, si secus fecerint, eos incurrere volumus ipso facto, districte precipimus ut ad dictos Jacobum sive Petrum non vadant nec cum ipsis morentur, quodque eis vel ipsorum alicui reverentiam non faciant que fieri predicte Romane Ecclesie cardinalibus consuevit; civitates quoque, castra, terras et loca, que predicti Jacobus et Petrus et dicti filii quondam Johannis de Columpna et nati eorum, aliqui vel aliquis ipsorum, per se vel per alium seu alios, tenent vel detinent, vel pro eis in rebellione positis quomodolibet detinentur, quamdiu ipsi vel eorum aliquis seu aliqui per se vel alium seu alios ipsa tenent vel detinent, vel pro eis in hujusmodi rebellione durantibus tenebuntur, ecclesiastico supponimus interdicto. Omnes etiam vassallos ipsorum Jacobi et Petri ac predictorum filiorum dicti Johannis de Columpna ab homagio, vassallagio et juramento fidelitatis, quibus tenebantur eisdem, alicui vel aliquibus eorumdem, prorsus absolvimus et eos decernimus liberatos. Demum omne alienationis genus per predictos Jacobum et Petrum et fratres Petri ejusdem, vel ipsorum aliquem vel aliquos, et cessiones, donationes, permutationes et renuntiationes factas a predicte depositionis tempore in quascumque personas vel universitates, ecclesiasticas vel mundanas, de quibuscumque juribus, actionibus, rebus vel bonis, vacuamus, cassamus et irritamus, ipsaque jura et actiones, res et bona duximus confiscanda. Omnem quoque societatem, confederationem et colligationem, conventionem et omnia pacta cum quibuscumque personis, cujusvis eminentie, conditionis, ordinis, dignitatis aut status, collegiis et conventibus, necnon civitatibus, communitatibus et universitatibus, quarumcumque provinciarum, civitatum, castrorum, terrarum atque locorum, facta a prefatis Jacobo et Petro et aliis supradictis, aliquo vel aliquibus eorumdem, sub quibuscumque conditionibus, conventionibus et pactis, etiam si fuerint promissionum, juramentorum et penarum adjectione vallata, decernimus ad eorum comodum non servanda eaque, quantum ad hoc, cassamus, irritamus et penitus omni robore vacuamus. Predicta autem omnia et singula, tam exigente justitia et ex officio facimus quam de plenitudine apostolice potestatis, non obstantibus quibuscumque rimulis juris canonici vel civilis, constitutionibus canonicis vel civilibus, privilegiis seu concessionibus dicte sedis, sub quacumque verborum conceptione concessis, etiam si de ipsis vel ipsorum toto tenore de verbo ad verbum oporteret fieri mentionem, que contra hec et eorum aliqua vel aliquod possent obici vel opponi. Actum Rome in basilica supradicta, in die Ascensionis Domini, anno tertio.

(Potthast. 24519.)

2390 (CUR. LXXXIII.) Basilique de Saint-Pierre. Fête de la Dédicace, 18 novembre 1297.

Processus adversus Columpnenses. (Fol. 388 v°)

Ad perpetuam rei memoriam. Pridem sexto videlicet —.

Pene in Columpnenses sexto idus Maii jam preteriti edite rate habentur et tertio infliguntur.

Cum predicti Jacobus et Petrus olim cardinales, Johannes et Oddo, Agapitus, Stephanus et Jacobus dictus Sciarra, adhuc in facti nequitia, duritia, inobedientia et rebellione persistunt ac se ut debent ad obtinendam misericordiam non disponant, quin potius, prout in eis est, nostram et Apostolice Sedis contra se provocent indignationem et iram, ipsorumque domus exasperans, solita personas producere persecutrices Apostolice Sedis, Urbem et circumpositam regionem adhuc circuire non cesset, nuntiosque transmittere ad Fredericum natum quondam Petri olim regis Aragonum, hostem nostrum publicum et dicte Ecclesie, et clarissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris et recipere ab eodem, ad Urbem et patriam perturbandas; et, sicut veridica habet relatio, Franciscus de Crescentio et Nicolaus Pazus cives Romani, una cum nuntiis Frederici prefati nuper de Sicilia venientes, ad civitatem pervenerint Penestrinam; nos autem, propter adauctam eorum contumaciam, rebellionem, perfidiam, malitiam et excessus, omnes hujusmodi processus, sententias, comminationes et penas et maxime prefatam depositionis et privationis cardinalatuum sententiam, ac omnia et singula, que in prefatis processibus et nostris inde confectis litteris continentur, de predictorum fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, presente hac fidelium multitudine copiosa, ratificamus, confirmamus et etiam innovamus, etc. Actum Rome in basilica supradicta, in festo Dedicationis ejusdem basilice, anno tertio.

(POTTHAST. 24598.)